

~~232-0-5~~

~~15a~~

Numero:	
Estante:	
Sala:	
BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	

Numero:	
Estante:	
Sala:	
BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	

~~3  
25-138~~

Numero:	
Estante:	
Sala:	
BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	4
Numero:	32

NO,  
de,

Numero:	
Estante:	
Sala:	
BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27

Libreria  
de  
Granada  
Calle  
de  
San  
Francisco  
10

R. 1165

o(x)o

**BIBLIOTHECA  
UNIVERSA  
FRANCISCANA,  
SIVÈ**

**ALUMNORUM TRIUM ORDINUM**

**S. P. N. FRANCISCI,**

**QUI AB ORDINE SERAPHICO**

condito, vsque ad præsentem diem, Latina,  
sivè alia quavis lingua scripto ali-  
quid consignarunt,

**ENCYCLOPÆDIA**

**UVILLOTI ATHENÆO, ET SYLLABOU VADINGIANO**

loclupetior, in tres distributa tomos, adjectis necessarijs  
Indicibus, ac Materiarum Bibliotheca;

EX PRÆSCRIPTO

**REVERENDISSIMI PATRIS NOSTRI**

**FR. JOANNIS DE SOTO,**

**LECTORIS JUBILATI, PRO REGALI IMMACULATÆ**

Conceptionis Congressu Catholicæ Majestatis Theologi, ac totius  
Ordinis Ministri Generalis,

CONCINNATA

*A R. P. FR. JOANNE A S. ANTONIO, SAL MANTINO,*

*ex Discalceata S. Pauli Provincia, Theologo, Ex Diffinitore, ac Cu, de,*

*Supremi Tribunalis S. Inquisitionis in Hispania Censore, duarum Pro-*

*vinciarum Ex-Commisario Vistatore, & Præside,*

*sua Provincia, necnon totius Ordinis Mino-*

*rum generali Historico, &c.*

**TOMUS SECUNDUS.**


**NUNC PRIMO IN LUCEM PRODIENS**

**SUPERIORUM PERMISSU.**

MATRITI: Ex Typographia Causæ V. Matris de Agreda, anno 1732.

*Ad Vnem S. Pauli Angitani, Capucini, Franci.*

Adam scelus involvit suum , seque denegat rebellem : cum Franciscus , & fateatur se , & se subscribat peccatorem. Ibi scientiæ arbor , ex qua , qui edit , moritur : hic veriorem Philosophiam , hoc est , vulnera Crucifixi Domini , quia in se transtulit Franciscus , non morietur in æternum. Quamobrem illud Hieronymi dicerem : *Pectus suum fecit Bibliothecam Christi* , nisi quod non tantum pectus , sed etiam pedes , & manus in Bibliothecam convertisset. R. P. P. Joannes Paulus Olivi , tom. I. Strom. ex *Divinis Scripturis* , lib. 3. pag. 193. & 194.



PERILLUSTRI  
 DOMINO D. FERDINANDO  
 JOSEPHO MAXIMO  
 DEL RIO GONZALEZ,  
 MARCHIONI DE CAMPO-FLORIDO,  
 P. Fr. JOANNES A DIVO ANTONIO  
 SALUTEM PRECATUR ÆTERNAM.



HERCULEAM , tractasse clavam , ex olea , quæ arbor est sapientiæ Ducem Musarum fertur. Quam quoque , eandemque litterarum , & armorum præsidem esse Minervam , compertum habetur. Inter solennes ritus in augurationis Abyssinorum , traditur etiam

scriptis, traditio clavium publicæ Bibliothecæ. Undè minimè satis novit, qui solum putabat *Martialia Ducibus, Marchionibus, & Principibus nuncupanda*, hæud verò litterarum studia:

*Ense valet sophia, & sophia protegit enses,  
Hi feriunt, illos ista ferire docet.*

*Solor. embl. 26. numer. 15.* Meritò igitur præclarissime Princeps, hujus *Universæ Bibliothecæ Franciscanæ*, tomum secundum *nomini tuo* inscribo, cujus clarissima *stemma* (insignia, seu patris dumtaxat spectem) cum ipsa *et Bibliotheca* venuste cohærent. Quorsum sciscitaris, & *Arces, & Flumina, & Lilia, Mala punica, & Cruces*? Quid ad *Bibliothecam* ista? Impertiatu eis venia fandi, nevé *Tui* vultus modestiam puniceo rubore suffundam. *Arces* suspiciuntur, & scriptum est:

*Prov. cap. 9. Exposit. hic.* *Sapientia misit ancillas suas* (Artes, scilicet, liberales) *ut vocarent ad arcem*. Lustrantur *Flumina*; & hæud dubiè *Aquarum ænigmate*, salutaris sapientia perspicuè dignoscitur. *Lilia* introspiciuntur, quæ candore copulant aurum, aurum sapientiæ inquam; sapientis enim vestes *Liliatas*, id est, *Liliorum effigie insignitas* fuisse docuit *Pineda* eruditus. *Oculis* lustrantur *Mala punica*

*Pineda de Rebus Salom. lib. 6. cap. 5.* *Mercurio sacra, & me iudice non incongruè, sub epigraphe, Plurima latent*. Demùm *Cruces* per circuitum, quandoquidem in *Cruce Cathedra Christi* docentis, *Encyclopædia* celatur.

*S. Bernard. Senens. in 6. 7. Apoc.* „Sed præstat excipere *S. Bernardinum Senensem*. *Qui in signum*, inquit, & signaculum suum vellet studiosè attendere, posset omnem scientiam addiscere, & aperte cognoscere. Ibi enim „invenitur *Physica*, quia causa æternæ salutis: *Logica*, exclusio dialecticæ falsitatis: *Ethica*, quia exemplar totius sanctitatis: *Scientia naturalis*, quia vera Passio subjecti, scilicet, *Christi*: *Mathematica*, quia forma *Crucis* secundum quatuor angulos: *Metaphisica*, completa resolutio usque ad causam primam: *Geometria*, quia *Christus stetit*, & mensus est terram: *Astrologia*, quia ibi *Sol* passus eclipsem duplici genere eclipsis: *Arithmetica*, quia ibi *dinumerata sunt omnia ossa Christi*: *Musica*, quia voce sua simpla, nostra *dupla concinit ad salutem*. Quid aptius, pulchriusvè?

O si pandere fas esset, quæ latent in *Malis punicis*, recludunt *Arces, Flumina* servant, *Lilia* innuunt, ac *Cruces* coronant! Alij, alijs laudum præconijs *Gentilitij Tui stemmatis* commendant:

*Sed generis priscos contendis vincere honores.*

*Tibull. lib. 4.*

Quæso, autem parcat, qua polles humanitas, ut vel ad *Excellent. D. parentem tuum, me vertam, D. Joannem Rio Gonzalez, Regium Statorem, semel, iterum, tertio, & quarto Præsidis dignitate, in Consilio de Regijs facultatibus* functum, ac inter *Marchiones de Campo-Florido Alphonam*, in quo sapientis sententia

adimpleta dignoscitur: *Acceptus est Regi Minister intelligens. Vel, ut alij legunt: Amor, oblectatio, benevolentia Regis ad servum intelligentem.* *Prov. 14. v. 35.*

Magnanimum confidebat, ejus in prudentia, ac providentia (vbi etiam nunc *Litteræ Regiæ* testantur, & manu propria exarata) cor nostri *Catholici, atque invicti Regis* (quem *Deus ad Nestoreos annos incolumen* servet) *D. Philippi V.* Probaverat sane *Marchionem suum* Regni rationes administrasse, tam abstinenter, quam alienas; tam diligentèr, quam suas; tam religiose, quam publicas, vbi dilucidè ostendit *Regiæ Epistolæ exemplum*, quod hic, hæud extrà orbitam, subnecto.

*Marquès de Campo-Florido: Aunque de vuestro zelo creo que el mismo sea para con vos el mayor agente de mi servicio, todavia he querido dar esta al Conde de Aguilar, que os entregue, à fin de acordaros, que de los medios, y prontos, depende mi quietud, y la de mis dominios, y que en ella tendrà vuestra gloria en averlos buscado tanta parte, y vuestro zelo en que los aya quanto antes, la justa gratitud que experimentaréis, y de que os aseguro. De Zaragoza à 29. de Enero de 1711.*

Et quid accidit? *Eventus* planè in memoriam revocavit sapientis *Parabolam: Divinatio in labijs Regis: voluntas Regum labia justa.* Quid plura? *Summis placuisse Regibus summa laus est.* Hæc ab *Excellentissimo patre, præaugustisque Majoribus*, ut ramus ab arboribus habes. Sed cum vetum sit, *fortes creantur fortibus, & boni bonis* veniet quoque, præclarissime *Marchio*, veniet profectò tempus (spem enim multam facis) cum mirabunda posteritas in laudabiles mores tuos inquirens, proclamet:

*Si titulos, annosque tuos numerare velimus*

*Facta præment annos.*

*Ovid. 7. Metam.*

Veniet; & quod ætas tua de te nescivit, inter exempla narrabit; quandoquidem:

*Non tua majorum contenta est gloria fama.*

Inter hæc, ad munus, gratitudinis ergo, *Tibi* libenter oblatum *lumina* converte: *Semper enim, ut eruditissimo Del-Rio vtar, virtus sibi Comites Musas amat jungere, & scriptioni favent, quorum scriptione gesta non indigna.* *Triumphas, ut Ferdinandus; cresces, ut Joseph; mensuram demùm nominis, ut Maximus imple.* Ita, sed obstrictus, desinit esse molestus, qui supra exoptabat. *Martini anno 1732. die 6. Septembris.* *P. Del-Rio; disp. Mag. in Epistol. nuncupat.*

¶ Censuræ cunctæ, vnà cum vniversis facultatibus, ac Regalis Privilegij summa præfixæ habentur tomo 1. hujusce Bibliothecæ.

TANTI OPERIS IN LAUDEM AUTHORIS Fr. MATHIAS Sorienſis, Minorum humillimus Capuccinorum celebrat, atque hanc Acrostichodiam accinit carmineam.

R. P.

Melix quàm magnaue fig Cultè sunt sculpis sic in O Vir amans dulci tam V uthor, at & cunctum Nostros tot atque Heroes Nempè Viri, thesaurus Fran Amicat in te inlyte Vir? Sic tua, tu, Sancto semper honos,	Doctor, qui nificas; complectens Incomia quæque Templo, & pulchrè Reddis, collaudans Magnos, vt laudes Illustrat, magnumque tui cœtum Francisci Ceteros, quos ævum ostendit; quorum Extracti solusque, Francisci: sic ego Rectè non, quæ gratia, & Vctaque nomenque tuum;	Excellent Author, & alt maxima paucis! Mibi; hæcine scribi silice famæ! Siccine Mus teque <i>Minores!</i> Unicè acume laudibus ornat Abfconderat! edi fama superstes. Reconditus agr gratulor autem. Effusaque forsa in labijsque tuisque. Nelo prodita suav laudesque manebunt.	V S V N T O N I
--	--	---	--------------------------------------

O.

ALIUD

ALIUD.

Respicio humanos volucres recogne suprem  
Planities Cœli pateat quam longa norante  
Mixaque, quæ varia, numerantes sidera met  
Tndentes, minimè ductus per inania nome  
Omnia, quæ rutilant late, ast tua dextera signa  
Astra Minorum turbæ per florentis olymp  
Zam rectè in latebras alte perquirere Tita  
Zoverit in terris, missoque referre color  
Sta minor doctè, majora exempla sequend O

Fr. Angelus Salmanticensis, Capuccinus  
decantabit.

AD AUTHOREM LAUDATIO  
exhortatoria R. A. P. Antonij de Goyene  
che, Societ. Jesu Theologi, vt incep  
tum opus absolvat

EPIGRAMMA.

Mens sapiens Superùm spaciōsa volumina torquet,  
Cœlestesque Globos Angelus arte movet.  
Quotquot Francisci parit Ordo volumina, promiss,  
Presa, vel illa typis scripta, vel illa manu.  
Magnæ molis opus, cœlestes volvere Sphæras;  
Majus, divinos volvere mente libros:  
Maximus ille tamen labor est conjungere in vnum  
Authorum quidquid sparsit vbique labor.  
Perge tuis constans cœptis incumbere curis,  
Dextra nec assumpto victa labore cadat:  
Nam si Franciscus docto superinsidet Orbi;  
Crede quod impulsu te feret ille suo.

ALIUD.

Cedite, Scriptores, Scriptori cedite nostras  
 Vos partem; totum subripit iste decus.  
 Scripta suum laudent Authorem singula quemque;  
 Hunc canet Authorem Bibliotheca suum.

## ACROSTICUM.

**R**erum tu solus potuisti acquirere Matris  
 > ntiquos titulos Seraphicæque gregem;  
**P**erspicias, & tantos, quos sæcula prisca notarunt  
 > subtili calamo quomodocumque libros  
**H**elix, qui Authorum potuit cognoscere mentem  
 > t mea in æternum penna canora manet  
**I**mperijs, Reverende, tuis summitimus illam;  
 Zam sine te recta non licet ire via.  
**O**ptima quæque vides, longo sunt parta labore;  
 Hu nunc scrutator suscipienda dabis  
 > st quid plura, Pater solùm te concinet orbis;  
 Obvia sunt lineis sæcula nostra tuis.  
**Z**ostra ætas, vno, sic te Scriptore triumphat:  
 Zobis turba vetus quod fuit, vnus eris  
**Z**amque loqui facilè est, summi est fecisse laboris  
 nunc, & vulgum te timuisse nega.  
**I**stra sed in minimis mea chartis carmina ponas;  
 Occupat, & gestum gloria trina tuum.

Accinebat Fr. Clemens à S. Martino;  
 Capuccinus.

P. paginam, C. columnam designat.

**P**AG. 5. col. 1. humana, non *huma*. Pag. 7. col. 2. extat, non *extant*. P. 9. c. 1. cantus, non *cautus*. Appendice, non *Appendice*. P. 33. c. 1. scriptæ, non *scripta*. Et c. 2. Uvilloto, non *Uvillotum*. P. 38. c. 2. excudit, non *excussit*. P. 44. col. 1. Parma, non *Parma*. P. 6. c. 1. celeberrimæ, non *celeberrima*. P. 81. col. 2. Tarracone, non *Tarracone*. P. 110. c. 2. Connimbricensi, non *Connimbricensi*. P. 121. c. 1. Joannes Anglicanus, alter, &c. *dele totum*. S. *est enim Author duplicatus*. P. 121. col. 1. septuagenario, non *septuagenaria*. P. 126. c. 2. fidei, non *fide*. P. 130. c. 2. Joannæ, non *Joanna*. P. 132. c. 2. Catenam, non *Cathenam*. P. 133. c. 2. posteritati, non *posteritate*. P. 135. Joannis, non *Joannei*. P. 132. c. 2. nonnullas, non *nonnulla*. P. 143. c. 1. typographia, non *typographia*. P. 145. c. 1. Comitibus, non *Commitijs*. Editioni, non *editione*. P. 143. c. 2. Colonia, non *Colonia*. P. 161. c. 2. Provincia, non *Provincia*. P. 162. c. 2. ex, non *est*. P. 180. c. 1. dedit, non *dem*. P. 190. c. 1. Matritensis, non *Matritenses*. Regulam, non *Regula*. P. 191. c. 2. Discalceatorum, non *Discalceatam*. P. 192. c. 2. Enigma, non *Enigma*. P. 194. c. 1. docens, non *doces*. P. 212. c. 1. de quo, non *deque*. P. 239. c. 1. Marchionissæ, non *Marchionissa*. P. 250. c. 1. Horologiorum, non *Horologium*. P. 257. c. 1. Patris, non *Patri*. P. 259. c. 2. Provincia, non *Provincia*. P. 262. c. 1. innocentia, non *innocentia*. P. 299. c. 2. Agrippinæ, non *Agrippini*. P. 300. col. 2. quæ, non *qua*. P. 306. c. 1. morbos, non *morbus*. P. 374. c. 1. solemnibus, non *solemnis*. P. 389. col. 1. Sacra, non *Sacra*. P. 406. c. 2. Authores, non *Authore*. P. 414. c. 2. Ordinis, non *Ordini*. P. 420. c. 1. contentas, non *contentus*. P. 421. c. 1. labore, non *laborare*. P. 434. c. 1. extant, non *extat*. P. 437. c. 1. conscientia, non *conscientia*. P. 445. c. 1. Petrum, non *Petrus*. P. 446. c. 2. Marchionum, non *Marchionem*. P. 449. c. 2. vaticinijs, non *vaticinij*. P. 455. c. 2. Baptistæ, non *Baptista*. P. 462. c. 2. Inquisitionis, non *Inquisitis*. P. 487. c. 2. habitum, non *habituus*.

*Bibliotheca Universa Franciscana* tomum secundum à R. P. M. Fr. Joannes à S. Antonio, ex Discalceata Prov. S. Pauli Lectore S. Theologiæ, Custode, Supremæ Inquisitionis Qualificatore, ac totius Ordinis Seraphici Historico confcriptum diligentèr vidi, demptisque mendis correctis, ac nonnullis alijs parvi momenti, suo prototypo correspondet. Matrili 8. Septembris, anni Domini M. DCC. XXXII.

Lic. D. Emmanuel Garcia Aleffon,  
 C. M. Corrector Generalis.

## T A S S A.

**D**ON Miguel Fernandez Munilla, Secretario del Rey nuestro Señor, su Escrivano de Camara mas antiguo, y de Gobierno del Consejo: Certifico, que aviendose visto por los Señores de el el tomo segundo de la Obra, intitulada: *Bibliotheca Universa Franciscana*, su Autor Fr. Juan de S. Antonio, Lector de Theologia, Custodio en la Provincia de San Pablo de Franciscos Descalzos, Calificador de la Suprema, y Chronista General de la Orden Seraphica, que con licencia de dichos Señores ha sido impresso, tassaron à seis maravedis cada pliego; y dicho libro parece tiene ciento y veinte y tres, sin principios, ni tablas, que à este respecto importa setecientos y treinta y ocho maravedis: y al dicho precio, y no mas mandaron se venda, y que esta Certificacion se ponga al principio de cada libro, para que se sepa el à que se ha de vender. Y para que conste lo firmè en Madrid à diez de Septiembre de mil setecientos y treinta y dos.

Don Miguel Fernandez Munilla.

**L**ector adverte in elogijs Virorum illustrium, quos in hac *Bibliotheca* complexus sum, nonnulla me obiter attingere quæ sanctitatem ipsis videntur adscribere, perstringo nonnunquam aliqua ab ijs gesta, quæ, cum vires humanas superent, miracula videri possunt: prælagia futurorum, et si quæ sunt alia hujusmodi: demùm nonnullis sanctimonix, vel martyrij videor appellationem tribuere. Verùm hæc omnia ita meis lectoribus propono, vt nollem ab illis accipi tanquam ab Apostolica Sede examinata, atque approbata, sed tanquam, quæ à sola suorum Authorum fide pondus obtineant. Proindè Apostolicum Decretum anni 1625. editum, & anno 1634. confirmatum, integrè; atque inuolatè juxtà declarationem ejusdem Decreti anno 1631. factam, à me observari omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam, per hanc meam historiam vlli arrogare, vel famam, & opinionem sanctitatis, aut martyrij inducere, seu augere, nullumque gradum facere ad futuram aliquandò vllius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem, sed omnia in eo statu à me relinqui, quem seclusa hac mea *Bibliotheca* obtinerent. Hoc tam sanctè profiteor, quàm decet eum, qui Sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua scriptione dirigì, & actione regulari.

**L**IBROS libris, volumina voluminibus, & opuscula opusculis addens; in publicum expono candide Lector *Bibliothecæ Universæ Franciscanæ* tomum secundum. Excitantur in eo duo millia Authorum, pristinorum, ac recentium, & vltra, qui *bonos libros* scribentes *retia salutis* expandunt; quippè *cum in hoc mundi pelago*, verbis vt vtat Novarini, *nunquam* desint, qui periclitentur, ejusque fluctibus absorbeantur, nisi quis opem tulerit, sepeliendi; deesse non debent, qui *retia* texant, qui expandant; qui resciant, & incapturam laxent, vt eorum saluti consulatur, qui mundi voluptatibus, veluti fluctibus abripiuntur, noxijsque rerum terrenarum voraginibus jam jam glutendi, in gyrum trahuntur. Novi semper libri emittantur, vt qui vno rete non capitur capiatur ab altero, & ad salutis littus lectores ducantur, scriptaque volumina dùm legunt, & volvunt, mundi voluminibus non involvantur. Hæc librorum-retia Apostoli, Apostolicique spiritus Viri contexere, & adhuc contexunt, & expandunt: Hæretici pravique Doctores, vt Satanæ famulentur retia etiam ipsi componunt, non vt lectores à fluctibus, & à periculis subducant, sed vt exponant, & vndis mergant; libros enim in sui, aliorumque damnationem in tartari *Bibliothecam* mittendos *quotidiè emittunt*. Hactenùs Novarinus.

Ex S. Prod.  
Orat. de S.  
Cbrysto.

Novarinus  
Elect. Sacr.  
in Epistola  
Nuncup.

Catholicorum ergo Scriptorum, quorum nullum sæculum expers fuit, salubres libros coagmentans, opere pretium duxi causam potiùs implere quam paginam, brevitati studens, vllò absque damno intelligentiæ, suum quoque cuique tribuens, vt justitiæ litem, quod suum est: Intacta mihi multa monumenta reliquit Uvadingus qui præiit, & fortassis non pauca futuris relicta erunt; agitur enim de Scriptoribus ad fortem Francisci spectantibus, in cujus laudem quidam Societatis Jesu Theologus accinebat ad rem:

*Charta caro, atramenta cruor, pia pagina palma;*

*Quina characteres vulnera, Scriptor Amor:*

*Non mirum, Franciscæ, tuis Sapientia Natis*

*Crescat, si scriptus totus est ipse Liber.*

Agitur igitur de Scriptoribus quinque sæculorum S. Francisci, vt, vt sit; filijs. Multiplices sunt, & quamvis vnus voluntatis, minimè pariles; differt enim *Stella ab Stella in claritate*. Stellæ autem sunt manentes in Ordine suo, vel magnæ, vel parvæ, vel fixæ, vel paucillum errantes. Audin? *Omnis*, vt Baronio loquar, *copiosa Bibliotheca refert similitudinem sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congregantis, bonos, & malos continens libros, vtilis, & inanes simul amplexans: illos, vt sequatur; istos vt rejiciat.*

Baron: ad  
ann. 640.

Rejiciendi nec erant, qui per pauca, aut etiam in specie exigua evulgarunt, tum propter Scriptoris dignitatem, tum quia res non tam numero, & magnitudine, quam pretio, & pondere æstimandæ sunt, vt vernaculè eruditus Medina: *No se deben, inquit, desatender algunos caerpos de libros por pequeños, pues no se forman los escritos para exercitar brazos; sino ingenios; y el juicio, guiado del aprovechamiento, ha de mirar, can,*

Medin. pag  
214. Chron  
Prov. S. Di

no à las hojas, y corteza, fino al corazon: tum demum, quia in exemplar Bibliothecæ hujus, antiquos, ac recentiores similibus Bibliothecarum Auctores proposui, Casiodori memor monentis: *Ennodij Papiensis Epistol. 4. ad Theod.* *copi, Paccati, & Drepani, aliorumque nonnullorum scriptorum folia non numeramus; sed pendimus, qui quamvis parum scripserunt, nominis tamen celebritate, prorsus Orbem impleverunt.*

Tu porrò humanissime Lector, qui Momum non geris, quæ dextera offeruntur, tu ne sinistra cape. Labori non peperi, tu parce, tui causa, & suorum, laboranti. De mendis emmendatis tacens, leviores errores Typographicos peritiæ, ac benevolentia tuæ confido, Litteriorum mordacitatem respuens, & animo nostra scribens, non auribus. Jure S. Clem. Alexandrinus: *Eos qui herent dictionibus, & in eis sunt occupati, res ipse effugiunt.*

*S. Clem. Alexandr. Strom.* Postremò, vt olim Valerius Andreas, illud rogatum cupio omnes, qui fortè hæc nostra legent, ne severum Judicem, aut Aristarchum agant; nevé indignantur, molestèque ferant, si aut præteritos nonnullos reperiant, aut de alijs minùs accuratè, & ex fide scriptum: etenim meminert etiam in secundis hic curis semper aliquid desideratum iri, & nimis varium, ac vagum, incertumque rei hujus studium esse, quam vt possit vnus nosse, aut vidisse omnia. Si quid igitur commissum, ommissumque, rogo communicare ne graventur, benè de me, benè merituri de Minoritis omnibus. Hæc ego ad te Lector, sed quid à te? Hoc oro, vt pro me ores, memor Luciani monentis: *In rebus humanis nihil tam faustè, feliciterque agitur, quod non error aliquis interpollet.* VALE, & *dij nostra incepta secudent.*

*Lactan. ap. Novat. cit.*

AD ZOILUM.

*Invide qui carpis, quæ non capis, invide carpis: Invide qui carpis, fac meliora, legam.*

SUMMA AUTHORUM.

In Scriptorum Franciscanorum albo repositos habes, ex hæctenus conspualis tomo primo, & secundo hujus Bibliothecæ.....-4700.



BIBLIOTHECÆ  
UNIVERSÆ  
FRANCISCANÆ,  
SEU DE SCRIPTORIBUS  
TRIUM ORDINUM  
S. P. N. FRANCISCI  
TOMUS SECUNDUS.

G



EAT GONSALVUS GARCIA in Orientali India natus, cum pluribus annis corruptibilis mercaturæ commercium in Japonia exercuisset, ad Philippinas secessit;

ubi relicta omnibus, pretiosam Seraphicæ paupertatis margaritam in Discalceatorum Conventu quæsit. Habitu autem Franciscano, inter Laicos, induto, cum B. Petro Baptista socius Legationis, & Missionis in Japoniam reversus est, vt gentes Christo lucrifaceret; donec martyrij palma decoratus, per Crucem ad gloriam transiit. Scripsit:

*Plures, ac suo spiritu dignas Epist. Catechisticas ad Japonenses.* Consule t. 1. Chr. Prov. S. Pauli, lib. 5. pag. 487. Ejus festum colitur in Ordine Minor. die 5. Februarij. Tom. II.

GABRIEL BACA (VACA apud Uvædingum) Minorita, Hispanus, ac Concionator mysticus, patrio sermone scripsit valdè præclarum volumen, cui nomen factum:

*Sermonarium Quadragesimale medietinale, sub hoc themate: Infirmus sum; sana me Domine.* Vallisoleti, sumptibus Antonij de Sopena, anno salutis 1553. in fol. Vidi.

GABRIEL BAMBASO A REGIO, Italus, Regul. Observ. devotus alumnus, Abbatissæ, ac Monialibus Clarissis Cremonensis Conventus Corporis Christi, perutile opus idiomate proprio donavit, sub titulo:

*Victoriosa Scala Paradisi.* Mediolani apud Joannem Angelum Scinzencl, anno 1521. in 8. Amplectitur laudatus liber, vna cum alijs mysticis opusculis:

*Alphabetum majus, & minus libri octo.* A Expo

BI-



*Expositionem septem verborum Christi Domini in Cruce.*

*Expositionem Orationis Dominicae.* Vidi in Bibliotheca Hispanica Ecclesiae sub num. 121.

GABRIEL BARONUS, Minorita, apud Uvadingum, pag. 42. scripsit:

*Vitam Abbatis Joachimi*, quae una cum illius prophetijs excusa est Venetijs, anno 1600. & praefixa extat editioni Venetae anni 1598. ejusdem Joachimi, fol. 96. recte Antonio Teisserio in suo Catalogo AA. pag. 96.

GABRIEL BARRIUS, Italus, Calaber, in re Geographica, & stylo Latino peritus, sub S. Pio V. dedit ad Bernardinum Sancto Severinum Principem Befidianensium:

*De antiquitate, & situ Calabriae* libros quinque, qui inter Auctores Italiae illustrata pag. 115. habentur, & quos Author primum edidit Romae anno 1571. apud Josephum de Angelis in 8. & postea auctius ibidem in 4. Sunt, qui huic Authori istud opus invident, & Cardinali Syrloto praestantis doctrinae, & exacta studiorum disciplina celebri illud ascribant, sed perperam. Qui fieri poterit, inquit merito Uvadingus, pag. 142. ut opus esset Syrloti, quod Barrius sub ipsos Cardinalis oculos Romae anno 1571. quo tunc in Urbe Syrlotus degebat publicavit? Scripsit insuper noster Author, apud tom. 1. Bibliothecae Barberinae, pag. 115.

*Pro lingua Latina* libros tres. Romae anno 1571. in 8. Laudatur ab Alphonso Laffor, tom. 1. sui universi calamo delinquenti, pag. 215.

GABRIEL BOIVIN. Vide inferius verb. *Joannes Gabriel Boivin.*

GABRIEL BRUNUS, Venetus (quem Bruxellensis Uvite Catalogo illustrium Scriptorum Ordinis Minorum, ad annum 1490. quo claruit, adscriptus) Provinciae Terrae Sanctae Minister, Vir eruditus, collegit:

*Tabulam Alphabeticam ex singulis libris, & capitibus utriusque Testamenti*, quae multis ad Bibliorum accuratam cognitionem pertingere cupientibus vsui futura erat oportunissimè, nisi (Uvadingo praemonente hic pag. 142.) Conradus Pelicanus, & Robertus Stephanus novis accessionibus sua zizania infarciri curassent. Impressum Basilicae anno 1514. adjunctumque illud Biblijs, apud Joannem Frobenium. Vidi. Alium Gabrielem Bajenum, & Venetum, & Minoritam, hanc Tabulam

scripsisse refert Possevinus ex Francisco Sanfovino; at apud tom. 2. Bibliothecae Bodlejanae, fol. 365. extat M.S. *Tabula Gabrielis*, non Bajeni, sed Brunii. Hunc subdit laudatus Uvadingus, illud notissimum Guilielmi Duranti inscriptum: *Rationale Divinorum Officiorum recognovisse*, suo calculo approbasse, & ad Franciscum Sanfonem Generalem Ministrum misisse, qui illud imprimi curavit impensis Ferdinandi à Talavera Granatensis Archiepiscopi, Granatae, anno 1504. Insupèr:

*De Expositoribus, & modo exponendi Sacram Scripturam.* Extat initio suorum Bibliorum.

GABRIEL A BULLANDO, Capuccinus, natione Gallus, Parisiensis Provinciae Concionator; Vir non vulgaris doctrinae, & eruditionis stemmate insignitus, & praecipue in facultatibus Philosophicis, & Mathematicis disciplinis egregie versatus; magno studio, & labore confecit, praeloque submisit opus Astronomicum, cujus titulus est Latino idiomate:

*Tabula Ambianenses, in quibus ab ipso datur nova methodus supputandi motus Planetarum.* Parisijs anno 1618. apud Dionysium Thierry in 4. Ex Genuensi pag. 136.

GABRIEL CALDERON, Hispanus, Compostellanae Provinciae Regularis Observantiae alumnus, in declamandis sermonibus ad populum, haud vulgaris opinionis, vernaculè vulgavit Concionem:

*De Conversione S. Pauli* ad Hispanensem Ecclesiam habitam. Hispani literis Francisci Perez, anno 1608. in 4. Vidi.

GABRIEL DE CLAUSTRO, Minorita, ac Doctor Theologus, ineditum reliquit:

*Quadragesimale* in 4. Extat ejus Codex membraneus in Bibliotheca Hispanica Ecclesiae. Vidi.

GABRIEL FABER, Gallus, Minoritarum Conventualium Procurator Generalis, scripsit non abjiciendae eruditionis opuscula, videlicet:

*Panegyricum Sacrae Amissiensis Ecclesiae Minoritici Instituti Basilicae*, in qua jacet, immò stat corpus S. P. N. Francisci. Romae apud Jacobum Mascardum, anno 1627. in 4. Vidi.

*Speculum, in quo Franciscana Religio nis exprimitur status, & Conventualium de titulo, & primatu pratenso re praesentatur.* Parisijs Literis Josephi Boville-rot, anno 1626. in 4.

*Memoriale antiquarum Provinciarum Ordinis S. Francisci in Gallijs.* Ibidem typis Joannis Laquehay, anno 1625. in 8.

*Confutationem Responsonis, quam in lite praecedentia inter Conventuales, & Observantes, quidam Anonymus exhibuit S. Cardinalium Congregationi.* Astae ex typographia Fratrum de Zangrandis, anno 1629. in 4. Haec omnia recenset Uvadingus noster; sed, apud tom. 1. Bibliothecae Barberinae, pag. 39. Extant quoque nostri Authoris.

*Oratio de Sanctissima Conceptione.* Romae anno 1625. in 4.

*Oratio de anno Jubilei.* Ibidem etiam in 4. ac eadem tempestate.

*Panegyris super Exaudiat.* Romae apud Camerales 1628. in 8. teste Allatio, fol. 114.

GABRIEL FABRI, Gallus, Conv. Procurator Gener. in Romana Curia, edidit:

*Catalogum Sanctorum Ord. Minorum cum Iconibus.* Avenione 1633. Laudatur tom. 2. Historiae Placentinae Ecclesiae, lib. 19. pag. 308. anno 1276.

GABRIEL FEBURA, Minorita doctor, volumem publicavit:

*Contra Calvinistas*, uti recenset Fr. Gregorius Rives Capuccinus in sua *Contraversa*, titulo: *Calvinistarum impugnatores.*

GABRIEL GIRELLUS, Minorita, castigavit, auxit, indicibusque locupletavit Opera R. P. Fr. Hieronymi de Guadalupe in Offeam, ut videre est in editione Brixiae facta, anno 1604. in 4.

GABRIEL GUILLISTEGUI, Hispanus, Provinciae Cantabriae Regul. Observantiae Theologus, iteratò Guardianus; ac S. Officij Qualificator, demùmque ad Ecclesiam Paraguay assumptus, pro Tertio Ordine Franciscano, idiomate patrio vulgavit:

*Apologeticam defensorium.* Flaviobrigae apud Petrum de Huydobro, anno Virginei partus 1643. in 4. Vidi.

GABRIEL A S. HIERONYMO, Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Gregorij Philippinarum, pius, ac doctus Concionator, confecit:

*Historiam authenticam Actuum, ac Martyrij Venerab. Martyrum Molucensium Fr. Sebastiani à S. Josepho, ac Fr. Antonij à S. Anna; Minorum Discalceatorum Provinciae S. Pauli filiorum*, ad Concilium Provinciale Malacense missam. Legi.

GABRIEL HUNGARUS, Minorita

ta, laudatur à Jacobo Le-Long, pag. 736. suae Bibliothecae Sacrae, ceu, à quo prodijt:

*Descriptio Terrae Sanctae*, edita anno 1521. in 4.

GABRIEL JOANNES, Hispanus, Apostolicus Concionator, ex Provincia S. Joannis Discalceatorum in Valentino Regno, edidit vernaculè:

*Concionem funebrem Panegyricam V. Dominae Victoriae Galvalda Zorita.* Valentiae anno 1697. in 4. typis Didaci de Vega. Vidi.

GABRIEL MAQUEDA, Hispanus, ex Tertiarijs Regularibus Prov. Baeticae, Doctor Theologus, ac emeritus, perutile opus conscripsit Hispano idiomate:

*Adversum publicas domos mulierum perditarum.* Prodiit Granatae, ex officina Bartholomaei de Lorenzana, anno Virginei partus 1622. in 4. Vidi.

GABRIEL MATA, Hispanus, Provinciae Cantabriae Regular. Observantiae alumnus, Vir studiosus, ac in Arte Poetica sufficienter instructus, metro Hispano, edidit sub emblemate Equitis Afsianstis.

*Vitam, & gesta S. P. N. Francisci.* Tomus primus prodijt Flaviobrigae, anno 1587. in 4. Vidi. Secundus ibidem typis Matthiae Mares, anno 1589. in 4. Eodem metro concinnavit, ac edidit:

*Vitas S. Clarae, S. Antonij Patavini, S. Bonaventurae, S. Bernardini Senensis, ac S. Ludovici Episcopi.* Ibidem, ac eisdem typis. Ligato etiam sermone, communis juris fecit:

*Vitam S. Didaci.* Matriti anno 1596. in 4.

GABRIEL, nullo cognomine addito, Minorita, laudatur à Fr. Vincentio Coronelli, ad calcem suae Chronologiae, ceu à quo prodierunt:

*Commentaria in 1. librum Sententiarum*, haecenus mihi ignota.

GABRIEL MOLINA A CASTELLO ARQUATO, natione Italus, Regularis Observantiae Provinciae Mediolanensis alumnus, vernaculè vulgavit:

*Regulam Tertij Ordinis S. P. N. Francisci, &c.* Mediolani, apud Petrum Timi, anno salutis 1586. in 8. Agit de Tertij Ordinis institutione, perfectione, excellentijs, privilegijs, ac indulgentijs. Vidi.

GABRIEL MONCADA, Hispanus, Matritensis, celebris in saeculo Advocatus, Minoritis Capuccinis adscriptus, sub nomine assumpto Fr. Francisci Antonij de

Madrid, convertit in sermonem Hispanicum, ex Fr. Zachariæ Boverij Latino:

*Chronica Minorum Capuccinorum*, tomis tribus in fol. Matrivi 1644. Vidi. Ferrur etiam scripsisse volumen in 8.

*De Pactis*, editum ibidem per Alphonsum Mattonium 1639.

*Profodiam, vna cum tractatu carminum, ac figurarum*. Consule Nicolaum Antonium in Bibliotheca Hispana, pag. 137.

GABRIEL MONTAÑES, Hispanus, Discalceatæ Provinciæ S. Joannis in Valentino Regno filius, & Ecclesiastes, in publicum misit Hispanicè:

*Concionem Panegyricam de Domina nostra à Miraculo*. Valentia anno 1723. in 4. ex relatione laudatæ Provinciæ.

GABRIEL A MONTE NOVO, Italus, Concionator, necnon Provincialis Minister Provinciæ Picenæ Minorum Capuccinorum, Vir doctrina, consilio, ac sanctis moribus illustris, scripsit, Genuensi teste, pag. 137. opusculum valdè devotum, sub hoc titulo:

*Enchiridion Spiritualium Orationum, & Meditationum, necnon Exercitiorum in exorando Deum: quod fuit primum vulgatum Venetijs anno 1583. suppresso ejus nomine*. Obijt plenus dierum, & meritum in Conventu suo Fabriani, & de eo scribit Boverius tom. 2. Annalium Capuccinorum.

GABRIEL MUTINENSIS, seu DE VERONA, Rangonius etiam dictus, S. Joannis à Capistrano discipulus, & socius, Provinciæ Austriæ Vicarius, Matthiæ Hungariæ Regi gratissimus, Episcopus Albienfis, sive Transilvanus, deindè Agriensis, demùm S. R. E. Cardinalis Tit. SS. Sergij, & Bachi à Sixto IV. creatus, Vir insignis, clarsi contra Turcas Hydruntum occupantes immisissæ Præfectus, stylo signavit:

*Orationes.*

*Sermones varios.*

*Apologias adversus Hæreticos:*

*Vitam S. Joannis à Capistrano:*

*Epistolæ multas ad diversos Principes*. Obijt Romæ anno 1486. mense Octobri, sepultus ad Aram Cœli. Consule Uvadingum hic, & tomo 7. Annal. ad annum 1478. num. 68. & Georgium Josephum Eggs in sua Bibliotheca Purpurata. Ejus in laudem, suorumque insignium, accinebat olim Uvadingus:

*In bratis fertur Leo nobilis esse: Leones  
Hinc fert, inque malos, ut Leo Rango fuit.*

GABRIEL NASI, Florentinus, Eques olim Sacræ, & illustrissimæ Militiæ S. Stephani, inter Minores Observantes adscriptus, scripsit:

*Geneologiam prosapiae suæ Nasorum*, quam cum illa de Palatio, ac Comitibus Guidonis olim Clusentini Domini, & in Tuscia Palatini eandem esse, ex vno stipite prodisse ostendit. Florebat anno 1600. Hæc Fr. Antonius Terrinca, parte 3. sui Theatri Tusciæ, pag. 302.

GABRIEL DE NOBOA, Hispanus, Gallæcius, Compostellanæ Provinciæ Regularis Observantiæ Theologus, ac Salmantinæ Universitatis Doctor, Vir excellens ingenio, & eloquio scholasticus, vernaculè vulgavit:

*Epicedium Sacrum Panegyricum in Exequijs V. M. Emmanuela à Trinitate exemplaritatè nota insignis in Conventu Excalceatarum ejusdem Urbis*. Salmantica ex officina Mariæ Estevez, viduæ, anno 1696. in 4. Vidi.

*Orationem funebrem in Exequijs Doctoris D. Didaci de Sierra Scholastici Salmanticensis*. Ibidem typis Gregorij Ortiz Gallardo, anno 1701. in 4. Vidi.

*Orationem funebrem in Exequijs Catholici Hispaniarum Regis Caroli II. Prodiit ibidem, vna cum Inscriptionibus, Hieroglyphicis, ac carminibus varijs ex typographia Isidori de Loon, anno 1701. in 4. Vidi.*

*Orationem Panegyricam ad Taurinensem Congregationem*, vulgò dictam *Confalon*. Ibidem, litteris ejusdem, anno 1702. in 4. Vidi. Tandem latino sermone communis juris fecit volumen in fol. non abjiciendæ lectionis, cui titulus:

*Palestra Mariana Apologetica pro V. M. Maria à Jesu de Agreda*. Salmantica apud Mariam Estevez 1699. in 4. Est editio 2. auctior. Vidi. Sunt volumina duo. Insuper:

*Apologiam Regularium*, opus egregium exculum Salmantica typis Isidori de Leon 1702. in 4. Vidi.

GABRIEL PAEZ, Lusitanus, Seraphici Ordinis alumnus, edidit vernaculè *Ordinationes Tertij Ordinis Franciscanæ* memoratas à Raphaelè Pluteau in Catalogo AA. præfixo suo Dictionario Lusitano, & à Nicolao Antonio. Ejus vitur testimonio Georgius Cardoso, tomo 2. sui Agiologij Lusitani, pag. 176. litt. F.

GABRIEL PAMBO, Antuerpensis, Capuccinus, composuit Flandrico metro libellum, cui titulus:

*Turtur gemebunda*; prodijt anno 1648. adjecto opere *Musicali*, à quodam Tiburtio ejusdem Familiæ consodali; meditatatur eodem anno translationem ex Latino in Flandricum Annalium Fr. Zachariæ Boverij, teste Auberto Myreo de Scriptor. Ecclesiasticis, sæculo 17. cap. 242. fol. 263.

GABRIEL RANGONIUS, Italus, ex perillustri Comitum Rangoniorum sanguine. Vide superius verbo *Gabriel Mutinensis*.

GABRIEL DE RIBERA, Hispanus, Provinciæ S. Michaelis Regul. Observ. Minister, Divini verbi Prædicator egregius, vernaculè vulgavit:

*Quadragesimale pro singulis Dominicis, quartis, & sextis ferijs Quadragesimæ*. Salmantica anno 1603. & 1605. in 4. Item ejusdem argumenti repetitum opus, scilicet:

*Quadragesimæ secundum*. Ibid. eodem anno.

GABRIEL SAGARD THEODAT, Gallus, ex Minoritis Recollectis Provinc. S. Dionysij, professione Laicus, litteris commisit:

*Magnam ipsius peregrinationem apud Aurones*, vbi etiam agit de *Missionibus Recollectorum laudatæ Provinciæ*. Parisijs apud Moreau 1632. in 8. Vidi.

*Dictionarium linguæ Aurorum*. Ibidem 1632. in 8. Vidi. Extat hujusce mentio apud Arturum in Martyrologio Franciscano, die 31. August. §. 20.

GABRIEL SPOLETINUS, sub annum 1445. quo floruit, vnas fuit ex illustribus Scriptoribus Ordin. Minorum, teste Fr. Angustino de Uvite in sua Genealogia Franciscana, pag. 59. Ejus autem tractatus ad notitiam meam non venerunt. Eum Rodolphus commendans lib. 3. suæ Historiæ Seraphicæ, inquit: *Gabriel Spoletinus, Philosophus, Theologus, & Prædicator insignis tempore D. Bernardini, sed non impari sanctitate, Senis habuit publicam disputationem, in qua egregiè se probavit.*

GABRIEL DE TORO, Hispanus, in Urbe Taurenti Diocesis Zamorensis natus, Compostellanæ Prov. Regul. Observ. Minister. Regibus Lusitanæ à Sacris Concionibus, à Carolo V. Imperatore designatus Vistorator, seu Inquisitor Senatus, sive Consilij Regij Castellæ, scripsit sermone patrio præclarum volumen prænotatum:

*Thesaurus Misericordie Divinae, & Humanæ*, in quo multa piè, & doctè disserit de elemosyna. Salmantica anno 1536. in Tom. II.

8. Valentia anno 1575. in 8. Salmantica typis Joannis Fernandez 1597. in 8. & Conchæ 1599. in 8. vna cum opere in publicum misit:

*Exequias subtiles, ac devotas Dominae nostræ Deiparae semper Virginis*. Casar-Augustæ apud Didacum Hernandez, anno 1548. in 8. Vidi. Vulgavit quoque:

*Theologiam mysticam*, in qua agit de vniione cum Deo. Casar-Augustæ anno salutis 1548. in 4. Vidi. Floruit sub annum 1536. sed apud Bruxellensem Uvite in Catalogo illustrium Scriptorum Ordinis Minorum, anno 1565.

GABRIEL TREJO PANIAGUA, natione Hispanus, Antonij de Trejo, Minoritæ, & Carthaginensis Episcopi Germanus Frater, & Salmanticensis Academiae Doctor, Religiosus, & Archidiaconus Militaris, seu Equestris Ordinis Cisterciensis de Calatrava, Regiæ Curia Judex fuit, quem Tertiam Regulam Sancti Francisci professum, Paulus V. Pontifex Maximus ad Philippi III. Hispaniarum Regis preces, absentem, Presbyterum Cardinalem dixit, tit. S. Bartholomæi in Insula, cujus Templum, præsertim verò Apostoli sepulchrum instauravit, ac ornavit: quo relicto, alium S. Pancratij adeptus est. Purpureum pileum Romæ in Aula Palatij Pontificij in Quirinali anno 1617 accepit, Salernitanam Ecclesiam in Regno Neapolitano obtinuit, illamquè Archiepiscopus rexit annis duobus, quibus elapsis, anno 1627. ad Malacensem in Hispania Ecclesiam translatus est. Pro Purissima Mariæ Virginis Conceptione, ac cultu Sacrorum Stigmatum S. P. N. Francisci, multum operæ, studijque posuit inter Patresque Congregationem Regularium, Concilij, & Indicis connumeratus: Supremi deindè Consilij in Regno Castellæ Summus Præses renunciatus, eodem munere magna cum laude functus est, Stylo signavit:

*Epistolam diffusam eruditione, ac pietate plenam, in qua commendat excellentiam, atque doctrinam S. P. N. Franciscanæ* Editam habes in capite Opusculorum S. P. N. Francisci, editionis Antuerpiensis in 4. & Parisiensis in fol. Pauca de Epistola hac, sed memoria digna hic subjicio: „ *At tu admiraris*, inquit, & solemnibus „ celebrare cupis encomijs, me post puram Cardinalitæ dignitatis, Habitum „ Tertij Ordinis induisse, & solemniter „ tertiam Patris nostri Francisci Regulam „ professum fuisse. Sed quomodo, qui me

ipsum, & omnia, quæ habeo, Franciscus esse profitebar, possem quaecumque exhibere devotionis signum, nisi me ipsum suæ Religionis devoverem? An ne indignus est Francisci funis, quo Regia purpura cingatur? Eo præcinctus Ludovicus Rex Galliarum, Elisabetha Hungaricæ Princeps, in Sanctorum numerum relati; Imperatrices, Reges, Reginae, & alij Principes Viri; quorum numerum, tempore mortis suæ devotissimè Habitum suscipiens, auxit hoc anno Philippus III. Hispaniarum, & paulò ante Serenissima Hispaniæ Regina Elisabetha, Philippi IV. Domini nostri vxor, & nobilissima Princeps Maria ejusdem Philippi IV. Germana soror, quæ etiam huic tertiæ Religionis nomen dederunt, quas cum potentissimo, & pijsimo Rege Deus diu incolumes servet. An fortè non decet Regiam dignitatem cilicium? Decet certè, & tempore Elisei Prophetæ eo usum Regem Israel. narrat Historia Sacra. Undè ergo miraris, quod Cardinalis cineritium Habitum purpuræ imponat, & chorda se præcingat? Dicis: Humilis Habitus est, tantæ dignitatis. At ego respondeo, idè suscipiendum hoc tempore, cum tantò humilior, atque ad serviendum Deo promptior quisquam debeat ex munere, quantò se obligatorem conspiciat in redenda ratione: & nobis humilitatem hoc tempore, quoad talem evectis summus dignitatem, tantò magis arbitror esse necessariam, quantò major noscitur materia suppetere ad superbendum. Genus, aetas, scientia, Cathedralis, & quod majus est primatus prærogativa, cui non essent insalientia comes, & elevationis occasio? Quamquam esse possint, & humilitatis. Meditantibus quidem honores blandiuntur, sed onera pensantibus radio sunt, atque formidini. Sed superbire honoribus communius est, sapèque transitoria potestas animum per abrupta elevationis rapit: plerumque enim se animo accepta potestas obijcit, cum tumidis cogitationibus fallit. Manu ergo humilime considerationis, deprimendus est tumor elationis. Hinc Paulus ad Apostolos, & magisterij dignitatem evectus, nobis elucet, serviens Domino cum omni humilitate: memor humilitatis, quæ bis, qui præsumptissime congruit, eo quod facillimè arrogantiam tolluntur. Nonne hoc nos docent à natura instructæ græves, quæ in altiora elevandæ ne à ventis huc, illuc-

que projiciantur, lapides pedibus porant, ut pondere securius volare possint, quæ leviores ventis cedere compelluntur? Nonne navim onerat nauta, ut sic depressa, & demissa: humilior licet, securior tamen iter agat suum, nec ita facile à procellosis vndis agitata, huc illucque jactata demergatur, & quo altioribus natate cupit vndis, eo se major gravat onere? Quid ergo ego facerem eo tempore, quo indignus ad tam supremum Ecclesiæ evehat gradum, nisi humilitate Francisci me tueri, quo securius possem oneris injuncti procellas, labores, & onus sustinere? Sed quid multa? Nonne cinericius Habitus Francisci verè purpureus est, quo ornari possit Regia, & Cardinalitia dignitas? Verè purpureus est, quem Christus signa cruoris, & passionis ejus coloravit: fides; & quem Christi vice proprio sanguine è Sacris Stigmatibus effluente, rubere fecit Franciscus. Anne humilitas Christi servitus est? Servillis nomen est quam regalis nobilitas purpura, ornamentum est purpura Regium. Hunc, si quis vel dedignetur, vel abhorreat, habitum, respiciat quod non griseus, sed purpureus sit: humilitas namque suscepta pro Christo Regiam præferat dignitatem. Quid ergo feci? Purpuram purpura contexi, Cardinalitiam Regiam tantum abest, quod me humiliaverim, ut meritò dubitare possim, an superbiarim. Denique ut verum Franciscicæ Religionis amatorem me ostenderem, inter ejus filios connumerari volui; & quem corde portabam, exterius præferre, quomodo possem, habitum Religionis, cui me devinctissimum filium profiteor: & o vtinam talis operibus apparerem! Age, igitur, mi Frater, & Patris nostri, quas collegisti, in medium profert reliquias, operum, & laborum, quorum nova luce vltima illustrata sæcula resplendant, & tanti Patris laboribus lætentur. Cujus officij te numquam poeniteat, nec aliam desideres utilitatem, quam fecisse; muneris autem tanti in me collati, semper memor ero. Vale, & in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ obsequium te Deus servet incolumen, virtutibus augeat, de ejus bonitate confido meritis tuis præmia nequaquam defutura. Dat. Tibure 3. Julij, anni M. DC. XXI. Obijt in ipsa Urbe Malacensi die 12. Februarij, anno 1630. ibidemque sepelitur; vis vndequa-

que

que præstans, & rerum gerendarum pericia celebris. Ad hujusce Cardinalis sepulchrum Gaspar Jongellinus hæc carmina appendit:

*Non te Mors rapuit, neque virtus interit vquam,  
Sed Tua adhuc vivit gloria, vivit honos.  
Nam Te Parca Senem eripuit, Cæloque locavit,  
Ut Superum Assessor, nunc quoque jura colas.*

Huic Cardinali Commentarios in Chronicon Flavij Lucij Dextræ, Franciscus Bivarius Ordinis Cisterciensis dicavit. Meminerit cum laude Gabrielis Cardinalis Theodorus Amydenius, Gaspar Jongellinus in Purpura Divi Bernardi, & in Catalogo Cardinalium Ordinis Minor. Ferdinandus Ughellius in tomo septimo suæ Italiæ Sacræ; Balthasar Porregnus in elogijs Cardinalium Hispanorum; Hippolytus Marracius in Purpura Mariana, & Fr. Lucas Uvadingus in Legatione de Conceptione Virg. Mariæ. Confule tom. 4 de Rebus gestis S. R. E. Cardinalium editionis Romanæ 1677.

GABRIEL VAZQUEZ, Minorita, de quo noster Alva, col. 484. suæ Militiæ indistinguitur à Gabriele Bacca, cujus memoriam superius egi.

GABRIEL DE VERONA, Vide Gabriel Mutinensis.

GALFREDUS, vel GODEFRIDUS DE FONTIBUS, Anglus, à morum gravitate cognominatus Doctor Venerandus, Vir egregia præstans autoritate ad regendum, eruditione ad docendum, Guardianum Parisiensem egit, vbi etiam publicè prælegit, & scripsit:

*In Magistrum Sententiarum, lib. 4.*

*Quodlibeta multa.* Quodlibeta 14. Extant Oxonij in Collegio Mertonensi, codice 138.

*Expositionem in Regulam S. Francisc. laudatam à nostro Alva, tabula 1.*

*De Infantia S. Edmundi.* Habetur M. S. Cantabrigiæ in publica Academia. Hunc sub nomine *Gosfridi*, Brixienfis Uvite Catalogo illustrium Scriptorum Ordinis Seraphici adscripsit in sua Genealogia Franciscana, pag. 54. annum subticens, quo floruit. Angelus autem à S. Francisco in Catalogo Scriptorum Anglorum suspicatur adfuisse cum quatuor Magistris, qui Regulam nostram explicarunt, ac floruisse circa annum 1240.

GALFREDUS LINGUIUS, cujus meminit ibidem laudatus Uvite, pag. 57. Anglus Conventus Norvicensis alumnus,

Vir Historiarum lectione, & in vestigandis patrijs antiquitatibus misericè delectatus; cum longo tempore, & multo labore penè omnes melioris notæ, qui de rebus his agunt, pervolvissent Authores, animus ad scribendum appulit, & (vti testis est Uvadingus, ex Guillelmo Botonero in suis Antiquitatibus, & Uvilloro in suis Athenis Franciscanis) exorsus ab origine Mundi, licet Pitseus opinetur exordium sumpsisse ab ingressu Briti in Britanniam, scripsit:

*Chronicorum librum unum.* Incipit: *Anno à creatione mundi.* Floruit anno 1390. Eum commendant Joannes Vossius de Historicis Latinis, ac memoratus Fr. Angelus à S. Francisco, quo teste, alia scripsit.

GALFREDUS A HOGAIN, Hibernus, Cœnobij Nenaghtensis in agro Typarariensi alumnus, scripsit apud Uvadingum:

*Annales ab anno Domini 336. vsque ad annum 1370.* Extant inedita apud Minoritas illius Regionis. Extant hujusce mentio apud Jacobum Uvareum, cap. 10. lib. 1. de Scriptoribus Hiberniæ.

GALGANUS (GARGANUS apud Uvadingum) DE AUGUSTINIS, Senensis, Artium Doctor, & Sacræ Theologiæ Magister famosus, aliquando Commissarius Generalis Patrum Conventuum, edidit:

*De auctoritate Protectoris Ordinis libros 2. anno 1507.* Scripsit etiam:

*In Philosophia, & Theologia.* Extant M. S. Senis, vbi obiit circa annum 1523. ex Mariano, & alijs apud Theatrum Genealogicum Tuscæ, part. 3. tit. 1.

GALIANUS DE MANTINA, Minorita, Italus, scripsit:

*Summam brevem casuum conscientiarum.* Hæc Uvadingus, & Sannig in Synopsi, tom. 1. Scholæ Philosophicæ Scotistarum.

GALLUS RAVENSPURGENSIS, Capuccinus, natione Germanus, alumnus Provinciæ Austriæ Anterioris, Concionator doctus, & eruditus, edidit Germanico idiomate:

Com-

*Conciones fanebres.* Hæc Genuensis, pag.

137. **GANDULPHUS SICULUS**, Reg. Observant. Vir pietate inignis, Romanis Pontificibus charissimus, ab Eugenio IV. Pont. Max. Montis Sion, & Terræ Sanctæ Guardianus electus est anno 1438. adniventibus potissimum S. Joanne de Capistrano, & B. Alberto de Sartiano, (ex Uvadingo in Annal. tom. 5. anno 1438. num. 24. & Dominico de Gubernatis in Orbe Seraphico, tom. 2. lib. 6. cap. 16. §. 14.) Orientalium Provinciarum Indiæ, Æthiopiæ, Ægypti, & Hierusalem Commissarius Apostolicus constitutus est, ex Diplomate dato Romæ Kalend. Decembris 1444. ex Uvadingo cit. anno 1444. num. 52. Hunc Gandulphum illum Aggregentinum censo, qui Provinciæ Siculæ Vicarius anno 1449. Ordinis Comitij in Provincia Tusciæ coactis, interfuit, eodem Luca, Uvadingo teste loco cit. anno 1449. num. 16. inter alia, quæ scripsit, superest:

*Relatio de statu Rerum Orientalium*, apud Uvadingum cit. anno 1444. num. 54.

**GARSIAS MANRIQUE**, Minorita, Hispanus, uti noster Alva recenset col. 488. tuæ Militiæ universalis, scripsit cum alijs:

*Epistolam ad Summum Pont. Paulum V. pro diffinitione Mysterij Immaculatae Conceptionis*, & extat apud Dazam, cap. 25. fol. 189.

**GARSIAS ANTONIUS DE MORALE S BUSTAMANTE**, Hispanus, Lector Theologus Conventus Granatensis Regularis Observantiæ, publicavit:

*Orationem funebrem in Exequijs V. P. Fr. Josephi Fernandez Minoritæ ejusdem Provinciæ alumni.* Granatæ per Antonium Lopez Hidalgo 1706. in 4. Vidi.

**GARSIAS CISNEROS**, Hispanus, Provinciæ S. Gabriellis, septimus inter duodecim illos Patres, qui ad Indos Mexicanos navigarunt, Vir prudens, & circumspectus, ut in promovenda illorum salute astuabat, absens eis prodesse studens, pleratsque Mexicano idiomate abs se conscriptas Conciones, sui in eos amoris mnesomofynum reliquit, quas illorum peritiores festivis diebus, convocato Fidelium coetu perlegerent. Instituto à se Collegio de Thatibulco, ubi Mexicanorum pueri instruerentur, & prima elementa caperent, & deinceps necessarijs disciplinis imbuerentur, doctos sui instituti Viros præfecit. Floruit Carolo V. Imperatore, sepultus

que est in Cœnobij Mexicani Templo. Hæc Uvadingus Uvillorum excipiens. Agunt de nostro Authore, quotquot minerunt Apostolici, ac V. Viri Martini Valentini. Suarum meminit Concionum Antonius de Leon in sua Bibliotheca Orientali, & Occidentali. Constat partem primam meæ Bibliothecæ Minor. Discalceatorum.

**GARSIAS N.** seu ignoti cognominis, Minorita, laudatur à Uvadingo, cui quo in lucem prodijt:

*Compendium de Observantia Regula Minorum.* Memoratur ab Augustino Uvate sub nomine *Grazias* in Catalogo illustrium Scriptorum Ordinis Minorum.

**GASPAR BARREIROS.** Vide superius *Franciscus à Matre Dei.*

**GASPAR A S. BERNARDINO**, Lusitanus, Regularis Observantiæ Provinciæ Portugalliæ alumnus, vernaculè commune fecit:

*Itinerarium Indicum.* Ulyssipone ex typographia Vincentij Alvarez 1611. in 4. Vidi.

*Descriptionem terrestri Hierusalem.* Ibidem. De eo egi in mea Bibliotheca Discalceatorum, pag. 94.

**GASPAR A CONCEPTIONE**, Lusitanus, Ordinis Seraphici Provinciæ Portugalliæ, scripsit:

*Dietam salutis.* Ulyssipone 1620. in 12. Hæc Nicolaus Antonius, tom. 1. Bibliothecæ Hispanæ, pag. 401.

**GASPAR A CRUCE**, Lusitanus, Minorita, ni fallor, teste Raphael Phiteau in Catalogo AA. præfixo, tom. 1. sui Dictionarij Lusitani, emisit volumen, in quo vernaculè, ac diffusè sermonem instituit:

*De Rebus Synicis*, excusum Evoræ 1659. formis Andreæ de Burga.

**GASPAR DE LA FUENTE**, Hispanus, Toletanus, Regularis Observantiæ Castellanae Provinciæ, ex Collegio Complutensi, ut Nicolao Antonio vrac pag. 402. sui tom. primi Bibliothecæ Hispanæ, evocatus Romam, docuit prius liberales artes in Cœnobio S. Petri Montis Aurei nuncupato; mox Theologiam, vna cum Antonio Hiqueo Hyberno Viro doctissimo in Collegio S. Isidori Agricola sodalibus Hybernis ejusdem Ordinis nupè erecto. Complutensem domum à reditu gubernavit: Joanni Merinero Ministro Provinciæ, ac Diffinitor Generalis sui premis itidem apud nos Eidei Censoribus

à Consilijs Theologicis; Vir subtilis, doctus, & prudens. Scripsit:

*Questiones Dialecticas, & Physicas ad mentem Doctoris Scoti.* Lugduni 1631. in 4. duobus volum. apud Jacobum, & Andream Proff. Vidi. Contulit quoque operam suam vna cum Petro de Balvas, Petro de Alva, & Joanne Gutierrez in

*Armamentarium Seraphicum, & Regesum universale pro tuendo titulo Immaculatae Conceptionis.* Matrili typis Regis editum anno 1649. in fol. Edidit etiam Hispanicè:

*Apologias plures Ordinis Minorum.* Ex Relatione suæ Provinciæ. Obijt electus Episcopus Bejembensis in Mediolanensi Ducatu, teste nostro Alva, col. 491. suæ Militiæ.

**GASPAR LEGIONENSIS**, Hispanus, Regularis Observantiæ Provinciæ S. Jacobi, magni nominis Ecclesiastes, edidit:

*Homilias, & Sermones pro singulis Dominicis, ac diebus festivis totius anni.* Salmantica 1554. in 4. Vidi. Stylo quoque signavit:

*Destructorium insuper Repetitionis edita à quodam Magistro Ordinis Prædicatorum in Conventu Salmantino de præmijs, qua debentur meritis mortificatis per penitentiam dignam vivificatis*, in 4. M.S. Incipit: *Tanta est virtus pacis, &c.* Vidi. Floruit circa annum 1548.

**GASPAR LUSITANUS**, ex Discalceatis Provinciæ Pietatis ejusdem Regni, jussu Henrici Cardinalis, & Portugalliæ Infantis, emisit ex Lusitano idiomate in Congi linguam redditam:

*Doctrinam Christianam* in 8. Extat hujusce mentio apud meam Bibliothecam Minorum Discalceatorum, pag. 94.

**GASPAR MEAZA DE LUNA**, Sacræ Theologiæ Magister, ac per Hispanias Conventualium Commissarius Generalis, opus publicavit prænotatum:

*Excidij Mahomethanae Sectæ sub Quarto Mahomethe per quatuor Fæderatos Principes ab anno 4. supra millesimum sexcentissimum octogesimum conjectura.* Matrili in officina Joannis Martini de Barrio in 4. Vidi. Principes quatuor, quos annumerat, sunt Summus Pontifex, Imperator, Rex Poloniae, Veneta Respublica. Opus est bipartitum. Titulus partis secundæ hic: *Sacri Parnassi Musa ab eodem P. M. Gaspare Meaza de Luna Franciscano Conventuali, lenitè exercitata, que imminentis Mahomethanae Sectæ Excidij*

*conjecturis, quibus pondus datum fuit à Divinis Mysterijs numerum addunt, & mensuram eodem anno intercalari, quo supra.* In Authoris laudem cecinit inter alia D. Bartholomæus Ponce de Leon, & Corruçhaga hoc Distichon:

*Dicitur Amphyon cautus animasse Meaza  
Macte esto: exanimas Thracia castra Lyra.*

Insupèr Italicè publicavit:

*Manuale Minorum Conventualium; ad profectum Novitiorum, adjecta relatione Virorum illustrium suimet Instituti.* Parnormi apud Isolam 1670. in 24. Ad prælum vero, ac revisioni demandata habebat:

*De Origine nobilissima Familia de Caprini.*

*Instructionem Religiosi à secretis.*

*Dictionarium morale, ac dogmaticum;* cujus memoriam agit Author initio primi operis superius laudati, inquit: *Dum tibi majora, & uberiora in meo Morali, ac Dogmatico Dictionario, sex tomis comprehenso, ad Catholicos erudiendos, ad Hæreticos profligandos, parare non desisto, accipe brevissimas has Excidij Mahomethanae Sectæ conjecturas, è latebris Divinorum Arcanorum ascitas.* Decessit Matrili anno 1688. Pluribus de eo Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, & in Appendicæ.

**GASPAR A S. MICHAELE**, Indus Orientalis, Concionator, atque Indicæ linguæ Magister, scripsit, deditque in ipsas Philippi III. Regis Hispaniarum manus, ut imprimi juberet, libros duos Indice conscriptos, quos ille ad supremum suum de rebus Indicis consilium remisit. Primus liber continet:

*In Symbolum Apostolorum explicitationem Dialogisticam*, facillè metro traditam, ut facilius Neophytis inhareret, in qua præcipuos quosque doctrinæ Catholicæ Articulos expressit, & Gentilium superstitiones, ac Idolatriam refutavit. Secundus liber agit:

*De miserijs humanis, de pondere peccati, de quatuor Novissimis, & beneficijs Divinis.* Adhuc sub obscurâ illa, & Europæis imperceptibili lingua hi libri lucem expectant. Hæc Uvadingus. Liber secundus ab eo memoratus constat sex mille carminibus. Scripsit insupèr:

*Manuale Doctorum eodem idiomate*

in 4. opus valdè vtile Apostolicis Ministris.

*Super Passionem Domini*, etiam in 4. & ligato sermone. Constat ter mille carminibus.

*De Ritibus Gentilium*, eadem lingua in 4.

*De Vitis Apostolorum, eorumque Symbolo*, eodem idiomate in 4. decem & octo mille versibus digestum.

*Artem linguæ dictæ Canarim:*

*Dictionarium ejusdem lingue.*

*Dictionarium aliud*, eodem idiomate, & Lusitanico.

*Concionum de Tempore, & Sanctis*, eodem idiomate, volumina quatuor. Recensentur hæc opera à Fr. Paulo à Trinitate, ejusdem Institutii alumno, lib. 1. Chronic. Provinciæ S. Thomæ, cap. 69. cujus alumnus fuit Author noster. Laudatus etiam à D. Andrea Barcia in sua Bibliotheca Indica, titulo XVI. pag. 528. vti Author, eodem idiomate, operum sequentium, nempè:

*Libri de septem Sacramentis:*

*Baculi Pastoralis.*

*Symboli Fr. Ludovici Granatensis.*

*Symboli Cardinalis Bellarmini.*

GASPAR PATO, Lusitanus, verbi Dei Concionator in Prov. Discalceatorum S. Antonij memorati Regni, inter alia M. S. reliquit:

*Medullam Quaestionum communium Sacrae Scripturae locorum.* Medina cum Nicolao Antonio, & ex Relatione Romam ex Portugallia missa. Asservatum vidi in Bibliotheca Ulyssiponenfis Conventus S. Antonij. Est opus in fol. latino idiomate conscriptum, & licentijs ad prælum munitum.

GASPAR DE PINAROLIO, natione Subalpinus, Provinciæ Pedemontanæ Minorum Capuccinorum alumnus, ex nobilissima Purpuratorum Familia, olim Patritius, Aurati Equitis, & Magistri Militiæ filius: Vir animi robore, doctrina, & scientia præditus: qui Missionarius Apostolicus in Vallibus Cadrilij deputatus, potens in opere, & sermone, Orthodoxas veritates incolis sollicitus explicavit, pravitatem Hæreticam in alijs Regionibus evellere studuit, & Catholica Religionis ritus, traditionesque confirmando, Ecclesiasticum Regnum ædificavit, quo Sathanæ Regnum destrueret, scripsit:

*Manuale, seu Directorium pro usu Missionariorum*, M. S. Obijt anno 1631. Ejusdem meminit D. Marcus Aurel. Lucceg-

nensis in Relatione Mission. apud Genuesensem, pag. 137.

GASPAR PROCOPIJ, Minorita Germanus, vernaculè scripsit:

*De Patrocinio Ecclesie* volumen, excusum anno 1676. in 4. teste Lippenio, tom. 2. suæ Bibliothecæ Regalis Theologicæ, pag. 446.

GASPAR ROMAN, Hispanus, Theologus, ac Ex-Provincialis Minister Provinciæ Granatensis Regularis Observantiæ typis commisit:

*Resolutionem moralem adversus falsam sigilla monetarum.* Granatæ formis Regijs anno 1652. in 4. Vidi.

GASPAR ROUGNES, Gallus, Provinciæ S. Ludovici Minorum Capuccinorum, Concionator eruditus, ac Sacrarum litterarum maximè studiosus; qui olim fuit Eminentissimi D. D. Antonij Barberini Cardinalis Confessarius, & ei familiaris valdè; scripsit idiomate Gallico opus in duos tomos distributum, cujus titulus est:

*L' Illustré Capuccin le Duc de Modene, & Isabelle de Savoye son épouse, ou le secrets de l' Amour des souffrances du Sauveur le soeurs des Souverains.* Prodiit Aquijs Sextis apud Stephanum Roize, anno 1677. & dicatum est Serenissimo Principi Mutinensi Rinaldo Stenfi.

GASPAR SCATIGERUS, aliàs *Sasgerus, Scangerus, vel Hargerus*, Argentinæ Provinciæ Regular. Observantiæ alumnus, per Germaniam Provincialis Minister, posteritati dedit non pauca hæud abjiciendæ eruditionis opuscula, nempè:

*Apologiam status Fratrum Ordinis Minorum de Observantia.* Editio antiqua in 4. absque loco, & anno impressionis apud Bibliothecam Hispanensis Ecclesiæ. Vidi. Apud tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 351.

*Scrutinium Divinæ Scripturae pro conclusionè dissidentium dogmatum circa materias de Gratiâ, & libero arbitrio.* Basileæ anno 1522. in 4. Item

*De Vita Christiana, & Monastici Instituti ad eam optimam quadraturam.* Editio antiqua in 8. loco, & anno non expressis. Incipit: *Servator noster.* Vidi in Bibliotheca Matritensis Conv. Regul. Observantiæ demum ex Uvadingo.

*Replicam contra periculosa scripta.* Incipit: *Zorobabel supremo.*

*Examen novarum doctrinarum.* Incipit: *S. Paulus.*

*De Vita Christiana, & Monastica.* Incipit: *Ut mandatum.*

*De Sacrificio Missæ.* Incipit: *Sanctus Propheta.*

*De Libertate Evangelica.* Incipit: *Servator noster.*

*De Sanctorum imploratione.* Incipit: *Servator noster benedictus.*

*Traductionem Satanae.* Incipit: *S. Jacob.*

*De Justitia Fidei.* Incipit: *Quamquam in alio opere.*

*De Justitia operum.* Incipit: *Justitia nominis.*

*De Septem Sacramentis.* Incipit: *Baptismi nomen.*

*De Vita contemplativa.* Incipit: *Prima purgatio est.*

*De Fide, Spe, & Charitate*, contra Joannem Baronem Suvarlemberg.

*De Doctrina Christiana.*

*De Dissolubilitate Matrimonij narrationem contra Lutherum.* Incipit: *Celebratio inter Conjuges.*

*De Præceptis, & Legibus.*

*De Operibus metitorijs.*

*De vero Dei cultu.*

*De Potestate Ecclesiastica.* Claruit Imperatore Catolo V. anno 1525. in Coenobio Monachij Bavariæ. Merito illum adscripsit Catalogo illustrium Scriptorum Ordinis Minorum Fr. Augustinus de Uvite in sua Genealogia Franciscana, pag. 66. Laudatur à Fr. Didaco Lequile in suo Terlegislatore, & Trithemio de Scriptoribus Ecclesiasticis.

GASPAR SGHEMMA (perperam SGERRA) à Panormo, ex Minoritis Conventualibus, Synodalis Examinator, Sanctæ Inquisitionis Regni Siciliae Censor, Vir sanè eruditus, composuit luculenta quædam volumina, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit, de quibus ad me venerunt:

*Manuale Scoticum, juxta quatuor libros Magistri Sententiarum.* Panormi apud Alphonsum Iola 1638. in 16. Vidi. Item:

*Scotica opuscula de Deo Uno, & Trino, quoad Dei visionem, Lumen Gloriae, Fruitionem, Beatitudinem, Præscientiam, Prædestinationem, ubi obiter meritum Christi, & Immaculata Virginis Conceptio, Prælectio, Præordinationio*, Emin. Cardinali de Lugo nuncupata. Ibidem eisdem typis, anno 1645. in 4. & ibidem 1652. Vidi. Insuper communis juris fecit:

*Scoticum opusculum de Scientia, & voluntate Dei in ordine ad ultimum finem.* Ibidem, ex Typographia Petri de Iola, anno 1651. in 4. Vidi. Insuper ex Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculae emisit:

*Scoticas digressiones cum Commentarijs ad octo libros Physicorum Aristotelis Stagiritæ.* Pars prior circa rerum principia, causas, exemplaria instrumenta, fortunam, casum, fatum, Panormi apud Alphonsum de Iola 1635. in 4.

*Pars secunda*, ibidem apud eundem.

*In Organum Logicum Aristotelis Stagiritæ Enchiridion Scoticum.* Ibidem typis Francisci Terranova, & Andreae Colichia 1648. in 16.

*Manuale Scoticum, juxta quatuor libros Distinctionum Theologiae Magistri Sententiarum.* Ibidem apud Alphonsum de Iola 1638. in 16. Italicè:

*Sermones de Christo, & Christipara.* Catanæ apud Joannem Rofsi 1628. in 4.

*Conciones de Dominicis, Sanctis, Adventu, nonnullis alijs adjectis.* Panormi apud Alphonsum de Iola 1630. in 4.

*Conciones de Sacratissima Eucharistia, & de Immaculata Conceptione Virginis.* Ibidem apud eundem 1643. in 4.

*De Stellario Corona Virginis, una cum duobus discursibus de S. Casmiro.* Ibidem ad calcem operis præacti.

*Quadragesimale cum Concionibus Dei paræ semper Virginis in suis Sabbatis.* Panormi apud Franciscum Terranovam 1655. in 12.

*Conciones de electione Ministrorum Provincialis, & de Sacris Stigmatibus S. P. N. Francisci.* Ibidem apud Alphonsum Iola 1639. in 4. His addit Baronius in Sicula Nobilitat. Amphiteatro libros *de Orthodoxa Fide.*

GASPAR A SPIRITU SANCTO, Sacrae Theologiæ Lector, Diffinitor, Custos, ac Pater Provinciæ Discalceatorum S. Josephi, Vir Religiosus, ac excellenter doctus, ad Serenissimum Dominum Cosmam III. Magnum Florentiæ Ducem in lucem misit:

*Vitam V. Fr. Josephi de la Torre Discalceati, ejusdem Provinciæ alumni.* Excudit Matrini, anno 1722. Hieronymus Roxo in 4. Vidi. M. S. reliquit:

*Concordiam Vulgatæ cum Versione LXX. Interpretum.* De utilitate, ac Authoris eruditione testimonium perhibet R. P. Fr. Franciscus Garces, insignis Ecclesiastes, Ex-Diffinitor Provinciæ Burgenfis, Procuratorque Generalis Causæ V. M. Mariæ de Jesu de Agreda, approbans laudatum opus, vti habes apud meam Bibliothecam Minorum Discalceatorum, pag. 94.

GASPAR TRULLENCK, Germanus, Doctor Theologus ex Minoritis Con-

Conventualibus, opus scripsit apud Uvadingum, cui titulum præfixit:

*Solida, & modesta responsio Apologie Fr. Alexandri Ariostii, cujus est inscriptio: Elucidatio rationabilis separationis Fratrum Minorum de Observantia ab alijs Fratribus ejusdem Ordinis.* Francofurti, typis Joannis Fachrij in 8.

GASPAR DE VERGARA, Hispanus, Concionator præcipuus Granatensis Conventus Regularis Observantiæ, prælo dedit vernaculè volumen in 4. sub titulo:

*Discursus prædicabiles de Immaculata Conceptione Virginis.* Cordubæ 1624. Vidi.

*Panegyrim de Canonizatione S. Andreae Corsini.* Granatæ per Martinum Fernandez 1629. in 4. Vidi.

GASPAR DE VIANA, Hispan. Concionator, ac Custos Castellanae Provinciae Minorum Capuccinorum, Vix doctus, ac pius, evulgavit vernaculè opera valdè vilia. Ea sunt:

*Lux practica via Cæli* tomis duobus in 4. Prodiit primus Matriti ex Officina Josephi Fernandez de Buendia anno 1665. Secundus ibidem ex Typographia Matithæi de Espinosa 1667. Vidi.

*Lux clarissima perfectionis.* Ibidem typis Dominici Garcia 1661. in 4. Vidi.

*Quadragesimale ex Abulensi, & Patribus depromptum.* Ibidem per Melchiorem Sanchez 1675. in fol. Vidi.

*Adventuale sub titulo Sol Hispania Abulensis.* Conciones istæ, quas *Lamentationes Christianas* appellavit, excudit Matriti Melchior Sanchez tomis duobus in fol. anno 1670. Vidi. Ex relatis, ait Genuensis, emississe in 4.

*Conciones in Lamentationes Jeremie Prophetæ,* editas ibidem apud Gabrielem Legionensem 1670. Crederem autem non alias Lamentationes, præter immediatè laudatas, exarasse.

GASPAR DE VIGACHOAGA, Hispanus, Toletanus, Concionator insignis, nonnullarum Provinciarum Visitator, & à Secretis Generalibus Ordinis Guardianum agens Salmantini Conventus Regularis Observantiæ Provinciae S. Jacobi, compilavit Conciones plures:

*De Immaculata Conceptione Virginis,* Salmanticae habitas à doctissimis Viris, easque prælo submisit Didaci de Cusio, anno 1619. in 4. Vidi. Edidit:

*Concionem de S. P. N. Francisco à se habitam.* Ibidem eodem anno in 4. Demum

teste Nicolao Antonio tom. 1. Bibliothecæ Hispanæ, pag. 410. Tractatum scripsit: *De obligatione Episcopi Religiosi,* impressum Matriti janno 1631. Fortè indistinctinguitur à tractatu conscripto ab Illustr. Fr. Francisco de Sossa.

GASPAR UZEDA, Hispanus, Sacrae Theologiæ Professor in Salmantino Conventu Compostellanæ Provinciae, hujusque Diffinitor, scripsit, non autem edidit erudita:

*Commentaria in Job,* Hispano idioma te.

*Expositionem Evangelij, Exijt editum,* vernaculè.

*In aliqua Matthæi, Luca, & Joannis Capita,* vernaculè.

*Tractatum de peccatis,* ad usum Concionatorum, Hispanicè.

*Conciones Quadragesimales, Mariales, Vespertinas, ac de Defunctis,* eodem sermone.

*In aliquot Psalmos, pro Defunctis,* vernaculè.

*In Epistolam primam ad Corinthios,* Hispanicè.

*In Epistolam ad Romanos,* eodem idioma te. Habentur hæc omnia unico volumine contenta Salmanticae in Bibliotheca Conv. S. P. N. Francisci. Vidi. Insuper exaravit:

*Commentaria in Epistolas ad Hebraeos* Asservantur M.S. in nonnullis Bibliothecis ejusdem Provinciae, vti Uvadingus narrat. Sanè habetur in laudata Bibliotheca in 4. Fr. Petrus de Alva ea legit Matriti, ipsomet attestante, col. 495. suæ Militiæ. Exaravit insuper tractatum prænotatum:

*Defensio status Minorum Regulari Observ. Ineditum vidi Matriti in Archivo generali Ordinis. Claruit anno 1575.*

GAUDENTIUS BONTAMPUS, Italus, Brixienfis, ex Minoritæ Capuccinis ejusdem Provinciae, Sacrae Theologiæ Lector Generalis, Vir sanè, & sapientia, & moribus insignis, ad mentem Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ Commentaria elaboravit super 4. libros Sententiarum septem in tomos in fol. distributa, quibus communem hunc præfixit titulum:

*Palladium Theologicum, seu tota Theologia Scholastica.* Tomus 1. *De Deo Uno.* Tom. 2. *De Trinitate.* Tom. 3. *De Exameron, & Anima.* Tom. 4. *De Actibus humanis, Legibus, & Gratia.* Tom. 5. *De Virtutibus.* Tom. 6. *De Salvatore Christo.* Tom. 7. *De Sacramentis.* Prodiierunt Lug-

Juni sumptibus Laurent. Arnaud 1676. anno 1672. Fr. Joann. à Brixia Capuccinus ita cum commendat:

*Aurea Seraphici stupere volumina cuncti:*

*Tentarunt pauci: multi tetigere, sed inde Gazas quisque sibi studuit cumulare perennes.*

*Hujus at innumeros jurare in verba Lycæos: Unus ad extremas curat Gaudentius aras.*

*Post duo quem Sixtus proclamât sæcula Sanctum:*

*Hic probat Authorem quatuor post sæcula sanum*

*Ingenio celsus, celebris pietate superna*

*Mente, & more MINOR, sapido sed dogmate major*

*Dum BONAVENTURA vita, calamoque tuetur*

*Itala Seraphicus succendit Pulpita flammis,*

*Et doctos totum radios diffundit in Orbem:*

*Cuncta docenda docet, propugnat Purpura pauper*

*Cui dixit Divo redidivus vivit in IPSO.*

Edidit etiam Germanicè:

*Supèr Gatchijonum R. P. Petri Canisij Soc. Jesu,* tomum in 8. Ingolstadij 1716. Ex Catalogo AA. edito Ingolstadij anno 1729.

GAUDENTIUS DE PERUSIO, Italus, ex Reformata Provincia S. Francisci concinnavit:

*Descriptionem hujus Provincia,* quam ineditam habuisse narrat Fr. Petrus de Alva, col. 498. suæ Militiæ.

GAUDENTIUS VANDENKERCKHOVE, Lector Jubilatus Provinciae Comitatus Flandriæ S. Josephi Fratrum Minorum Recollectorum Ex-Provincialis, & Commissarius, opus emisit egregium, cui titulum donavit:

*Commentarij in Generalia Statuta Ordinis S. Francisci Fratrum Minorum* Provincie nationis Germano Belgicæ. Coloniae Agrippinæ sumptibus Hermanni de Men. 1709. in fol. Vidi. Insuper scripsit:

*Methodum corrigendi Regulares,* seu praxim criminalem Fratrum Minoribus propriam omni Regulari Judici accomodatam. Coloniae sumptibus Joannis Schleich 1712. in 8. Vidi.

*Super Regul. Minorum Flandrico sermone.* Plura alià scripsit, vti testatur Fr. Constantius Letius Recollectus Provinciae Comitatus Flandriæ, tom. 1. suæ Theologiæ Concionariæ, in Prologo inquitens: *Sic discurrerat aliquandò R. A. P. Gaudentius Vandekerckhove Provincia nostra Fr. Tom. II.*

*trum Minorum Recollectorum Comitatus Flandriæ S. Josephi Sacrae Theologiæ Jubilatus, Ex-Provincialis, &c. cujus pijs manibus totidem benè precantur, quotquot eruditissima ejus Commentaria impressa, & reimpressa, ceterasque lucubrations, quibus nedum de sua Provincia, sed de toto Ordine Seraphico optime, meritis est unquam percurrerunt. Qui (cur enim differat?) primus mihi Author fuit, ut Theologiam aliquam Concionariam conciperem, in qua sic sita necessaria explicarentur, ut ad eandem in praxim redigendam non minus efficaciter Populus induceretur, quam in, ad salutem scitu necessarijs instrueretur. Plurima candidè profiteor, ab eo labore, summiq; lucubratione justissimè me non deterrerebant modo, verum & in sufficientiam mea, nulli melius quam mihi perspectam præsumptionem suggererat de illo, similitud negotio, vel cogitare. Nihilominus otium aliquale nactus illud aggressus sum, non quod mediante prælo juris publici fereretur, sed ut mihi privatim suo tempore infereretur. Vidit aliqua præfatus R. A. P. & propria manu nonnulla interdum annotare dignatus est.*

GAUFRIDUS, absque vllò cognomento, Minorita, Custos Parisiensis, laudatur à nostro Alva, tabula 2. ceu à quo prodijt:

*Expositio quedam Regula Seraphica.*  
GEMINIANUS MONACENSIS, Capuccinus, Provinciae Bavariæ Concionator.

ator, Guardianus, & Diffinitor, Vir prudentiæ, pietatis, ac non vulgaris doctrinæ dotibus instructus; edidit Germanice:

*Conciones Quadragesimales.* Tom. 1.

*Conciones Dominicales.* Tom. 2.

*Conciones Festivales.* Tom. primus Mo-  
nachij 1684.

*Conciones Festivales.* Tom. secundus,  
anno 1688.

*Conciones Festivales.* Tom. tertius 1688.  
Spem fecit concionum aliarum, quas ad  
prælum maturas habebat anno 1691. vti  
Genuensis narrat, pag. 139.

**GENNESIUS DE OCAÑA**, Hispanus, strictioris Observantiæ Discalceatorum nomen dedit in Provincia S. Joannis Baptistæ, factus deinceps alumnus Discalceatæ Provinciæ S. Didaci in Batica, ac socius in tribulationibus multis. B. Joannis de Prado, scripsit demum, ac edidit:

*Relationem itineris P. Fr. Francisci à Conceptione præfata Provinciæ alumni missi à Philippo IV. Hispaniarum Rege ad Marocitanos.* Prodiit Hispali ex officina Joannis Cabezas, anno 1675. in 4. Vidi.

**GENNESIUS DE QUESADA**, Hispanus, præclarissimus Provinciæ Carthaginensis Regularis Observantiæ filius, magni Regis Præco, in Provincia Discalceatorum S. Gregorij Philippinensis plantatus, à confessionibus fuit V. Matris Hieronymæ ab Assumptione, post cujus felicem transitum:

*Ejus vitam virtutibus, & miraculis plenam*, scripsit. (in publicum postea missam à Fr. Augustino de Madrid, anno 1717. in fol.) In Japponium, vt nubes, seu vt columba volans, gloriosissimi Martyrij palma, velut Apostolorum Princeps decoratus, in Cœlum evolavit anno 1633. Agunt de ipso Antonius de Huerta in Hist. S. Petri de Alcantara, lib. 3. cap. 15. Tiburtius Navarro in suo S. Petro de Alcantara post mortem redivivo cap. 17. Præfati operis meminit Bartholomæus de Lataña in suo libro scripto: *Perfècta Religiosa*, in Prolog. lib. 1. num. 2. Consule partem p. meæ Bibliothecæ Minor. Discalceator. pag. 32.

**GENTILIS CINGULANUS**, Italicus, Regularis Observantiæ Provinciæ Marchiæ, vti ex relatione hujusce Provinciæ accepi, à Græco reddidit Joannem Climacum, cujus translationem, non rectè, cum Uvadingo Angelo Clareno, donavi. Hujusce Gentilis extat mentio apud Possëvinum.

**GENTILIS A MONTE FLORUM**, Picenus, ex Lectore Sacri Palatii S. R. E. Cardinalis, qui honorificam poltea obivit. legationem in Hungariam, & Bonifacium VIII. defendit acriter contra Philippum Pulchrum; scripsit, vti refert Eysengrenius:

*Homilias habitas ad Populum.* Obijt Avenione anno 1312. sed relatus in Italiam, sepultus est in æde S. Francisci Assisiensis. Hæc Uvadingus. Insupèr ex Tosigniano, apud Castanæum de S. R. E. Cardinalibus reliquit:

*Opuscula multa.* Ejus elogium hisce carminibus perstringitur apud Petrum Antonium de Venetia in suo Hortulo Seraphico, fol. 394.

*Tu Gentilis eras scriptis laus Orbis, & Urbis,*

*Piceniæ decus, Doctior, & indigena,  
Justitiæ speculum contempor muneris, ore  
Parcus, mente pius, laus honoris apex.*

**GEORGIUS AMBIANENSIS**, Capuccinus, Gallus, Parisiensis Provinciæ alumnus, clari nominis Concionator, ac eruditissimus Sacræ Theologiæ Professor, Vir mirè industrius (inquit Genuensis, pag. 139.) solidissima reconditæ litteraturæ peritia præditus, nullo fatigabilis ingenij labore, qui omnes, tam antiquos, quam modernos Scriptores pervolvere nunquam destitit, singularique apud Gallos doctrinæ opinione præfulgens, præclaris suis scriptis summopere suæ Provinciæ, imò & Religionis gloriam adauxit. Plura, eaque eruditissima opera ex operosi ingenij sui officina in lucem dedit, inter quæ sunt opera omnia Tertulliani cum notis, & Commentarijs in tres tomos in folio distributa, quibus hunc apposuit titulum:

*Tertullianus redivivus, Scholijs, & Annotationibus illustratus: in quo utriusque juris forma ad originem suam recensetur, & avita pietatis amatoribus inquirendis norma præscribitur.* Opus sanè eximium, solidam, veram, claramque continens doctrinam. Omnia enim in illo ad unguem sunt elaborata, stylo facili, elocatione perspicua explicata, & probata. Mens Tertulliani feliciter exponitur, suoque splendori, & auctoritati restituitur. Parisijs apud Michaelem Soly anno 1646. 1648. & 1650. Vidi.

*Trina S. Pauli Theologia, Positiva, Moralis, & Mystica, seu omnigena in S. Pauli Apostoli Commentaria.* Tom. 3. in fol. In primo tomo continentur Epistolæ ad Ro-

*manos, ad Galathas, & Philippenses.* In secundo ad Corinthios, ad Timotheum, & Thessalonicenses. In tertio reliquæ ad Titum, ad Ephesos, Colossenses, & Philemonem. Parisijs apud Dionysium Thierry anno 1649. & 1650. Vidi. Paratam habebat.

*Theologiam Sanctorum Patrum in sex tomos in folio distributam*, quam morte præventus prælis submittere haud valuit. Conservatur M. S. in Conventu Parisiensi PP. Capuccinorum, in quo obijt sexagenarius anno 1657. præclaræ suæ doctrinæ, & religiosæ vitæ perfectionis non obscuro nomine derelicto. De eo pertractat Uvadingus.

**GEORGIUS ANTONIUS**, Riojano, Hispanus, Lector Theologus Provinciæ Conceptionis Regularis Observantiæ, & à Cenfuris Theologicis Sancti Officij, vernaculè prælo dedit:

*Hierarchiam Franciscanam*, seu Conciones de Sanctis Seraphicæ Religionis. Pinciæ apud Viduam Joannis Lasso 1633. & Matrili 1640. in 4. Vidi. Latinitati donavit Fr. Petrus Rota, Capuccinus, eaque communes fecit Moguntia in typographia Viduæ Joannis Petri Zubrodt, anno 1683. in 4. Vidi.

*Discursus Morales pro diebus Quadragesimæ.* Matrili per Carolum Sanchez 1641. in 4. Vidi.

*Orationem funebrem in Exequijs Illustrum Patronorum suæ Provinciæ* in 4. teste Fr. Petro de Alva, col. 500. suæ Militiæ.

**GEORGIUS BENIGNUS**, Minorita, opus edidit prænotatum:

*Prophætæ solutiones.* Florentiæ per Laurum Margatenis, anno 1497. Hæc apud Bibliothecam Tellerianam, fol. 60.

**GEORGIUS BENIGNUS**, Italus ex nobilissima Familia Salvatorum Florentiæ, Vir inter Minores Observantes virtutibus, & litteris insignis, vndè Leonis X. Sum. Pont. in disciplinis scholasticis, & artibus liberalibus Magister eligi promeruit, à Julio II. Sum. Pont. die 21. Maji, anno 1507. Ad Episcopatum Calviensem, sub Archiepiscopo Urbinatè assumi, atque anno 1513. ad Pontificatum assumptus Leo X. olim Georgi discipulus ab eodem Summo Pontifice, grati animi ergo, ad Archiepiscopatum Nazarenum in Regno Neapolitano transferri vbi anno 1520. migravit ad Dominum. Narrat Marianus apud Fr. Antonium Tertinca, part. 3. Theatri Tusciæ, pag. 202. *Plurima de Tom. II.*

*rebus Philosophicis, ac Theologicis ab eo edita arti impressoria dedisse.* Uvadingus autem ei attribuit:

*Quæstiones de natura Angelica* M. S. Florentiæ in Bibliotheca S. Marci.

*De Dialectica* volumen grande.

*De Assumptione Mariae Virginis*, tom. 1.  
*Vexillum Christianæ victoriæ* pro suppressione librorum Judæorum, quos Thalmud vocant.

*Defensionem pro Joannis Reuecklini Dialogo.* Sed hæc alterius Benigni esse recenset Antonius Mongitore, vt inferius ostendam, verbo *Gregorius Benignus.*

**GEORGIUS GARNEFELD**, Minorita Germanus vernaculè concinnavit:

*De vitis antiquorum Heremitarum adjectis illustrationibus* libros 5. Coloniae 1621.

*Vitam S. Joannis Chrysostomi.* Ibidem Fides sit apud Ludovicum Dupin, sæculo 17. quo floruit.

**GEORGIUS A NATIVITATE**, Litanus, ex Discalceata Provinciæ S. Antonij ejusdem Regni, Concionator non vulgariter doctus, Custodis munere functus, stylo signavit vernaculè, opus eruditum, infcriptum:

*Centuria prædicabiles pro Dominicis, ac Sabbatis Quadragesimæ*, adjectis nonnullis Concionibus de Sanctis—Connimbricæ apud Josephum Ferreyra 1698. in fol. Vidi. Alia sui ingenij monumenta desidero.

**GEORGIUS DE PERA**, quæ est à conspectu Bizantij, Provinciæ S. Angeli alumnus, Catalogo illustrium Scriptorum Franciscanorum adscriptus apud laudatum Uvite, pag. 55. scripsit, ac edidit:

*Quæstiones in Metaphysicam.* Ex Uvadingo hic post Tosignianum.

**GEORGIUS ROMEO**, Hispanus, Aragonensis Provinciæ Regularis Observantiæ filius, Organico Pfaltes, Generalis Concionator, Novitorum Moderator, & à Confessionibus Marchionis de los Velez Petri Faxardo, foras emissus sit:

*Sermones funebres habitos in Exequijs memorati Marchionis.* Panormi apud Portanova, anno 1647. in 4. Obijt in Carthaginensi Provinciæ in Conventu S. P. N. Francisci Oppidi de Mula, teste Fr. Felice Valles in Catalogo Scriptorum laudatæ Provinciæ, quem penès me habeo.

GEORGIUS A S. ROSA VITERBIENSI, Lusitanus, Generalis Concionator Provinciae Tertij Ordinis Franciscani in Lusitaniae Regno, sub titulo: *Zodiaco Soberano* in publicum misit:

*Varias Conciones, quibus adiecit Rhetoricam Sacram.* Salmanticae apud Sebastianum de Estrada, anno 1726. in 4. Vidi. Agit impraesentiarum de editione tomi 2. Edidit seorsum:

*Orationem Eucharisticam pro natali Primogeniti Marchionum de Tavora.* Salmanticae ex officina Mariae Estevez 1722. in 4. Vidi.

Et aliam de *Sancto Josepho Sanctissima Virginis Sponso.* Ibidem apud Sebastianum de Estrada 1725.

GEORGIUS SALINAS, Italus Tau-rinensis ex Capuccinis Provinciae Pedemontanae, Vir pius, scripsit:

*Compendium Vitae Valerici*, cujus corpus extat in B. Mariae Conso-latrici ejusdem Civitatis Ecclesia. Prodiit ibidem 1601. teste Andrea Rossoto in Syllabo Scriptorum Pedemontij, litter. G.

GERARDUS ANSALDUS, Partenionensis, ex Conventualium Familia, Sacrae Theologiae Magister, Philosophus, Musicus, Orator, & Poeta sui aevi, vti narrat Mongitore, tom. 1. Bibliothecae Siculae nemini secundus, edidit Italicè sub nomine Antonij Anfaldi fratris:

*Soporem Euterpes.* Drepani apud Josephum Barbera 1684. in 12.

*Innocentiam vindicatam.* Romae apud Angelum Barnabo 1682. in 12. Insupèr Opus praenotatum:

*Nescit vivere, qui nescit fingere.* Cataniae apud Paulum Bisagnium 1688. in 12.

*Dialogum de Invietsissimo Martyre Sancto Laurentio.* Drepani, typis Josephi de la Barbera 1685. in 4. Ad praelum reliquit:

*Somnium Euterpes*, alium, seu partem secundam.

*Vitam S. Branonis Episcopi.*

*Conciones varias.*

*Conciones Panegyricas.*

*Quadragesimale.* Magni Litteratorum dolore cursum suum consumavit 4. Novembris 1692. Hunc magnoperè extollit Franchinus in Biblioph. cum Balthasare Pitano, & Vincentio Coronelli in Bibliotheca, tomo 3. numero 3714.

GERARDUS, seu GERALDUS,

alijs GUIDO E BRANSIONE, Gallus, Provinciae Aquitaniae Doctor Parisiensis, Sacrae Theologiae Magister, & Lector Tolosanus, scripsit:

*In quatuor libros Sententiarum ad mentem Scoti.* Parisijs per Stephanum Balaut, anno 1512. & 1517. in fol. Vidi. Habentur M. S. in Conventu Murallensi, praedictae Provinciae.

*In septem Psalmos Pœnitentiales.*

*In Dionysium Areopagitam* de Cœlesti Hierarchia. Hæc Uvadingus, Possævino adhærens. Floruit circa annum 1400.

GERARDUS, sive GERALDUS OTTO, seu ODonis, Gallus Ruthenensis de Castro Rodulphi, Minister Generalis. Parisijs, anno 1329. Joanni XXII. per quam charus, à quo Legatus est semel in Siciliam, secundò in Angliam, tertio in Bosnam Croatiam, ex qua plurimos propulit Hæreticos, quartò iterum in Siciliam; & demùm creatus Patriarcha Antiochenus, atque Administrator perpetuus Ecclesiae Catanensis in Sicilia. Multa scripsit, praesertim in moralibus, vndè & *Doctor Moralis* nuncupatus. Exaravit igitur:

*In librum Sapientiae.* Habetur M. S. in Bibliotheca Patavina, vti ex Thomafino recenset Jacobus Le-Long in sua Bibliotheca Sacra, num. 742.

*In Psalterium Davidicum.* Extat M. S. Salmanticae in Bibliotheca Majoris Collegij S. Bartholomæi scrinio 397. in fol. & est Codex membraneus. Vidi. Incipit: *Beatus Vir.*

*Commentarios in libros decem Ethicorum.* Brixiae sumptibus Bonifacij de Manerva, anno 1482. in fol. magno, & Venetijs per Simonem de Luere, impensis Andreae Torrejani, anno 1500. Vidi. Habentur M. S. in laudata Bibliotheca Salmanticensis Collegij Sancti Bartholomæi, & in Bibliotheca Vaticana, vbi etiam Uvadingo teste ex Possævino.

*Quaestio utrum lumen augeatur per adventum novae partis ad partem utraque remanente, & alia*

*Quaestio utrum continuum componatur ex indivisibilibus, & resolvatur in indivisibilia.* Insupèr scripsit:

*In Logicam*, librum vnum. Habetur M. S. in membran. in fol. in Complutensi Bibliotheca Collegij Majoris. Vidi.

*In naturalem Philosophiam*, lib. vnum. Asservatur ibidem.

*In quatuor libros Sententiarum.* Abulæ

in Hispania in Bibliotheca Collegij, & Academiae S. Thomae Aquinatis vidi volumen in fol. pergamenenum, ac illuminatum, ad cujus calcem legitur: *Explicunt Repetitiones super primum Sententiarum secundum Lecturam Venerabilis Doctoris in Theologia Magistri Fr. Gerardi Odonis de Ordine Fratrum Minorum.*

*Questionum variarum librum vnum.*

*Sermones de Tempore.* Abulæ in laudata Bibliotheca extat nostri Odonis tomus in folio membraneus, ac illuminatus, super Epistolas Divi Pauli, quae leguntur à Dominica infra octavam Nativitatis Domini, usque ad Dominicam XXII. post Pentecostem. Incipit: *Afferte Domino.*

*De purgatione iustorum*, seu *Conciones Quadragesimales.* Extant ibidem, vna cum opere praefacto. Vidi.

*De Figuris Bibliorum.* Habetur M. S. in Cœnobio Miropicensi, & in Galliarum Regia Bibliotheca. Incipit: *Eccespíritus grandinis.*

*Commentarios in varios libros Sacrorum Bibliorum.*

*Officium de Stigmatibus S. P. N. Francisci* (quod hodie à Minoritis recitatur) ex diversis Hymnis, & Prosis à varijs Cardinalibus, & Summis Pontificibus in honorem Divi Francisci editis. Eum pluribus commendat Arturus ad diem 17. Septembris in Martyrologio Franciscano, §. 16. Citatur noster Author à Petro Tartareto, lib. 2. Sentent. dist. 3. quaest. 4. Obijt Cataniae anno 1349. sepultus in Ecclesia Cathedrali in tumulo marmoreo absque vilo Epitaphio. Consule Uvadingum hic, & tom. 3. Annal.

GERARDUS TEUTONICUS, dictus, Minoritis Scriptoribus adscribitur à Tosigniano narrante, lib. 3. Historiae Seraphicae scripsisse *quadam docta, & laude digna opuscula.*

GERARDUS DE VALENCIA, Hispanus, Minorita, edidit:

*Tractatum de Salutatione Angelica*, vti ex Fr. Antonio Daza narrat Fr. Petrus de Alva in sua Militia univèrsali, col. 506.

GERARDUS VERUVIT, alijs NERVOESTIUS, Flander, Brugis professus, Gandavi, Ipsis, & Dunkerke, alijs quando Guardianus, lingua patria, diffusissimus, ab Hæreticis Flandriam expulsi, multa passus, posteritati mandavit:

Tom. II.

*In Passionem Dominicam Conciones tres doctas, sed perbreves.* Antuerpiae anno 1594. apud Joannem Keerbergium in 8.

*De praesentibus Novi Testamenti donis* Lovanij anno 1593.

*In Orationem Dominicam.* Antuerpiae anno 1594. in 8.

*Conciones tres de gloriosa Resurrectione Domini, & laetabunda resurrectione iustorum hominum, & jucundissimis glorificationum corporum dotibus.* Lovanij typis Masij, anno 1593. Vitam terminavit Furnis in Flandria, anno 1596. apud suos sepultus. Ex Uvadingo, & Crouæo, pag. 152. sui Elenchi. Hunc, sed perperam, Georgium appellat Antonius Sanders, lib. 2. de Scriptoribus Flandriae. Ejus memoriam facit Augustinus Uvite de Scriptoribus illustribus Minoritis, pag. 69.

GERARDUS ZETI, Minorita, Germanus, latinè emisit opus inscriptum:

*Confessarius, tam Regularis, quam Saecularis juxta triplex officium Judicis, Doctoris, & Medici practice instructus* in 2. partes divisus. Ingolstadtij anno 1729. in 8. Ex Catalogo AA. edito ibidem, apud Joannem Andream de la Haye, anno 1729.

GERMANUS ESPESSE, Hispanus; in Oppido Arenillas Legionensis Diocesis natus, ex Minoritis Recollectis Provinciae Immaculatae Conceptionis Regulari. Observantiae, Sacramenti Pœnitentiae Minister, Hispanicè conscripsit volumina 2. in 4.

*De Casibus conscientiae*, non spernendae eruditionis. Asservabantur in Bibliotheca Calagurritani Conventus laudatae Provinciae, anno 1731.

GERVASIUS BRISACENSIS, Capuccinus, natione Germanus, Provinciae Helvetiorum Concionator, Philosophiae, ac Theologiae Lector, Vir probatis moribus, ac varijs doctrinae titulis insignitus, edidit:

*Integrum cursum Philosophicam in tres partes distributum.* Solodori 1687. apud Petrum Josephum Bernardi, & Coloniae 1711. volum. tribus in 8. Vidi.

*Integrum cursum Theologicum.* Solodori tom. 4. in 8. 1688. & Coloniae vol. 6. in 8. Vidi. Egrotavit de eo Genuensis, pag. 141. Ejus in laudem praemisso sui nominis anagrammate; *Geris vvas, Syncerus. Anonymus.*



*Gervasi; nemo de spinis colligit uvas;*

*In spinis uvas an geris ergo tuis?*

*Sic: nam tot spine quot habet Dialectica partes*

*His tamen ex spinis provenit vva tuls.*

*Unde scientifcas quisquis desiderat uvas*

*Hic ptus, & spinas cum placet vva capit.*

*Et sic de spinis Logteis bene colligit uvas.*

*Uvas Doctrinae, quas gerit iste Liber.*

*Uvas ergo geris Gervasi? Sic bona vitis*

*Miraque vitis eris, sic bene vive: vale.*

GESUALDUS DE BONONIJS, Siculus, Panormitanæ Provinciæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ Professor illustris, Eminentiſſimi Cardinalis Hieronymi Columnæ Theologus, & S. Officij Regni Siciliæ Qualificator, Vir doctus, & eruditus, qui candorem doctrinæ, & eruditionis cum splendore virtutum optimè conjunxit. Emiſit, Genuenſi teſte, pag. 142.

*Curſum integrum Theologiæ Moralis tribus tomis in fol. comprehenſum: in quorum primo agitur de Sacramentis Novæ Legis: in ſecundo de Indulgentijs, ſuffragijs, Purgatorio, & Cenſuris: in tertio verò de Legibus Divinis, & Humanis, de decem Preceptis Decalogi, & Eccleſiæ Catholicæ, & Votis Deo factis.* Prodiit primùm Panormi apud Alphoſum de Iſola, anno 1646. Secundò Venerijs, apud Juntas, & Franciſcum Baba, anno 1649.

*De Horis Canoniciſ, tract. vnum.*

*De Electionibus Canoniciſ, lib. 1.*

*De Claufura Monialium, lib. 1.*

*De Simonia, lib. 1.*

*Diſquiſitionum in formalitates Scotti Doctoris Subtiliſ, tom. 1. in 4.* Panormi, typis Nicolai Bua, anno 1652.

GESUALDUS alter A PANORMO, etiam Capuccinus, Sacræ Theologiæ Professor, ac ſuæ Provinciæ Diſſinitor, Vir non minus doctrinæ, ac Religioſæ pietatiſ, quam nobilitate generis tituliſ præornatus, deſcripſit Italicè:

*Vitam V. Fr. Bernardi à Corleone, Capuccini, &c.*

*Elogia, & Epigrammata plurima in ejus honorem.* Panormi 1680. Ex laudato Genuenſi, pag. 142.

GILBERTUS NICOLAI, Gallus Aquitanus, Regulariſ Obſervantiæ Provinciæ Aquitaniæ antiquioris ſæpius Miſtiſter, ſui Ordiniſ Diſſinitor Generaliſ, Ciſmontanæ Familiæ biſ Vicariuſ, ſemel Commiſſariuſ Generaliſ in Theologia Scholaſtica, & Moraliſ erudituſ, qui licet diu legerit, & Magiſtri Sementiarum liſros expoſuerit, ob ſummam humilita-

tem noluit ad Doctoratuſ gradum proſmoveri; Leoni X. Sum. Pont. valde charuſ, & familiariſ, oblatuſ Episcopatuſ honoreſ ſæpè recuſavit; Joannam Vaſſiam Ludovici XI. Galliarum Regiſ filiam, Ludovici XII. conjugem, Caroli VIII. ſororem reatuſ contentem, annis multuſ audivit, in fundatione Ordiniſ Annuntiatarum adjuvit, & rexit, ac in Comitiſ generalibuſ ſui Ordiniſ prædictæ Religioniſ approbationem, magniſque gratiſ, & privilegiſ vt communiretur, impetravit. Fervorem, & ſpiritum hominiſ in promovendo Mariæ ab Angelo Annuntiatae inſtitutum Leo X. admiratuſ, juſſit vt *Gabriel Maria* deinceps nuncuparetur; atque hoc ei nomen ſemper ad hæſit. Mirum qualeſ, & quantuſ laboreſ in Galia ſubierit, & in Belgio, vt Ordinem hunc propagaret. Et ſi verò diuturno, & ferme perpetuo Fratrum, vel Sororum fuerit diſtractuſ regimine, multa ſcripſit, & dedit pia opuſcula, vide licet:

*Regulam Ordiniſ Annuntiatarum.* Lovani apud Bernardinum Maſſium, anno 1614. Antuerpiæ, apud Balthaſarem Moretum 1645. & alibi ſæpè in 4. Vidi. Extat ſermone Hiſpano apud Chronica Seraphica Fr. Eufeſij Gonzalez, part. 6. & fol. 588.

*Declarationem ejuſdem Regula capituluſ 15.*

*Decem Concioneſ Moraleſ de decem virtutibuſ Virginis.*

*Inſtructioneſ Religioſaſ laudataſ, vna cum duobuſ præſatiſ operibuſ à Illuſtriſſimo Manero de Vita B. Joannæ, cap. 21. fol. 118.*

*Statuta generalia, pro eodem Ordine.* Antuerpiæ apud Moretum eadem tempeſtate.

*Teſtamentum Amoriſ, quod ſub vite ſinem ſcripſit bujuſ Inſtituti Sororibuſ.* Toſolæ, anno 1627. Item:

*Tractatuſ de triplici devotione B. Joannæ Vaſſiæ ad Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum, ad quinque plagas Chriſti, ad decem Evangelicaſ virtuteſ Deipareſ Virginis.* Norimbergæ, anno 1513. & Hiſpano ſermone apud laudatuſ Gonzalez, ibidem fol. 560.

*Tractatuſ in Regulam S. Franciſci, ſub tituluſ: Paſtor bonuſ aliquibuſ notum.* Limburgi, anno 1626.

*De tribuſ Coronis, vel de tribuſ Ordinibuſ Virginis Mariæ.* Antuerpiæ ex officijna Plantiniani Moreti, anno 1645. & Hig-

Hiſpanè apud laudatuſ Gonzalez ex Illuſtriſſimo Manero in vita memoratae Regine B. Joannæ Vaſſiæ. Reliquit inſupèr M. S. Uvadingo teſte:

*Quæſtionēſ ſuper Regulam S. Franciſci, ad litteram impreſſaſ anno 1626.* Vide inferiuſ, verbo *Servaciuſ Myricanuſ.* Magna ſanctitatiſ opinione, & Cœleſtibuſ iudiciſ obijt Ruthenæ in Gallia, anno 1532. die 27. Auguſti.

GILBERTUS, quibuſdam GUIBERTUS, alijs GISBERTUſ DE TORNACO, Theologuſ Pariſienſiſ, ac Provinciæ Miniſter, ſtylo ſignavit:

*Rudimenta Doctrinæ Chriſtiane, lib. 3.* Extant Brugis in Cœnobio Dunenſi, teſte Valerio Andrea in ſua Belgica Bibliotheca.

*Vitam S. Eleutherij Episcopuſ Tornaceniſ.* Edita extat tom. 15. Veterum Patrum editioniſ Colonienſiſ, & recuſſa à Joanne Boillando in probatiſ Sanctorum Vitiſ ad diem 20. Februarij.

*De Reformatione paciſ, ſeu tranquillitate animi, cujuſ fragmentum reſert Joanneſ Eufeſiuſ in ſua Bibliotheca Hieromeſiſſa, teſte Bail, part. 3. ſuæ Bibliothecæ Concionatoriæ, fol. 159. cap. 37.*

*De Nomine Jeſu ſermonēſ 8.* M. S. Tornaci apud S. Martinum. Ex laudato Valerio ibidem.

*Sermonēſ de ſtatibuſ hominuſ varijſ.* Lovani, & Pariſiſ. Incipiunt: *Elegi David ſervum meum.* Aſcribuntur ab aliquibuſ Humberto Dominicanò, ſub cujuſ nomine prodiertunt Venetiſ anno 1603. apud Zalterium; ſed extat ſub nomine noſtri Tornaceniſ antiquior editio, quam vidi, facta Lugduni ſumptibuſ honeſti Viri Stephani Gueynard per Joannem de Vingle 1511. in 8. Et apud Bibliothecam Tellerianam, pag. 102.

*Sermonēſ ſuper Ave Maria.* M. S. Colonia apud Minoreſ. Ex Uvadingo.

*Chronicon.* Extat M. S. in Monafterio Septem Pontiuſ juxta Bruxellam. Ex eodem.

*Hoda poricon prima proſectioſiſ S. Ludovici Galliarum Regiſ in Syriam, teſte Henrico de Gandavo, cap. 54.*

*De pace, & animi tranquillitate.* Prodiit in tomo 15. Biblioth. Veter. Patrum editioniſ Colonienſiſ, & in editione Lugdunenſi tom. 25.

*Sermonēſ de diebuſ Dominicis, & Sanctiſ, laudati à noſtro Macedo in Diatriba de Adventu S. Jacobi in Hiſpaniam, fol. 230. librum hunc Alexandro IV. Summo*

Pontifici, qui eum adſcribendum excitavit, miſiſit, ſeptuaginta duoſ continen-tem ſermonēſ. Primuſ prologuſ incipit: *Rogatuſ pluriſ.* Secunduſ: *Sanctiſſime Pater.* Prodiertunt Pariſiſ anno 1518. in 8. & habentur M. S. in pluſibuſ Bibliotheciſ. In Bibliotheca Cardinaliſ Cholæti volumine inedito, vti narrat memoratuſ Bail ibidem, præfixæ conſpiciuntur Epistolæ Alexandri IV. quarum primam exſcribo. *Alexander Episcopuſ, ſervuſ ſervorum Deū dilectuſo filio Fratri Giberto Ordiniſ Fratrum Minorum Pariſiſſiſ commemoranti, ſalutem, & Apoſtolicam benediſtionem. Accepimur ſatiſ gaudenteſ, quod quandaſ de novo non modicuſ utilem compilationem feciſti, cujuſ experientiam cupienteſ ad noſtrum proſectum, & pro adſcriptione fidelium animarum volumuſ, & devotionem ſuam tenore præſentium rogamuſ attentè, quatenuſ compilationem eandem dilectuſo filio Fratri Manſueto, cui ſemper hoc ſcribimur, integram, & bene correctam tradere, ac aſſignare mittendam nobiſ non poſtponaſ. Datum Anagninè 7. ibid. Auguſti, Pontificatuſ noſtri anno primo.* Inſupèr litteriſ commiſſuſ ſit:

*Tractatuſ de Officio Episcopuſ, deque Eccleſiæ Ceremoniſ.* Colonia anno 1571. Librum hunc dedicavit Gulielmo de Buſſiſ, Episcopuſ Aurelianenſiſ. Prodiit primuſ opere, & labore D. Theodorij Coiſfeldij Colonienſiſ Ordiniſ S. Antonij, vt habetur tomo 13. Biblioth. Veter. Patrum editioniſ poſtremæ Colonienſiſ, & tomo 25. Lugdunenſiſ editioniſ.

*Quadrageſimale* M. S. Conſtantiæ apud Minoritaſ, teſte laudato Valerio Andrea ibidem. Et ex eodem.

*De morte non timenda.* Tornaci apud D. Virginem.

*De modo adſcendi ad Joannem Prapoſituſ Brugeneſem.* Brugis in Cœnobio Dunenſi.

*Commentaria in Epistolâ D. Pauli, vt ſuſpicatur idem Valeriuſ Andreaſ ibidem, noſtro Tornaceniſ attribuentuſ, quæ ſub nomine Gilberti, ſeu Guiberti leguntur M. S. Pariſiſ apud S. Victorem, & alibi.*

*Regulam Regum ad B. Ludovicum Gallie Regem.* Ex Uvadingo. Commendatur à Veronenſi in Annaliſ Tertij Ordiniſ Franciſcani in Syllabo ſecundo. Autho- rum, qui de Tertio Ordine Poenitentiuſ S. Franciſci ſcripſere.

*De verbis Domini in Cruce, vti Uvadinguſ narrat; cæterum hoc opuſculum non ſemel prodiit in lucem ſub nomine Arnaldi*

di Bonæ Vallis in Carnutibus Abbatis Ordinis Divi Benedicti.

*De Voto.* In viridi Valle apud Bruxellam M. S. Uvadingo recte, opus fortè distinctum ab *Epistola de tribus votis* Humberto Romano *adscripta*, ac impressa Venetijs formis Zalterij, anno 1603.

*Quodlibetum*, recensente Uvadingo.

*De Miraculis Sancti Blasij Episcopi*, & *Martyris apud Viconiensis Præmonstratenses libros duos*; sed vterque ad nihilum impressentiarum est redactus.

*Commentaria in Magistrum Sententiarum.* Tornaci ad Martinum hoc initio: *Danielis 12. Pertransibunt populi, & multiplex erit scientia*; in antiquo Indice hujusce Bibliothecæ Gilberto huic attributa, vti narrat Valerius Andreas in sua Belgica Bibliotheca.

*Sermones septem in Orationem Dominicam*, qui habentur M. S. in Bibliotheca Sancti Germani Parisiensis, & incipiunt: *Cum pius mundi Factor, & Redemptor, &c.*

*De Virginitate tractatum*, juxta Uvadingum. Vixit Author sub annum 1258. necnon sub annum 1263. apud Uvite in Catalogo illustrium Scriptorum Franciscanorum, pag. 52. anno 1252. Plura ex Concionibus M. S. nostri Tornacensis deprompta, publici juris fecit Ludovicus Bail Abbavillæus 3. part. suæ Bibliothecæ Concionatorum, fol. 159. cap. 37.

GYLIUS CHAYSI, Gallus, Patria Avenionensis, Minorita doctus, tomum in 8. evulgavit idioma proprio, sub titulo:

*Encomia Ecclesie Triumphantis super cap. 21. Apocalypsis.* Conciones sunt, editæ Parisijs anno 1624. ac laudatæ à nostro Alva, col. 516. suæ Militiæ Universalis.

GIRALDUS, seu GYRALDUS; nullo cognomento addito, Ordinis Minorum alumnus, scripsit:

*Compendium Theologicum*, quo vtitur Fr. Bartholomæus Ferrariensis, Dominicanus, in suo tomo de Christo abscondito, lib. 2. fol. 71.

GODEFRIDUS HERMANNUS, Minorita, publici juris fecit volumina duo in fol. quibus hunc titulum præfixit:

*Ethica Sacra, seu Clavis Ecclesiasticæ disciplinae.* Parisijs 1693. Vidi.

GODESCALCUS HOLEN, Minorita, qui floruit ad finem sæculi XV. Cylo signavit:

*Præceptorium Legis Dei.* Coloniae an-

no 1481. Nuringbergæ anno 1497.

*Sermones.* Hagenau, eodem tempore; teste Dupino, sæculo 15.

GOMETIUS, quem COMETIUM quidam appellant, Lusitanus, Parisiensis Doctor, ac Minorita insignis Julio II. Pont. Max. gratissimus, qui sub titulo Vicarij Generalis Ordinem rexit fermè per biennium, & Episcopus factus anno 1513 paulo post mortuus est; scripsit:

*De cujuscumque scientiæ, ac præsertim de naturalis subjecto.* Ejus meminit Fr. Augustinus Uvite de illustribus Scriptoribus Franciscanis, pagina 59. Possevinus, Gonzaga, ac Uvadingus subdens in suo Syllabo, verbo *Astefanus de Asta*, hujus *Summam Moralem emendasse*, in publicumque mississe Venetijs anno 1519. Huic Gometio, teste Nicolao Antonio in sua veteri Bibliotheca Hispana, pagina 225. num. 875. inscriptum extat Henrici Casardi, Poetæ Lusitani, sequens Epigramma:

*Communi grator patria, quæ te quoque  
que alumnum.*

*Inter delicias gaudet habere suas.*

*Gramina dum terra fuerint, dum  
sydera Cælo,*

*Per te tolletur noster ad Astra Ta-  
gus.*

*Tu rerum causas nosti, tu Mystica  
Sacra,*

*Quæque sub obscura nube latere so-  
lent.*

*Occulit natura nihil tibi. Tu potes  
ipso*

*Sublimi baud dubiè scandere mente  
polos.*

*Quid sanctos referam mores, vitam  
que probatam?*

*Quid linguæ referam pleetra Latina  
tuæ?*

*Nil mortalis sapias. Divinas cuncta  
Gometi*

*E citra cineres diceris esse Deus.*

GONDISALVUS BALBOA, seu VALLEBONA, Hispanus, Galliaicus; (quem non pauci Lusitanum faciunt) Compostellanæ Provinciæ alumnus, Magister in Theologia realissimus, verè Frater Minor, ac Provinciæ Castellæ Minister, Afsisij anno 1304. electus Minister Generalis, egregiè Ordinem rexit, & sapienter reformavit. Hic Doctorem Sub-

tilem ad lauream Parisiensem promoveri mandavit, & ad Ministros Provinciales gravissimam scripsit:

*Epistolam*, cujus initium: *Licet contra.* Habetur tom. 1. Orbis Seraphici, pagina 145. Scripsit etiam Vir solidè pius, & præclarus:

*Tractatum de Præceptis eminentibus Regula, & de Equipollentibus.* Habetur in Enchiridio Minorum, impresso Hispali anno 1535. Obijt Parisijs anno 1313. Virum hunc valdè laudat ejus Synchronos, Alvarus Pelagius, lib. 2. de Planctu Ecclesiæ, cap. 33. & alibi, ac S. Antoninus pluribus alijs, apud Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 13. Aprilis. Sanè, ob zelum justitiæ, Corona aurea in Cœlesti Gloria redimitum, multis post obitum apparuisse, communiter describitur. Consule Georgium Cardoso, tomo 2. Agiologij Lusitani, pag. 549.

GONSALVUS SAURATI, Uvadingo teste, transtulit:

*Libros multos ex Latino in linguam Ar-  
menam.*

GONSALVUS, seu GONDISALVUS, ignoti cognominis, multa coilegit monumenta Ordinis, & simul edidit sub titulo:

*Speculum Fratrum Minorum.* Hispali 1531. Ex Uvadingo.

GONDISALVUS A VALDIVIA TENORIO, ex parentibus Hispanis oriundus, natus verò in Peruviano Regno, ejusque Provinciæ Regularis Observantiæ filius, Theologus Jubilatus, Ex Provincialis Minister, ac Commissarius Generalis, Præceptor, vt audio, præclarissimi Authoris Fr. Petri de Alva & Astorga, Vir sanè ingenio excellenti præstans, ac SS. PP. lectione valdè instructus, egregia volumina de diffinitione præservationis B. V. Mariæ scripsit, aliaque non pœnitenda. Extat typis datum in fol.

*Compendium suæ ideæ*, & sub titulo: *Distributio totius operis*, num. 30. suam mentem aperiens, inquit: *Primus ergo totius nostri operis tomus*, continebit idæam, appellamus Immaculatam, tum quia est ipsa Divina Trinitatis idæa, & exemplaris causa primi agentis per intellectum, tum quia respicit directè, & primario, ex meritis Christi Immaculatissimam Virginem Mariam, de cujus privilegio speciali, & prærogativa, folium agunt nostræ lucubrationes, & de mirabilibus effectibus Redemptionis Generis Humani, quos tanquam thesau-

ros sapientiæ, & scientiæ suæ, vsque adhuc clausos, & absconditos in Arca Testamenti scripturarum, vtriusque paginæ, posuit altissimæ Dei providentiæ, in præservatione Mariæ; referandos in definitione, & notitia authentica talis præservationis, quam definitionem non esse in eo statu, quem opinantur Morderni, vt solùm sit expectanda voluntas Pontificis, novitè ostendimus in fine idææ ne nos decipiat nimium desiderium videndi talem definitionem. Et quia ad referandum ea, quæ in Arca sunt abscondita, necessaria est clavis ad aperendum Arca. Ideò:

Secundus tomus ostendet clavem Regiam, & Magistram ad aperendum Scripturarum, & Arcanorum ostium, promissum Apoc. 3. Angelo Philadelphiæ, qui est sextus, & ille ipse, quem Joannes vidit Apoc. 7. habentem signum Dei Vivi, & signantem in frontibus, id est, in aperta confessione Fidei Jesu Christi omnes electos, & prædestinatos, qui tunc erunt, ne eis noceant Angeli mali solvendi, qui nunc sunt ligati in Euphrate. Hæc clavis David Regia ad aperendum ostium, directè respicit secundum Christi adventum, ex cujus intelligentia, & non aliter intelligentæ sunt Scripturæ, vt diffusè profectum sum in hoc secundo tomo; nam cum Judæorum conversionem, quæ erit post introitum plenitudinis gentium, secundum Apostolum Rom. 11. referat Malac. ult. cap. ad finem, & secundum Christi adventum, non mirum si clavam David ad aperendum scripturas adscribamus secundò Christi adventui.

Tertius tomus erit de vniuersali, & simultaneo Regno Christi in vniuerso terrarum Orbe, quod nec dum est, sed erit in fine ex diffinitione præservationis Mariæ, vt sicut totum fuit simul in Adam puro homine rebellatum ipso peccante, ita per antithesim ex notitia præservationis vniuersæ creaturæ, totum recuperaretur, & suo Domino restitueretur.

Quartus tomus aget de Meritis Christi, & Martyrio Mariæ, quibus respectivè meruerunt plenam possessionem Regni, & notitiam authenticam præservationis Mariæ, vbi assignabuntur stupendi dolores Christi, & Mariæ, & Theologicè examinabitur si ad essentiam Martyris spectat mors actualis, vt opinantur D. Thomas, & Scotus, & accerti-

„mè deferdit Cajetanus contra Martinum  
 „de Magistris, &c.  
 „ Quintus tomus, qui in Ordine quasi  
 „ naturæ debebat esse primus, continebit  
 „ septem semina; id est, septem primor-  
 „ diales dies creationis mundi, in quibus  
 „ virtualiter continentur cuncta, quæ ope-  
 „ raturus erat Deus, præcipuè in Ordine  
 „ supernaturali Redemptionis mundi à  
 „ principio vsque ad finem, sicut in semi-  
 „ ne virtualiter continentur radix, truncus,  
 „ cortex, ramus, medulla, frondes, flo-  
 „ res, & fructus arboris. Inscriptio erit:  
 „ *Septem semina Immaculata.* Et in omni-  
 „ bus, ac singulis ostendemus per umbras,  
 „ & figuras remotiores, & proximiores,  
 „ agi de præsertione Mariæ, & notitia  
 „ talis præsertionis, pro recuperando  
 „ Regno vniversali, & simultaneo Chris-  
 „ ti. Et quia correspondentia, & coapta-  
 „ tio trium priorum temporum Sacra-  
 „ mentalium figurarum, vti remotiora  
 „ non sunt, ita fecunda, adjicientur huic  
 „ tomo tanquam ejus secunda pars, & for-  
 „ tè in alio tomo.  
 „ Sextus tomus erit de quarto semine;  
 „ nam in quarto die Dominus Cælos,  
 „ quos considerat primo die, ornare cœ-  
 „ pit Sole, Luna, Stellis, & Astris, &  
 „ cum peractum fuerit de quarto tempo-  
 „ re figurati legis statutæ à Moysè, vsque  
 „ ad Samuelem sub quo flumen Jordanis  
 „ retrogressum transiit Arca sicco pede;  
 „ Josue sistere fecit Solem, & Lunam con-  
 „ tra Gaboon; Debora rexit populum,  
 „ Jael caput Sisaræ transfixit, & populus  
 „ liberatus est; quæ minus remotè figura-  
 „ runt præsertionem Mariæ, quam fi-  
 „ gurabant Arca, Debora, & Jael: ex  
 „ instituto interpretabimur cap. 12. Apo-  
 „ cal. Ubi cum apertum esset Templum  
 „ Dei in Cælo Ecclesiæ vïssa fuisset Arca  
 „ Testamenti, apparuit Joanni signum  
 „ magnum, Mulier, scilicet, in vtero  
 „ habens masculum circum amicta à ca-  
 „ pite vsque ad plantam pedum, luce Ste-  
 „ llarum, Solis, ac Lunæ, & sic armata,  
 „ & scuto lucis circumdata, pugnans cum  
 „ Dracone, illumque triumphans. Inti-  
 „ tulabitur: *Mulier Immaculata, &c.*  
 „ Septimus tomus (& potest dici octa-  
 „ vus) de quinto semine (quod dicitur  
 „ vitæ motivæ, cui respondent in veteri  
 „ Testamento tempora regalis gloriæ à  
 „ David, vsque ad Ezechiam, & in novo  
 „ tempore sublimis Cathedræ à Gregorio,  
 „ vsque ad Adrianum) constabit, quam  
 „ magnificè egerit Regius Vates de nos-

tro assumpto præsertionis Mariæ, de  
 „ ejus clara notitia per definitionem, &  
 „ de Regno vniversali, ac simultaneo  
 „ Christi ex notitia immunitatis Mariæ, &c.

„ Tomus octavus continebit secun-  
 „ dam partem Psalmorum pro nostro ar-  
 „ gumento fecundissimam.

„ Tomus nonus complectetur Prover-  
 „ bia Salomonis, in quibus non solum  
 „ agitur de immunitate Mariæ, & defini-  
 „ tione ejus; & assignatur vnus ex præci-  
 „ piis Scripturæ locus, ex quo talis veri-  
 „ tas definietur. Cui fortè subjiciemus  
 „ complura Canticorum, & aliorum ope-  
 „ rum Salomonis loca, eandem veritatem  
 „ exornantia.

„ Tomus decimus erit de quibusdam  
 „ controversijs scholasticis, deductis ex  
 „ cap. 8. Proverb. circa Incarnationem  
 „ Verbi etiam Adamo non peccante, vn-  
 „ de constabit Mariæ præsertio; & cir-  
 „ cā peccatum Angelorum, & Luciferi  
 „ demoniararchæ, ex his, quæ dicentur  
 „ ad cap. 12. Apocal. quia scilicet nolue-  
 „ runt Christi Humanitatem substantiali-  
 „ tère deificatam adorare, neque Mariam  
 „ tanquam suam Reginam venerari, &  
 „ fortè istæ controversiæ pertractabuntur  
 „ duobus tomis.

„ Tomus undecimus aget de sexto  
 „ semine, quod dicitur formæ humanæ,  
 „ cui respondet in veteri Testamento tem-  
 „ pus vocis prophetiæ ab Ezequia, vs-  
 „ que ad Zorobabel, & in novo tempus,  
 „ claræ doctrinæ ab Adriano, vsque ad  
 „ dejectionem Belsiæ, in cuius Vesperis,  
 „ vel Completorio sumus, vt meritò ex-  
 „ pectare possimus citissimè solvendum  
 „ esse septimum sigillum, & aperiendum  
 „ esse Scripturarum osium, sicut pro-  
 „ missum est Angelo Philadelphix, ex  
 „ cuius apertione constabit infallibilis ve-  
 „ ritas præsertionis Mariæ, ad cuius  
 „ conspectum, docti sermones vsque tunc  
 „ clausos intelligent, Thesarus abscondi-  
 „ tus inuenietur, monstra hæresum fu-  
 „ gient, oculi Judæorum à cecitate sana-  
 „ buntur, & convertentur. Hoc tempus  
 „ est fecundissimum, continens omnes  
 „ Prophetas Majores, & in lege gratiæ  
 „ litigia, & acta apud Pontificem, circa  
 „ præsertionem Reginæ Angelorum.  
 „ Et inter Prophetas mihi præcipuus est  
 „ Isaias, quia quasi Evangelicè pertractat  
 „ totum nostrum argumentum. Undè di-  
 „ visus est in duos tomos, primus erit à  
 „ cap. 1. vsque ad 48. inclusivè, & erit  
 „ tomus undecimus.

„ To-

„ Tomus duodecimus comprehendet  
 „ secundam partem Prophetiæ Evangeli-  
 „ cæ Isaiæ, à cap. 49. vsque ad finem, in  
 „ quo manifestat intentionem totius sui  
 „ vaticinij. Sequentem locum deberent  
 „ occupare cæteri Prophetæ Majores, &  
 „ Minores, sed furtim sublatis sunt, è  
 „ cellula nostra, si fortè restituti fuerint,  
 „ in lucem producentur. Interim tamen,  
 „ cum apud nos remanserint, aliqua frag-  
 „ menta, præcipuè Jeremiæ, Ezechielis,  
 „ Danielis, Zachariæ, Malachix, & Ef-  
 „ dra tangemus, & coacervabimus fortè  
 „ in alio tomo, prout Altissimus dispo-  
 „ suerit.

„ Tomus decimus tertius agit de sep-  
 „ timo, & ultimo semine, id est, de Sabba-  
 „ to, & septimo die Creationis Mundi  
 „ per Deum sanctificato, & benedicto,  
 „ quia in eo primum requievit Deus ab  
 „ omni opere, quod patrarat :: :: Undè  
 „ hic tomus continebit expositionem, cap.  
 „ 27. Apocal. In quadruplici sensu litte-  
 „ rali subordinatissimo, secundum qua-  
 „ tuor facies Leonis importantis sentum,  
 „ allegoricum; & titulus hujus tomi erit:  
 „ *Civitas Immaculata* ad coaptationem  
 „ septimi fructuosi, cum septimo tempore  
 „ re figurativo, cuius semen fuit Sabba-  
 „ tum, & septimus dies Creationis Mun-  
 „ di benedictus, à Domino pro pace, &  
 „ requie sua.

„ Quartus decimus tomus exprimet  
 „ restitutionem Paradisi Terrenalis, à quo  
 „ ex pacto Adæ cum primis Parentibus  
 „ ejecti exules permanebimus, donec de-  
 „ finiatur præsertio Mariæ, non enim  
 „ creavit illum Deus, vt non inhabitaretur  
 „ tur . . . . Undè inscriptio hujus tomi  
 „ erit: *Paradisus restitutus.*

„ Quintus decimus tomus, qui fortè  
 „ deberet esse primus in coaptatione fructus  
 „ ad arborem, & ad semen primum suæ  
 „ speciei, ob fecunditatem, reservatus  
 „ est huic numero, quia licet sit de primo  
 „ fructu, ex primo semine lucis formatae,  
 „ continet totum novum Testamentum,  
 „ quod inchoatum fuit ab Immaculata  
 „ Conceptione Virginis Mariæ, vsque ad  
 „ Clementem, & mortem Joannis, qui  
 „ ultimo scripsit suum Evangelium. Hic  
 „ tomus declarabit qualiter, & quomo-  
 „ do in quatuor Evangelijs, Actis Apos-  
 „ tolorum, Epistolis Pauli, & alijs Cano-  
 „ nicis agitur de præsertione Mariæ, &  
 „ notitia judiciali illius, ac de mirabili-  
 „ bus ex ea relinquendis in Ecclesia. Mi-

„ litante, quando in toto Orbe erit vnus  
 „ Pastor, & vnus Christi ovile, & in fi-  
 „ ne illius perfringentur quinque tempo-  
 „ ra fructuosa, in quibus non tam actum  
 „ fuit expressè de præsertione Virginis  
 „ ginis, quam de dispositionibus ad nos-  
 „ titiam illius per augmentum devotionis,  
 „ & cultus Mariæ, donec fides Christi  
 „ radicaretur. Undè à sexto tempore cla-  
 „ ræ doctrinæ incœpit controversi talis  
 „ Mariæ præsertio, & in dies fuit pro-  
 „ mota, vt jam sit proxima definitioni.

„ Decimus sextus tomus (ob naufragia,  
 „ & diversos, & adversos eventus,  
 „ ac rapinas domesticas, & exteras nos-  
 „ trarum lucubrationum) claudit coacer-  
 „ vationem diversorum locorum Sacra-  
 „ Scripturæ, vtriusque paginæ ad nostrum  
 „ argumentum spectantium.

„ Tandem, magna ex parte jam elab-  
 „ boravimus, vt in lucem producamus Bi-  
 „ blia Virginea, vt à principio Genesis,  
 „ vsque ad finem Apocalypsis interprete-  
 „ mur totam Scripturam (omissis alijs co-  
 „ piofissimis sensibus traditis à Doctori-  
 „ bus) de sola Virgine Maria, quia cum  
 „ tota Scriptura respiciat Christum, vt fi-  
 „ nem totius Legis, & Maria qua Mater  
 „ semper dicat relationem ad filium, vn-  
 „ de debent esse simul natura, & cogni-  
 „ tione, & ideo dicunt plures Patres ci-  
 „ tati in nostris operibus, quod nulla est  
 „ pagina, imò nec linea in Scriptura, in  
 „ qua non fiat mentio Virginis Mariae. Hac-  
 „ tenus Gundisalvus iste, cuius opera egré-  
 „ gia, inedita tamen, vidi Matriti in Regali  
 „ Archivio Immaculatæ Conceptionis  
 „ Deiparæ semper Virginitatis. Ea sunt:

Tomus primus in fol. sub titulo: *Appa-  
 ratus introductorius idea operis Divinae  
 stylo hominis conscripta, &c.* Agit in eo  
 de septem diebus Creationis, adjecta ad  
 calcem coaptatione septem visionum Apo-  
 calypseos ad septem tempora origina-  
 lia, figuralia, & fructuosa.

*Psalmi immaculati* in fol. Comprehen-  
 dit à primo vsque ad Psal. 50.

*Secunda, & tertia quinquagena Psalmorum*, &c. in fol.

*Clavis Regia ad apertendum osium in-  
 telligentia sermonum clausorum in Scriptu-  
 ris ex dilucidatione secundi Adventus  
 Christi Domini*, in fol. Procedit serè me-  
 thodo Scholastica.

*Proverbia immaculata in cap. 8. & 13*  
 in fol.

*Interpretatio Isaiæ Evangelicè prædicant*  
 tis

*is universale Regnum Christi ex diffinitione preservationis Marię*, in fol. Exponit à cap. 1. vsque ad 48.

*Continuatio interpretationis Isaię*, in fol. à cap. 49. ad vsque 66.

*Unum Christi ovile*, in fol. Agit de Christi Regno vniuersali.

*Fruetus immaculatus super Matthęum, Lucam, & Proverbia* 31. in fol.

*De singularissimo, & specialissimo Martyrio B. V. Marię iuxta Crucem*, in fol.

*Scholastica preservatio Marię*, in fol.

*Mulier Immaculata*, super Apocal. 12.

*Partus immaculatus*, super Apoc. 12.

*Expositio 21. Apocal. per concordiam ad Ezechielem, & ad alia loca Prophetarum de felicitate Ecclesię Militantis ex diffinitione preservatio Marię*, in fol.

*Paradisus restitutus super Apocal. 22. ex concordia ad Epistolam Angeli Philadelphie ad Esther, Esdram, Danielelem, Ezechielem, & alios Prophetas*, in fol. Claruit anno 1657. Matrini apud suos sepultus.

GOSUVINUS A MONASTERIO UVESTPHALORUM, Capuccinus, Germanus, Provincia Colonienfis alumnus, verbi Dei Declamator non ignoti nominis, edidit patrio idiomate:

*Exercitia pietatis ex cęlestibus revelationibus S. Birgitta desumpta*. Hildesij apud Jodocum Henricum Cromer 1676. Ex Genuensi pag. 142.

GRATIANUS BRIXIENSIS, Minorita, Sacrę Theologię Doctor, in Academia Patavina publicus professor, in lucem dedit:

*Lecturam super librum secundum Sententiarum Scoti*, Alberto Pio Principi Carpenisium nuncupatam. Incipit: *Utrum primaria*. Carpi, typis Benedicti Dulcibelli, anno 1506. in fol. studio Joannis Montis Docca Hispani, Theologię Magistri. Vidi. Scripsit insuper:

*In tertium Sententiarum.*

*In quartum Sententiarum.*

*In Quodlibeta*. Ad prælum matura hæc omnia habebat laudatus Montes Docca, vnde illorum spem faciens, ad calcem operis memorati, ita inquit: *Reliquum in tertium, & quartum, & quodlibeta ejusdem Authoris propè diem spectata, si hoc prius tibi placuisse cognovero.*

GRATIANUS BUZI, Minorita (de ejus Provincia, ac tempore quo floruit mihi non constat) inter Theologos illustres merito recensendus, teste Patre Cor-

nelli, tom. 6. Biblioth. vniuersalis, num. 4852. scripsit Venetijs, quæ morte præventus non edidit, nempe:

*Paradisum legis civilis.*

*De impressionibus meteorologicis.*

*De vita Scoti*. Hæc duo completa, & Italicè reliquit.

GRATIANUS MONFORTIUS, Capuccinus, primus Provincialis Comitatus Burgundię, evulgavit:

*Axiomata Philosophica, quæ passim ex Aristotele circumferri, & in disputationum circulis ventilari solent, multiplici distinctionum genere, variaque eruditionis supplementis illustrata*. Antuerpię ex officina Plantiniana Balthasaris Moreti, anno 1626. in 8. Vidi. Librum quoque Controversiarum Fidei prænotatum:

*Tarantula sinia Genuensis contra Christophorum Guenard Apostatam hereticum* apud S. Michaellem in Lotharingia, per Franciscum du Bois, anno 1620.

GREGORIUS ALBERTI A MASSA in Umbria celebris, ac Generalis Concionator suę Provincię Tertiij Ordinis S. P. P. N. Francisci, communis juris fecit:

*Concionum tom. 1. Placentię 1633.*

*De Laude Placentię*, apud Bacachium anno Christi 1635. in 4. Floruit anno 1628. Ex Jacobillo in Biblioth. Umbrię, fol. 129. & Coronelli tom. 2. Biblioth. vniuersalis, num. 3078.

GREGORIUS ANGELLERIUS, Italus, Capuccinus, patria à Panagia (quod est inferioris Calabrię Oppidum percelebre) Rheginę Provincię Diffinitor; Vir doctus, vegetioris spiritus solertia præditus, & in verbo Dei declamanda sacra eruditione cumulatus, scripsit latinè:

*De Preparatone Evangelicæ narrationes septem, in quibus referuntur, & refutantur falsę narrationes, Atheistarum, Gentilium, Hebręorum, Turcarum, Hereticorum, & Schismaticorum, & ostendit apertè, quod Ecclesia Romana est vera Ecclesia, & sola Schola Dei in terris*. Neapoli ex typographia Archiepiscopali apud Franciscum Savium, anno 1653. ad Catholicam Majestatem Philippi IV. Hispaniarum Monarchę. Scripsit etiam, & prælo parata habebat alia plura volumina, ut ex Nicolao Toppi recenset Genuensis, pag. 143. scilicet:

*De Deo.*

*De Anima rationali.*

*De Logica.*

*De Physica.*

*De Elocutione oratoria.*

*De Grammatica.*

*De Demonstratione Catholica*, lib. 3.

*De vero Deo, & de vera Ecclesia Dei*; lib. 2. in quibus veritas Catholica Fidei Romana validis Sacrę Scripturę testimonijs demonstratur, & Heretici suis proprijs rationibus convincuntur.

*Conformitates miraculorum Seraphicę Religionis, cum miraculis Sanctorum Veteris, & Novi Testamenti*, lib. 20. tom. 2. Emisit Italicè:

*Pretiosum Theaurum Sanguinis Christi ex Sacra Pagina depromptum*, ac SS. PP. in 40. Conciones distributum. Neapoli apud Franciscum Savium 1651. in fol. Vidi. Inedita reliquit non pauca diligentèr custodita. Neapoli apud Patres Capuccinos, ut recenset oculatus testis Nicolaus Toppi in sua Neapolitana Bibliotheca. Ea sunt Italicè sermone:

*Torcular Sanguinis Christi*, expressum 55. sermonibus.

*Pretiosus Theaurus Sanguinis Christi Sacramentati.*

*Pretiosus Thearus lacrymarum Christi, & Christiparę.*

*De planctu Virginis Matris Homilię* 20. in Hymnum: *Stabat Mater dolorosa.*

*Discursus* 40. in Salutationes membrorum Christi patientis à S. Augustino compositas.

*Fons Solis letificans Civitatem Dei Seraphicę Religionis.*

*Concionum quadragesimalium*, tom. 3. Demum eodem idiomate:

*Tractatus undecim super quemdam Hymnum de Christo Crucifixo à Beatissima Virgine concinnatum, ac traditum cuidam Indico infirmo*. Obijt Neapoli anno 1662.

GREGORIUS ARCHANGELUS LESLALEUS, Scotus, Capuccinus, Theologus, scripsit:

*De Potestate Papę in Principes Sæculares*, tractatus duos.

GREGORIUS BENIGNUS, Syracusanus, Minorita, doctrina, ac meritis clarus, anno 1507. Callensis Episcopus electus est: anno vero 1513. ad Episcopatum Nazarenum translatus, teste Ferdinando Ughello in Italia sacra, tom. 2. pag. 906. & tom. 7. pag. 150. Hunc Georgium Benignum vocat Hippolytus Maracius in Bibliotheca Mariana, tom. 1. ac patria Ragusinum: ex Sicula Urbe Ragusis forsàn, in Diocesi Syracusana. Edidit ex citatis Authoribus, & ex Possivino in Appar. tom. 1. in Append. & Carolo Car-

Tom. II.

tario in Syllabo Advoc. Consistorialium; pag. 221.

*Questiones de Natura Angelicę.*

*De Dialectica.*

*Vexillum Christianę Victorię.*

*De Assumptione B. Virginis Marię.*

*Defensionem pro Joannis Revechilini Dialecticę*. Hæc Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecę Siculę. Suspico autem circa hujus Authoris nomen, ac Patriam, aliquem esse errorem. Vide superius. Georgius Benignus.

GREGORIUS BAPTISTA. Vide infra, verbo *Gregorius Hurtado de Mendoza*.

GREGORIUS DE BOLIVAR, Hispanus, Patria Placentinus, Regularis Observantię alumnus, annos 25. (uti apud Nicolaum Antonium, tom. 1. Bibliothecę Hispanę, pag. 415. recenset Lincæus in Historia rerum, Medicarum novi Orbis, pagina 506.) integros in America vixit, Regnum utrumque Peruanum, & Mexicanum, plurimisque adhuc incognitas alijs, nec descriptas novi Orbis Provincias peragravit, verbo, & exemplo infideli illi Populo (cujus tres diuersas linguas optime callebat) Christi Evangelium enuntiando, & ad veram, & Catholicam Fidem illum inducens, Cujus rei gratia ad Molucas, quęque Insulas, & Orientem ipsum penetravit: *Historiam Americani Orbis* notè modo affectam in scriptis, sed penè jam confectam habebat, quæ Deo vobis, lente propè diem fruamur. Aliunde, & opus, & Author mihi ignota.

GREGORIUS A. S. BONAVENTURA, Hispanus, Provincię S. Josephi Discalceatorum Prædicator, & in Romana Curia Canonizationis S. Petri de Alcantara Procurator, anno 1669. Romę suppresso nomine in publicum misit ligato sermone:

*Vitam S. Petri de Alcantara Scripturę Sacrę sententijs, & Christianę Possessionis culis delineatam*. In publicum misit, part. 1. meę Bibliothecę Minorum Discalceatorum, à pag. 97. Extat etiam apud Historiam S. Petri de Alcantara latinè dispositam à R. P. Fr. Laurentio Suco Regul. Observantię alumnus, typis commissam Romę anno 1669. sumptibus Angeli Bernabo in 4.

GREGORIUS BRUGENSIS, Capuccinus, natione Belga, Provincię Insulensis Concionator, edidit Flandricè idiomate:

*Vitam, & gesta P. Archangeli Leslei, Scoti, Missionarij Apostolici in Magna Britania.* Tom. I. in 8. Ex Genuensi pag. 143.

**GREGORIUS BRUNELLI**, Valcanonicensis, Provinciæ Venetæ S. Antonij, strictioris Observantiæ Reformatorem Diffinitor, Custos, ac demùm Provincialis Minister, scripsit Italicè:

*Tractatus curiosos sacro-prophanos ad populum communes.* Venetijs 1668.

*Vitam V. Servi Dei P. Fr. Ludovici de Breno Missionarij Apostolici in Valle Lucerne*, qui claruit Brixie anno 1679. Ex P. Vincentio Coronelli, tom. 6. Bibliothecæ Universalis, num. 3539.

**GREGORIUS CAMERÀ LARA**; Minorita, Hispanus, recensente Fr. Petro de Alva, col. 546. suæ Militiæ, per pulchram disposuit imaginem pro tuenda *Immaculatâ Conceptione Virginis Mariæ*, ubi multa adducit pro hoc mysterio, cum autoritatibus antiquorum Seraph. Religionis Authorum, qui tutati sunt hoc mysterium. Impress. 1625.

**GREGORIUS CLADERA**, Hispanus, Lector Jubilatus, Pater, ac Custos Provinciæ Jucatanensis, Regul. Observ. in Mexicano Regno, necnon à Theologicis censuris Supremi Tribunalis S. Inquisitionis, hætenus (quod viderim) typis commisit:

*Concionem moralem*, Romæ habitam, ibidemque excusam anno 1704. Vidi.

**GREGORIUS DE CORELLA**, Capuccinus, natione Hispanus, Custodiæ Navarræ Commissarius Generalis, & Diffinitor, Vir doctus, & variarum scientiarum genere instructus, diverso tempore elaboravit, ac typis dedit, teste Genuensi, ex Torrecilla:

*Apologias quasdam in defensionem N. Ordinis, in quibus suam ostendit eruditionem, præcipue in utroque Jure, tam Canonico, quam Civili.*

**GREGORIUS FAYAS**, Hispanus, ex Oppido Almunia Cæsaraugustanæ Diocesis Aragonensis Prov. Reg. Observ. filius, ac Sacræ Theologiæ Lector, prælo dedit in 4. & Hispanè:

*Sermonem pro electione RR. P. Fr. Petri Manero in Vice-Commissarium Generalem Familie Cismontanae.* Cæsaraugustæ 1649. in officina typographica Cæsaraug. Generalis Nofocomij S. Mariæ de Gratia.

**GREGORIUS GALLICANUS**, Italicus, Regul. Observantiæ Mediolanensis Provinciæ, Prædicator, ac Theologus, emisit opus in 8. cui titulus:

*Mariale, sive Apophtegmata SS. PP. in omnibus festiuitatibus, & materijs Virginis Mariæ.* Brixie apud Bartholomæum Fontanam 1624. Vidi. Insuper teste Ludovico Dupino, sæc. 17. prælo dedit:

*Sermones Quadragesimales. Rhetoricam Ecclesiasticam.* Laudatur à nostro Alva in sua Militia Universalis.

**GREGORIUS HURTADO DE MENDOZA**, Lusitanus, originem trahens à Civitate dicta Funchal Insulæ appellatæ *da Madeira*, primitus Provinciæ Cataluniæ Regularis Observantiæ nomen dedit, deinceps gradum fecit ad Patres Benedictinos, ac demùm ad suos, suamque Portugalliæ Regnum reversus, Gregorius Baptista dici voluit in Algarviorum Provincia. Vir fuit valdè studiosus, ac Sacræ Scripturæ eruditus Interpres, vt ejus testantur opera. Communis juris fecit:

*Annotationes in caput 13. Sacrosancti Christi Evangelij secundum Joannem.* Conimbricæ 1621. in fol. & alibi. Vidi. Item Lusitano idiomate:

*Dominicale.* Continet Conciones quatuor de singulis Dominicis totius anni. Ulysipone typis Antonij Alvarez, anno 1630. in 4. Vidi.

*Completorium Christi eodem sermone,* Hispanis commune fecit Fr. Ferdinandus Camargo Augustinianus duabus Concionibus additis. In Urbe Perpiniensi apud Ludovicum Rovre, anno 1633. in 4. Vidi. Item:

*Annotationes in Evangelia totius anni, tam Dominicarum, quam festiuitatum.* Barcinone ex officina Petri la Cavalleria, anno 1638. in fol. Vidi. Sua opera recensens Author in Prologo hujus tom. ita inquit: *Post meas in caput 13. Sacrosancti Jesu Christi Evangelij secundum Joannem Annotationes bis prælo datas, postque meum vitæ Christi Completorium quater jam typis excusum, accipe humanissime Lector Annotationum ad totius anni Evangelia partem habens primam, quam si ea animi aviditate, qua præfatas lucubrationes accepisti, acceperis, secundam, & tertiam habebis, quam priquam.* Authorem celebrat Fr. Joannes Gutierrez carmine, cujus initium:

*Excitat en doctus notas Mendocianus aures.*

Et infra:

*Excudit, & celebres studiosus Bibliothecas,*

*Sedulaque ambit apud florentura Patrum.*

De eo iteratò agit Nicolaus Antonius, verbo *Gregorius Baptista*, & verbo *Gregorius Hurtado*, sed immeritò, est enim idemmet Author.

**GREGORIUS HYBERNENSIS**, Capuccinus, Provinciæ Flandriæ alumnus, Concionator, atque Theologus eruditus, Poeta elegans, & ingeniosus, composuit, typisque dedit:

*Poemata, & Epigrammata varia Sacra, & Moralia.* Coloniae Agrippinæ, apud Arnaldum Kempens, anno 1646. Hæc Genuensis, pag. 144.

**GREGORIUS JOANNES BLÆR**, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Baticæ, ac Hispani in Collegio S. Bonaventuræ Lector Theologus, typis dedit:

*Panegyrum de Collocatione cujusdam Imaginis Deiparæ semper Virginis, dictæ del Rescate.* Hispani per Franciscum Laurentium de Hermosilla 1721. in 4. Vidi.

**GREGORIUS A LAURINE**, Italicus, strictioris Observ. alumnus, scripsit:

*De Monasterio Monialium Gallatiæ, vna cum duplici relatione sua Reformatæ Provinciæ*, quam habuit apud se M. S. Fr. Petrus de Alva hæc recensens, col. 548. suæ Militiæ Universalis.

**GREGORIUS DE LEON**, Hispanus, Franciscanus, recensente Nicolao Antonio, tom. 1. Biblioth. Scriptorum Hispaniæ, fol. 416.

*Chilensis Regni America Chartam Geographicam formavit, elogiumque addidit.*

**GREGORIUS DE LICIO**, Italicus, ex stirpe Scheria, nostri Discalceati Aloysij de Cruce discipulus, in Hispania aliquandò Auditor Lorcæ, Historicus celeberrimus, in rebus Scholasticis, & Scotica Theologia profusus, moribus fuit valdè composuit, Diffinitor, Vicarius Provincialis in sua S. Nicolai Reformatæ Provinciæ, obiitque iterùm Diffinitor anno Domini 1642. in Patria sua. Magnum sui subtilissimi ingenij post se nomen reliquit, impresso opere:

*De Trinitate.* Testatur Fr. Didacus Lequile, tom. 2. Hierarch. Francisc. fol. 275.

**GREGORIUS LUGDUNENSIS**, Gallus, ejusdem Provinciæ Minorum Capuccinorum Concionator, ac Sacræ Theologiæ Professor illustris; ob morum candorem, suavitatem, eruditionem, sapientiam, Regularis Observantiæ zelum; ex quibus exacta, ac laudatissimi Viri norma desumitur, in eadem sua Provinciæ maximè commendatus, scripsit, ac edidit Gallicè opus annotatum;

Tom. II.

*Catechismus Theologicus, in quo veritas fidei orthodoxa probatur argumentis solidis.* Lugduni 1688. in 4. Extat hujusce mentio apud Genuensem, ac Dupinum in Supplemento.

**GREGORIUS MALOMSALVAY**, Prædicator Generalis, Theologus, ac Provincialis Provinciæ Hungariæ, exaravit:

*Descriptionem originis, rerumque memorabilium Prov. S. Mariæ Hungariæ Ordinis Minor. Regular. Observ.* anno 1655. in 4. Incipit: *Pientissimus quondam.* Vidi Matriti in Archivio Generali Ordinis.

**GREGORIUS MIRAULT**, Minorita, edidit in lucem, anno 1615.

*Vitam B. Joannæ Reginæ Franciæ, Virginis, vna cum miraculis, vii testantur.* Uyadingus, & Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 4. Februarij §. 7.

**GREGORIUS A MONTE CORVINI**, Regni Neapolitani notissimo Oppido, Regul. Observ. Prov. Principatus bis Minister, Vir religiosus, doctus, & pius, scripsit, Uvadingo teste:

*Conciones Quadragesimales quinquaginta sex.* Neapoli typis Secundi Roncalioli, anno 1648. in 4.

**GREGORIUS NEAPOLITANUS**, ejusdem Provinciæ Minorum Capuccinorum alumnus, Theologus, ac Concionator magni nominis, maximeque animæ pietate, ac cordis puritate à Deo decoratus: quem etiam non vulgaris doctrina, in Sacris litteris eruditio, perfecta Seraphicæ Regulæ Observantia, ac assiduum orationis studium mirificè exornaverunt, Italicè exaravit:

*Enchiridion Ecclesiasticum in tres partes divisum. In prima parte tradit practicam familiarem in omnibus materijs Ecclesiasticis.* Venetijs apud Hieronymum Polum, anno 1588. & 1589. in 8. Vidi.

*In secunda exhibet expositionem in Regulam FF. Minorum cum declarationibus Summorum Pontificum.* Ibidem 1589. & Romæ 1592.

*In tertia tradit Epitome Privilegiorum Summorum Pontificum, usque ad Clementem VIII. in favorem Religiosorum Mendicantium ad formam Concilij Tridentini.* Neapoli 1594. in 8.

*Monita necessaria pro infirmis, & specialiter pro illis, qui ultimo supplicio sunt plebendi.* Venetijs 1589. Tertia editio facta est ibidem apud Hæredes Matthæi Sella 1600. in 12. Vidi.

*Expositionem in Regulam Clarissimam.*  
Romæ 1590.

*Meditationes mortis, seu Meditationes,*  
& *Preparationes ad piæ, & sanctæ mori-*  
*endum.* Quæ circumferuntur, vna cum  
opusculo P. Bartholomæi de Angelis Or-  
dinis Prædicatorum: *De Consolatione Pœ-*  
*nitentium.* Eum commendat, Possævino,  
Uvadingo, ac Nicolao Toppio adhærens  
Genuensis, pag. 144. & Fr. Petrus de Alva,  
tab. 2.

GREGORIUS IX. antea HUGOLI-  
NUS, Comes Signinus, natione Hernicus,  
Patria Anagninus, Papa 178. anno 1227.  
die 20. Martij creatus, & 28. ad S. Pe-  
trum in Vaticano coronatur. Alumnum  
fuisse Tertij Ordinis Seraphici credunt  
nonnulli, quibus adhæret Fr. Clemens de  
Ledesma in suo *Compendio Tertij Ord. Se-*  
*raphici*, pag. 20. Imò, teste Fr. Hierony-  
mo Lotte in sua *Arithmetica Seraphica*,  
supputat. 8. ex Pisano, lib. 1. *Conformit.*  
parte 2. conf. 8. *Primus Pontifex fuit*, qui  
Habitum induit Ordinis, & pluries de-  
tulit, præcipuè in die Coenæ Domini  
Habitum Ordinis assûmebat, & cum  
ipso faciebat mandatum, lavando po-  
des Fratrum, ac pauperum, atque Ha-  
bitum per totum diem illam, & sequen-  
tem, scilicèt, veneris Sancti gerebat.  
Insupèr visitando Sanctuaria Urbis, Ha-  
bitu Ordinis ibat *indutus semper.* Sanè,  
ejus in Ordinem Minorum immortalia  
sunt merita, quem simul cum Sacra Divi  
Patris Dominici Familia summè dilexit, &  
propagavit. Beatos Patres Franciscum,  
& Antonium Patavinum simul cum Sancta  
Elisabetha, Vidua, Tertij Ordinis in Cata-  
logum Sanctorum retulit; aliaque nonnu-  
lla concessit, fecit, dixit quæ grati animi,  
& veritatis sincero studio recenset Uva-  
dingus, tomo 1. *Annalium Ordinis. Di-*  
*vini, & Humani Juris peritissimus:*

*Decretalium libros compilavit opera po-*  
*tissimum Sancti Raymundi de Pennafort,*  
*Sacri Ordinis Prædicatorum, vsus. Pro-*  
*dierunt cum Glossis Venetij 1591. in 4.*  
*Parisijs 1541. & 1601. in fol. Basileæ apud*

Joan. Amerbachium, & Frobenium 1511:  
quorum septem volumina in Vaticano as-  
servantur, teste Rupipozæo Cardinalium  
Nomenclatore. At verò opera Gregorij,  
cum Jacobi Pamelij notationibus, prodire  
Antuerpiæ apud Viduam, & Hæredes  
Joannis Srelisij, anno 1572. Ejus

*Constitutio pro Benedictionis*; prodijt  
Parisijs anno 1619. in 8. apud Jacobum  
le Mefsier.

*Epistola ad Soldanum, pia, ac diffusa;*  
habetur tomo 1. *Annal. Uvadingi*, ad ann.  
Christi 1233. num. 4.

*Epistola varia ad Agnetem Bobemicam;*  
extant ibidem anno 1238. num. 12. 13. &  
14. Demùm scripsit:

*Epistolas plures, & gravissimas ad Mi-*  
*nistros Ordinis*, prælo datas à Uvadingo  
tomo primo laudato. Præcipuè, commen-  
dari debet ab eo scripta anno 4. sui Pon-  
tific. 17. Kalend. Junij, anno 1223. ad  
Ministram, & Fratres in Generali Capi-  
tulo constitutos. *Inter pressuras*, inquit,  
*innumeras, & angustias infinitas, quas plus*  
*ferrè possumus, quam referre, consolatio-*  
*nis, & gaudij materiam resumentes, gra-*  
*tias, & laudes, quas possumus referimus.*  
*Redemptori, qui Beatum Franciscum Pa-*  
*trêm nostrum, & vestrum: fortè autem ma-*  
*gis nostrum, quam omnium vestrum, &c.*  
Et meritò, fuit enim primus, ac perpetuus  
Ordinis Protector, & iteratò in Generali-  
bus Ordinis Comitij Præsès. Tandem  
optimus Pontifex insigni virtute, singulari  
sapientia, Religionis, & Ecclesiasticæ li-  
bertatis zelo studioque clarus, multis præ  
illa superatis laboribus, ad requiem Cœ-  
lestem transmigravit. 11. Kalend. Septemb.  
anno 1241. cum sedisset annos quatuor-  
decim, menses quinque, aliquot diebus  
minus, sepultusque est apud S. Petrum. Sub  
ejus mortem Sol maximam eclipsem pas-  
sus est. Pluribus de eo, Ludovicus Jacob.  
à S. Carolo, lib. 1. *Bibliothecæ Pontificiæ.*  
Præcipuè verò Joannes Palatio *de gestis*  
*Pontificum Romanorum*, apud quem, vo-  
lumine 2. Pontifice CLXXVIII. pag. 745.  
sequens habes

Camaldulum Francisco comite, cum secessisset

A Leonardo Eremita vt Pontifex adoratus futurus

A Columba audivit sequestre,

Quid tunc designarent comitia Cœlorum.

Incyto Comitum Signiæ genere ortus,

Innocentij III. Romani Pontificis nepos

Ex tanto natalium splendore,

Solam sibi convenire credidit innocentiam:

Quod sine ea nolint Cœlites mortalib. **Confederari;**

*Nobiscum stella pignant in hostem.*

*Ni cum Astra metantur in castra;*

*Certent castra adversus Astra,*

Fridericum itaq. execrandi nominis Cæsarem;

In Syriam navigare jubet,

Ut crimina sua expiaret cruore Arabum.

Sacræ expeditionis navarchus Christus,

Qui crucis labaro vela pandens,

Renovato vulnere classicum cruore canebat;

Plagas monstrabat,

Ut Cæsarem increparet à quo iterum confossus:

**Vel Christianos ad compatiendum Deo provocaret;**

Alacres in altum ducerent:

Quòd saucius excubaret,

Qui olim Petro navigante dormiebat;

Quasi nollet ligare plagas,

Priùsquàm vlcisceretur, à quo confixus.

Solverent milites, quod in procinctu Deus:

Navigavit triduo Fridericus cum Christo;

Sed timens detegi, fraudem suam, redijt.

Cujus culpam exercitu disperso Catholico;

Cùm solus remansisset Christus,

Etiam ipse indignatus recessit.

Navigavit secundo Fridericus, Satana comite;

Nàm vix Syriam appulit:

Quod Sultano cecidit Sacrum Christi Sepulchrum;

Indè Hierusalem pergens,

Ibi maluit Deo prodito, infamia coronari;

Quam salvo Deo absque corona reverti;

Rapuit itaque quod non meruit.

Italia restitutus non ingenio,

Civitates Civibus, Regna Urbibus spoliavit

Malè parta non diù retinuit.

## ELOGIUM.

*Dei munus sunt munera:*

*Credunt homines Regem dare, cum accipiunt:*

*Creantur in Cælo Principes, plauduntur in terra:*

Gregorius Pontifex erat,

Cum se Hugolinum, & Cardinalem crederet.

A Gregorio Regno privatus, quod impiè gesserat  
 Inter Satellites Icellinum habuit.  
 Homo iste, vel bellua fuerit?  
 Lege, & luge Patavij viventium sepulchra:  
 Quæ licet in cinere madent adhuc tyranni sævitie:  
 Non est tamen passus Gregorius  
*Majorem esse tyranno perfidiam, quam Sacerdoti clementiam;*  
 Ex simulata pœnitentia sanum credens eum,  
 Qui in sinu pestem gerebat occultam,  
 Impium Catilinæ facinus  
 Pio Gregorius iteratus exemplo,  
 Fridericum convivio excipiens,  
 Conjuratis suis propinavit Sanguinem Christi.  
 Ut saltèm ebrius Fridericus evomeret,  
 Quæ vellet, Mosem, Christum, vel Anti-Christum;  
 Bellator invictus  
 Victoriâ habuit in partib. Fortunam in potestate;  
 Quoties in Ecclesiam non pugnavit,  
 Sed Princeps illi cura,  
 Christum in suo Pontifice divexare;  
 Ac triumphalem tot Martyrum Coronis Ecclesiam  
 Sub jugum mittere.  
 Potuisset Papa in adversam fortunam opprimere;  
 Sed nec præmere voluit.  
 Ex hisce disidijs infanda ea exatere nomina;  
*Guelfi, Gibellini.*  
 Quibus personatæ Eumenides militarunt.  
 Hisce portentis occurrit Gregorius Martyrum exuvia;  
 Nudo pede tota Roma classicum canens,  
 Ut Cœlites descenderent auxiliare.  
 Ex ambone in Tyrannum declamanti;  
 De Cœlo dicitur consuluisse Deus.  
 Psalmodia, Campanis diluculo, atque crepusculo  
 Invocanti Cœli Reginam;  
 Adfuit hæc in præsidium Sanctorum centuria  
 Ejus in castris victorem cum vidisset  
 Franciscum Afsinatem, atque Dominicum  
 Hunc cane suo Urbi excubare, & Orbi,  
 Ejusque ad latratum Cerberos obmutescere:  
 Illum, in signum roboris ostentare vulnera adversa;  
 Sanctos dixit.

Afferuit etiam Cœlo Antonium Patavinum:

Ne deesset,  
 Qui ad viventium tutelam mortuos suscitaret:  
 Addidit è Pannoniæ Regibus Elifabetham,  
 Reginam, quæ oportune importunum doceret Cæsarem  
*Non nisi abjecta corona ad aras accedere.*  
 Nec vacarunt hoc sæculo martyres;  
 Quos truncavit Cæsar, coronavit Pontifex;  
 Gestantes in pectore Crucem  
 Candenti ferro signabat in fronte,  
 Aliter sacrum signum irridebat v. mobile;  
 Alijs, ne ferrum in eum stringerent,  
 Manus clavo prohibuit.  
 Hisce fluctibus agitabatur Petri Navicula;  
 Cum sacram Gregorius laxavit anchoram,  
*Lateranense Concilium;*  
 Ut de hoste Ecclesia tota differeret, atque discerneret;  
 Sed mari, ac terra præcluso Fridericus itinere,  
 Ipsum prohibuit convenire Spiritum Sanctum;  
 Contra Ecclesiam pugnabat, & tamen vicit:  
 Quia forsàn Clerici pugnabant in se ipsos,  
 Damnatis ad tenebras Ecclesiæ luminibus,  
 Sub tractisque Cardinibus, & Cardinalibus;  
 Ipsa petra stare non potuit.  
 Mæiore concidit Optimus Pontifex  
 Non sine Cœli luctu,  
 Quem ostendit deliquio Solis.

GREGORIUS PARGHELIA, Hispanus, Guardianus Conventus Montis Sion, prælo dedit vernaculè:

*Triumphum Religionis Franciscanæ ex Grecis injustis possessoribus Locorum Terra Sanctæ: Matrili anno 1691. in 4. Vidi.*

GREGORIUS PETROCHA, Mantuanus, Regularis Observantiæ Provinc. S. Antonij, Vir verè doctus, religiosus, gravisque conversationis, qui annis multis Sacram prælegit Theologiam in Urbe ad celeberrimum Araceli Cœnobium, tandem assumptus est ad Episcopatum Albæ Pompejæ in Subalpinis. Scripsit, in publicumque misit:

*Orationem disertissimam in Sacro Cardinalium Senatu ad Paulum V. de Legatione Japonica per Ludovicum Sotelum (mæx S. Pauli Discalceatæ Provinciæ filium) Virum gravissimum, & nobilem Philippum*

*Faxecuram Equitem, nomine Idatis Masamuntis Voxani Regis persæ. Romæ anno 1615. apud tomum 2. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 196. Eam vulgavit Paulus de Angelis in sua de Basilica Libériana Historia. Eam quoque Hispanè redditam communis juris feci, tom. 2. Chthon. Prov. S. Pauli in Veteri Castella, lib. 3. num. 97. Scripsit insuper:*

*Theologica opuscula, quæ nondum prodierant, anno 1650. quo Uvadingus nos ter suum de Scriptoribus Ordinis Minorum vulgavit Syllabum.*

GREGORIUS DE PUGGIATTIS A PRATOVETERI, Clusentinas, Concionator, & Lector Generalis Minorum Observ. Humanarum, Sacratumque Literarum Professor, typis dedit Florentiæ, anno 1636.

*Carmina 14. actiones totidem Salvatoris*

ris Jesu-Christi Domini nostri commendanda. Item:

*Carmina 12. super Domine non sum dignus, ter à sacerdote celebrante repetitum.*

*Canticum in nocte Natiuitatis Domini nostri Jesu-Christi, atque:*

*Canticum super Antiphonam Stella Cœli extirpavit, tempore pestis decantandam. Hæc Fr. Antonius Terrinca, part. 3. sui Theatri Tusciæ, titulo 1. pag. 202.*

GREGORIUS DE QUESA D A SOTO-MAYOR, Hispanus, Lector Jubilatus, Qualificator, & Censor Sancti Officij, Visitator Generalis Bibliothecarum, Ex-Diffinitor Provinciæ duodecim Apostolorum Regularis Observantiæ, publici juris fecit:

*Panegyrim de Immacolata Conceptione Disparæ semper Virginis. Limæ per Josephum de Contreras 1696. in 4. Vidi.*

GREGORIUS REYOCHO, Provinciæ Germaniæ alumnus, scripsit, ac edidit tomum inscriptum:

*Margarita Philosophica, in 4. Vidi, absque anno, & loco impressionis, 12. libros complectentem. In primo agit;*

*De Grammaticalibus, in 2.*

*De Logica, in 3.*

*De Historica, in 4.*

*De Arithmetica speculativa, & practica, in 5.*

*De Musica speculativè, & practicè, in 6.*

*De Geometria speculativè, & practicè, in 7.*

*De Astrologia, in 8.*

*De principijs rerum naturalium, in 9.*

*De originè rerum naturalium, in 10.*

*De Anima, & potentijs ejusdem, in 11.*

*De potentijs anime intellectivæ, in 12.*

*De principijs Philosophiæ Moralis.*

GREGORIUS DE RIVES, Capuccinus, Gallus, Patria Avenionensis, Provinciæ S. Ludovici alumnus, P. Dionysij de Rives, quem supra nominavi, Germanus Frater, Vir magnæ lectionis, in Humanis, & Ecclesiasticis Historijs eruditus, ac religiosarum virtutum forma decorus, scripsit, & posteris reliquit impressa.

*Epitome omnium Canonum, Conciliorum, tam Generalium, quàm Provincialium in locos communes per Alphabetum digestam ab Apostolis usque ad hæc tempora. Tom. 1. in fol. Parisijs apud Dionysium Thierry anno 1662.*

*Historiam omnium Conciliorum, tam Ge-*

*neralium, quàm Provincialium, cum subscriptione præcipuorum Patrum, maxime Galliarum. Tom. 1. in fol. Ibidem apud eundem 1663.*

*Conciliabula tam Schismaticorum, tam Catholicorum, cum Controversia Historica, & declarationibus locorum difficultium in Historia Ecclesiastica. Tom. 1. in folio, ibidem apud eundem 1663. Hæc Ge-nuensis. Opera autem hujus Authoris prodierunt volumine vnicò in fol. Lugduni sumptibus Benedicti Coral anno 1663. Vidi. Extant ergo:*

*Epitome Canonum Conciliorum omnium, Brevis Historia omnium Conciliorum.*

*Catalogus Summorum Pontificum, sub quibus celebrata sunt Concilia.*

*Catalogus Patrum præcipuorum, quæ Concilijs interfuerunt.*

*Catalogus Episcoporum Gallorum, quæ Concilijs interfuerunt.*

GREGORIUS RUIZ, Hispanus, Pincianus, Regularis Observantiæ Provinciæ Conceptionis, Sacræ Theologiæ Lector emeritus, & propositionum S. Officij Qualificator, emisit:

*Controversias Theologicas in 4. lib. Sententiarum Scoti usque ad 50. distinctionem. Vallisoleti apud Joannem Godinez in fol. 1613. Vidi. Præmittit:*

*Vitam Subtilis Doctoris. Memoratur à Nicolao Antonio, & Uvadingo.*

GREGORIUS SALINUS, Italus, Taurinensis, Provinciæ Genuensis Minorum Capuccinorum, Vir morum præstantia, & Evangelicis virtutibus ornatus, Concionator fervidus, & eloquens, animarum salutis studiosus, scripsit, & evulgavit Italicè, recensente Genuensi, pagæ 145.

*Vitam S. Ulderici Confessoris, cujus corpus requiescit Taurini in Ecclesia B. Mariæ de Consolatione. Impressa est in eadem Urbe, anno 1602. in 8. De eo meminit Rossottus in Syllabo Script. Pedemont.*

GREGORIUS SALMANTICENSIS, Hispanus, ex Minoritis Capuccinis, Castellaniæ Provinciæ filius, pluries Guadianus, & Theologus eruditus, elaboravit, ac imprimi curavit:

*Compendium Questionum Selectarum super Regulam S. P. N. Francisci P. Leandri de Murcia. Compluti apud Mariam Fernandez tom. 1. in 8. 1666. Vidi.*

*Summam omnium operum P. Leandri de SS. Sacramento, Ordinis Discalceatorum, Sanctissimæ Trinitatis, Redempt. Capti-*

*worum ordine alphabetico dispositam. Tom. in fol. Lugduni apud Laurentium Arnaud, & Petrum Borde, sumptibus Matthæi de Bassida anno 1672. Vidi.*

*Compendium Summa P. Eligij Bassal Capuccini. Ibidem anno 1674. & denuò Lugduni apud Philippum Borde, & Socios anno 1678. Vidi. De eo meminit Torrecilla vbi supra.*

GREGORIUS SANCHEZ, Hispanus, Regularis Observantiæ Provinciæ Castellæ alumnus, ac Sacræ Theologiæ Professor in Complutensi Cœnobio S. Didaci, edidit post Bullam vltimo emanatam ab Alexandro VII. eruditum:

*Tractatum de Statu Immaculate Conceptionis Regine Angelorum. Mattiti 1662. in fol. Laudatur à Nicolao Antonio tom. 1. Scriptorum Hispaniæ, pag. 418.*

GREGORIUS SCHERIUS, Lycienensis Provinciæ Reformatæ S. Nicolai Lector generalis, stylo signavit:

*Disputationes, & Questiones de Deo Trino, & Uno ad mentem Subtilis Doctoris. Lycij 1646. apud Petrum Michaelem in 4. Vidi.*

GREGORIUS VALENTIANUS, Siculo, Patria à Marselia, Panormitanæ Provinciæ Minor. Capuccinorum alumnus, Sanctissimæ Inquisitionis in Regno Siciliae Theologus, & Qualificator, Vir propter compositam morum gravitatem, animi pietatem, ac non vulgarem in Divinis Litteris eruditionem in sua Provincia admodum commendatus, composuit, & edidit:

*Hymnodiam SS. Patrum, quæ à S. Romana Ecclesia per annum decantari solet, Commentarijs uberrimis explicatam. Tomus primus Venetijs typis Combi 1646. in fol.*

*Commentaria in Hymnodiam SS. Patrum, cum Mantissa Epistolæ B. Mariæ Virginis scripta ad Messanenses. Tomus secundus Messanæ apud Jacobum Matthæi 1649. in fol.*

*Practicam Moralem undecim casuum reservatorum, quatenus pertinentem ad Religiosos juxta Decretum Clementis VIII. Pont. Max. Panormi apud Dominicum de Anselmo 1664. in 4. Insupèr opus posthumum Italicè prænotatum:*

*Auxilium agonizantium adjectis Tractatibus de quatuor Novissimis, ac de Confessione generali. Panormi typis Josephi Bilagni 1668. in 8. De eo pluribus Mongitore in sua Bibliotheca Sicula tom. 1. Dupinus, ac in Syllabo AA. præfixo tom.*

inscripto: *Galateus Religiosus*, folio 495. GREGORIUS ULYSSIPONENSIS, primitus Minorita, demùmque S. R. E. Cardinalis, edidit:

*Constitutionem pro Conceptione B. Mariæ Virginis, laudatam à nostro Alva, col. 558. suæ Militiæ universalis, ex Spondano ad annum 1494.*

GUALTERUS BRINKLEUS, vel BRINKEL, Minorita, Anglus, dictus *Doctor Bonus*, Sacræ Theologiæ Doctor, & Professor Oxoniensis, scripsit subtilissimè:

*Super Magistrum Sententiarum.*

*Distinctiones Scholasticas.*

*Determinationes.*

*Accuratos Commentarios in varia opera Aristotelis, & alia quedam. Floruit anno 1310. teste Angelo à S. Francisco in Catalogo Scriptorum Anglorum, fol. 324. dicente: Ejus scripta satis indicant hominem fuisse acuti, & subtilis ingenij, & qui argutias scholasticas, tum in Philosophia, tum etiam in Theologia, penitior oculo inspexerit, imò penetraverit longè acutiùs, quam vulgus Doctorum. Extat hujusce mentio apud Uvadingum ex Uvillorum, hominem paritèr appellante *Doctorem antiquum, ac Sophistam.**

GUALTERUS BRUGENSIS, Flander, è Provinciali Turoniæ creatus Episcopus Pictaviensis à Nicolao III. etiam si invitus, Vir fuit doctus, & sanctus, & in declamandis sermonibus ad populum excellentis industriæ. Jubente Alexandro IV. scripsit:

*Commentarios in librum Sententiarum, lib. 4. M. S. Brugis, Ipris apud Minoritas, & alibi. Incipiunt: Ego novissimus omnium evigilavi.*

*Quodlibetorum Theologicorum lib. 1. cujus initium, apud Trichemium: Queritur, quomodo virtus.*

*Tabulam Theologiæ, vt habetur in Catalogo Bibliothecarum M. SS. Patavinarum in publicum missa à Jacobo Philippo Thomafino, Utini anno 1639. in 4. Insupèr opus prænotatum:*

*Excerpta in Sanctis Patribus Augustino, Hieronymo, Ambrosio, Gregorio, Hilario, Isidoro, Origine, Casiodoro, & alijs. Asservari legi M. S. in Bibliotheca Regiæ Galliarum, Codice Latino 1106. Ejus prologus incipit: Non parùm in Philosophiâ profectum puto, &c.*

*Catalogum Præsulum Pictaviensium, quæ habetur in antiquo Tabulario Episcopatus Pictaviensis, testibus Fratribus Sama-*



marthanis, tom. 3. Gallix Christiana, pag. 895.

In *Regulam Tertij Ordinis Franciscani*, vti recenset Veronenfis in Annalibus Tertij Ordinis Seraphici syllabo secundo.

*Sermonum per annum, & de B. Virgine*, lib. 2. jussu Alexandri IV. Bergomenfi teste.

*Rudimenta pro Concionatoribus*. Vidi Salmanticæ, sub hoc titulo tomum in 8. editum, sed absque principio, & fine, Item apud Uvadingum, & Bundeniam, scripsit:

*Tabulam originalium nominum super universam Scripturam*. M. S. in Bodelvienti Monasterio, & in Bibliotheca Tolletana Minorum Observantium. Incipit: *Abelest significans*. In fine Codicis Tolletani ita habetur: *Explicit Tabula Fr. Gualterij super totam Scripturam*. Vidi.

*Tractatus de Pœnitentia*. Ex laudatis.

*Quæstiones disputatas*. Extabant Ipris, apud Tertiarios. Claruit juxta Uvite de Scriptoribus illustribus Minoritis anno 1250. Uvadingus verò asserit in Coelum migrasse, anno 1307. die 22. Januarij. Interdum citatur in Summa Angelica. Consule Meyerum lib. 11. Annalium, & Uvadingum in Annalibus ad annum 1279. num. 13. Ejus vitam, vna cum relatione Authorum ejus scripta recensentium habes apud Bolandum tom. 1. die 22. Januarij. Consule Arturum in Martyrolog. Francisc. ad diem 22. Januarij.

GUALTERUS BURLÆUS, ( ab Uvadingo illaudatus ) gente Anglus, professione Minorita, Doctor planus, & perspicuus dictus, Collegij Mertonensis in Academia Oxoniensi alumnus, postea Lutetiam profectus, Magisterij dignitatem non sine summæ doctrinæ laude consecutus est. Joannem Duns Scotum, & Oxonij, & Parisijs docentem audivit: ejus tamen doctrinam Oxonium redux acerrimè impugnavit. Factus Zenoristarum Princeps ob insignem doctrinæ famam invictissimo Principi Eduardo III. Præceptor datus, claruit, seu vt alij malunt, obiit anno 1337. Extant sui ingenij monumenta:

*Commentaria in Sententias, & Philosophica innumera, ex quibus aliquot lucem viderunt*, videlicet:

*Expositio in libros Ethicorum Aristotelis cum recognitione Fratris Ambrosij Patavinii, seu de Padua ex Ordine D. Augustini, qui Eremitæ appellantur*. Venetij

apud hæredes nobilis Viri, quondam Domini Octaviani Scoti civis, ac Patrii Modocientis, & sociorum 1521. in fol. Vidi.

*In Isagogem Porphyrij, Gilbertum Porretanum, & artem veterem*. Venetij 1497. & 1509. & M. S. in 8. in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ. Incipit: *Quoniam de distinctis*. Vidi.

*De intentione, & remissione formarum*. Venetij 1519.

*Commentaria in libros Posteriorum Aristotelis*. Oxonij 1517. in 4. Venetij 1559. 1504. 1537.

*Tractatus de Materia, & Forma, & Realitate*. Oxonij 1500. in 4.

*De Vitis Philosophorum*. 1472.

*Super octo libros Physicorum*. Venetij per Simonem de Luere 1501. in fol. Vidi, & M. S. scriptum anno 1382. Extat in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ.

*De potentis anime*. Habetur ibidem M. S. in 4. Incipit: *Intendit Philosophus*.

*Summa totius Logice*. Venetij per Lazarum Soardis 1508. in 4. Vidi. Insupèr ex Pitseo apud Fr. Bonaventuram Baroz tom. 1. opusculorum, parte 13. §. vni. 50.

*De fluxu, & refluxu Maris Anglicani*.

*De tribus agentibus*, bis.

*De Ideis*. Denumque in solum Aristotelem centum triginta libros. Lege Fr. Angelum à S. Francisco in Catalogo Scriptorum Anglorum, & Hieronymum Lotte, supputatione 3. suæ Arithmeticæ Seraphicæ.

GUALTERUS CATTONUS, sive GOTHONUS, Anglus, Cœnobij Northwicensis, ob multiplicem rerum scientiam, & eximias virtutes, magnum sibi nomen acquisivit. Erat enim, teste Lelando, in omni tum humana, tum etiam Divina Philosophia versatissimus, Mathematicarum scientiarum non ignarus, in quibus abusus quosdam acerrimè reprehendit, & Astrologiam Judiciariam, tanquam Deo edibilem, & inventum planè diabolum damnavit. Porro successu temporis in tantum crevit fama virtutis, & eruditionis, vt Avenionem vocatum Summi Pontificis Joannis XXII. Pœnitentiarius fuerit constitutus. Stylo signavit:

*Super Magistrum Sententiarum*, lib. 4.

*Resolutiones Quæstionum*, lib. 1.

*De Paupertate Evangelica*, lib. 1.

*Contra Astrologos Judiciarios*, lib. 1. Obijt Avenione anno 1343. Hæc Uvadingus

gus; & Fr. Angelus à S. Francisco in Catalogo Scriptorum Anglorum.

GUALTERUS CETON, Minorita, Anglus, Sacræ Theologiæ Doctor, & secundum alios Patriarcha Antiochenus, edidit:

*Commentarios super Magistrum Sententiarum*. Putat Uvadingus eundem esse cum Gualtero Cattono, distinctum verò esse recenset Pitseus, Uvillorus, & Fr. Angelus à S. Francisco in suo Catalogo. Et sanè Gualterus Cattonus, vti Uvadingus ait in Syllabo, obiit anno 1343. Gualterus Ceton vixit circa annum 1236. prout ipsemet Uvadingus ad illum annum refert. Undè Haroldus hic num. 4. inquit: *Alij erant Fr. Gulielmus Almoeyb, Fr. Gualterus Ceton, Anglicus, Fr. Robertus Copbat, Fr. Adam Parisiensis, quorum tres ultimi in quatuor libros Sentent. scripserunt, &c.*

GUALTERUS UVIBURNUS, Anglus, quem Lelandus plusquam vulgaritè laudat à librorum, quos scripsit, elegantia; erat enim, sive carmina respicias, sive orationem solutam, disertus, & facundus, pius etiam in Deum, & Sanctos: edidit tum heroico carmine, tum versiculis Rhythmicis:

*De Virgine Maria carmine Hexametro*, lib. 1.

*De eadem, & ejus Filio*, lib. 1. Mariæ quondam carmina Hexametra.

*Encomium Christipara*, lib. 1.

*Proprietates Terra Sancta*, lib. 1. Pulsatis Fratrum.

*Carminum diversis generis*, lib. 1. Claruit post ann. 1367. Uvadingus, Pitseus, ac Fr. Angelus à Sancto Francisco nuper citatus.

GUANDULPHUS DE URBINO, Minorita, Italus, volumen publicavit cultoribus Deiparæ gratum:

*De Nobilitate Virginis Mariæ*, vti ex Antonio Daza recenset Fr. Petrus de Alva, col. 58. suæ Militiæ.

GUIDO BATHOLUCIUS DE ASSISIO, Minorum Conventualium alumnus, Sacræ Theologiæ Magister, recensente Fr. Vincentio Coronelli ex Bibliothecis Umbriæ, & Minorum Conventualium in publicum misit:

*Commentaria in scriptum Maaritij de distinctionibus*.

*Expositionem Scotelli, seu Petri de Aquila*.

*De Vita, & laudibus B. Mariæ Virginis*, opus Fr. Bartholomæi de Pilsis Minoritæ.

tæ nunquam editum, &c. Prodiit Venetij per Petrum Bulsinellum, anno 1596. in 4. Floruit Author anno 1610.

GUIDO BONATUS, Florentinus, ac ob domicilium Forolivij Forolivienfis, diu operam dedit Astrologicis studijs, donec Franciscanum amplexus est institutum in Bononiensi Provincia. Scripsit integrum librum de rebus Astrologicis, vti apud Uvadingum testatur Landinus, & meritò; dedit enim in lucem volumen magnum in fol. prænotatum:

*Tractatus decem Astronomicæ*. Venetij anno 1506. apud tomum 1. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 168. Paritèr:

*De Judicijs Astrorum*. Venetij, & Augustæ 1491. Item, vti Auctor est Andreas Tiraquellus, scripsit:

*Tractatum de projectione partium*. De illo ita cecinit Hugolinus Verinus in opere metrico de illustratione Urbis Florentiæ:

*Clarus, & Astronomus Guido de stirpe Bonatti,*

*Jam dudum veteres delevit fama Bonattos.*

*Unius Astronomi tantum monumenta supersunt.*

Malè verò Pocciantius versiculum Dantis cantu vigesimo de Inferno citat; non enim dicit Etruscus Poeta se vidisse Guidonem ardentem, sed vidisse *Asdentræ Parmensem suturem veteramentarium* (qui nulla prædicit litteratura voluit Astrologum agere Judicium. Vide Uvadingum hic, & in Annal. ad annum 1296. num. 8. Obijt circa annum 1300. De eo Fr. Antonius Terrinca, parte 3. Theatri Tusciæ, titulo 1. pag. 202.

GUIDO FINARIENSIS, Capuccinus, ex Municipio Regis Catholici, quod est in Littore maris Ligustici, oriundus, Provinciæ Genuensis alumnus, ac Sacerdos devotissimus, qui vitam cum maxima perfectione, & sanctioris vitæ exemplis ad extremum vsque perduxit. Beatissimæ Virginis Mariæ fuit cultor eximius, & in ejus honorem composuit:

*Compendium multarum devotionum, & orationum*, ac morti jam proximus, anno salutis 1580. genuflexus recitavit hæc oratione: *Ave Filia Dei Patris* &c. obiit. Extat hujusce honorifica mentio apud Bonaverium, ac P. Conarfer apud Bibliothecam Ligusticam, fol. 31. & Genuensem, pag. 146.

GUIDO FULGINAS, Minorita,

Sacræ Theologiæ Lector, reliquit Uvadingo teste in Syllabo, pag. 150. post Tosignianum:

*Sermones anniversarios festorum de Sanctis.* Initium: *Hæc opus est.* Claruit circa annum 1300.

**GUIDO DE MARCHIA**, Minorita, magis pius quam doctus; doctus tamen, quem alij Picenum, alij verò Anglum faciunt, contra obstrictato res Ordinis Minorum Rythmice scripsit:

*Quærellam mundi contra Religionem ad Christi Vicarium.* Incipit: *O Christi Vicarie.* Præfixum habes operibus S. Bernardini, & propterea eidem Sancto à quibusdam adscribitur. Alia scripsisse recensent Pitseus, & Fr. Angelus à Sancto Francisco.

**GUILIELMUS ALMOJE**, seu **ALMOINUS**, Minorita, recensentibus Tosigniano, & Uvadingo, edidit:

*Quæstiones viginti octo rerum variarum*, quarum initium est: *Utrum gaudium accidentale.*

*In Apocalypsim Commentarios.* Incipit: *Spiritu magno vidit.* Hæc Uvadingus ex Pitseo quibus adhæret Fr. Angelus à S. Francisco, fol. 326.

**GUILIELMUS AUGERUS**, Anglus, in Oxoniensi Academia multo tempore bonis litteris vtilem operam navavit, & multum in studijs, plus in pietate profecit. Decreto suorum indè vocatus est in Comitatum Somersetensem, & apud Pontem Gualteri, vulgò Anglico *Bridgevalter*, Guardianus Conventui præficitur. Quam quietem nactus, coepit iteratò illa tranquille ruminare, quæ jam sæpè legerat, aut in scholis disputaverat. Scripsitque teste Lelando:

*Commentarium in Evangelium S. Lucae.* Morenus, & sepultus est in prædicto suo Monasterio, anno 1404. ex Pitseo, Uvadingo, Angelo à S. Francisco, & Jacobo Le-Long in sua Bibliotheca Sacra, fol. 610.

**GUILIELMUS ANTONIUS BRAUCTECK**, Lector Jubilatus, Diffinitor, & Pater Reformatæ Provinciæ S. Uvencislai in Bohemia, anno 1684. edidit:

*Philosophiam compendiatam*, vna cum V. P. Ernesto Schaff, ejusdem Provinciæ alumno. Ex Relatione hujus Prov. apud Archivium Ordinis Matritense. Laudatur à Fr. Bernardino Sannig, tom. 1. Scholæ Philosophicæ in Syllabo Scriptorum ex Ordine Minorum.

**GUILIELMUS DE AQUITANIA**, ejusdem Provinciæ alumnus, scripsit, non autem edidit, volumen prænotatum:

*De casibus, qui in confessionibus contingunt.* Extat Toleti in Bibliotheca S. Joannis Regum sub FF. num. 11. vna cum *Compendio Scripturali* Fr. Petri Aureoli. Vidi.

**GULIELMUS BERNARDI**, Minorita, Belga, singulari pietate, ac inculpatisimis moribus, in antiquitatibus Ecclesiasticis egregiè versatus, scripsit:

*De Sacrarum Litterarum communicatio* ne, & sensu. Parisijs 1544.

*De Ritibus Catholice Ecclesie.*

*De Sepulturis.* Parisijs anno 1547. in 8. apud Vivantium Gaultherst. Vidi. De eo Uvadingus, ac Dupinus.

**GULIELMUS BORRITON**, Minorita, distinctus est à Gulielmo Vorrilon (de quo inferius) teste Patre Quirino de Salazar, sæculo 15. ita scribente: *Alius etiam Minorita doctus Borrison floruit hoc tempore, cujus de Pura Conceptione extat nobile monumentum in 3. diff. 5.*

**GULIELMUS BRITO**, Anglus, præter opera superius laudata, verbo Brito, (est enim idem Author) scripsit Uvadingo teste, à quo fuscè laudatur ex Posssevino:

*Bibliotheca Sanctorum Patrum*, lib. 1. M. S. Oxonij in Collegio Balliolensi.

*Idem opus abbreviatum*, M. S. Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicci.

*In divisiones Boetij*, lib. 1.

*In dicta quadam, & alia opera Alexandri Neccam*, lib. 1.

*Grammaticalium*, lib. 1.

*In Isagogen Porphyrij*, lib. 1.

*In Prædicamenta Aristotelis*, lib. 32.

*In libros Peribermenas*, lib. 2.

*In Elenchos Aristotelis*, lib. 2. Incipit: *De Sophisticis autem Elenchis.*

*Quæstiones Elenchorum*, lib. 2.

*In sex principia*, lib. 1. Obijt apud Grimmesby, anno 1356.

**GULIELMUS BUTLERUS**, Anglus, Sacræ Theologiæ Doctor, & Professor Oxoniensis, Vir doctrina, & pietate celebris, prudentia, judicio, auctoritate ita apud omnes pollens, vt à præstantissimis quibusque Viris, vbi se offerret occasio, plurimum his nominibus laudatur. Illum varijs encomijs afficit Lelandus. Facta, & scripta illius approbat Alexander Papa V. quem insuper præcipuum Universitatis suæ florem reputaverunt olim Oxonienses, & sui Confodales idoneum

neum cui regimen committeretur Provinciæ Anglicanæ. Ejus tempore translata fuerunt Sacra Biblia in linguam Anglicam, & promiscuè in manus rusticorum, artificum, muliercularum venerunt, ita vt jam quicumque legere potuerit, intelligere se putaret. Hinc magnus Divinorum Mysteriorum contemptus, hinc infiniti exortio errores, stultissimæ interpretationes, abusus intolerabiles, scandala gravissima. Tot, tantisque malis, vt tempestivè remedium adhiberetur, adscitis in partem laboris alijs doctis Viris, strenuè laboravit Butlerus; factumque est publicum edictum, vt omnia illa Biblia Anglicè translata comburerentur, ne imperita multitudo indè per se hauriret animarum suarum venenum, vnde Pastorum suorum ductum secuta, haurire posset salutem. Combustis igitur illis libris, rationem facti Gulielmus in scriptis reddidit, emissitque in lucem eruditum opus cui titulum præfixit:

*Contra translationem Anglicam*, lib. 1. Incipit: *Utrum Sacra Scripturæ Canon*, &c. M. S. Oxonij in Collegio Mertonensi Codice 143. teste Jacobo Le-Long, pag. 742. suæ Bibliothecæ Sacræ.

*Super Magistrum Sententiarum* libros quatuor memoratos à Lippenio, tom. 2. Bibliothecæ Regalis Philosophicæ, pag. 1392.

*De Indulgentijs Pontificijs*, lib. 1. Incipit: *Articulos pro finali cessatione.*

*Quæstionum variarum*, lib. 1. & ejusmodi alia non pauca. Rheundigæ tandem inter suos mortuus, & sepultus est circa annum 1410. Ex Uvadingo, Angelo à S. Francisco, & Pitseo.

**GULIELMUS DE CASALI**, Italus, ex Genuensi Provincia, Sacræ Theologiæ Magister, & in Romana Curia Procurator Generalis, Vir pius, facundus, doctus, ac totius Ordinis Generalis Minister, qui multa statuit circa Divinum Officium, nonnulla circa studiorum profectum, ac summam concordiam, & synceram charitatem cum Patribus Prædicatoribus, & Inquisitores, juxta facultatem sibi à Eugenio IV. Pont. Max. (cui dilectus erat) pluribus in locis instituit, pro Vicariæ Bosnæ reformatione, scripsit:

*Epistolam ad S. Jacobum de Marchia*, quam habes tom. 1. Orbis Seraphici, lib. 3. pag. 180. Insuper:

*Super Regulam S. Clara Constitutiones, & Declarationes.* Extat M. S. in 8. vna cum *Testamento S. Clara* in Complutensi Bibliotheca Majoris Collegij. Vidi. Obijt Tom. 11.

Florentiæ die 2. Februarij, anno 1442. Consule Uvadingum in Annalibus.

**GULIELMUS CATTONUS**, Anglus, vti suspicatur Pitseus, Sacræ Theologiæ Doctor, & Professor, Vir in Theologicis illis disceptationibus, quas Scholasticas vocant, exercitatisimus, vnde & pereruditè scripsit:

*Super Magistrum Sententiarum*, lib. quatuor.

*Quæstionum Theologicarum*, lib. 1. Vixit anno 1530. Eum commendat laudatus Fr. Angelus à S. Francisco ibidem.

**GULIELMUS DE CANTUARIA**, Italus, de Cremona, Professor in Universitate Ticinensi; promotus ad Episcopatum Placentinum, deindè translatus ad Pagiensem, edidit:

*Commentaria in 4. libros Sententiarum* Servata M. SS. apud Fr. Paulum Faernum, pervenisse ad Fratrem Aurelium Novarium Cremonensem, habent monumenta M. SS. Provinciæ Mediolanensis, apud Uvadingum. Obijt Cremonæ, apud Minores, sepultus circa annum 1404.

**GULIELMUS CHAUBBES**, Minorita, ille, vt credo, quem Possevinus vocat Chabbes, scripsit:

*Introductionem ad Logicam.*

*Declarationem in librum primum Sententiarum Scoti.* Ex Uvadingo. Item:

*In secundum Sententiarum ad mentem ejusdem Doctoris*, teste Fr. Bonaventuræ Baro, tom. 1. Opuscul. part. 12. in Appendice, §. 11. litt. G.

**GULIELMUS DE CONCHIS** (sive potius de COMBIS) de quo ita scribit Possevinus. (Hunc fuisse Franciscanum Ordinis, magis conjicio, quam scio, triginta tres libros super opere sex dierum composuit, qui & Patrum nostrorum memoria excusis est. Tomum autem quo decimus nonus liber, vsque ad trigessimum tertium continetur, legi tantum, quoniam alij tomi ad me non pervenerunt. Et quidem volumen hoc è Coenobio S. Francisci, quod est in Opido Pera è Regione Byzantij, delatum, missum est ad me ab Illustrissimo Aquilejæ Patriarcha Francisco Barbaro, mutilum in fine, vt quis fuerit illius typographus, sciri non potuerit. At ipsum opus, è Theologis, atque Philosophis constatum vberem supellectilem habet, dignam, quæ legatur. Nam, & post creaturarum, quæ in mundo sunt, hominisque tractationem, tertius decimus tandem liber agit de locis homini habi-

tabilibus, deque temporibus sex aetatum mundi, usque ad Anti-Christum, & de *Innovatione mundi*) Laudatur à Fr. Bernardino Sannig in Synopsi, litt. G.

GULIELMUS CREMONA, Minorita, Italus, scripsit.

De *Immaculata Conceptione Virginis Mariae*, recensente ex Episcopo Arcanen- si, nostro Alva in sua Militia Universalis, col. 569.

GULIELMUS EDON, Minorita, stylo signavit:

*Compendium Theologiae veritatis*: distinctum ab illo, quod inter opera S. Bonaventurae circumfertur:

*Adaptationem thematicam predicabilium per totum annum ad materias Compendij Theologiae veritatis*. Extat M. S. in Bibliotheca Columnensi, quae olim fuit Cardinalis Syreli. Haec Uvadingus. Crederem hunc esse illum Gulielmum Etonum Anglum, Virum pium, ac bonarum artium studijs mirè deditum, de quo Lelandus apud Pitseum: *Nec mihi dubium est, quin in tam eminente doctrinae gradu constitutus, aliquod ad posteritatis fructum, & utilitatem scriptum reliquerit, quamvis quid illud fuerit, haecenus non invenio.*

GULIELMUS ESBRA, Gallus, strictioris Observantiae Recollectorum, Provinciae S. Dionysij alumnus, concinnavit:

*Carmen Saphicum in laudem S. Ludovici Regis*. Incipit: *Gallia Reges pietate culti*. Extat apud Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 25. Augusti. *Alia varia carmina* scripsisse narrat Uvadingus in Syllabo.

GULIELMUS DE FALGARIO, Toletanus, Provinciae Aquitaniae Minister, per obitum Bonae gratiae Ministri Generalis, electus Vicarius Generalis, deinde Lector Sacri Palatii, & demùm Episcopus Vivariensis, S. Ludovico Episcopo Tolosati perquam familiaris:

*Commentarios S. Bonaventurae in quatuor libros Sententiarum ad epitomen reduxit.*

*Contra opera Petri Joannis Olivii scripsit diffusè*. Ex Uvadingo hic, & tom. 2. Animalium. Scripsisse:

De *Immaculata Conceptione Virginis*, narrat noster Alva, col. 569. suae Militiae.

GULIELMUS FARINERUS, Gallus, Provinciae Aquitaniae, Vir doctus, Tolosae lauream Doctoratus accepit anno 1344. & per promotionem Fortaneri Val-

felli ad Cardinalatum, factus est totius Ordinis Minister Generalis, anno 1348. deinde ab Innocentio VI. anno 1356. creatus Cardinalis Presbyter tit. SS. Petri, & Marcellini, Legatusque in Hispaniam, pacificavit Reges Castellae, & Aragoniae. Scripsit:

*Commentaria in varios libros prophanos, & sacros.*

*Sermones varios.*

*Libellum de mutua titia negotiatione*, rogatu Aegidij Cardinalis Albornotij, ex quo faciliè possit intelligi, quot ex nundinarum pretijs nummi in singula centena permutationis nomine exigi, & quando possit. Eum commendant Tosignianus, Uvadingus, Castaneus de Scriptoribus Cardinalibus, ac Fr. Petrus Antonius de Venetia in suo opere Italico praenotato *Giardino Seraphico*, tom. 2. fol. 408. canens:

*Ordine qui nostro Princeps cui murice fulsit*

*Pileus: hunc magnum nosce Farinarium.*

Obijt anno 1367. 8. Kal. Septembris, sepultus in Templo Minorum Avenionensi.

GULIELMUS FOLVILLUS, Anglus, Lincolnien- sis, Sacrae Theologiae Doctor Cantabrigensis, quem Virum religiosae vitae, & multiplicis eruditionis titulis non incelebrem, indicant Lelandus, & Uvillotus. Aegre tulerunt ijs temporibus Academici Cantabrigenses, quod Fratres, praesertim Minores, in Ordinem suum passim admitterent adolescentes, imò ferè pueros, feceruntque statutum, ne quis ab ijs reciperetur ante annum aetatis decimum octavum, quod decretum contra eorum privilegia factum ferre noluerunt religiosi Ordines, & Forlivius nomine suae Religionis contra dictum statutum scripsit:

*Pro pueris induendis*, lib. 1. Incipit: Haec est sententia Fratrum Minorum. Obijt, & sepultus est apud suos Stanfordiae anno 1384. Uvadingus, & Fr. Angelus à S. Francisco cum Pitseo.

GULIELMUS FORLEO, Britanus, Theologus Parisiensis Conv. quem in Divinis Litteris eruditissimum, & in Humanis egregiè doctum vocat Trithemius, Parisijs insignitè emicuit: discipulum habuit Stephanum Bruliferum, styloque signavit:

*Decisiones Regulares, praesertim circa*

*vitam, & Regulam Minorum*. Parisijs apud Joannem Parvum, anno 1471.

*Opuscula doctissima in Sacram Scripturam.*

*Commentarios in quartam librum Sententiarum.*

*Quaestiones varias, & alta plura*. Claruit sub Paulo II. & Sixto IV. De eo Uvadingus in Syllabo, & in Annalibus ad ann. Christianum 1470. num. 11. Confule Fr. Petrum de Alva, col. 569. suae Militiae, verbo *Gulielmus Forlugen*.

GULIELMUS DE FULGAR, Minorita (forte indistinctus ab immediato Gulielmo Forleo) scripsit, non autem edidit:

*Conciones varias*. Extant M. S. in 4. Tornaci in Monasterio S. Martini. Earum breve fragmentum exscriptit laudatus Alva in sua Militia, col. 569.

GULIELMUS FULGINAS, Ueber, qui ex Minorita factus est S. R. E. Cardinalis, fidem si facias Arturo in Martyrologio Franciscano ad diem 14. Julij, §. 8. epitomavit:

*Opera S. Bonaventurae*, vti ex Volaterano narrat etiam Uvadingus.

GULIELMUS GAINES BURGUS, Anglus, Sacrae Theologiae Doctor Oxoniensis, & inter suos Minoritas Professor 25. Vir pietate, prudentia, omni- que melioris doctrinae genere instructus quibus nominibus apud Magnates, & Principes benè cognitus, & magis extitit dilectus. Hunc Eduardus I. Angliae Rex cum Hugone Manchestrino in legatione misit ad Philippum Francorum Regem, de componendis in Aquitania rebus, vbi strenuè se gessit, & negotium sibi commissum pro votis confecit. Romae etiam Sacri Palatii Praelector fuit. Propter perspicuitatem in legendo, & explicando, subtilitatem in disputando, & distinguendo, elegantiam, & fervorem in concionando, magnum apud omnes nomen habuit. Tandem anno 1310. à Bonifacio VIII. ad Episcopatum Uvigiormiensem evectus est. Scripsit:

*Sermonum*, lib. 1.

*Quaestionum subtilium*, lib. 1.

*Disceptationum*, lib. 1. & ejusmodi alia non pauca. De tempore quo floruit, extant haec carmina:

*Milleno viguit post partum Virginis anno, Si ter centenos adjicias, atque decem.*

Ex Pitseo, Lelando, Uvadingo, Tom. II.

GULIELMUS GAUDA, seu GAUDAMUS (Uvadingo à GOUDA) Bata- vus, Regularis Observantiae alumnus, Theologus insignis, ac Vir magnè virtutis, emisit:

*Expositionem Mysteriorum Missae*. Ac servatur M. S. in Bibliotheca Canonico- rum Regularium Tungrensiùm, teste Antonio Sanderò, part. 2. Bibliothecae Belgicae. Prodiit Deventriae 1491. & 1504. in 4. Dilingae, & Antuerpiae apud Matthaeum Goelsium 1564. in fol. Laudat Albertus de Scriptoribus, fac. 16. cap. 36. ac Dupin, fac. 15.

*Dialogum inter Clericum, & Laicum super dignitate Regia*. Daventriae 1497. in 4. Haec apud librum praenotatum: *Incunabula typographiae*.

GULIELMUS GOISS, doctus Minorita, publici juris fecit opus inscriptum:

*Sententiae Philosophicae, ac genuinae Scoti*. Augusta Vindelicorum, & Dilingae 1700. in 4. Vidi.

GULIELMUS GORRIS (immeritò Senensibus adscriptus à Fr. Antonio Ter- rina, part. 3. Theatri Tusciae, pag. 203.) Hispanus in Villa Sariena Oscensis Diocesis natus, Provinciae Aragonensis filius, eximius Artium, & Sacrae Theologiae Professor, ad pauperum utilitatem praelo dedit opus praenotatum:

*Scoti pauperum, in quo Doctorum, & Scoti opiniones in 4. libris Sententiarum contentae, dilucidantur*. Tolosae anno 1400. & 1486. ad Alphonsum de Aragon, Archiepiscop. Caesaraugustanum in 8. magno. Incipit Epistola nuncupatoria: *Quamquam componendi codices*. Initium operis: *Circa primam quaestionem Prologi*. Vidi Zamora in Bibliotheca Hieronyminiana, Caesaraugustae in Bibliotheca PP. S. Augustini, & in Extremadura in Bibliotheca Llerenensis Conventus S. Sebastiani sub G. num. 131.

GULIELMUS HERBESTUS, seu DE HERBERD, Anglus, illustri Brittonum familia in Vallia natus, post imbibitas bonas artes, & Religionis amorem, Observantiae Regulae S. Francisci se obtinuit apud Minoritas Herefordienses. Undè missus ad Academiam Oxoniensem studiorum causa, tantum ibi tùm in Sacra, tùm in prophana Philosophia profecit, vti in publicis disputationibus, & Sacris Concionibus mirè floruerit, & successu temporis Supremam Doctoratus Theologici.

lauream fuerit consecutus; necnon apud suos ibidem Sacrae Theologiae Praeceptor 43. extiterit. Scripsit:

*Commentarios in Deuteronomium.*

*In Apocalypsim S. Joannis.*

*Et Quodlibeta Scholastica.* Obijt Herefordiae circa annum 1335. Eum commendant Pitseus, Lelandus, Uvadingus, Angelus à S. Francisco, & Author Historiae Universitatis Oxoniensis, lib. 1. fol. 57.

**GULIELMUS HERINCX**, Belgae in Provincia inferioris Germaniae Lector Jubilatus, & Academiae Lovaniensis, demumque Antistes Iprensis, publici juris fecit:

*Summam Theologicam, Scholasticam, & Moralem.* Antwerpiae apud Petrum Belle-ram 1660. volumin. 4. in fol. Vidi. In primo tomo agit

*De Deo Uno, & Trino.*

*De Operibus Creationis.*

### In secundo:

*De Beatitudine.*

*De Actibus humanis, & peccatis.*

*De Legibus, Privilegijs, ac Censuris.*

*De Gratia, & merito.*

### In tertio.

*De Virtutibus in commun. 1.*

*De Virtutibus Theologicis.*

*De Virtutibus Cardinalibus;*

*De Religione.*

### In quarto;

*De Incarnatione, & Mysterijs Vitae Christi Domini.*

*De Sacramentis in genere.*

*De Sacramentis in specie.* Publicavit insuper:

*Centiloquium Theologicum* publicè habitum Vallisoleti anno 1661. & ibidem editum in 4. Lege Fr. Petrum de Alva, colum. 571. & 572. suae Militiae. Alia plura sui studij specimina reliquit, teste Fr. Carolo de Coudhenove, pag. 14. suae Chronologicae *Compilationis Provinciae Recollectorum inferioris Germaniae*, M. S. Matrini in Archivio Generali Ordinis. Ad Authorem sequentia Fr. Laurentius Haas Prov. Flandriae Concionator;

## CULIELMUS HERINCX

### ANAGRAMMA.

Hic mel, lux, vix Regni  
Non hedera serpens praestantia vina re-  
quirunt:

*Nec commendari postulat ille liber.*

*Si tamen illius virtutes, candide Lector;*

*Protinus in prima discere fronte cupis?*

*Transpositis signis Authoris consule no-  
men:*

*Nominis eximias indicat omen opes*

*Invenies: Regni vis hic hominisque, Def-  
que:*

*Illi mel vitae, luxque salutis inest.*

**GULIELMUS HOLMUS**, Anglus, Minorita, à virtutis, pietatis, & bonarum litterarum studijs multum, nec immeritò commendatus, postquam publica sua studia consumasset, ad suum Conventum rever- sus, intra privatos parietes rei Medicæ dedit operam, ut non solum ægris hominum animabus, sed etiam infirmis corporibus mederi salubriter posset. Nequè certè sine bonis fundamentis processit, neque infelicitèr ei res successit. Artis Medicæ peritiam hausit, ex naturali rerum cognitione, quam in Philosophia strenuè didicerat. Sed quod rei caput est, uti ex effectibus colligere licet, acceperat à Deo donum curationis. Erat igitur in omni hac praxi mirè felix, morbos, qui videbantur alijs incurabiles, curavit sæpissimè, nullius, vel vilissimi hominis refugit tenuitatem, divites, & pauperes, Summos, & infimos, quæ erat ejus charitas, indifferenter admisit, pari sollicitudine, pro cujusque infirmitate, quemque tractavit, & omnes quos potuit, gratis curavit. His nominibus erat non solum populo, sed etiam proceribus, ipsisque Regni primis Principibus mirè gratus, & acceptus. Scripsit:

*De Simplicibus medicamentis*, lib. 1. M. S. Cantabrigiae in Collegio S. Petri, teste Uvadingo. De hoc opere apud tom. 1. Bibliothecæ Anglicanæ, fol. 142. Eum commendat post Pitseum Fr. Angelus à S. Francisco in suo Catalogo, & Palchalis Gallus in sua Bibliotheca Medica, fol. 119.

**GULIELMUS HUET**, vel **HUETUS**, Mi-

Minorita; quem Pitseus opinatur Anglum fuisse, & Doctorem Theologum vocat. Uvillotus; scripsit opus inscriptum:

*Serpens antiquus de septem peccatis mortalibus*, lib. 1. De eo prorsus nihil aliud hactenus reperi. Floruit anni 1419. teste Fr. Angelo à S. Francisco, in de Scriptoribus Anglis. Laudatur à Rodulpho, & Uvadingo.

**GULIELMUS LAMARENSIS**, seu de la MARA, Minorita, Anglus, Sacrae Theologiae Doctor; & Professor Oxoniensis, Vir ingenio, & eruditione celebris, & vitæ sanctimonia conspicuus, diligens D. Bonaventuræ sectator, in multis opinionibus S. Thomæ de Aquino adversabatur. Nomen suum his scriptis posteritati commendavit; scripsit enim:

*Correctioem operis Fr. Thomæ. Asservatur M. S. in Veneta Bibliotheca S. Antonij Patavini, teste Thomasino in Catalogo Codicum M. S. laudatæ Bibliothecæ in 4. membr. sub hac inscriptione: Summa Fr. Guilielmi de Mara, Ordinis FF. Minorum contra D. Thomam.* Hoc in libro circa annum 1290. (citatur enim à nostro Asteni in proemio suae Summae scriptæ anno 1317.) exarato, refellit primo quadraginta novem articulos ex prima parte. Secundò duodecim ex prima secunda. Tertio, sexdecim, ex secunda secunda. Cum autem ei respondisset Fr. Joannes Grapuel, Gallus; qui vulgò Parisiensis dicitur; aliud opus contra hanc responsionem suscepit, quod sanè asservatur M. S. in fol. membr. in memorata S. Antonij Bibliotheca, sub hoc titulo: *Correctorium Guilielmi de Mara, Ordinis FF. Minorum, secundum dicta D. Thomæ de Aquina contra Correctorium Fr. Joannis de Grapuel, Ordinis FF. Predicatorum.* Post hæc scripsit Egidius Romanus opus prænotatum: *Defensorium D. Thomæ*, impressum Coloniae, anno 1624. Noster insuper Lamarensis prælo dedit:

*Sylvarum* libros quatuor volumine vnicò in 4. apud Catalogum Codicum Angliæ, & Hiberniæ, tom. 2. pag. 383. antiquis characteribus, sed anno, & loco editionis non expressis.

*Paraphrasim Musæi.* Francofurti 1627. in 4. Guilielmo de Mara hæc opus donatur tom. 2. Biblioth. Barberinæ, pag. 21. Demum scripsit, non autem edidit, testibus Tritemio, Uvilloto, aliisque Nomenclatoribus:

*Supèr Magistrum Sentent.* lib. 4. Tom. II.

*Lecturas Scholasticas*, lib. 1.  
*Defensorium D. Bonaventuræ*, lib. vnum  
*Additiones in eundem*, lib. vnum.  
*De Arte Musicali*, lib. vnum.  
*Quodlibeta Sophistica*, lib. vnum. & alia nonnulla. Lege Angelum à S. Francisco de Scriptoribus Anglis. Vixit circa annum salutis 1300.

**GULIELMUS DE LANICIA**, Minorita, ut suspicor, opus scripsit prænotatum:

*Dieta salutis*, repositum M. S. in Bibliotheca Canonicorum Regularium Tungronensium ditionis Leodiensis, teste Sanderò, tom. 2. suae Bibliothecæ Belgicæ impressæ Insulis, anno 1644: in 4.

**GULIELMUS LEMSTERUS**, Minorita, Anglus, Patria Herefordensis, Sacrae Theologiae Doctor Oxoniensis, Vir in omni, tum prophana, tum Sacra Philosophia insignitèr eruditus, multa in utroque genere scripsisse perhibetur, quæ olim Oxoniensibus, & Londinensibus fuerunt admodum familiaria, quorum tandem postea, vel ipsi tituli plerique intercederunt, nam concinnasse dicitur.

*Collationes in Magistrum Sententiarum*, lib. 4.

*Questiones Theologicas*; libr. vnum, & alia plura his similia. Ex Pitseo in Appendice, Uvadingo, & Fr. Angelo à S. Francisco nuper laudato.

**GULIELMUS LETARDUS**, Natione Gallus, Regular. Observantiæ Provinciae Aquitaniæ alumnus, edidit, Uvadingo teste:

*Formularium Confessionis super decem præcepta Decalogi*, hactenus mihi ignotum.

**GULIELMUS LISEJUS**, vel **LISOVIUS**, aut **DE LISSO** cognominatus, Doctor Eximius, omnem ferè ætatem, ut Author est Uvillotus, in oraculis Prophetarum perferutandis, & illustrandis consumpsit. Nec aliud eum scripsisse invenisse testatur Uvadingus, nisi in Prophetas. Erat in suis scriptis multum eruditus, at parum elegans, & qui negotiosorum rerum, neglecto fucò verborum strenuè sectabatur. Edidit Postillas plures.

*In Jeremiam*, libr. 1. Direxit opus eorum.

*In ejus Threnos*, lib. 1. Quis dabit capiti meo.

*In Baruch*, lib. 1. Post lamentationem, & fletum.

*In Oseam*, lib. 1. Ossa duodecim Prophetarum.

In *Joclem*, libr. vnum. S. Joel apud Hebræos.

In *Amos*, libr. vnum. Amos Propheta ille est.

In *Abdiam*, lib. i. Jacob Patriarcha Sanctus.

In *Jonam*, lib. i. Sanctum Jonam.

In *Micbaam*, lib. i. Temporibus Joachim.

In *Nabum*, lib. i. Nahum Propheta ante.

In *Abachuc*, libr. vnum. Quatuor Prophetæ.

In *Sophoniam*, libr. vnum. Tradunt Hebræi.

In *Aggeum*, libr. vnum. Jeremia Propheta.

In *Zacchariam*, libr. i. Anno secundo Darij.

In *Malachiam*, libr. i. Omnis verbi Domini.

Ejus *postilla super duodecim Prophetas Minores*, habentur M. S. Oxonij in Collegio Mertonensi. In alios Sacræ Scripturæ libros dicunt Commentarios plures scripsisse. Claruit sub annum 1340. Hæc Uvadingus. Hunc Lissejum commendat Pitseus, Angelus à S. Francisco, Baleus, ac Jacobus Le-Long, pag. 839. suæ Bibliothecæ Sacræ.

GULIELMUS DE MARA, sive DE MARIA, vt habet Uvillotus, juris insignitè peritus, ac magnus Theologus, citatus in Summa Angelica inter Theologos, & Summistas, scripsit:

*Summam Juris valde celebrem.*

*Epistolas, & Orationes*, excusas Parisijs à Francisco Regnaut, aono 1514. Hæc Uvadingus. De eo etiam in Summa Fr. Baptistæ Trovamala.

GULIELMUS A S. MARCELLO, Natione Gallus, Minorita devotus, exaravit:

*Vitam S. Ludovici Episcopi*, vt recenset Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 19. Augusti, §. 3.

GULIELMUS MARTINUS, Gallus, Regular. Observantiæ Provinciæ Aquitanæ, Guardianus Albienensis, edidit Gallicè librum egregium, inscriptum:

*De signis Electorum*. Parisijs anno 1712. in 8.

GULIELMUS DE MILITONA, Natione Anglus, insignis Theologiæ, ac Sacræ Paginæ Professor, errante calamo; ex Possævino, & Pitseo accersitur à Sixto Senensi, & alijs, Scriptoribus Sa-

cri Ordinis Prædicatorum, sed vt fatentur duo moderni Authores Bibliothecæ Scriptorum Ordinis Prædicatorum ad annum 1260. Minoritam fuisse luce clarior est, quare Uvadingo, inquit, sic potius Sacro Minorum Ordini suum Gulielmum de Militona, pacificè, semotisque Alve insularum litium ambagibus, possidendam relinquimus. Observet Lector insulas nostri Alva lites, appellari ab esdemmet Authoribus, qui velint nolint rationabilem fuisse litem nostri Alva pro nostro Gulielmo de Militona litigantis, dilucidè ostendunt, Ordini Seraphico, sed non gratis, laudatum Militona pacificè reddentes. Sanè Thomàs Cantipratanus, qui eadem tempestate floruit, & Ordinis Prædicatorum præclarus alumnus fuit, lib. i. de Apibus, cap. i. eum, vt occupatus testis, commendans, hæc scripsit: *Vidi alium eminentis vite Virum de Ordine Fratrum Minorum, Fratrem Gulielmum de Militona, qui Magister Theologiae Parisijs sanctissimam, & devotissimam vitam duxit. Hic cum die quodam Parisijs prædicaret, per horam obmutuit, & verbum vite resumens, omnibus cum vultu serenissimo valedixit, & sic in pace quiescit.* Gulielmus ergo hic ex præcepto Alexandri IV. (seu vt alij volunt Innocentij IV.) *Summam Theologiae Alexandri Halensis*, propter illius obitum imperfectam, complevit, polivit, eique vitam manum adjecit, anno 1252. & Alexandro Pontifici præsentavit. Pontifex autem à Theologis Parisiensibus opus recognosci voluit, ex quibus septuaginta duo suis syngraphis illud approbarunt, & commendarunt, & demùm ipse Pontifex edito diplomate comprobavit. Supplementum impressum fuit cum Halensis Commentarijs Lugduni annis 1515. & 1516. tomis 4. in 4. per Antonium Koberger. Quæ autem posteritati dedit plura sunt, & egregia, nempe:

*Commentaria in Pentateuchum*, teste Possævino, immeritò eum, & Cancellarium Parisiensem, & Dominicanum faciente, vt superius monui.

In *Cantica Canticorum*. Asservatur in fol. magno membran. in Bibliotheca Sorbonica, codice 1555. testibus memoratis Authoribus Bibliothecæ Dominicanæ. Incipiunt: *Dilectus meus candidus*. Et ad calcem: *Explicitum Cantica secundum Fratrem Gulielmum de Militona.*

*Commentaria in Ecclesiastem*, præmissò duplici Prologo, quod habetur M. S. in fol.

fol. magno membran. in celebri Bibliotheca S. Victoris ad muros Parisienses, & in fine hæc habet: *Explicit super Ecclesiastem secundum Fratrem Gulielmum de Militona. Deo gratias.* Item in eodem volumine à fol. 155.

*Super Sapientiam Salomonis litteris rusticatis.* Incipit: *Fons Sapientie.*

*Super XII. Prophetas Minores*, Possillam, quæ habetur Placentiæ in Biblioth. PP. Prædicatorum, Possævino, ac Sixto Senensi testibus. Extat etiam in laudata Bibliotheca S. Victoris in fol. magno membran. Et incipit eisdem verbis, ac Expositio Hugonis de S. Charo; cætera verò diversa sunt, vt monent recentes Authores Bibliothecæ Dominicanæ, ibidem recententes ad ejus calcem hæc legisse: *Postilla super XII. Prophetas, secundum Fr. Gulielmum de Militona, Ordinis Fratrum Minorum.*

In *Machabeos Commentaria*. Ex Possævino.

In *Danielem Prophetam*. Ex eodem.

In *Epistolam ad Hebræos* (alij dicunt ad Romanos) quæ adhuc Bononiæ extat in Bibliotheca Dominicana, & incipit: *Narrabo nomen tuum Fratribus meis*, vt recensent Senensis, & Possævini.

In *Apocalypsim S. Joannis*. Habetur Uvadingo teste, sed ineditum, Alsij in Bibliotheca Conventus Minorum.

*Commentaria alta in alios S. Scripturae libros* non occurrunt, constat verò ea scripsisse ex relatione, quam apud se habuit N. Alva, ex Conventu Limpurgensi in Germania ad eum missa, in qua inter Minoritas qui primo sæculo Religionis Fratrum Minorum in Parisiensi studio floruerunt, recensentur sequentes hisce verbis: *Magister Alexander de Hales, Joannes de Rupella, Gulielmus de Militona, qui totam Bibliam glossavit.* Demùm ex citato Possævino scripsit:

*Sermones in Evangelia.*

*Librum de Cælesti Musica*. Floruit circa ann. 1260. Lege Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 15. Septembris, §. 2.

GULIELMUS MENAND, Minorita, Gallus, recensente Philippo Labe in sua nova Bibliotheca, edita Parisijs anno 1653. in 4. edidit Parisijs, vernaculè volumina duo:

*De Vita Christi*, in fol. De eo sub titulo: *Gulielmus Menand* agitur in libro prænotato: *Incunabula Typographiæ*, fol. 190.

GULIELMUS, absque vilo cognomine, Minorita, in Parisiensi Academia Magister, ac Sacræ Paginæ Professor, stylo signavit:

*Conciones varias*, quarum nonnullas publici juris fecit Fr. Petrus de Alva in suis *Monumentis antiquis*, sicut spem fecerat in sua Militia Univerfali, col. 572.

GULIELMUS NORTONUS, vel MORTONUS, Minorita, Anglus, Cœnobij Conventriensis alumnus, Vir supra vulgarem morem, tum in scientijs Philosophicis, tum in Theologicis eruditus, licet pleraque ejus scripta perierint, vt Author est Henricus Uvillotus in suis *Athenis*, scripsit quoddam opus super *Nicolaum de Lyra*, quod hoc titulo prænotavit:

*Repertorium Lyrae*, exaratum ann. 1403. vt habetur tom. 1. Bibliothecæ Anglicanæ, fol. 53. cod. 638. num. 2. Extat, Uvadingo teste, M. S. Oxonij in Collegio Lincolnienfi, & incipit: *Abacuch Propbeta.*

GULIELMUS NOTTINGAMUS, Anglus, primum Eboracensis Ecclesiæ Canonicus, & Præceptor, deinde Minorita, & Oxonij Sacræ Theologiæ Doctor, atque Professor, demùm Minister Provincialis, Fratrem Germanum habuit Augustinum, etiam ejusdem Instituti, quem postea Clemens V. Episcopum constituit Laodicensem. Gulielmus autem, postquam Provinciale annis quatuordecim egisset officium celsit Richardo Coingtono, & in Italiam profectus est. Inq̄ autem reditum parans apud Genuam peste correptus, ægrè mortem evasit, & in Patriam redijt. Vir erat, inquit Uvadingus, verè prudens, pius, & doctus; vt de illo scribunt Stephanus Patringtonus, & Thomas Scropus in Collectaneis. Ab alijs etiam sui temporis Scriptoribus laudatur in eolinguæ facundia, subtilitas ingenij, morum gravitas, in regendo autoritas, iudicij maturitas, quas omnes eximias naturæ dotes, ingenius artibus, & Sacrarum Litterarum studijs mirificè excoluit. Unde & hos sequentes ingenij foetus produxit. Longo ante tempore Clemens Langhtonus inchoaverat quandam quatuor Evangeliorum concordantiam, quam hic Nottinghamus, feliciter ad finem perduxit, quod opus sic prænotavit:

*Concordantia quatuor Evangeliorum*, lib. 12. Incipit: *Da mihi intellectum, & servatorem*. M. S. Cantabrigiæ in Aula Pembrochiana.

*Commentarios Evangeliorum*, lib. 4. M. S. in

S. in Bibliotheca Bodlejana, codic. 1562.  
 in Bibliotheca Collegij Oxoniensis, codic.  
 179. 623. 624. in Bibliotheca Collegij  
 Cantabrigienfis, codic. 1487. Commen-  
 dat Commentaria ista Jacobus Le-Long,  
 pag. 882. suæ Bibliothecæ Sacræ. Unus ex  
 his quatuor libris, vii Uvadingus recen-  
 set, habetur M. S. Oxonij in Collegio  
 Merton. Balliol. Magdol. Lincol. & Can-  
 tabrig. in publ. & Sancti Benedicti. Hoc  
 opus in compendium redegit Joannes  
 Viccamus.

*Questiones in Evangelia*, lib. 1. Quæ-  
 ritur super illo dicto Christi.

*Sermones super Evangelia Dominicalia*  
*totius anni.*

*Secundum usum Sacrum*, libros duos.  
 Cum appropinquasset. M. S. Cantabrig. in  
 Bibliotheca publica.

*In omnes D. Pauli Epistolas*, lib. 14.  
 Bonam inspirationem.

*Super Magistrum Sententiarum*, lib. 4.  
*Questiones de Oratione Dominica*. M. S.  
 Oxonij in Coll. Merton.

*Lecturas Scripturarum*, lib. 1.

*Questiones ordinarias*, lib. 1. M. S. Can-  
 tabrig. in Aula Pembroch.

*Distinctiones Theologicas*, lib. 1. Acedia  
 aduersatur.

*Pro Lege Christianorum*, lib. 1. Nun-  
 quid Deus possit revelare.

*De Obedientia*, lib. 1.

*Regulam vivendi*, lib. 1. M. S. Oxonij  
 in Collegio Mertonensi.

*Contra errores Pelagij*, lib. 1. M. S. ibi-  
 dem.

*Suarum replicationum*, lib. 1. Leicestræ  
 satis concessit, & sepulturam accepit  
 apud suos Confratres, anno 1336. tertio  
 Nonas Octobris.

GULIELMUS NOTTINGAM,  
 Minorita, Anglus, alter, de quo apud tom.

1. Historiæ Universitatis Oxoniensis, lib.

1. fol. 57. hæc habes: *Fuit porò*, &

alius quidam Gulielmus Nottingamus,  
 tertius (vt in Appendice mea, vel in

Catalogo M. SS. videre est) Provincia-  
 lis Minister, de quo Ecclestonus sic lo-

quitur: Floruit Gulielmus de Notin-  
 gham Oxoniæ; tempore Joannis de Par-

mæ, octavi Ministri Generalis, cui suc-  
 cessit Bonaventura magnus ille Theo-

logus Fr. Gulielmus de Notingham, &

Fr. Petrus de Uvkesbury, oteaderunt  
 D. Papæ Innocentio IV. quæ suus sta-

tuærat prædecessor: Fr. Haymo per  
 vnum annum ministravit in Anglia, &

cessit autem ei Vicarius suus Gulielmus  
 de Notingham Germanus, Innocentio  
 IV. familiaris, sit postea Episcopus Lao-  
 dicensis: Igitur postquam circiter  
 quatuordecim annos idem Gulielmus  
 Provinciam Angliæ rexisset, in Capitulo  
 Mettensi absolutus est, paulòque post  
 Januæ (id est Genuæ) ex peste obiit.  
 In Catalogo Ministrorum Provincialium  
 Vir sanctissimus nominatur; fertur etiam  
 Januæ occubuisse, & Malsiliæ sepultum  
 fuisse. Insuper verò cum Notinghamus  
 vterque (senior autem potissimus) in-  
 ter Scriptores sui temporis clarissimos  
 emerit, hinc factum est, vt Balæo,  
 & Pitæo pro vno, eodemque habiti  
 sunt. Lelandus quidem nonnisi senio-  
 rem commemorat, quæque de eo ha-  
 bet ab Ecclesteno supra citato mutua-  
 tus est, quamvis inter libros quos scrip-  
 sisse memorat, titulos nonnullos ad Ju-  
 niorem spectantium recensuerit.

GULIELMUS OCCHAMUS, (quem  
 perperam Raphael Volaterranus Hyber-  
 num fecit; vti fatetur Jacobus Uvaræus  
 de Scripturis Hybernæ, cap. 10.) An-  
 glus, Subtilis Doctoris Discipulus, ac  
 postea Nominalium Scholam, vel in-  
 choans, vel stabiliens, acerrimus impug-  
 nator, Vir quidem acri ingenij, sed mi-  
 nimè sobrij, scripsit enim nimis intempe-  
 ranter contra Joannem XXII. Pont. Max.  
 Si foedam, vti Uvadingus ait, hanc mac-  
 culam non incurrisset, insigni inter Theo-  
 logos nomine audiret, eamque nihilomi-  
 nus retinuit famam, vt *Venerabilis insep-  
 tor*, & *singularis Doctor* communiter ap-  
 pelletur, ejusque nomen æri incisum conspiciatur  
 in circuitu tumbæ Joannis Scoti  
 Colonæ Agrippinæ. Partim de Theolo-  
 gicis, partim de rebus Philosophicis, doc-  
 tissimè scripsit, & copiosissimè, nempe:

*Super Magistrum Sententiarum*, lib. 4.  
 Lugduni per Joannem Trechsel, Alem-  
 num 1495. in fol. Vidi. Habentur etiam  
 M. S. in Vaticana, ac in alijs Bibliothe-  
 cis.

*Centilogium Theologicum, seu centum  
 Conclusionum*, volumen impressum in fol.  
 ibidem per eundem. Vidi.

*De Sacramento Altaris tractatum*. Ar-  
 gentinæ 1491. Venetijs 1516. ac Parisijs  
 typis Joannis Parui, ac ibidem per Nico-  
 laum de la Barre 1513. in 8. Vidi.

*Quodlibeta Theologica septem*. Argenti-  
 næ 1491. & Parisijs apud Petrum Roge  
 1487. in 4. Vidi.

*Summam totius Logica*. Bononiæ 1498.

in fol. & Venetijs per Lazarum de Soar-  
 dis 1591. in 4. Vidi, & M. S. in cod. mem-  
 bran. in fol. in Bibliotheca Complutensis  
 Collegij Majoris.

*Majorem Summam Logicæ*, lib. 4. Du-  
 dum expletis lectionibus M. S. in Biblio-  
 theca Vaticana, & Cantabr. in Collegio  
 SS. Petri, & Caji. Extat Venetijs 1522.

*Dialogorum volumina* 2. Proderunt in  
 fol. anno 1474. teste Mattayre in suis An-  
 naliibus Typographorum, fol. 118. & Lug-  
 duni 1494. in fol. Prohibentur

*Commentaria in 1. librum Sententia-  
 rum*, excusa anno 1483. in fol. sed loco,  
 & Typographo innominatis.

*Expositionem auream super totam artem  
 veterem*, videlicet in Porphirij *Pradicabi-  
 lia*, & *Aristotelis Pradicamenta*. Bononiæ  
 1496. in fol. studio Marci Beneventani.

*In octo libros Physicorum*. Venetijs 1506.  
 in 4. per Lazarum de Soardis. Vidi. Ar-  
 gentinæ 1491. Vide superius, verbo *Bo-  
 naventura Theulus*.

*De Corpore Christi*, lib. 1. Argentora-  
 ti 1491. Habetur M. S. Oxoniæ in Colle-  
 gio Mertonensi.

*Opus nonaginta dierum de utili dominio  
 rerum Ecclesiasticarum*. Lugduni 1495.  
 Prohibetur, vnà cum alijs tractatibus ibi-  
 dem editis.

*Concionum variarum*, librum vnum.  
 Extat M. S. in Bibliotheca Ecclesiæ Ca-  
 thedralis Uvigorniensis, cod. 74. Scrip-  
 sit ex Possentino, & Uvadingo,

*Super 3. Sententiarum*, leorsum  
*Compendium Theologicæ*.

*De Prædestinatione Sanctorum*, lib. 1.  
*De Paupertate Christi*, lib. 1.

*Defensorium suum*. Incipit: *Omni quip-  
 pè Regno desiderabilis*, & extat M. S. Oxo-  
 niæ in Collegio Magdalenæ.

*De fautoribus Hæreticorum*, lib. 7. Inci-  
 pit: *In omnibus rebus curiosus*.

*De Præceptore*, & *Discipulo*, lib. 1.  
*De Inuisibilitibus*, lib. 1.

*De Scientiarum ingressu*, lib. 1.  
*Quodlibeta magna*, lib. 1. M. S. in Biblio-  
 theca Vaticana.

*Defensorium Logica*, lib. 1. Dominus  
 potest facere.

*De decem generibus*, lib. 1.  
*In Pradicamenta Aristotelis*, lib. 3. Com-  
 pleta expositione libri Porphirij.

*In lib. Peribermenas*, lib. 2. Postquam  
 Philosophus.

*Super Elenchos*, lib. 2.

*Dialecticam novam*, lib. 1. Contradic-  
 tio in Deo non est.

*Questiones de Anima*, lib. 1.

*De quatuor causis*, lib. 1.

*De forma prima*, lib. 1.

*De forma artificiali*, lib. 1.

*De pluralitate formæ contra Sattonum*;  
 lib. 1.

*De materia prima*, lib. 1.

*De privatione*, lib. 1.

*De substitutione*, lib. 1.

*Questiones posteriorum*, lib. 2.

*Commentarios in Metaphysicam*, lib. 1.  
 M. S. Cantabr. in Colleg. SS. Petri, &  
 Caji.

*In omnia opera Aristotelis Commenta-  
 riorum*, lib. plures.

*De perfectione specierum*. Quis Magis-  
 ter. Hujus Scriptoris meminere ferè cunc-  
 ti Nomenclatores. Vindicatur diffusè à  
 Uvadingo, tom. 3. *Annal.* ad annum Chris-  
 ti 1347. Laudatur ab Illustrissimo Cara-  
 muel, apud Castell in suo *Francilugio*, dis-  
 put. 15. lib. 2. §. 4. num. 423. Meritò  
 Ochami nomine accinebat olim Uvadingo.

*Me docuit Scotus, licet ejus scripta res-  
 tundo*,

*Diversumque Scholæ dogma propino-  
 meæ*.

GULIELMUS OCHAMUS, Hyber-  
 nus, Vicarius perpetuus Clonmelianen-  
 sis, Vir eruditus, additionibus locuple-  
 tavit:

*Dictionarium Antonij Nebriensis*, jux-  
 tà editionem factam Matriti anno 1635.  
 Prælo insuper maturum habebat, & ap-  
 probationibus fulcitum anno 1638. volu-  
 men inscriptum:

*Vindicationes Apologeticae Doctoris Sub-  
 tilis*. Testatur Illustris. Samaniego in suo  
*de Vita Doctoris Subtilis*, lib. 4. cap. 9.

GULIELMUS OONA, Anglus,  
 Doctor fundatus dictus, scripsit, Uvadi-  
 ngo teste,

*In 4. Sententiarum libros*.

*Questiones ordinarias*.

*In omnes libros Aristotelis*.

GULIELMUS PARISIENSIS, Mi-  
 norita, Sacræ Theologiæ Professor, pu-  
 blici juris fecit:

*Postillas in Epistolas, & Evangelia to-  
 tius anni*. De opere, & Authore Fr. Pe-  
 trus de Alva, tom. 3. suæ Bibliothecæ  
 Virgin. fol. 536. Postillæ, inquit, sive  
 enarrationes in Epistolas, & Evangelia  
 totius anni, ex quamplurimis reco-  
 lectæ Doctoribus Sacris sunt in duplici  
 differentia; nam aliæ sunt Postillæ, seu  
 enarra-

enarrationes; cujus Author, & Compilator extitit Gulielmus Parisiensis, ex nostra Seraphica Minorum Familia, ut olim docui in meis assertionibus, princip. 16. quod constat ex impressionibus Hispalensium, apud Menardum Ungut, & Ladislaum Polonum socios, & Lugdunensi apud Mathiam Bujz, anno 1492. anno Domini 1497. in qua sic incipit Prologus: *Vitam bonam, exitum beatum*, ego Fr. Gulielmus Sacrae Theologiae professor minimus, Parisijs educatus, Sacrorum Evangeliorum, ac Epistoliarum de tempore, diebus Dominicis, & Sanctis, etiam super commune Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & pro defunctis, expositiones in unum colligere volumini, minus expertis Clericis, ac insipientibus Praedicatoribus per necessarium fore judicavi. Considerans nonnullos Cancellistas, minus caute, ac imperite Evangelia, & Epistolas vulgo *Christiano* pronuntiantes praedicare non habentes eandem Expositionum scientiam, quae necessaria est: composui igitur, & hunc librum pro eisdem, ut supra, ac pro omnibus Sacrorum Evangeliorum, & Epistolarum expositionem cupientibus, non meum, quod exiguum est, ingenium consului proprias dictas expositiones, sed aliorum Sacrae Paginae Doctorum libris innitens, eas quas melius scripserunt Postillas, & Expositiones perfunctorie exarando, post quemlibet partem textus ponens cum praemissione tituli vniuscujusque quod scripsit, &c. Hucusque Prologus nostri Gulielmi, ex quibus evidentè constat, praedictas Postillas ab hoc Doctore fuisse elaboratas, & collectas. Decursu autem temporis à R. P. Fr. Jacobo Draco, Augustiniano, & à Joanne Verdolai Artium Interprete aucta, emendata, & ad clariorem methodum redacta fuerunt, ut patet ex impressionibus factis anno 1506. per Gregorium Coccium, & anno 1614. Itaque igitur additis annotationibus, & quaestionibus, impressa sub hoc titulo: *Postilla Majores* prodierunt, excusata Lugduni 1542. & anno 1569. opera studio, & labore R. P. Fr. Antonij à Mantelica Bitontini, etiam nostri Seraphici Ordinis Venerabilis, & doctissimi Patris.

GULIELMUS PLATUS, Italus, ex Ducatu Urbini Mondausentis, Minorita Conventualis, qui aetatis 17. annis circum

actis Philosophiam jam docebat, Vir merito à Hieronymo Philinio in suo Virorum litteratorum Theatro celebratus, edidit Italicè:

*Septem Orbis miracula pro gloriae Martiris Dei.* Venet. anno 1637. in 12.

*Sacrum Gemmartum.* Ibidem 1645. in 4.

*Quadragesimale.* Bononiae per Carolum Zennerum 1647. in 4. Vidi.

*Acclamationes Punegyricas.* Mediolani in 4. Vidi.

*Conciones varias mysticas.* Maceratae per Augustinum Griefci 1641. in 16. sub hoc titulo: *Galleria Sacra in cuius varij Ritibus tractati de devotione, & compassione.* Vidi.

*De saprema auctoritate Papae* volumina duo, teste Ludovico Moreti in suo Dictionario, sed me iudice fallitur, in Bibliotheca enim P. Alegambe, quam citat, nulla extat nostri Gulielmi mentio.

GULIELMUS DE RUBIONE, Hispanus, ex Oppido Villafranca in Regno Aragonensi, hujus Provinciae Minister Provincialis, ac Subtilis Doctoris eruditissimus Discipulus, floruit circa annum 1333. posteris relinquens:

*Commentaria in 4. libros Sententiarum* Parisijs 1517. & 1518. apud Jodocum Badium Ascensium, duobus voluminibus in fol. Vidi. Eum commendant Possavinus, Uvadingus, quotque vitam exarant Doctoris Subtilis, ac Nicolaus Antonius in sua priori Bibliotheca Scriptorum Hispanorum.

GULIELMUS DE RUBROCK, vel RUYBROCK, Minorita, quem alij Anglis, alij verò Belgis accentiunt, scripsit latinè:

*Itinerarium ad partes Orientales, una cum relatione Tartarorum.* Habetur M. S. in pluribus Bibliothecis Anglicanis, & prodijt Gallico idiomate Parisijs apud G. Joffe 1634. in 8. Insupèr in Batavicam linguam conversum impressum fuit cum alijs *Itinerarijs* Lugduni Batavorum, anno 1706. in 8. Ejus mentionem faciunt Uvadingus, Pitseus, ac Alphonsus Lassar in suo *universo calamo delineato*, tom. 2. fol. 297. & alibi. Floruit tempore S. Ludovici Gallorum Regis, à quo in Tartariam missus fuit.

GULIELMUS RUIS, Minorita, vti recenset Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 8. Novembris, §. 10. emisit:

*Commentaria in 4. Sententiarum, praemissa vita V. Doctoris Subtilis.* Suspicio mi-

minimè distingui à Gregorio Ruiz, de quo superius egi.

GULIELMUS DE SAMUCO, Gallus, Montis Carmeli Minorita, vixit temporibus Rodolphi Imperatoris, anno 1280. Hic Sarracenorum vi ex Achonenfi Urbe pulsus, Cyprum fugit, atque ibi

*Chronicon consignavit de amissione Monasteriorum Terra Sancta, & de multiplicatione sui Ordinis, per Europam, atque alia.* Hæc Gerardus Volsius de Historicis Latinis, lib. 2.

GULIELMUS SICHEM, vide inferius Gulielmus Van Siche.

GULIELMUS DE SOLANGA, Minorita, ex Agro Patavino, litteris tradidit:

*Peregrinationem B. Oadovici Naanonensis.* Eum Commendant Rodolphus, Uvadingus, ac Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 14. Januarij.

GULIELMUS SPOELBERGIUS, Bruxellensis, Provinciae Germaniae inferioris Definitor, & Custos, aliquoties in diversis Locis Guardianus, aliarum Provinciarum non semel Commissarius Visitator, Vir insignitè eruditus, scripsit:

*Manuale Fratrum Minorum, ex varij Patrum Ordinis monumentis collectum.* Antuerpiae apud Gerardum Uvolscatium, anno 1618.

*Cantiones spirituales, & quidem gratissimas sexies, vel septies excusas.*

*Exercitia super mysterijs, & Ceremonijs Sacrificij Missae,* Belgicè, ut etiam sequentia.

*Speculum conscientiae.*

*Meditationes de Bonitate Dei.*

*Meditationes super XL. opera B. Virginis Mariae.*

*Catholicam instructionem contra Catechismum Philippi Marnixij Domini de S. Aldegonde, Antuerpiensium olim Consulis.* Antuerpiae 1620.

*Librum Concionum spiritualium.* Sextò recusum.

*Enchiridion Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis S. Francisci* ex Hispanica lingua transtulit in Belgicam.

*Catalogum magnum Sanctorum, ac Sanctorum trium Ordinum à S. Francisco institutorum.* Antuerpiae apud Uvolscatium.

*Historiam Martyrum Gorcomiensium à Gulielmo Estio latinè conscriptam,* transtulit in vernaculum Teutonicum. Item:

*Psalterium B. Mariae à S. Bonaventura compositum.*

*Thesaurum Litaniarum.*

*Regulam, declarationes, & statuta Ordinis Sororum B. Mariae de Annuntiatione* ex Gallico in vernaculum transtulit.

*Concionum Moralium partem Hiemalem, & aestivam.* Latinè, Antuerpiae, typis Uvolscatij anno 1624. & 1625. in 4. quibus in secunda editione, ann. 1632. Antuerpiae apud Gulielmum Lesteens, & in tertia apud eundem, magna facta est accessio multarum concionum, tam pro Dominicis, quam pro festis Sanctorum. Prodierunt Antuerpiae duobus voluminibus in 4. anno 1643.

*Speculum vitae S. Francisci, & sociorum ejus in duas partes divisum, in quo ad multorum edificationem, notabilia quaedam de ipso Sancto, ac socijs ejusdem describuntur, quae in legendis praetermissa fuerunt, omnibus religiose perfectionis studiosis utile, à mendis expurgatum, in meliorem ordinem, ac stylum redactam, & notis brevibus illustratum.* Antuerpiae primùm apud Belleros, deindè apud Gerardum Uvolscatium anno 1620. in 8. Vidi. Elogium subijcio huic operi adjectum:

*Gratia transparet, tibi sydere fusa superno  
Ne desint nobis lumina pandis iter.  
Hinc te Franciscus voluit velat esse fenestram*

*Qua domus accipiat religiosa polum.*

Obijt Mechliniae anno 1633. Kalend. Junij. Extat hujusce mentio apud Uvadingum, Dupinum, Uvite in Prologo sua *Genealogiae S. Francisci*, ac Veronensem in Annalibus Tertij Ordinis, syllabo 2.

GULIELMUS STANNIC, Missionarius Apostolicus, ac Minorita, ni fallor, recensente Ludovico Dupin, saeculo 17. emisit:

*Tractatum de Pœnitentia idiomate Anglicano,* excusum Mediolani 1601.

GULIELMUS SUPERBIUS, Turcicus, Conventus Bajocensis, Normanniae Custos, Regens Parisiensis, non minus litteris, quam bonitate morum clarus, vti narrat Tosignianus, lib. 3. Historiae Seraphicae edidit nonnulla, quae latent, & desiderantur. Obijt Parisijs, sepultus in aede S. Francisci intra columnas, & parietes Sacrarum, cujus epitaphium sic legito:

*Flebile tempus adest, ploret gemebunda Minorum  
Turba; virum extinctum defleat omnis homo.*

*Flere licet, plorare potest Normana propago  
Quæ dederat nobis hunc probitati virum.  
O trucidata nimis morsu sævissima, nempe,  
Quæ ingenio claros non sinit esse diu.  
Hic poterat longos vitam proferre per annos  
Hanc cupienti Deo, sed rapis ante diem.  
Semper ad huc vivas, vivas Gulielme su-  
perbi  
Quo illustrata fuit Religiosa domus.*

**GULIELMUS DE TORTONA**, Mi-  
norita, scripsit, non autem edidit:

*Commentaria super Logicam.* Habentur  
manuscript. in Bibliotheca Conventus Af-  
fisi. Laudatur à Fr. Bernardino Sannig  
in Synopsi, ex Uvadingo.

**GULIELMUS VANSICHEM**, Bel-  
ga, ex Recollected Provinciæ Germaniæ  
inferioris, Lector Jubilatus, ac eruditus,  
ex mandato sui Capituli Provincialis, stru-  
xit:

*Philosophiam percommendam, etiam re-  
ventiora complectentem.* Prodiit volumi-  
nibus duobus in fol. Antuerpiæ anno 1666.  
Regimini suæ Provinciæ admotus, spec-  
tationi eorum, qui ingenium, studium-  
que norunt satisfacere distulit, sed de-  
mum emisit, recensente laudato Sannig  
in Synopsi,

*Repertorium propositionum; quæ sunt  
contra Subtilem Doctorem.*

*In 4. libros Sententiarum, juxta mentem  
S. Bonaventuræ.* Memoratur à P. Richar-  
do Ars de Kin, tom. 2. suæ Theologiæ  
tripartitæ, cap. 8. Clarebat cum Fr. Gu-  
lielmo Herincx, sub cujus præsidio pro-  
pugnavit Theologicas theses impressas  
Lovani in 4. Lege nostrum Alva in sua  
Militia Universalis, col. 577.

**GULIELMUS VARRO**, alijs **DE  
UVARRA ET GUARRONIS**, natione  
Anglus, Professione Minorita, Oxonij pri-  
mum; deinde Parisijs Lectoris præfuit  
scholasticis, in quibus auditorem habuit  
Doctorem Subtilem Joannem Duns cog-  
nomento Scotum. Vir fuit subtilissimi in-  
genij, & scholasticæ Theologiæ pluri-  
mum incumbens, & propter eruditionis  
soliditatem, *Fundatus Doctor*, à Pitseo  
cognominatus, misis domesticis. Claruit  
circa annum 1290. sui ingenij monumen-  
ta relinquens:

*Commentaria in 4. libros Sententiarum,*  
opus egregium, quod immeritò ut sui  
moris est, deperditum esse asserit Dupi-  
nus, tom. 1. sæcul. 13. Haberi Patavij in  
Bibliotheca Sancti Antonij de Padua, re-  
fert Philippus Thomassinus in Catalogo

Bibliothecarum Patavinarum excuso Uti-  
ni, anno 1639. in 4. Ea vidi, ac legi co-  
dice membranæ in fol. in Bibliotheca  
Hispalensis Ecclesiæ, anno 1730. Incipit:  
*Quoniam teste Beato Augustino.* Scripsit  
etiam recensente Pitseo, cui adhærens  
Uvadingus, ac Fr. Angelus à S. Francis-  
co in suis de Scriptoribus:

*Lecturas Theologicas, lib. vnum.*

*Quodlibeticas quæstiones, lib. vnum.*

*Quæstiones ordinarias, lib. vnum.*

*Commentariorum in Aristotelem libros  
plures.* Hanc Authorem, non rectè, alijs  
Joannem nominant. Consule nostrum Al-  
va in sua Militia Universalis, col. 579. &  
apud sua monumenta Seraphica, *tracta-  
tum S. Bernardini Senensis de Conceptio-  
ne Virginis*, in quo Guarronem hunc com-  
mendat.

**GULIELMUS VORRILONGUS**,  
Gallus, Conventus Dinani alumnus, Theo-  
logus celeberrimus, ac profundissimus;  
ea fuit doctrinæ opinione, ut cum gravissi-  
ma, & ferventissima illa vrgeretur con-  
troverfia de Sanguine Christi inter Mino-  
res, & Prædicatores, evocatus fuerit à  
Gallia, ut in Pij II. conspectu disputaret.  
Scripsit:

*In quatuor libros Sententiarum, juxta  
doctrinam S. Bonaventuræ, & Scoti.* Lug-  
duni anno 1484. Parisijs 1503. Venetijs  
per Lazarum de Soardis anno 1519. in 4.  
Vidi, ad ejusque calcem legi *Lectio-  
nem tripartitam*, quam vocat *Regratiationem  
seriosam*, in qua & devotissimè conver-  
titur primò ad Deum: Secundò ad B. Vir-  
ginem: Tertio ad S. P. N. Franciscum:  
Quartò ad D. Paulum: Quintò ad Ange-  
licum Præceptorem: Sextò ad D. Bona-  
venturam: Septimò ad Doctorem Subtili-  
lem; hisce verbis: *Nunc ad te amor meus;  
ò Doctor Subtilis Joannes dictus, de donis  
se convertit lingua mea; non autem suspi-  
tor quemquam in terris videntem tuas lau-  
des dignè celebrare sermonibus, quem mi-  
ramur, &c.* Prodiit etiam in fol. Lug-  
duni 1489. & 1495. per Joannem Tre-  
chel Alemanum. Vidi.

*Repertorium propositionum, quæ sunt  
contra Scotum, quod inscripsit: Vade me-  
cum, sive Collectaneum quæstionum qua-  
tuor librorum Sententiarum.* Prodiit Ar-  
gentinæ anno 1501. Uvadingo teste. His-  
pali in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ  
extat hujusce operis editio antiqua Pari-  
sij facta typis Matthæi Cardonis, sub hoc  
titulo: *Vade mecum, hoc est, Collectarium  
non opinionis Scoti, sed opinionum Scoti*  
una

*Nullatenus signatarum in Sententiarijs, &  
Quodlibetis.* Extat hujusce mentio apud  
Possivinum Apparatu Sacro, & Joann.  
Garetium de vera presentia Corporis Christi  
in Eucharistia ad ann. 1470. Romæ obiit  
anno 1464. ad Aram Cœli sepultus.

**GULIELMUS UVODFORDUS**, seu  
**UVODEFORDENSIS**, alijs Hybernus,  
alijs Anglus, Sacræ Theologiæ Doctor  
Oxonienfis, Vir pietate, & doctrina ce-  
lebris, unitatis Catholicæ amantissimus,  
sectarum, errorum, hæresium hostis in-  
sensissimus. Hunc Thomas Uvaldensis in  
libro de Sacramentis, cap. 50. suum vo-  
cat Magistrum, Joannes autem Lelandus  
testatur eum tam strenuam operam rebus  
tùm Philosophicis, tum Theologicis de-  
disse, ut meritò inter litteratissimos re-  
ferri possit, ac debeat, utiturque ad suam  
sententiam confirmandam hoc argumen-  
to, quod cum jam pestilens Uvicleffi doc-  
trina latè serpsisset, & in animis multo-  
rum tam altas radices egisset, ut ad eam  
extirpandam opus esse videretur Conci-  
lio, Concilium Londini convocatum fuit,  
vbi condemnata solemniter Uvicleffi hæ-  
resi, communi suffragio, tanquam om-  
nium doctissimus, electus est Uvodfor-  
dus, qui Uvicleffi Trialogum, præcipuos  
ejus errores continentem, solidis rationi-  
bus, & nervosis argumentis confutaret.  
Quare ad opus se accinxit, & non solum  
contra Uvicleffi Trialogum, verum etiam  
contra alia ejus opera, ejusque sectatores,  
doctissime plures libros conscripsit: ple-  
rosque horum, vel Thomæ Arundelio  
Cantuariensi Archiepiscopo, vel Joanni  
Trevenato, Episcopo Herefordensi nun-  
cupavit, tum ut ipse eorum autoritate  
fretus, adversarios fidei magis confunde-  
ret; tum etiam ut tantos Ecclesiæ Præsu-  
les scriptis suis adversus Hæreticos anima-  
ret, & hæresi infensiores redderet. Mul-  
ta, ac sanè erudita reliquit, ex quibus  
dumtaxat excusum extat opus insigne:

*Contra XVII. Articulos Joannis Uvicleffi,*  
dedicatum Thomæ Arundelio Can-  
tuarie Archiepiscopo, anno 1535. pag. 92. &  
sequentibus operis inscripti: *Fasciculus  
rerum experientiarum, ac fugiendarum.* In-  
dita reliquit.

*Super Ecclesiastem, lib. vnum. Verba Ec-  
clesiasticis.*

*In quedam Ezechielis loca, lib. vnum.  
Porta hæc clausa erit.*

*Pro introitu Bibliorum, lib. 1. Scripsit  
omnia hæc in vno volumine.*

Tom. II.

*Postillam in Evangelium Matthæi, lib.  
vnum. Summe tibi librum grandem.*

*Super S. Lucam, lib. vnum. Propter tri-  
plicem rationem.*

*In S. Paulum ad Romanos, lib. 1. Fons  
hortorum, puteus.* Laudantur hæc à Baleo,  
ac Jacobo Le-Long, pag. 758. suæ Bi-  
bliothecæ Sacræ, & habentur M. S. co-  
dic. 450. Bibliothecæ Jacobæ, aliisque  
Bibliothecis Angliæ, & Hybernæ; vti  
etiam ex ejus Catalogis impressis anno  
1600. & 1698. asservari constat.

*Sermonum diversorum, lib. vnum. Quæ-  
rebant eum.*

*Determinationum contra Trialogum Uvicleffi,*  
lib. vnum. *Venerabili in Christo Pa-  
tri, ac Domino.* Habetur manuscript. Oxonij  
in publ. & in Collegio Mertonensi, &  
Novo. Aliud exemplar habuit Uvadingus  
vetusto exaratum caractere.

*Tractatum doctum, & varium, in quo  
examinat: An melius sit unum Religiosum  
vivere in deserto solitariè, quam conven-  
tualitèr sub obedientia humani Prepositi in  
Congregatione, in quo multa disputat con-  
tra Uvicleffum.* Incipit: *Dubium in mate-  
ria de Religione.* Habuit penes se Uvadingus.

*Contra Dialogos Uvicleffi, lib. 1.  
Contra eundem de Religione, lib. 1. Inci-  
pit: Utrum motiva ponentis.*

*Iterum contra Uvicleffitas, lib. vnum.  
De decimis, & oblationibus, contra Gual-  
terum Britum, lib. 1.*

*Contra hereses tempore Richardi Secun-  
di exortas, lib. 1.*

*De conformitate ad Christum, lib. 1.  
Pro damnando Uvicleffo, lib. 1.*

*Super causis condemnationis articulorum  
ejus, lib. 1. M. S. Oxonij in Collegio Mer-  
ton.*

*Contra articulos ejus jam damnatos, lib.  
1. M. S. Oxonij in Collegio Novo, & in  
Bibliotheca Lunlæi.*

*Quæstionum septuaginta duarum de Eu-  
charistia, lib. 1. M. S. Oxonij in Collegio  
Oxonienfi.*

*Pro possessionibus Cleri, lib. 1.  
De civili dominio, lib. 3. In hoc actu, &  
in hac.*

*De Sacerdotio novi Testamenti, lib. 1.  
Utrum Sacerdotium novi.*

*De dignitate Sacerdotis, lib. 1. Dabita-  
tar quando.*

*Mendicantis defensorium contra Arma-  
chanum, lib. 1. Postquam Dominus Arma-  
chanus. M. S. Oxonij in Collegio Magda-  
lenensi.*



*Extractionem errorum ejusdem*, lib. 1. *Quoad errores contentos*. Oxonij in Collegio Novo.

*In Physicam Aristotelis*, lib. 8. *Quaritur venerande Dux circa*. Et alia. Obijt anno 1297. jacetque sepultus sub lapide Cruce exarato in Ecclesia Minorum Londini, vti legitur tom. 1. Historiæ Universitatis Oxoniensis, fol. 77. Eum commendavit Pitseus, Fr. Franciscus à S. Clara in suis *Fragmentis Provinciæ Angliæ*, pag. 81. Dupin, Fr. Angelus de S. Francisco, Jacobus Uvareus de *Scriptoribus Hyberniæ*, Uvadingus in *Syllabo*, & tom. 1. & 4. *Annalium*.

**GULIELMUS UVATERFORDIENSIS**, Minorita, Anglus, scripsit: *Opusculum de Religione*, inscriptum Cardinali Juliano Cesarino, anno 1433. quo floruit. De eo plura apud Uvareum de *Scriptoribus Hyberniæ*, lib. 1. cap. 11. *Legge Uvadingum*, tom. 4. *Annal.* ad ann. 1395.

**GUMMARUS A QUERCU**, Belgæ, Strictioris Observantiæ alumnus in Recollecta Provinciæ Germaniæ inferioris, Vir pius, ac doctus, edidit:

*Regulam Ordinis B. Mariæ Annuntiatæ.*

*Blagium B. Joannæ Valesæ*, Ordinis Fundatricis.

*Prioreslegia Pontificia eidem Ordini concessa*. Antuerpiæ ex Officina Plantiniana, anno 1644. Obijt Antuerpiæ, anno 1641. Ex *Annalibus* laudatæ Provinciæ, pag. 15. Uvadingo, ac Marraccio in sua Bibliotheca Mariana.

**GUNDISALVUS DE HERRERA**, Hispanus, Provinciæ Limentis, Regular. Observantiæ, typis dedit ibidem:

*Panegyrum de Immaculata Conceptione Virginis*, habitam ad vtrumque Senatam, merito laudatam à Fr. Petro de Alva, col. 582. suæ Militiæ. Prodiit anno 1655. in 4.

**GUTERRIUS DE OCCAMPO**, Minorita, Hispanus, teste eodem Alva ibidem, column. 563. emisit:

*Concionem de Immaculata Conceptione Virginis*. Salmanticæ 1619. in 4. Commendatur à Marraccio in sua Mariana Bibliotheca.

**GUTERRIUS TREJO**, Placentinus, Hispanus, Regul. Observant. Provinciæ primùm S. Jacobi, deindè S. Michaelis, quando hæc ab illa divisa est; Guardianus Turris Juliæ, vulgò Truxillo, vbi Græcè, Hebraicè, Latine doctus, in Sacra Scriptura, in Sanctis Patribus, & Prophanis Authoribus versatissimus, scripsit doctissimè:

*In quatuor Evangelia Commentaris*, quæ prodierunt Hispali anno 1554. apud Petram Luxan in fol. Vidi. Prodierunt studio Fr. Hieronymi à S. Michaeli ejusdem Instituti alumni, cujus in Prologo verba sunt ista: *In exponendo non vnus sequitur contextum Evangelicæ, sed omnes simul adducit, quæ inter illos pugnare videntur in concordiam redigens, omnia in suum ordinem, juxta veritatis Evangelicæ Historiam digerens, Gersonem imitatus, & Osiandrum in harmonia Evangelica. Litteralem sensum diligentissimè scrutatur, ita tamen, ut nonnunquam, & mysticam, & analogicam attingat. Impetis non semel nostri sæculi Hereticos. Ex Sacris litteris multa doctissimè exponit, & miro artificio prophanas litteras sacris subterfocare facit.*

*In omnes S. Pauli Epistolas*, sub titulo: *Paradisus deliciarum S. Pauli Apostoli*, in quo miro artificio cum dilectis probatissimorum Authorum inseruntur Epistolæ omnes ejusdem Apostoli, & adamusim exponuntur. Compluti apud Joan. Brocar. 1538. in fol. Vidi. Eum commendant Sixtus Senens. Tosignian. Uvading. Nicol. Anton. Dupin. alios vt mittam.

## H



**HUGGOLINUS**

vnus ex septem gloriosissimis Minoritis, qui apud Septem Mauritaniam Tingitanæ Urbem, pro Christi fide à Sarracenis colaphis percussus, flagellis cæsus, opprobrijs illusus, ac diversis contumelijs affectus; tandem nudi, manibus post terga ligatis, capite plexi sunt, & glorioso martyrio coronati anno Domini 1221. Scripsit, vna cum Socijs:

*Epistolam, seu Apologiam suæ predicationis*, Hispano sermone reddita habetur tom. 2. *Chronicor. Illustrif. Cornejo*, lib. 3. cap. 51.

**HANNIBAL ROSSELIUS**, Calaber, sed Provinciæ S. Francisci in Umbria, Regul. Observ. postquam Lutetiæ Parisiorum, & Lovanii solida studiorum jecit fundamenta, in Angliam trajecit, deindè primùm Tuderti in Tuscia ad Montis Sancti: mox Cracoviæ in Polonia ad S. Bernardini Cœnobium Sacram Theologiam professus est. Vir quidem doctus, variæque eruditionis, apud nobiles Polonos, & illius Regni Antilitas non immeritò in pretio habitus. Post annos triginta octo in multis Academijs, & sub varijs disciplinis consumptos, tandem circa annum ætatis sexagesimum animum applicuit ad scribendum. Scripsit autem, & quidem doctè:

*De septem Sacramentis*. Polmaniæ apud Joannem Volrabum, anno 1590. in fol.

*In Pymandum, & Asclepium Hermetis, Mercurij Trismegisti Commentaria*, tomis sex distincta, opus certè grave, & omni eruditione refertum; cui accessit Trismegisti textus Græcolatinus industria Francisci Hussatis Candallæ. Ante alios tomos prodijt Cracoviæ hortatu, & impensis Stanislai Karnkowski, Archiepiscopi Gnesnensis, tomus quartus, deindè primus, & alij subsequentes auxilio, & industria Erasmi Pencitij, Ministri Provinciæ Poloniæ eadem in Urbe anno millesimo quingentesimo octuagesimo quinto. Authorem nostrum ( vt testatur Simon Starovolsus de *Scriptoribus Poloniæ*, Authore 18. pag. 60. ) ita coluit ob inge-

Tom. II.

nij præstantiam, & amavit Hieronymus Povodovius, Canonicus, & Archipresbyter Cracoviensis, vt omnes ejus in Mercurium Trismegistum XIII. Tomos ingenti sumptu, & cura, additis etiam suis præfationibus, in lucem daret. Quæ autem ad manus meas devenere prodierunt Cracoviæ ex officina Lazari, anno 1585. & 1586. & Colonia Agrippinæ ex typographia Cholniana 1630. in fol. tomis sex, tractatibus varijs locupletatis, quorum Indicem subjicio:

## TOMUS PRIMUS.

QUEM DEDICAVIT FRANCISCO GONZAGÆ, Ministro Generali totius Ordinis Minorum, continet hos tractatus.

*De Mundi creatione, atque principio*

*De Elementorum origine, ordine, numero, & qualitatibus.*

*De cognoscendo Deo, sive quomodo cognoscitur Deus.*

*De mente Dei, sive de mente, qua est ipse Deus.*

*Deum esse, quomodo cognoscitur.*

*Deum esse unum, & non plures, ostenditur.*

*De Divinitate Filij Dei, quod sit verus Deus, ex Scripturis multis argumentis ostenditur.*

*De Filio Dei secundum Philosophos, quod sit Deus.*

*De Filio Dei secundum Theologos latissimè.*

*Verbum Dei est actualis notitia ex memoria Patris genita.*

*Verbum Dei, sive Filius Dei ex Patris substantia gignitur.*

*Verbi Divini generatio est æterna.*

*Verbum Dei est Imago Dei invisibilis.*

*De Patre, sive Persona Patris in Divinis.*

*Pater genuit Filium, natura, atque necessitate immutabili.*

*Pater est solus ingenuus in Divinis.*

*Nomina Dei, quæ sint, & quot.*

*De Divinarum Personarum aequalitate.*

E 2

De.



*De Simplicitate Dei.*  
*De Immutabilitate Dei.*  
*De Attributis Dei.*  
*De Esse, & Essentia Dei.*  
*De Persona in Divinis quid significet.*  
*De Persona, & Relatione.*  
*De Distinctione Personarum.*  
*Quod sit vita essentialiter.*  
*De Ideis, abundè.*  
*De Intelligere Dei.*  
*Deum esse infinitum.*  
*De Religione Christiana.*  
*De Summo Bono.*  
*De Fruitione.*  
*De Dei voluntate.*  
*Unum esse, & non duo principia Mundi.*

di.

## TOMUS II.

DICATUS FERDINANDO  
 Medices, Cardinali, Ordinis Mi-  
 norum Protectori, continet  
 hos tractatus.

*De Numero ternario.*  
*De Productionibus Divinis.*  
*De Spiritu spirante.*  
*De Spiritu Sancto secundum Scripturas.*  
*De Spiritu Sancto secundum Theologos.*  
*De Relatione in communi.*  
*De Actione, & passione.*  
*De Relationibus Divinis.*  
*De Angelis bonis secundum Philosophos.*  
*De Angelis bonis secundum Scripturas,*  
*& Theologos.*  
*De Angelorum creatione, & bello.*  
*De Creare, & Creatione, an soli Deo*  
*competat.*  
*De Creatura, an fuerit ab eterno.*  
*De Creaturarum productione.*  
*De Individuationis principio.*  
*De Materia, an sit pars quidditatis.*  
*De Intelligentia, an sit forma Orbis.*  
*De Cælo, an sit corpus animatum.*  
*De Dæmonibus secundum Philosophos.*  
*De Idolis, & Dæmonum Magia.*  
*De Luciferi effigie secundum Scripturas.*  
*De Luciferi superbia, bello, & ruina.*  
*De Dæmonum Ordinibus.*  
*De Providentia Dei.*

\*\*\*  
 \*\*\*  
 \*\*\*  
 \*\*\*

## TOMUS III.

NUNCUPATUS FRANCISCO  
 Medices, Magno Etruriæ Duci,  
 continet tractatus se-  
 quentes.

*De Homine.*  
*De Mundi senectute.*  
*De Resurrectione mortuorum.*  
*De Inferno.*  
*De Morte.*  
*De Luce, & vita.*  
*De Anima purgatione.*  
*De Essentia Dei.*  
*De Motu.*  
*De Anima mundi.*  
*De Forma.*  
*De Ente.*  
*De Intellectu.*  
*De Universal.*  
*De Passionibus entis.*  
*De Uno, & Ente.*  
*De Bono.*  
*De Vero.*  
*De Genere.*  
*De Differentiis.*  
*De Specie.*  
*De Proprio.*  
*De Accidente.*  
*De Actu.*  
*De Potentia.*  
*De Possibili.*  
*De Vacuo.*  
*De Loco.*  
*De Cælo.*  
*De Deo, quid sit, & qualis sit.*  
*De Nominibus Dei.*  
*De Natura.*  
*De Materia.*  
*De Privatione.*  
*De Necessario.*  
*De Causalitate finali.*  
*De Numero causarum.*

\*\*\*  
 \*\*\*  
 \*\*\*  
 \*\*\*  
 \*\*\*  
 \*\*\*  
 \*\*\*  
 \*\*\*

TOI

## TOMUS IV.

SUPRADICTO STANISLAO,  
 Archiepiscopo Gnesnensi de-  
 dicatus, habet trac-  
 tatus.

*De Prima illa rudi informique mundi*  
*Congeritè.*  
*De Lumine.*  
*De Infinito.*  
*De Cælo.*  
*De Dominio Stellarum.*  
*De Fortuna.*  
*De Fato.*  
*De Providentia.*  
*De Scientia Dei.*  
*De Dominatione Dei.*  
*De Regno Dei.*  
*De Prædestinatione.*  
*De Amore Dei.*  
*De Misericordia Dei.*  
*De Libro vite.*  
*De Justificatione impij.*  
*De Zodiaco.*  
*De Tempore.*  
*De Resurrectione.*

## TOMUS V.

DEDICATUS STEPHANO I.  
 Regi Poloniæ, hos habet  
 tractatus.

*De Mundi creatione.*  
*De Operibus sex dierum.*  
*De Hominis excellentia.*  
*De Ecclesia unitate.*  
*De Ecclesia capite uno.*  
*De Ecclesia visibili.*  
*De Ecclesia Autoritate.*  
*De Ecclesia continuata successione.*  
*De Ecclesia Romana Pontificibus.*  
*De Ecclesiæ consilij.*  
*De Ecclesiæ adversarijs.*  
*De Libidinis malo.*  
*De Laude virtutis.*  
*De Odio, quam magnum malum sit.*  
*De Voluptatis malo.*  
*De Mali origine.*  
*De primo, & summo bono.*  
*De Consuetudinis potentia.*  
 Tom. II.

*De Unitate Dei.*  
*De Magnete amoris Dei.*  
*De Cognoscendo Deo.*  
*De Doctrina supernaturali.*  
*De Sanctæ Scripturæ dignitate.*  
*De Deo, quod sit vita.*  
*De Subiecto Theologie.*  
*De Theologia, an sit scientia.*  
*De Orationis conditionibus.*  
*De Orationis studio, & virtutes.*  
*De Fluxu maris.*  
*De Oceani motu.*  
*De Mari mystico.*  
*De Ordinis pulchritudine.*  
*De Terræ rotunditate.*  
*De Descriptione totius Orbis.*  
*De Imperatoribus, & Regibus*  
*penè gentium.*  
*De Moribus multorum populorum.*  
*De Regnorum, & Regum mutatione.*  
*De Multarum Civitatum legibus, &*  
*inibus, præsertim Urbis Romanæ.*  
*De Insulis omnium gentium.*  
*De Insulis noviter repertis.*  
*De Ignis Elemento.*  
*De Elementorum numero, & qualitatibus.*  
*De Acris natura, & dispositione.*  
*De Cometis, rore, & pruina.*  
*De Nubibus, pluvia, & neve.*  
*De Grandine, coruscatione, & contru-*  
*De Fulmine, iride, & ventis.*  
*De Terramotu, & ejus portentis.*  
*De Celeritate ignis.*  
*De Exussa, & exhalatione.*  
*De Corpore humano.*  
*De Omnibus partibus corporis humani*  
*intrinsecis, & extrinsecis.*  
*De Divinis Laudibus.*  
*De Deo, quod sit anima.*  
*De Deo, quod sit bonus, & actus infini-*  
*titus.*  
*De Summo malo, & ejus origine.*  
*De Bono, & pulchro.*  
*De Dei pulchritudine.*  
*De pietate, & ejus virtute.*  
*De Ignorantiæ malo.*  
*De Deo, quod sit fons vite.*  
*De Ebrietatis malitia, & turpitudine.*  
*De Videndo Deo.*  
*De Avium, & jumentorum natura.*

\*\*\*  
 \*\*\*  
 \*\*\*  
 \*\*\*

E 3

TOI

NUNCUPATUS JOANNI  
Demetrio SoliKonKi, Archie-  
piscopo Leopoliensi,  
continet.

*De Anima humana immortalitate, dis-  
tinctè, & copiosè.*

*De Anima creatione, & admiranda, ho-  
minum natura.*

*De Anima, quod non sit producta ex se-  
mine.*

*De Anima, quod non sit ex traduce.*

*De Ratione seminali.*

*De Anima, quod non sit pars Dei.*

*De Anima unitate.*

*De Triplex anima.*

*De Anima mundi.*

*De Anima, an sit composita?*

*De Anima gradibus.*

*De Anima quod non sit corpus, sive cor-  
pora.*

*De Anima, quod sit substantia.*

*De Substantia.*

*Si una anima est altera perfectior?*

*De Anima, quod sit actus.*

*De Anima, quod sit principium intelli-  
gendi, sentiendi, movendi secundum lo-  
cum, atque vegetandi.*

*De Anima, quod sit forma.*

*De Anima, quod sit numerus.*

*De Anima, an sit ex elementis.*

*De Prædicamento Substantiæ.*

*De Prædicamento Quantitatis.*

*De Prædicamento Relationis.*

*De Prædicamento Qualitatis.*

*De Equivocis, & Univocis.*

*De Entis divisionibus.*

*De Anima, quod sit Imago Dei.*

*De Anima laudibus.*

*De Anima potentijs.*

*De Anima, apice, & centro.*

*Prisca fides nostræ quantum consentiat alma  
Hannibalis Calabri connotat istud opus.  
Aptior interpres certè non convenit ipsi  
Mercurio, quam qui mente vigilet simili;  
Nam pius, & doctus voluit potuitque juvare  
Huic sæculo scripto, & probitate sua.*

*De Intellectu humano secundum varios  
Auctores.*

*De Ratione superiori, & inferiori.*

*De Intellectu passivo.*

*De Intellectu, quod sit animæ substan-  
tia, & ens in actu.*

*De Intellectu materiali.*

*De Intellectu in actu, & in habitu.*

*De Intellectu adepto.*

*De Intellectu speculativo, & practico.*

*De Intellectu quomodo intelligit substan-  
tias separatas.*

*De Ratione hominis.*

*De Intelligere, sive intelligentia nostra.*

*De Intellectu, quomodo intelligit Deum  
Angelos, & se ipsum?*

*De Formis indæis intellectui humano.*

*De Specie intelligibili.*

*De Intelligere, quod sit agere, & quo-  
modo fiat.*

*De Intellectu, quod componit, & divi-  
dit, & intelligit indivisibile.*

*De Intellectu agente, quod sit pars ani-  
mæ.*

*Intellectus agens, & possibilis non sunt  
duo, sed unus intellectus.*

*De Intellectus objecto.*

*De Intellectu, quod intelligit singularia.*

*De Intellectu humano, quod non cognos-  
cit futura.*

*De Anima separata, quomodo cognoscit.*

*De Reminiscencia post mortem.*

*Quod mortui non cognoscant res vivo-  
rum. Scripsit insuper:*

*Concionum, & Homiliarum in Evange-  
lia duo magna volumina, quæ adhuc non  
prodierant anno 1650. Laudantur à San-  
nig in Synopsi, & Uvadingo subdente sub  
Censoris munere approbasse Enchiridion  
Theologiæ Venerabilis Fr. Angeli del Pas,  
Genuæ impressum anno 1582. vti in pos-  
trema operis pagella aspicitur. Clarebat  
anno 1600. Ad ejus laudem in ejusque  
Pijmandrum præfixum legitur tomo pri-  
mo, sequens Fr. Jacobi Garabi à Portu  
mauricio carmen:*

HAYMO DE FEVERSHAM, An-  
glus, à loco natalitio in Regione Cantia-  
na, ita cognominatus; postquam in An-  
glia politiore doctrinam, & liberales  
artes percurrisset, Parisios ad majora stu-  
dia se contulit, ubi emenso Philosophiæ,  
& Theologiæ curriculo, tandem Parisijs,  
vt scribit Lelandus, institutum subivit  
Minorum; paulò post Theologiæ profes-  
sor institutus, in Sacrarum Litterarum, &  
pietatis studio ita profecit, vt ob virtu-  
tum merita *Speculum honestatis* nuncupa-  
retur. In patriam reversus, electus est sui  
Ordinis Minister Provincialis. Hinc Bo-  
noniam, deindè Patavium, demùm Ro-  
mam vocatus anno millesimo ducentessi-  
mo trigelsimo nono, in Comitijs Gene-  
ralibus, quibus præfuit Gregorius Nonus,  
creatus est Minister Generalis, postquam  
prius Apocrifarij Apostolici munus apud  
Imperatorem Græcorum Constantinopoli  
subierat. Summam illam in Religione  
potestatem ita per quinquenium gessit, vt  
non tam officij imperaret majestatem, quam  
virtutum præluceret exemplo, tantamque

deinceps apud omnes famam consecutus  
est, vt doctrina, prudentia, & singulari  
in rebus gerendis dexteritate cum præci-  
pui illius ætatis hominibus non immeritò  
conferretur; vnde & idem Papa in arduis  
Ecclesiæ negotijs ejus sit vsus industria.  
Inter alia, quæ in suo Generalatu laude  
digna gessit plurima, effecit, vt à quatuor  
præcipuis totius Ord. Doctoribus Regula  
D. Francisci accuratissimè explicaretur.  
Præterea hic vnus ex illis erat, qui iussu  
Gregorij Noni, non Alexandri Quarti,  
vt habet Pitseus (de quo vide Annales  
Minorum, anno 1244. num. 2.) Breviarium  
Romanum correxerunt, in eam penè, qua  
nunc est, formam reduxerunt, & illis ru-  
bricis, quas (auctas tamen) adhuc in vsu  
habemus, illustrarunt. Scripsit:

*De Missæ ceremonijs, lib. 1. Indutus  
planeta Sacerdos.*

*Super Magistrum Sententiarum, lib. 4.  
Sermonum per annum, lib. 1. & alia  
nonnulla. Anagninæ tandem in Italia mor-  
tuus, & sepultus est anno 1244. Ibi hoc  
legitur Epitaphium:*

Hic jacet Anglorum summum decus, Haymo  
Minorum  
Vivendo frater, hosque regendo Pater  
Eximius Lector, Generalis in Ordine Rector.

Hæc Uvadingus. Consentiant Trithe-  
mius, Bulaus tom. 3. Universitatis Pari-  
sienfis, pag. 687. D. Antoninus, aliique  
plures apud Arturum ad diem 3. Octo-  
bris in Martyrologio Franciscano.

HELENA DE BONONIA, Mo-  
nialis Clarissa ad profectum Annæ Mar-  
chionis de Monterrato, Italicè scripsit,  
ac prælo dedit:

*Modum vita spiritualis.* Venetijs per  
Bartholomæum Imperatorem, anno 1554.  
in 8. Vidi in Pinciana Bibliotheca Colle-  
gij S. Ambrosij.

HELIODORUS PARISINUS, Ga-  
llus, Provinciæ Parisiensis Minorum Ca-  
puccinorum Concionator, ac Sacræ Theo-  
logiæ Professor; Vir litteris, scribendi ni-  
tore, ac religiosis moribus egregiè deco-  
ratus, posteris transmisit aliqua Opuscula  
mortalium saluti valdè proficua, summam-  
que pietatem redolentia. Hæc sunt:

*Compendium Theologiæ Dogmaticæ, vol.  
1.*

*Compendium Theologiæ Historiæ, vol. 1.*

*Compendium Theologiæ Mysticæ, vol. 2.  
Evangelium Mundi, sive Discursus  
Evangelici super depravatos sæculi mores.  
Tom. 4. in 8. Parisijs anno 1684.*

*Veritates Christianæ Religionis. Tom. 3.  
in 8. Ibidem 1684. apud Edmundum Cau-  
terot. Hæc Genuensis. Scripsit etiam*

*De Obligatione veniendi ad unionem Ec-  
clesiæ. Opusculum in 12. excusum Parisijs,  
vti habetur tom. 1. Bibliothecæ Univer-  
sitalis, in tabula librorum, anno 1686. &  
apud Dupinum in Supplemento, tom. 3.*

HELIOT, nomen, vel cognomen  
est cuiusdam Minoritæ Galli, ex Reco-  
llectis, qui Gallico sermone egregium dis-  
gessit opus, nempe,

*Historiam Ordinum Monasticorum, Men-  
dicantium, Militarium, & Sæcularium  
Congregationum. Prodiit Parisijs volum.  
8. in 4. anno 1714. Vidi.*

HENRICUS, cognomento, AN-  
GLICUS, à Natione, professione Mino-  
rita, exaravit:

*Quodlibeta varia, vti recenset in suo  
Cas*

Catalogo Scriptorum Anglorum, ad calcem sui *Cersaminis Anglici*, Fr. Angelus à S. Francisco. Extat hujusce memoria apud Haroldum ad annum 1344. §. 4.

**HENRICUS DE BALMA**, quem perperam alij de Palma affirmant, Minorita doctus, Vir magnæ perfectionis, & virtutis scripsit:

*Vitam S. Coleta*, cujus Confessarius fuit. Eam habes apud Surium ad diem 6. Martij.

*Librum Mystica Theologia*, S. Bonaventuræ, vt nonnulli volunt, attributum, & cum ejus opusculis impressum.

*Librum de imitatione Christi.*

*De Compunctione.*

*De interna consolatione.*

*Soliloquium anime.* Hæc opuscula sub hujus Henrici nomine extant in Bibliotheca Paulina Lipsiensi, vt constat ex ejus Catalogo Lipsiæ excuso anno 1686. pag. 90. Obijt anno 1499. Vensantione. Ejus mentionem faciunt Ulysiiponensis 3. part. Chronic. Ord. lib. 3. cap. 3. & 4. Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 23. Februarij, & Bollandus ad diem 6. Martij.

**HENRICUS A BELLOMONTE**, Capuccinus, natione Gallus, Provinciae Parisiensis Concionator; Vir ad bonas artes, litterasque formatus, edidit Gallicè:

*Tractatum de frequenti Confessione.* Parisijs 1678. Floruit anno 1680. Eum commendant Genuensis, ac Dupin, sæculo 17.

**HENRICUS BOYCH**, Merseburgensis Professor olim Magdeburgensis, scripsit:

*Summam Decretalium in quinque libris distinctam, juxta quinque distinctiones Decretalium.* Ex Uvadingo, cui adhæret Sannig in Synopsi.

**HENRICUS BRISINGHAMUS**, Anglus Oxonij Theologiam ex prima Cathedra publicè docuit, proximus post Fr. Thomam Dockingam: & fuit octavus eorum, qui ex familia S. Francisci Cathedram illam obtinuisse dicuntur. Probabile est multa scripsisse, ait, Pitseum secutus, Fr. Angelus de S. Francisco in suo Catalogo, & meritò; scripsit enim opus egregium, cui titulum fecit:

*Summa de Sacramentis*, & alia quamplurima, vt habetur tom. 1. Historiæ Universitatis Oxomensis, quam consulas lib. 1. fol. 73. num. 8. Claruit circa annum 1280.

**HENRICUS BUKENTOP**, Strictioris Observantiæ Recollectorum alumnus, in Academia Lovaniensi Sacrosanctæ Theologiæ Lector Jubilatus, Vir in Sacris Litteris versatissimus, & ex Hebræo fonte ambiguè locutionibus, & lectionibus, dubijs Vulgatæ ad clariorem lucem reducerendis, necnon ipsius Vulgatæ lectionibus veritati Hebræicæ conformioribus ex correctione Clementis VIII. contra vetustorum codicum spalmata stabilitendis acutissimus inspector, & corrector, opere, quod

*Lux de luce* inscribere placuit, quo vsus est in suis elucubrationibus Joan. Laurentius Helbib, eodemmet momente tom. 1. in S. Scripturam, observatione 5. q. 6. Opus est in 4. in tres libros distributum, excusum Bruxellis, anno 1710. ac meritò laudatum apud Memoriale Trevoux in Januariario, sub ann. 1712. articulo 72. Emisit quoque volumen in 12.

*De sensibus Sacra Scriptura, & Cabala Judæorum.* Lovanij, typis Egidij Denique 1704. De eo apud laudatum Memoriale eodem anno, articulo 121.

**HENRICUS BUSCHEY E BASATONIA**, Provinciae Luxemburgensis Opido, Minorita Ecclesiastes, non solum disertus, verumetiam eloquens, edidit vernaculè:

*Dialogum de Sacra Incarnati Verbi Oeconomia*, typis Plantinianis, anno 1587.

*Præcations ad Sanctissimam Trinitatem, & Virginem Mariam.* Antuerpiæ migravit ex humanis, anno salutis 1600. Ex Uvadingo, & Suvertio in Athenzæ Belgico.

**HENRICUS DE CALAIS**, seu **CALLETENSIS**, Capuccinus, natione Gallus, alumnus Provinciae Parisiensis; Vir morum compositione, gravitate operatum, exacta Regulæ Observantia, ac honoris Dei zelo satis commendatus, scripsit Gallico idiomate:

*Apologiam contra impugnantes Minores Capuccinos.* Parisijs apud Dionysium Thierry, anno 1649.

*Vitam Venerabilis Patris Honorati Bouehart de Champigny, Capuccini, Parisiensis Provinciae per plurium annorum curriculum Ministri Provincialis, ac totius Ordinis Ministri Generalis, signis, ac virtutibus illustris in Conventu Calvomontensi, ubi sanctissime obiit 1625.* Parisijs apud Thierry, anno 1650. De eo Uvadingus, Genuensis, ac Jacobus Le-Long in Historia Franciæ, lib. 2. §. 4.

HEN-

**HENRICUS DE CALETO**, Minorita, ad Episcopatum Lucanum à Bonifacio VIII. assumptus, anno 1300. opus prolixum valdè composuit, sub hac inscriptione:

*Logica, & modus, atque resolutio Sacra Scriptura in Ezechielem.* Incipit: *Cum opera omnia Dei perfecta sint.* Olim stabat Tolosæ in Bibliotheca Collegij Fuxensis scriptum anno 1316. Uvadingo teste. Demum ad Bibliothecam Colbertinam allatum, ibidem asservatur codice 781. vt narrat Jacobus Le-Long in sua Bibliotheca Sacra, fol. 669. & 770. Floruit Author anno 1320. quem commendat Ferdinandus Ughellus, tom. 1. Italiæ Sacrae, col. 881.

**HENRICUS CASTELLA**, Tolosanus, Regul. Observ. Prov. Aquitaniz, scripsit Gallicè:

*Iter Sanctum Hierosolymitanum*, quod ipse suscepit anno Jubilei millesimo sexcentesimo. Burdigalæ primo editum apud Arnaldum du Brivel, anno 1601. Secundo Parisijs apud Laurentium Somnium, anno 1603. Librum alterum de

*Certa, & verissima directione pro his, qui Sanctam Hierosolymitanam peregrinationem aggrediuntur*, patrio idiomate. Parisijs apud eundem Somnium, anno 1604. Librum tertium, qui prænotatur:

*Septem amoris flammæ, super septem verba Christi in Cruce pendentis.* Ibidem apud eundem anno 1605. Uvadingus, ac Alphonsus Laffor, tom. 1. *Universi calamo delineati*, pag. 499.

**HENRICUS COSSEJUS**, vel **COSTESAJUS**, Anglus, Regulæ Seraphicæ nomen dedit Oxoniæ. Philosophus cum primis sui temporis meritò conferendus, Doctor etiam, atque Professor Sacrae Theologiæ, Virque acuti, ac fervidi ingenij, mira industria Sacrarum Litterarum arcanos scrutatus est sensus, multoque abstrusos mysteriorum recessus incredibili facilitate penetravit, & perspicuis Commentarijs illustravit. Nec contemplanti, Sacrasque Scripturas meditati vnam defuit quod diceret, aut scriberet. Ea autem scripsit, quorum inscriptiones ex Lelando, ac Pitseo Uvadingus invenit:

*Multorum textuum Sacrae Scripturae explanationes*, lib. 1.

*Expositionem in Psalterium*, lib. 1. Incipit: *Aperiam in Psalterio.* In Bibliotheca Bodlejana, cod. 1587.

*Lecturam in Apocalypsim*, lib. 1. Incipit:

*Quod vides, scribe.* In eadem Bibliotheca, ibidem.

*Commentarios majores in eandem*, lib. 1. Incip. Ecce descripsi eam tibi tripliciter. Ergo fecit adhuc aliam ejusdem explanationem. Ex quibus saltè vna expositio M.S. invenitur Cantabrigiæ in Aula Pembroch. cod. 2103.

*Concionum*, lib. 1. Mortuus, & sepultus est apud Balvvellam propè Buriam in Suffolcia, anno gratiæ 1336. Extat hujusce mentio apud Angelum à S. Francisco in suo Catalogo, Sanderum part. 2. ac Jacobo Le-Long, pag. 771. suæ Bibliothecæ Sacrae.

**HENRICUS CREMONENSIS**, Minorita, recensentibus Tosigniano, Uvadingo, ac Sannig in Synopsi, redègit in Epitomen:

*Quatuor libros Sententiarum, & libros naturales Aristotelis juxta principia Scoti.*

**HENRICUS DE GLAST**, Minorita, Pragæ anno Christi 1340. & nono ab obitu B. Odorici de Foro-Julio.

*Ejus vitam, & miracula descripsit cum descriptione terrarum* à laudato Odorico narrata Fr. Marchesino de Badayon, ejusdem Instituti alumnus. Nonnulla ex hac Historia decerpit, ac publicavit Bollandus, tom. 1. die 14. Januarij, ac Daniel Papebrochius ad diem primam Aprilis, fol. 50.

**HENRICUS GORITREM**, Teutonius, hætenus mihi ignotus, scripsit tempore Pij II. vt, titulis innominatis, recenset Fr. Joannes Rioche in suo Compendio Historiarum, cap. 84. Fuisse autem Virum perfectissimum narrat Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 17. Novembris, §. 5.

**HENRICUS HARVILLEUS** AGRANGIA PALATIOLEA, natione Gallus, olim Marchio de *Palsiffesau*, Provinciae Parisiensis Minorum Capuccinorum alumnus; Vir insigni eruditione, & Evangelicarum virtutum præstantia nobilitatus, sapius Guardianus, & Diffinitor, subtilissimus, ac admirandi spiritus Concionator, Deo, & hominibus multum amabilis, scripsit, ac prælis dedit Latino idiomate:

*Isagogen Chronologicam*, hoc est, introductionem ad cognitionem temporum, & rerum quæ extiterunt ab Orbe condito usque ad annum 1620. Opus nova methodo conscriptum, sed utilissimum Chronologicè, & Sacra Scriptura studiosis in duos tomos in folio distributum. Primus tomus, qui

Ur-

Urbano VIII. Summo Pontifici est dicatus, complectitur solidè, & veluti Scholastico more, omnes difficultates, quæ reperiuntur circa summas, & motus præcipuos temporis constituendos. Impressus est Parisiis apud Nicolaum Buon, anno 1624. Secundus verò complectitur ea, quæ pertinent ad Historiam. Ibidem apud eundem 1626. Vidi. Gallicè autem scripsit, & prælis submisit:

*Sermones de Sanctissimo Eucharistia Sacramento*, tom. 2. in 8. Primus tomus prodijt Parisiis anno 1629. apud Nicolaum Buon. Alter verò Lugduni apud Anisson 1631. De hoc Authore præclare meminit Uvadingus, ex quo Genuensis, pag. 147. HENRICUS HELMESIUS, Germopolitanus, Provinciæ Saxonæ Minister; in Ecclesia Cathedrali Colonienfi Concionator, scripsit:

*Tomos quinque Homiliarum in Evangelia, & omnes Epistolas Canonicas, ex mens Divina Scriptura sententijs miro artificio, & eruditione concinnatos*. Coloniae anno 1550. & 1556. Parisiis 1557. in 8. & in fol. Vidi.

*In Evangelia Quadragesimalia*. Parisiis anno 1556. in 8. Vidi.

*De verbo Dei*, libros tres. Prodierunt Coloniae anno 1560. Laudantur à Fr. Mauritio Hylareto Dominica 3. Quadragesimæ, fol. mihi 652.

*Adversus captivitatem Babylonicam Lutheri*. Parisiis per Andoenum Parvum 1552. vna cum præcedentibus, & Coloniae 1557.

*Sermones ipsius*, uti notavit Uvadingus, deinceps apud Gulielmum Rovillium editi sunt Lugduni anno 1574. & anno 1589. Vidi. Scripsit demùm, teste Ludovico Dupin, sæculo 16. ac emisit:

*De Charitate*, lib. 5.

*De Spiritu Sancto*.

*De Passione Domini N. Jesu Christi*.

*De Justificatione*.

*De Purgatorio*.

*De Suffragiis pro mortuis*, quæ omnia impressa sunt Parisiis anno 1553. & 1557. Præclare hujus Henrici meminit Ludovicus Bail, part. 3. suæ Bibliothecæ Concionatoricæ, in qua non pauca ex ejus scriptis exscribit cap. 108. hæc præmittens: *Tria volumina sermonum edidit in Epistolas, & Evangelia de Dominicis, & de Sanctis. Oratio ejus centonis instar ex verbis Scripturae Sacrae tota ferè contexta est, & textui Epistola integra, aut Evangelio alligata instar homilia. Figura commo-*

*rationis, ac synatrisini sæpè vititur. Passim in errores Lutheri excoandescit: hocque, in eo magis singulare quod in multis Concionibus verbum suum dirigit in eadem Concionem ad personas diversi status, & conditionis, puta ad Sacerdotes, Principes, & in potestate constitutos, ad uxoratos, ad viduas, ad virgines, ad pueros, & subditos, ad obstinatos, &c. Ut in pluribus sermonibus pro die Circumcisionis non sine pio artificio observat potissimum. Florebat cum jam Lutheranismus grassaretur, prodieruntque Conciones ejus Parisiis anno 1557. Quæ videntur graves, & pia, licet in eis desideretur quod membris partitionis primarie non inhereat, sed totum Evangelij textum indifferenter percurrat.*

HENRICUS HERPIUS, (alij HERP) appellant, alij de ERP) ex Pago Campiniæ Brabantia, Vir verè pius, & doctus, ante divisionem Provinciæ Colonienfis, ab illa, quæ dicitur Germaniæ inferioris, & Guardianus pluribus Conventibus non modò præfuit, verùm etiam profuit, vitam moribus, & doctrina. Adeò rerum Cœlestium contemplationi inhærebat, ut nonnunquam sex horas in Missarum Sacrificijs salubriter occuparet. Denique Guardianus Cœnobij Mechliniensis, mortuus anno 1477. sepultus fuit ad dexteram candelabri in medio Chori. Ejus vita præfigitur opusculo ab illo edito, cui nomen: *Directorium aureum*. Scripsit in Monte Alvernae in Etruria:

*De Theologia mystica, & Speculativa, ac præcipuè affectiva, quæ non tam lectione juvatur, quam exercitio pietatis obtinetur*, libros tres. Ex Teutonico latinum fecit secundum librum Petrus Blomovenna Leydensis Carthusianus. Incipit opus: *Osculetur me osculo*. Illius lectionem interdixit Index Romanus librorum prohibitorum, nisi recognitum fuerit ad exemplar Codicis, qui fuit impressus Romæ anno 1585. Prodiit denuò Brixia anno 1601. apud Societatem Brixiensem in 4. Vidi. Coloniae per Arnoldum Quentelium 1609. & 1611. in 4. studio Fr. Pauli Philippi, Ordinis Prædicatorum alumnii. Vidi. Alias mitto editiones, verba subjiciens Antonij Posslevini: *Theologia mystica*, inquit in suo Apparatu Sacro, *Herpij prohibetur in Romano Indice Pontificio, nisi repurgata fuerit ad exemplar illius, quæ Romæ impressa est anno millesimo quingentesimo octuagesimo quinto. Tres libros mysticæ Theologiae scripsit qui ijs præsertim, qui vitam contemplativam dant operam, atque ad per-*

*fectionem aspirant, usus esse possunt*. Re-cognitus quoad antennis liber, & secundò jam excusus, tertio prodijt in lucem, opera Brunonis Loheri, Carthusiæ Agripinensis Procuratoris, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, ab eodem, quæ fuit ejus pietas, dicatus, Beato Ignatio Loyolæ (qui tunc erat superstes) Fundatori Ordinis nostri, ac reliquæ Societati nostræ. Demùm anno millesimo quingentesimo octuagesimo quinto; cum omninò expediret, ut hoc opus altioribus referretur sensibus, tum castigationem, tum præmunitum, aliquibus cautionibus versari tutius posset, propterea id Sanctæ Sedis Apostolicæ cura perfectum est. Primum enim Theologi plures cum libe præstitissent, addita est deinceps introductio ad doctrinam secundi libri per necessaria à Petro Paulo Philippo, Theologo. eximio, Ordinis Prædicatorum, quamvis etiam antea extaret altera Petri Blomovenna Carthusiani ad eundem secundum librum perutilis, & copiosa. Factum est autem postea, præcepto ejusdem Sanctæ Sedis, ut nemo ederet, legeretve Theologiam hanc mysticam identici Herpij, nisi esset ad postremam Romanam emendationem aptata. Ac licet introductiones illæ Philippi, & Blomovennæ præfixæ sint secundo libro, præstat, tamen, ut prælegantur, antequam primus liber decurratur. Nam & Herpij scopus in suis libris, & verba pleraque sublimiora, quæ scrupulum multis possent injicere, & profundior illa contemplandi via, quæ incautus, aut minimè capaces possent in avia deducere, ac sanctitas ipsius Viri, qui hanc tradidit, inde innotescunt, aut declarantur.

Cæterùm operis hujus liber primus, seu pars prima Divini amoris, spirituumque nuptiarum *Epithalamium* continet, quo Canticum Canticorum Salomonis etiam exponitur. Itaque Divini amoris *Inflammativa* (ut ille vocat) comprehenditur; videlicet: De Filij Dei Incarnationis, Conversationis, Passionisque Mysterijs, ac fructu: deque institutione, & usu Sacramentorum.

Secunda verò pars, quæ prænotatur *Directorium aureum contemplativorum*, agit de vitæ activæ preparatione, atque ornatu, & de amabili ad Deum conversione: deinde de præparatione, atque ornatu vitæ contemplativæ spiritualis, ejusque impedimentis. Denique

de Præparatione, atque ornatu vitæ spiritualis supereminens, de ipsius dignitate, deque operatione Sanctissimæ Trinitatis in supremæ animæ viribus.

At quidem secunda hæc pars ab Authore Germanicè conscripta, & deinceps Latinitati donata à Blomovenna Carthusiano fuit, denique Italicè versata plures ante annos, minus aptè, ac sine ea, quæ omninò erat necessaria, prævia face, sive introductione, sed novissimè Benedictus Oslanda Mantuanus, qui ad Carthusianum Ordinem probus juvenis accessit, vtrumque accuratè vertit; ita ut si quis hanc partem versata re viderit commodius sit percepturus.

Tertia postremò pars inscribitur *Eden, sive Paradisus Contemplativorum*, quæ licet eadem continet, & quidem fufsius) quæ in secunda parte extant, pars tamen secunda videtur esse utilior, quod in ipsa plenior, ac planior ordinè agatur de ijs, quæ ad perturbationes animæ sedandas attinent, hoc est, ad mortificationem, & ad activam vitam, tam, atque spirituale contemplativam, quoad vires animæ inferibres.

At prudente Doctore eger, qui perfectionis semitas istas ingreditur. Et verò, ut nonnulla secundæ partis capita, pluribus prodelle possunt, nimirum quæ ad vitandas mutationes, ad virtutes morales consequendas, ad dona Spiritus Sancti spectant, sic reliqua non sunt omnium, neque exigui temporis, nec ejusdem Ordinis, ut continenter agenda sint, quemadmodum sunt polita. Quod præmonuit sapienter Petrus Paulus Philippus in ea, quam diximus introductione ad secundam partem, commendans in plerisque hujus Authoris capitibus lectionem, & rationem meditando, quam Ludovicus Granarensis sui Ord. vtilissimè, atque ad omnium captum proposuit, nec sanna respiciens istam Herpij, si qui ei rectè, ac sine periculo velint insistere. Hæc Posslevinus. Parisiis apud Nivelliam, anno 1598. prodijt in *Index expurgatorius Theologiae Mysticæ ad exemplar eorundem librorum Romæ impressorum collectus opera Carthusianæ Familiae*. Vidi. Scripsit insuper:

*Sermonum de Tempore, & per Quadragesimam*, lib. 1.

*De Sanctis, & per Adventum*, lib. 2. Haganonæ in fol. 1509. & alibi. Lege Librorum

rum S. J. in Trifagio Mariano. In ijs, ait laudatus Bail, parte 3. suæ Bibliothecæ Concionatorix, cap. 71. Ad populum declamandis celebrerrima fuit opinionis, cum esset Vir extaticus, & divinis meditationibus assidue desinens, &c.

*Speculum aureum in decem precepta Decalogi.* Editio prima facta est Moguntix typis Petri Schoeffer 1474. in fol. Vidi. Item Basileæ per Joannem Frobenide de Hamelburg. anno 1496. & Argentinx per Joannem Koneblancum, anno 1520. in 4. *Invenio altam legem.*

*Speculum perfectionis.* Incipit: Gratia D. N. Jesu Christi. Venetijs 1524. Habuit Uvadingus vnum exemplar manuscript.

*Directorium aureum contemplationum* ab eodem Blomovenna latinè redditum.

*Tractatum de modo fructuose recitandi Rosarium.*

*Tractatum de Effusione cordis.*

*Collationes tres de perfectione vite, sive compendium directorij.* Antuerpiæ, & Conionix anno 1536.

*De tribus poenitentis partibus.*

*De triplia Adventu Christi.* Ex Uvad.

*Prolixas duas Oraciones de Passione Domini.* Habentur M. S. prope Bruxellas in Monasterio Viridis Vallis Canonic. Reg. S. Augustini, teste Sandero, part. 1. Bibliothecæ Belgicæ.

*De tribus Vijs.* Coloniae 1536. Ex Dupino, sæculo 15. nisi indistinguishatur à præfacto opere, de tribus poenitentis partibus. Eum commendant Labbeus, Sixtus Senensis, Cardinalis Bellarminus in suis de Scriptoribus, ac pluribus Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 22. Februarij, §. 4.

**HENRICUS DE HUDA,** Anglus, Prov. Angliæ, & Custodiæ Novi Castri alumnus, inedita reliquit:

*Commentaria in quatuor libros Sententiarum.* Ex Fr. Angelo à S. Francisco, Uvadingo, & Sannig in suis Syllabis. Claruit circa annum 1530.

**HENRICUS JANUENSIS,** Minorita, conscripsit:

*Sermones varios.* Asservantur M. SS. in Bibliotheca Conventus Alsij, Uvadingo teste.

**HENRICUS DE JONGHEM,** Belgæ, strictioris Observantiæ Recollectorum Provincie Germaniæ inferioris, Lector Jubilatus, Ex Definitor, ac Custos, Vir Sacris Litteris probe excoltus, non poenitenda condidit, tum latinè, tum Flandicè. Ea sunt:

*Litteralis Elucidatio in Job.* Antuerpiæ 1661. in 4. apud tom. 2. Bibliothecæ Theologicae Martini Lippenij, pag. 110. Vidi.

*Marianum Hasselctam, seu Historia miraculosa Imaginis, & Capellæ, necnon Fratemitatis insignis B. Mariae Virginis apud Hasselctenses.* Antuerpiæ 1660. in 8. Apud eandem Bibliothecam ibidem pag. 242. Vidi.

*Vera Fratemitas declamanda Confratribus Sodalitatum S. Rosarij Dominicani, S. Scapularij Carmelitani, S. Zone Augustiniani, S. Funiculi Franciscani,* pro Congregationibus Menstruis Sodalium prædictorum. Opus morale completens materias omnium virtutum, & vitiorum hominibus quorumlibet statuum applicabiles, cum indicibus copiosissimis. Antuerpiæ apud Petrum Bellerum 1662. in 4. Regali. Vidi.

*Medulla Evangelica per Christum dictata S. Francisco in sua Seraphica Regata, expressa moraliter per R. P. Fr. Bonaventuram Dernoij Ora, Fratrum Minorum Recollectorum Provincie S. Joseph. in Comitatu Flandriæ Ministram, & figuris Sacre Scripturæ illustrata, stylo donata suaviori, ac tribus indicibus, nempe Concionam pro omnibus Dominis, & festis per annum locupletata.* Antuerpiæ per eundem, anno 1657. in fol. Vidi. Præfixit *Vitam laudatæ Fr. Bonaventura.*

*Nuptia Agni, seu Exhortatio ad Religiosos pro Sacris Vestitionibus, Professionibus, & Jubileis.* Ibidem 1667. in 4. apud Bibliothecam Tellerianam. Alia autem scripsit, quæ in lucem edita manibus Belgarum teruntur Authore mihi Fr. Carolo de Coudenhove in sua Compilatione Chronologica ejusdem Provincie M. S. Matrili in Archivio Generali Ordinis, nempe:

*Devotionalia.*

*Pro Novena S. Antonij de Padua cum quibusdam ejusdem Sancti miraculis.*

*Opusculum de Regina Angelorum,* Flandricè. Laudatur à Jacobo Le-Long, pag. 799. suæ Bibliothecæ Sacræ, & Marracio in Appendice.

**HENRICUS LEODIENSIS,** Minorita, Flander Commentarijs exornavit:

*Quatuor Evangelia.* Scripsit etiam, & eruditè:

*De Augustissimo Altaris Sacramento.* Ex Uvadingo, & Le-Long ibidem. fol. 778.

**HENRICUS LOCHIUS,** Minorita, cum

cum alijs sex Patribus suæ Provincie Colonienfis edidit supplicem libellum pro revocando titulo Immaculate Conceptionis. Incipit: Sanctissime Domine pervenit ad has extremas Ecclesie in Germania partes, &c. Extat in fol. in Archivio Gandensi apud Minores, teste nostro Alva, col. 593. suæ Militiæ Universalis.

**HENRICUS MAUROY (MAUROX)** apud Possivinum Gallus Prov. Franciæ, Custodiæ Campaniæ, & Conventus Trecentis alumnus, Concionator facundissimus, litteris Græcis, Hæbraicis, & Latinis non mediocriter excoltus, & in lectione Doctorum Hæbreorum optimè versatus, cum in Ecclesia Toletana statutum fuisset, ne ad eas Sacerdotia, aut beneficia admitterentur, qui maculato erat sanguine, edidit:

*Apologiam pro Judæis Christianis, & ijs, qui ex reliquijs Patriarcharum piè, & sanctè de Christo Jesu, & Fide Catholica sentiunt, in Archiepiscopum Toletanum, & affectus ejus, istos a suis Ecclesijs, & beneficijs Ecclesiasticis excludentes.* Prodiit liber Patilij primus apud Michaellem Feozendat in domo Altetrica, anno 1552. Ibid. per Vincentium Gautheret 1553. in fol. parvo. Ibidem 1563. in 4. Vidi.

*Schemata graduum cognationis Christi.* Extat ibidem in extremo libro.

*Conciones doctissimas tribus partibus absolutas à Dominica Septuagesima, usque ad Dominicam infra Octavam Ascensionis.*

*Conciones pro Dominicis, & festis Adventus.*

*Commentaria in Epistolam Pauli ad Hebræos.* Extant omnia M. SS. in Bibliotheca Conventus Trecentis, testibus Uvadingo, Le-Long, pag. 853. Dupino in Supplemento, tom. 3. Ex his liquidò constat perpetuam scripsisse Nicolaum Antonium, tom. 1. suæ Bibliothecæ Hispanæ, cujusdam Hispani, sed cum laura, esse Apologiam præfactam.

**HENRICUS A MERBURCH,** sive **MERPURGENSIS,** Minorita, scripsit:

*Summam casuum conscientia.* Incipit: Sicut, &c. Ex Uvadingo, & Tosigniano. Claruit circa annum 1368. Eum adscribit Illustribus Scriptoribus Minoritis Fr. Augustinus de Uvite in sua Genealogia, fol. 57.

**HENRICUS A MONTE JARDINO,** Genuensis, Minorita eruditus, posteritati commendavit:

*Commentarios in Joannem.* Tom. II.

*In Evangelia totius anni.* &c. &c. &c.

*Quadragesimalia quinque.*

Primum incipit: *Assumpsit Jesus duodecim Discipulos.* Secundum: *Convertimini ad me.* Tertium: *Cum jejunatis.* Quartum: *Sapiens Magister.* Quintum: *Erant mirantes.* Floruit sub an. 1350. Eum commendant Tosignianus, Uvadingus, Le-Long, pag. 771. ac Illustrissimus Paulus Britius in suis Monumentis Subalpinæ Provincie D. Thomæ, lib. 3. fol. 290.

**HENRICUS DE OXONIO,** Anglus, Vir, tum in profanis, tum etiam in Sacris disciplinis insigniter exercitatus, magnæ pietatis, paris etiam apud suos auctoritatis fuit. Hæc in causa fuerunt, ut honoratam inter omnes tueretur existimationem; & alijs regendis, ac instituendis præficeretur. Erat etiam Divini verbi præco non vulgaris, & in his omnibus se Virum bonum, doctum, & strenuum semper præbuit, maxime in Concionibus, in quibus cum de honore Dei ageretur, nec Principes quidem personas redarguere verebatur. Tandem ad perpetuam sui nominis memoriam, & posterorum utilitatem, teste Henrico Uvillorj, & alijs, scripsit:

*Sermonum Dominicalium,* lib. 1.

*Sermonum Festivalium,* lib. 1. Ecce Sponsus venit.

*Sermones FERIALES,* lib. 1. Quæ opera ferunt, aliquandò servata fuisse Radigæ in Cœnobio Sancti Francisci, usque ad exterminium Monasteriorum in Anglia, sub Rege Henrico VIII. sed de tempore, quo floruit hic Author, nihil est compertum. Hæc Uvadingus. Idem etiam testantur Pitseus, Fr. Angelus à S. Francisco in suis Syllabis, ac Possivinus.

**HENRICUS PALUDANUS,** Minorita Leodiensis, Latinè reddidit, Hispanicè elaborata à Fr. Didaco de la Vega Minorita:

*Conciones, & pia exercitia totius anni.* Coloniae 1606. & 1610. Venetijs 1612. Extat hujusce mentio apud Uvadingum, & Fr. Petrum de Alva in sua Militia Universalis, col. 594.

**HENRICUS PIPINUS,** Flander, Vir qui tam ardenti perfectionis Christianæ flagrabat amore, ut de virtute in virtutem procedens, semper se melior fieri contenderet; incredibili dicendi facundia floruit multis in Civitatibus, potissimum Antuerpiæ ante crudeles Gesiorum motus, quos aliquoties de suggestu vaticinatus est subsecuturos. Fuit & in

Angliam missus ad annum circiter millesimum quingentesimum quinquagesimum quartum, cum Philippus Secundus, Rex Hispaniarum, Mariam, Eduardi Regis Angliæ Sororem, in uxorem duxisset, ut ejus Concionibus Teutones confirmarentur in avita fide, & alij ad Catholicam Religionem, quam Authore Henrico VIII. multi deseruerant, reverterentur. Nunquam visum ab hominum memoria in celebri, amplissimoque Templo Minorum Antuerpiæ, tam frequens auditorium, quam dum ipse concionabatur. Vicarij, Guardiani sæpè laudabiliter perfunctus munere, tandem Prov. Germaniæ inferioris salutatus est Minister. Reliquit plura prælo digna, inter quæ,

*Sermones per totius anni circulum.* Edidit Belgicè librum Francisci Veruoorii, cui titulus: *Vestis nuptialis amoris Dei.*

Fugiens Geusiorum crudelitatem, rebus penè toto Belgio turbatis, dum ad mortem diligentissimè quæreretur, mortuus putatur Castellbergæ in Flandria ad annum millesimum quingentesimum octuagesimum. Hæc Posslevinus, & Uvadingus.

**HENRICUS QUIDAM**, Minorita, scriptor:

*Conciones varias de B. Virgine.* Fides sit apud Paulum Gryfaldum, alphabeto 6. fol. 245. in Classe de Fratibus Minoribus.

**HENRICUS REGIUS**, Paderbornensis, Provinciæ Saxonice Sanctæ Crucis alumnus, Guardianus Suerinensis Conventus, publici juris fecit opus egregium, cujus inscriptio:

*Biblia Alphabetica in hanc Encyrtidij formulam, ea ratione redacta, ut sub qualibet alphabetici ordinis littera, novi, ac veteris instrumenti auctoritates, etiam à monosyllabis, & partibus indeclinabilibus initium sumentes, candidus Lector prima fronte reperiat, additis nihilominus capitum, locorumque citationibus: Opus ante hac nunquam excusum, & majoribus (ut vocant) Concordantijs longè locupletius, tum perfectius per venerandum P. Henricum Regium Paderbornensem Guardianum Suerinensem Provinciæ Saxonice S. Crucis pro Del. Opt. Maximique honore recens elaboratum. Colonice, opera, & impensis Melchioris Novesiani, anno 1535. in 4. magno. Vidi. Opus, uti observat Uvadingus, ut aliqui putant locupletius, & commodius inventioni, quam sint majores Concordantiæ. Eum commendat Dupi-*

nus, ac novissimè P. Graveffon, tom. 7. suæ Historiæ Ecclesiasticæ, sæculo 17. fol. 471.

**HENRICUS SEDULIUS**, Cliviæ, quæ primaria est Ducatus Cliviensis Civitas, natus, diversis in locis Guardianus, multarum Provinciarum Commissarius, bis Minister Provinciæ Germaniæ inferioris, & totius Ordinis Definitor, Serenissimi Principis Ferdinandi Austriaci Ducis Bavaricæ ad Paulum Quintum Legatus. Georgium Macropedium Præceptorem habuit in humanioribus, & in Religiosis exercitijs Henricum Pipinum, qui eum ad Ordinem recepit. Vir erat pius, venerationis, & doctus, quem Uvadingus in Comitibus nostris generalibus, anno millesimo sexcentesimo decimo octavo habitis Salmanticæ cognovit, & reverentèr suspexit. Prædicator erat celebris, ac disertus, in Historijsque Ecclesiasticis, & Sanctis Patribus versatissimus. Plura scripti opuscula, quorum hæc recensio:

*Speculum disciplina Sancti Bonaventuræ correxit ad vetera exemplaria*, jam tertio procusum Antwerp. ex Officina Plantin. 1597. in 8. Vidi.

*Sancti Ludovici, Caroli Secundi Siciliæ Regis filij, ex Ordine Minorum Episcopi Tolosani vita.* Ex Officina Plantin. anno 1602. in 8. Vidi.

*Elogia in Sanctorum Imagines, qui ex tribus Ordinibus S. Francisci relati sunt inter Divos.* Antuerpiæ 1620. Vidi.

*Proscriptiones adversus hereses.* Antuerpiæ, typis Moreti anno 1604. in 4. & 1606. Vidi.

*Apologeticus adversus Alcoranorum Franciscanorum pro libro Conformitatum.* Ex officina Plantiniana anno 1607. in 4. Vidi.

*Diva virgo Mose Trajectensis, in qua de Sacrarum Imaginum antiquitate, usu, & fructu, de supplicationibus, sive processionibus Ecclesiasticis, & nonnullis alijs ritibus prisicis, ac novis, admiranda à D. Virginis Imaginibus superioris ætatis, à Diva Mose Trajectensi miracula avi nostri ex fide conscripta.* Ex officina Plantiniana, anno 1609. in 8. Vidi.

*Historia Seraphica, in qua S. Francisci aliorumque Sanctorum, qui tribus in Ordinibus ab eo instituti vita cum notis continentur, necnon Acta B. Joannis à Capistrano; & martyria Fratrum Provinciæ Germaniæ inferioris Alcmariensium, Gorcomiensium, caterorumque, qui variè Catholica Religionis ergo propugnatè crudeliter*

*Febilibus hereticis sunt interfecti.* Antuerpiæ ex officina Martini Nutij, anno 1613. in fol.

*Descriptio Prov. Germaniæ inferioris, ejusque Martyrum, & Scriptorum.* Habetur M. S. Antuerpiæ apud Minores, ejusque exemplar habuit Uvadingus. Præter ista à Uvadingo laudata extant ejusdem Sedulij.

*Vita S. P. N. Francisci scholijs illustrata.* Antuerpiæ 1598. in 8. Regali.

*Vita ejusdem S. P. N. Francisci cum Imaginibus*, quam dedit RR. P. Fr. Francisco à Tolosa, totius Ordinis Generali Ministro, anno 1587. Vivere desijt septuagenario major 26. Februarij, anno 1601. in Choro Antuerpiensis Cœnobij sepultus. Eum commendat Justus Lypsius centur. r. selectarum Epistoliarum, epist. 28. *Librum tuum*, inquit, accepi, neque vno, nomine libens vidi. Quia argumentum pium erat, quia de Capite, & Principe Ordinis vestri erat, quia à te ipso erat, quem jam pridem cum veneratione quadam (seriò loquor) amo. Vidi igitur libens, & legi libentius: ita me & res, & ipsa scriptio tua, & judicium trahebant. Multa opportunè miscuisti, ad fidem, ad intelligentiam, ad vitam, & mores: quam partem in his scriptis ego maximè requiro, & amo. Non dicam de stylo tuo, qui gravis simul, & præter communem morem disertus est; sed illum adesse, & si gaudeo; tamen si absit, ipsa etiam res sic tractata deleat. Ordo, & judicium, & optimus ille finis, ea sunt, quæ in pietatis me capiunt; & tum maximè, cum à spirante animo, & incenso veniunt, & qui sentire se ostendit, quæ dicit. Fateor me ijs moveri, trahi, rapi, fac me tu sæpè mi Pater, & in Dei honorem, & nostrum bonum, scribe. Loquentem olim audivi cum fructu; recognosco nunc inscriptione. Quod dixi, amo te, & venero: tu illud prius, tu mihi facito, & precibus etiam juva, &c.

**HENRICUS SEIFRIU**, Germanus, strictioris Observ. Reformatorum alumnus in Provinciâ Tyrolis, sermone patrio scriptor:

*Opuscula varia de Confraternitatibus septem Dolorum B. Virg. Mariæ, & Choro digitorum S. Francisci.* Attestatur oculatus testis Fr. Felix Reynucius in descriptione Provinciæ Tyrolis, quam latine sermo Tom. II.

ne composuit, & M. S. in fol. legi Martini in Archivio Generali Ordinis.

**HENRICUS SEYNENSIS** (de SEYNIS apud Dupinum, sæculo 17.) Capuccinus, natione Gallus, Provinciæ S. Ludovici alumnus, & Concionator; qui, non vulgari insignitus doctrina, & ingenij acumine, Sacram Theologiam per plures annos Domesticis exposuit, salvandarumque gentium zelo fervens, præclariorum operum, splendoribus illustratus, celebriter declamando, Evægelicæ doctrinæ fulgorem emisit: scripsit Latine librum Regularibus, tam Superioribus, quam Subditis, præsertim Capuccinis perutilem, cui hunc apposuit titulum:

*Prælatus Religiosus Commitiorum Regularium Conventuum Præsident agens, & in visitatione spiritum, & vitam subactis suis administrans.* Parisijs apud Dionysium Thierry, anno 1672. in 8. In hoc libro agitur de qualitatibus eligendorum De gravitate, & forma electionum: De reciproca superiorum, & inferiorum ad invicem obligatione; & de alijs hujusmodi, tam istos, quam illos conducentibus. Scripsit etiam opus Concionatorium sub hoc titulo:

*Annus Ecclesiasticus Concionatoribus quadripartitus, seu Conciones predicabiles in Dominicis, & festa per totius anni decursum, & ab Adventu ad Adventum prædicari solita.* Vidi. Est opus universis animarum Rectoribus, & Divini verbi Præconibus, ac Catechistis utilissimum: quippe in quo, de Sacrificio Passionum, de exercitio Virtutum, de perfectione Christiani per Fidem, Spem, & Charitatem, & per Sacramenta: de medela vitiiorum, de Mysterijs Jesu Christi, & B. Mariæ Virginis, & aliorum Sanctorum, & de alijs materijs per ferias Adventus, & Quadragesimæ, per Octavas Sanctissimi Sacramenti, & Commemorationis Defunctorum, æque, ac de Dominicis, & Festis per totius anni decursum occurrentibus diffusè agitur, tom. 4. in folio. Colonice Agrippinæ sumptibus Joannis Uvilmè Friessem Junioris, anno 1677. Parisijs apud Edmundum Cauteror, eodem anno

*Specimen perfectionis Christianæ in triplici statu Seculari, & Ecclesiastico, in quo Sermones varij Morales stylo moderno, cum suis reflexionibus continentur.* Parisijs in 8. anno 1683. & 1680. Vidi. Germanicis pagina 147. ac Ludovicus Moreri in suo *Dictionario Gallico.*

HENRICUS STANDICIUS, Anglus, Sacrae Theologiae Doctor, & tandem Episcopus Aflaphensis, Vir pietate, & doctrina clarus, Catholicae Religionis strenuus propugnator, omniumque haereticum juratus hostis, in suis Concionibus Haereticorum argumenta, & errores nervosè refutare solebat; & inter alios Erasmus Rotherodamum temerariae doctrinae nominatim aliquando arguebat. Pauca tamen ejus scripta reperio, licet eum plura scripsisse constet. Hos saltem operum titulos Uvillotus recenset, cui adhærent Fr. Angelus à S. Francisco, & Uvadingus in suis Catalogis.

*Sermones ad Populum.*

*Contra Versionem novi Testamenti factam per Erasmus.* Londini mortuus, & sepultus est in senectute bona, circa ann. 1520. Pertractant de eo Pitseus, Le-Long pag. 971. suae Bibliothecae Sacrae, ac Lequie tomo 2. Terlegisl. tract. 6. lib. 11.

HENRICUS DE VILLALOBOS, Hispanus, Patria Zamorensis, Lector Jubilatus, ac Pater Compottellanae Provinciae Regul. Observantiae, valde delectatus studio Juris Canonici, statuit materias praecipuas Theologiae Moralis doctè, solidè, & clarè, ad facilitiorem methodum redigere, quod quidem, post triginta annorum vtriusque Theologiae Scholasticae, & Moralis professionem, feliciter perfecit. Edidit itaque *Tomos duos*, sed lingua Hispanica (qui Gallicè, Italicè, & Latine traducti habentur in pretio) dedicavitque Antonio de Trejo, Episcopo Carthaginis Spartariae olim Philippi Tertij apud Paulum V. Oratori, & Ordinis Minorum Vicario Generali. Prima impressio Hispanica prodijt Salmanticae apud Didacum de Còsio, anno 1623. Gallica verò, Interprete Fr. Leone Baccone, Provinciae Aquitaniae, Parisijs anno 1646. In Hispania verò factae sunt iteratae editiones. Editio 13. auctior, & correctior facta est Mattij, anno 1682. typis Bernardi de Villadiego, tom. 2. in fol.

\*\*\* \*\*

\*\*\* \*\*

\*\*\*

## TOMUS PRIMUS:

CONTINET TRACTATUS  
viginti novem, quorum hic exhibemus indiculum.

Tractatus Primus est, de *Conscientia*;  
Secundus, de *Legibus, Constitutionibus*  
& *Dispensationibus*.  
Tertius, de *Peccatis in genere*.  
Quartus, de *Sacramentis in genere*;  
Quintus, de *Baptismo*.  
Sextus, de *Confirmatione*.  
Septimus, de *Eucharistia*.  
Octavus, de *Missâ*.  
Nonus, de *Sacramento Pœnitentiae*.  
Decimus, de *Sacramento Extremæ*  
*Unctionis*.  
Undecimus, de *Sacramento Ordinis*.  
Duodecimus, de *Sponsalitijs*.  
Tertius decimus, de *Sacramento Ma-*  
*trimonij*.  
Quartus decimus, de *impedimentis Ma-*  
*trimonij, & ejus dispensationibus*.  
Quintus decimus, de *Divortijs*.  
Decimus sextus, de *Censuris Ecclesiasticis in genere*.  
Decimus septimus, de *Excommunicatione*;  
Decimus octavus, de *Suspensione*.  
Decimus nonus, de *Interdicto*.  
Vigésimus, de *Cessatione à Divinis*.  
Vigésimus primus, de *Irregularitate*.  
Vigésimus secundus, de *Eleemosyna*.  
Vigésimus tertius, de *Jejunio*.  
Vigésimus quartus, de *Oratione, & Ho-*  
*ris Canonicis*.  
Vigésimus quintus, de *Clavibus spiri-*  
*tualibus Ecclesiae*.  
Vigésimus sextus, de *Indulgentijs*.  
Vigésimus septimus, de *Bulla Cruciatæ*.  
Vigésimus octavus, de *Bulla Defunc-*  
*torum*.  
Vigésimus nonus, de *Bulla Compositio-*  
*nis*.

## TOMVS II.

CONTINET TRACTATUS  
vnum & quadraginta.

Primus est, de *Fide Christiana*;  
Secundus, de *virtute Spei*.  
Tertius, de *Charitate*.

De *Eleemosyna, & Operibus Misericor-*  
*diae* agit remissivè.  
Quartus, de *Correctione fraternâ*.  
Quintus, de *Bello*.  
Sextus, de *Prudentia*.  
Septimus, de *Justitia, & Jure*.  
Octavus, de *Acceptione personarum,*  
& *Beneficijs Ecclesiasticis*.  
Decimus, de *Dominio*.  
Undecimus, de *Restitutione*.  
Duodecimus, de *Homicidio, & Muti-*  
*latione*.  
Tertius decimus, de *Furto, & Rapina*.  
Quartus decimus, de *Justitia Judicis*.  
Quintus decimus, de *Justitia Accusa-*  
*toris*.  
Decimus sextus, de *Justitia rei*.  
Decimus septimus, de *Justitia Testis*.  
Decimus octavus, de *Justitia Advocati*.  
Decimus nonus, de *Contractibus in ge-*  
*nerè*.  
Vigésimus, de *Promissis, & Mune-*  
*ribus*.  
Vigésimus primus, de *Emptione, &*  
*Venditione*.  
Vigésimus secundus, de *Mutuo, &*  
*Usura*.  
Vigésimus tertius, de *Censibus, & an-*  
*nuis Redditibus*.  
Vigésimus quartus, de *Cambijs*.  
Vigésimus quintus, de *Locationibus, Con-*  
*ductionibus, Emphyteusi, & Feudo*.  
Vigésimus sextus, de *Contractibus So-*  
*rietatis*.  
Vigésimus septimus, de *Contractu do-*  
*tali*.  
Vigésimus octavus, de *Ludo, Sponso-*  
*ribus, & sortibus*.  
Vigésimus nonus, de *Contractibus mi-*  
*noribus, & quasi contractibus*.  
Trigésimus, de *Testamentis, & ultimis*  
*voluntatibus*.  
Trigésimus primus, de *Sepultura Ec-*  
*clesiastica, & portione Canonica, seu quar-*  
*ta funerari*.  
De *Oratione, & sacrificio remissivè*.  
Trigésimus secundus, de *Festorum Ob-*  
*servatione*.  
Trigésimus tertius, de *Decimis, Primi-*  
*tij, & Oblationibus*.  
Trigésimus quartus, de *Voto*.  
Trigésimus quintus, de *Statu, & votis*  
*Religiosorum*.  
Trigésimus sextus, de *juramento*.  
Trigésimus septimus, de *Simoniam*.  
Trigésimus octavus, de *Superstitione,*  
& *Magia*.  
Trigésimus nonus, de *Peccato tentan-*  
*Tom. II.*

tium Deum, de *Sacrificio, & de Immuni-*  
*tate Ecclesiastica*.

Quadragesimus, de *Vitijs Capitalibus*.  
Quadragesimus primus, de *Preceptis*  
*Decalogi*.

De *Preceptis Ecclesiae remissivè*.

*Compendium suae Summae*. Salmanticae  
1625. in 8. Pampilone 1625. Oscae apud  
Petrum Bluffon 1630. Mattij apud Fran-  
ciscum Martinez 1643. & apud Didacum  
Diaz de la Carrera 1653. in 8. ac typis  
Marix de Quifiones 1650. Demùm ipsi  
attribuit opus praenotatum:

*Candelabrum aureum de Sacramentis, &*  
*Censuris*, R. P. Claudius la Croix, tomo  
Theologiae Moralis in explicatione AA.  
qui in suo opere referuntur. Obijt Sal-  
manticae Henricus hic circa annum 1627.  
meritò commendatus ab ejus Discipulo  
Fr. Matthaeo de Sofa in Catalogo AA.  
praefixo suo tomo 1. in 1. Sentent. Uva-  
dingo, Nicolao Antonio, Dupino, ac P.  
Joanne de Alloza, qui in cunctis paginis  
sui Alphabeti Moralis eum citat.

HENRICUS UVERLIUS, alijs  
VERKLEIR, Provinciae Colonienfis Mi-  
nister, & ejusdem Universitatis Doctor,  
scripsit:

*In lib. quatuor Sentent.*

*De Potestate Ecclesiastica, lib. vnum;*

*Quaestiones in Universalia Porphyrij.*

*Sermones varios*, quorum, qui de Pas-  
sione Domini est inscriptus, magnopere  
probat. Vivebat sub Eugenio IV. tem-  
pore Concilij Florentini. Ex Tosigniano,  
Uvadingo, & Possævino.

HENRICUS UVILLOT, ex Oppi-  
do, quod dicitur à *Fontibus Episcopi*, si-  
vè *Fontaine l'Esuefque* in finibus tractus  
Leodiensis, in Belgio Provincialis, &  
Commisarius Generalis Ordinis saluta-  
tur. Coloniae Grammaticam, Audoma-  
ropolis Rethoricam, Lillianum Collegium  
Lovanijs Philosophiam contulere. Parisijs  
clarissimis Theologiae Doctoribus operam  
dedit, styloque signavit:

Ogdoada 11. *Homiliarum de Sanctiss-*  
*ima Eucharistia Sacramento*. Duaci, &  
Leodij anno 1592. in 8.

*Epitomen Concionum*. Lovanijs typis Ma-  
tij.

*Notas ad Monomachiam Christi incuncta-*  
*tam*.

*De Enoch, qui apud Judam Apostolum*  
*de extremo judicio prophetizavit*. Leodij  
anno 1598. in 8. Insupèr opus praenota-  
tum:

*Athenae Orthodoxorum sodalitijs Francis-*  
*ca*



*eni, qui vel selecta eruditione, vel floridore eloquentia, vel editis scriptis, Sanctissimæ Dei Sponsæ Romanæ Ecclesiæ operam navarunt, sive liber de Scriptoris Ord. S. Francisci.* Leodij apud Arnoldum à Confuvarenia 1598. in 8. Altera editio, Antuerpiæ apud Petrum Bellerum 1600. in 8. Opus hoc jubente Francisco Gonzaga, Episcopo Mantuano, olim Ordinis Generali Ministro compositum, auctum fuit à Uvadingo, quibus impræsentiarum debitor sum.

*Conciones de Indulgentiarum vi, natura, & antiquitate, habitas Namurci, Gallicè, in sodalitate Cinguli S. Francisci.*

*Varios fidelis Sponsæ affectus cum 24. Iconibus.*

*Orationem in Exequijs Helena de Melam, Comitissæ de Barlemontio conjugis. Laudatur post Possévinum, & Uvadingum à Dupino, Teisserio, & Lequile superius memoratis. Commendatur præcipuè ad calcem sui Athenæi, de quo ita legitur:*

*Verè Palladas in te contemplor Athenas  
Hæ Mussas, tuas sed pagina jactas Avos,  
&c.*

**HERMANNUS BERGH**, Germanus, Juliensis, Sacræ Theologiæ Lector emeritus, declamavit:

*Orationem de directione vite humana in funere Joannis Vernertij, Comitissæ de Tewyn, Baronis de Ambstenraeds, quæ prodijt Colonia anno 1643. Ex Uvadingo.*

**HERMANNUS BRUCHER** (BRUCHEN Possévinus) Nortusianus, Minorita, doctrina; & eloquentia clarus, scripsit:

*Sermones de Sanctis quamplurimos, teste Eysengrenio, qui ad ann. 1376. vixisse affirmat. Ex Tosigniano, & Uvadingo.*

**HERMANNUS GERMANUS**, Minorita, vti ex Aventino, lib. 7. Annalium Bojorum narrat Uvadingus, exaravit:

*Vitas Romanorum Pontificum.*

**HERMANNUS JANSSENS**, Belgæ, ex Provincia Germaniæ inferioris, strictioris Observantiæ Recollectorum, Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, actualem Sacræ Paginæ Professore agens, stylo signavit perutile opus, præcipuè adversus Jansenistas, cujus inscriptio:

*Prodromus Sacer rectam preparans sententiam ad varia Biblica Sacra, Belgico idiomate, impressa utiliter emmendanda, atque de novo, juxta mentem, & Decretum Clementis VIII. tuto, & ritè imprimenda.*

Antuerpiæ apud Alexandrum Everaerts, anno 1731. in fol. parvo. Vidi.

**HERMANNUS**, Minorita, absque villo cognomine,

*Chronicon* condidit, quo M. S. se vsuam is proficitur, qui Abbati Urspergeni paraisipomena adjecit. Ex Joanne Vofsio *de Historicis Latinis*, agente de AA. incerti temporis.

**HERMANNUS MOTT**, Provinciæ Rhenanæ Recollect. alumnus, Novitiorum instructor, opus vtilissimum emisit, cui titulus:

*Manus Religiosorum olim formata, nunc per Verbum Dei, & Sancta SS. Patrum, ac magnorum vite spiritualis Magistrorum documenta paraphrastice explicata.* Colonia Agrippinæ 1669. apud Uvillhelmum Friessem in 8. Vidi. Ejus in capite sub iconem manus extensæ explicat perfectionis viam hac methodo. In palma manus textum Psalmi 118. *Anima mea in manibus meis semper, &c.* Supra pollicem: *Ad quid venisti?* In hujus digiti articulis, respondet: *Non velle meum facere, sed passiones vincere. Sanctamque Crucem tollere. Et in dies proficere.* Super Indicem: *Quid ad te?* In ejus articulis respondet: *Defectum vides quid ad te? Qui stas cura non cadere. Attende tibi nosse te. Mitemque Jesum sequere.* Supra digiti medium: *Est mea culpa.* Et in ejus articulis: *Si cupis esse amabilis. Fatere culpam jugiter. Peccator es, humilia te. Dic, servus sum inutilis.* Super digitum anulare: *Libenter.* Et in articulis: *Omne quodcumque factis. Fideliter ex animo. Hominibus, & Domino. Non servientes oculis.* Supra digitum auricularem: *Deo gratias.* In ejus articulis: *In omni quod obvenit. Laudat semper Dominum. Bonum, malumvè fuerit. Hunc solum spectat terminum.*

**HERMANNUS DE NEEZEMBURG**, Minorita, teste Uvadingo, scripsit:

*Sermones de Tempore.* Consentiant Uvillotus, & Possévinus.

**HERMANNUS DE SAXONIA**, Minorita, ineditum reliquit:

*Librum de Casibus Conscientiæ, asservatum, vti ait Uvadingus, in Bibliotheca Conventus Assisij.*

**HERNANDUS DE MORAGA**, Hispanus, filius, ac Custos Discalceatæ Provinciæ S. Gregorij, Christianitatis Insularum Philippensium indefessus propugnator coram Philippo III. Hispaniarum Rege, eidem obtemperans, conscripsit:

*De rebus, ac moribus Sinarum, Japoniensium, Turcarum, aliarumque plurimum Nationum, peragraverat etenim univrsam ferme Orbem. Prodijt Matrili ex ejusdem Regis præscripto, anno 1619. Plura de hoc Hernando apud Fr. Antonium de la Llave, pag. 1303. Chronic. laudatæ Prov. triennio 13. cap. 4. & seq.*

**HERIBERTUS SALORANUS**, Capuccinus, Natione Theutonicus, Provinciæ Tyrolensis Concionator; Vir doctus, ac religiosa pietate commendatus; scripsit opusculum sub titulo:

*Peregrinatio spiritualis ad Sepulchrum Domini.* Teste Genuensis, pag. 148.

**HERMENEGILDUS DE ALPERA**, Hispanus, in Valentana Provincia Minorum Capuccinorum Concionator, Guardianum agens Conventus Oppidi de Alcira, publicavit eruditam Concionem.

*De Immaculata Conceptione B. V. Mariæ.* Valentia per Franciscum Mestre 1679. in 4. Vidi.

**HERMENEGILDUS DE OLOD**, Hispanus, ex Minoritis Capuccinis Provinciæ Cataloniensis, Vir & doctrina, & virtutibus clarus, scripsit, non autem editit volumen in 8. sub titulo:

*Viridarium Concionum, ac Textuum Sacrorum Bibliorum,* Hispanicè. Vidit M. S. ad prælum maturum, Barcinone in Conventu PP. Capuccinorum, meus Germanus Frater Fr. Petrus à S. Bonaventura, anno 1729.

**HERMES HAUVAERT**, Gallo Brabantus Rotuacenus, strictioris Observantiæ Recollectorum alumnus in Provincia Germaniæ inferioris, Vir doctus, Sacræ Theologiæ Lector Conventus Lovaniensis, scripsit:

*Commentaria in 1. & 2. librum Sententiarum;* quæ M. SS. servantur in Bibliotheca Mechliniensi. Hic aliquandò Vicarij, & Guardiani munere laudabiliter perfunctus, mortuus est Mechliniæ, anno Domini 1567. 12. Decembris. Ex Carolo de Coudhenove in Compilatione Chronologica laudatæ Provinciæ, pag. 12. Uvadingo, ac Bonaventura Baro, tom. 1. Opuscul. part. 14. in Appendice, littera H. & Possévinus.

**HERMOGENES THORIO**, Salernitanus, ex Minoritis Conventualibus, in vitroque Jure insignis edidit:

*Commentaria ad principium Tituli Insuper de Actionibus.* Neapoli ex typographia Dominici de Ferdinando Maccarani, anno 1623. in 4. Pertractat de eo Nicolaus

de Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana.

**HEYLAM BELGA**, Minorita, Antuerpiensis, publicavit in lamina, & charta expansa pulcherrimum, ac succintum opusculum, nempe:

*Vocem Seraphicæ Religionis pro Immaculata Virginis Conceptione cum Authoribus, & Scriptoribus Minoritis.* Granatæ 1625. Lege Fr. Petrum de Alva in sua Militia Univrsali, col. 600.

**HIERONIMA AB ASSUMPTIONE**, Hispana, primitus ex Monialibus Toletani Conventus S. Elisabethæ, fundatrix, demum Manilensis Conventus Discalceatarum in Philippinis Insulis, mulier fortis, de cujus Canonizatione impræsentiarum agitur, suis obtemperans Confessarijs, exaravit:

*Vitam suam,* quam in folio ineditam vidi, ac legi Matrili in Bibliotheca Conventus Regul. Observantiæ. Eandem vitam publici juris fecere V. Martyr Fr. Gennesium à Quesada, ac Fr. Augustinus à Matrilo, Minoritæ, de quibus in hac Bibliotheca, suis litteris. Scripsit insuper opus Mythicum Deiparæ semper Virgini ab Adamitica labe immuni sacrum, quod prænotavit:

*Pyxidicula nautica,* in 4. & in quatuor partes distributum asservabatur olim M. S. in laudato Conventu S. Elisabeth. Commendatur à Fr. Bartholomæo de Latona, cap. 28. sui libri inscripti: *Perfecta Religiosa.*

*Soliloquia devotissima,* ligato sermone ab eodem Latona laudata, fol. 210. ejusdem libri, ex quo commune feci *Soliloquium dectumum*, part. 1. meæ Bibliothecæ Minorum Discalceatorum (quam consulas à pag. 103. vsque 107.) Anno 1630. die 22. Octobris cantantibus Sororibus, *Veni electa mea,* in aternitatem ingressa fuit, eximiam sanctitatis opinionem (miracula mitto) nobis relinquens.

**HIERONYMUS ACETTUS AB URSIS**, strictioris Observ. Provinciæ Brixia: Minister. Scripsit:

*Elaboratam Expositionem questionum Scotti, in Predicamenta Aristotelis.* Bergomi apud Cominum Venturam, anno 1600. Pertractant de eo Uvadingus, ac Sannig. in Synopsis.

**HIERONYMUS DE ALICANTE**, Hispanus, Provinciæ Baticæ Minorum Capuccinorum Concionator, ac Sacræ Theologiæ Professor, Vir generis nobilitate, vitæ integritate, morum gravitate,

hec non putæ doctrinæ ornamentis illustriſſis, ſcripſit Hiſpanico idiomate opus Hiſtoricum ſub hac epigraphe:

*Magnitudines Hiſpanicæ, &c.* In quo agitur de geſtis Regum, & Principum Hiſpaniarum, de Sanctis, de Viris illuſtribus, & de conſimilibus. Hiſpali 1646. tomis 2. in 4. De eo meminerunt Uvadingus, & Genuenſis.

**HIERONYMUS ALVAREZ**, Hiſpanus, in Provincia Conceptionis Regul. Obſervant. Generalis Concionator, emiſſit, quod viderim, Panegyrim de Immaculata Conceptione Virg. ſub hoc titulo:

*Tria miracula in vno.* Pincia per Antonium Figueroa 1707. in 4.

**HIERONYMUS ARELATENSIS**, Gallus, genere clarus, Mediolanenſi Provincia Minorum Capuccinorum adſcriptus, Vir fuit opere, & ſermone admirabilis, ac humilitate, qua Archiepiscopatum Arelatenſem, Ebredunenſem, & Aqueſem ab Henrico IV. ſibi oblatos, reſpuit, inſignis. Inedita reliquit, vti narrat Genuenſis, pag. 149.

*Volumina quatuor Concionum, & Sermonum.*

*Volumen unicum in Sacram Scripturam*, digna certè, quod typis manderentur. Seſpultus eſt Maſſilia, & ob ejus mortem omnes ingemuerunt, multæque Eccleſiæ Metropolitanæ, ſcilicet, Aqueſis, Arelatenſis, Toſana, Maſſilienſis, & Arauſicana, eundem ſolemniſſime exequijs ſunt proſecutæ, ipſeque Episcopos Arauſicanus funebri Oratione hoc themate aſſumpto: *Juſtus, ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*, ſuum hunc intimum dignatus eſt. Hæc laudatus Fr. Dionyſius Genuenſis. Obijt anno 1617. die 2. Auguſti. Pluribus de eo in Annalibus Capuccinorum.

**HIERONIMUS ASCULANUS**. Vita de Nicolao IV.

**HIERONYMUS AVENIONENSIS**, Capuccinus, natione Gallus, Provincia S. Ludovici alumnus; Vir vitæ probatiſſimæ, Concionator magni ſpiritus, Hæreticorum hoſtis acerrimus, ſcripſit:

*Tractatum de Sacramentis Eccleſiæ, & de Sacroſancto Sacrificio Miſſæ contra Calvinistas.* De ejus editione dubitat Genuenſis, ſubdens: *Meritum, & virtutibus divinis, piſſque laboribus in converſione Hæreticorum perſuſis, obiit apud Savenenſes in Oppido S. Ambroſij, dum ibi Miſſionarius Apoſtolicus Fidem Catholicam propagaret anno 1629.*

**HIERONYMUS BALBANUS**, Minorita, quem Lucenſem putat Poſſevinus, edidit:

*Conciones decem*, lingua Etruſca; *Tractatum de Oratione.* Ex Illuſtriſſimo Gonzaga, & Uvadingo.

**HIERONYMUS DE BALBASTRO**, Hiſpanus, Concionator in Valentina Provincia Minorum Capuccinor. ac Guadianus Majoricenſis Conventus emiſſit Hiſpanicè volumen in 8. cui titulus:

*Lux clariffima adverſus hominum fraudes.* Extat hujſce mentio apud Genuenſem, pag. 150.

**HIERONYMUS BARLA**, Nicienſis, Regul. Obſervantiæ alumnus, ac Deſinitor compilavit:

*Summorum Pontificum Decreta, & Conſtitutiones pro Regularibus*, additis nonnullis Notis, impr. Taurini per Joannem Sinibaldum 1662. Ex Athenæo Liguſtico, pag. 239. & Roſcoto in Syllabo Scriptorum Pedemontij.

**HIERONYMUS DE LA BASTIADA**, Gallus, Toſana Provincia Minorum Capuccinorum Concionator, Sacre Theologiæ Profeſſor, Diſinitor, ac Conventus Toſani Præſectus; Vir in Sacris Literis eruditus, ac religioſis moribus decorus, ſcripſit Gallicè, Genuenſi teſte, librum contra Novatores, cujus titulus eſt:

*La ſalut de Rouengue*, tom. 1. in 8.

**HIERONYMUS A S. BONAVENTURA**, Miſſionarius, Provincia Angli canæ Regul. Obſerv. Miniſter, edidit Angli cè librum prænotatum:

*Petrus in naufragio.* Duaci anno 1618. in quo egregiè oſtendit Fidem Catholicam eſſe vnicum remedium ad ſalutem.

*Alia doctæ ſcripſit opera* (teſte Lequile de Scriptoribus qui pro Fide Romana dimicarunt, littera H. num. 6.) quæ in magnum rei Catholicæ detrimentum Hæretici nondum edita diripuerunt.

**HIERONYMUS A S. BONAVENTURA**, Hiſpanus, Concionator egregius, ac Diſinitor Diſcalceatæ S. Pauli Provincia, typis dedit:

*Orationem funebrem in obitu Franciſci Fernandez de la Cueva, Comitis de Alburquerque.* Salmanticiæ apud Lucam Perez, anno 1676. in 4. Vidi. Reliquit M. S. vitam V. Fr. Petri Pauperis ejuſdem Provincia filij, inſcriptam:

*Idea Religioſorum.* Præ manibus habeo. Conſule Hiſtoriam meæ Provincia.

**HIERONYMUS DE BOCHJIS**, ſive

vè BROUTRIUS, Capuccinus, natione Italus, Patria Florentinus, Provincia Tuſciæ alumnus, Theologus, & Concionator, in Divinis Scripturis, & Sacris Hiſtorijs eruditus, ſcripſit latinè Compendium Hiſtoricum, cujus epigraphe eſt:

*Monopanthos, ſive Harmonia noviffima continens concinnationes Theologicas, tam Sacrarum Hiſtoriarum, quam non Sacrarum ab Orbe condito uſque ad Natiuitatem Domini.* Tom. 1. in fol. Venetijs 1656. Scripſit etiam, & vulgavit.

*Rapſodiam, ſive Nucleum totius Veteris Teſtamenti, & Novi ex parte, ac omnium penè librorum, tam Catholicorum, quam Gentilium, qui de præſatis rebus agunt.* Tom. 1. in fol. De eo Uvadingus, Genuenſis, ac Terrinca, part. 3. Theatri Prov. Tuſciæ, pag. 203.

**HIERONYMUS BORDONUS**, Italus, de Sermoneto, edidit partim Latino, partim Italico idiomate:

*Pœmata in præcipuas feſtivities B. Mariae.* Neapoli typis Antonij Martin in 4. anno 1629. Ex Uvadingo.

**HIERONYMUS BRAMBILLA DE MEDIOLANO**, Regul. Obſerv. Lector Theologus, Provincialis Miniſter, Commiſſarius Viſitator, ac Vocalis Cuſtos, ſcripſit:

*Diſtinctionem in Prologum Sentent. Joannis Duns Scoti* ad Eminent. Card. Alderarum Cybo. Mediolani 1682. ex typographia Ludovici Montix in 4. Vidi.

**HIERONYMUS BRIXIGHELLEN SIS**, Minorita, Eccleſiaſtes inſignis, Italicè edidit:

*Concionem egregiam de vero anno Jubilei.* Atteſtantur Poſſevinus, Toſignianus, Uvadingus. Vivebat anno 1580.

**HIERONYMUS CABANILLAS**, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ in Valentina Provincia ſectator, Apoſtolicus Concionator, ac Deſinitor, necnon à Theologicis Cenſuris Sancti Officij, typis dedit:

*Orationem habitam pro Canonizatione S. Raymundi de Peñafort.* Prodiit cum alijs Valentia ex typographia Joannis Garriz 1602. in 8. Vidi. Inſuper, teſte Authore Bibliothecæ Valentinae, pag. 161.

*Concionem de S. Ludovico Episcopo.* Ibidem per Petrum Patriam Mey 1602. in 4.

*De Beatificatione S. Ludovici Beltram,* aliam ibidem excuſam apud Garriz. 1609. in 8.

**HIERONYMUS A CALATANISSETA**, Siculus, Provincia Parormitanæ Minorum Capuccinorum, Sacre Theologiæ Profeſſor, Concionator eruditus, nec ignoti nominis, edidit Italicè:

*Conciones varias de Sanctis*, tom. 2. in 4. Panormi anno 1690.

*Orationem funebrem in obitu Vincentij Sanmaico Archiepiscyteri.* Deprani apud Bartholomæum Francum 1688. in 4. Prælo parata reliquit:

*Quadrageſmale.*

*Conciones Panegyricas.* Hæc Mongitoro in ſua Bibliotheca Sicula, & Genuenſis. Vivebat Author 1707.

**HIERONYMUS CAMBRINI**, Venetus, ex Minoritis Capuccinis, à Genuenſi illaudatus, Italicè donavit opus prænotatum:

*Idea vitæ Chriſtiana.* Editio ſecunda, & auctior quam vidi, facta eſt Venetijs typis Joannis Franciſci Valvaſenſis 1684. in 16.

**HIERONYMUS A CASTROFERRETORUM**, Capuccinus, Italus, Provincia Pice næ alumnus: Vir eximius, & incomparabilis, cujus vitæ ſanctitas, præ clara doctrina, animi fortitudo, in rebus agendis peritia, non ſolum omnes ferè Europæ populos, ſed etiam ipſos Summos Pontifices, Reges, & Principes præcones habuit, & implet Deus ſignis cœlitibus editis illuſtravit. Multa ſcripſiſſe fertur, ex quibus editæ dumtaxat extant:

*Ordinationes, & Conſtitutiones pro bono regimine aliquarum Religionum, præſertim pro Montalibus S. Clarae.* Romæ ex typographia Rever. Camerae Apoſtolicæ, anno 1628. Sanctiſſimè obiit Romæ anno 1626. ætatis ſuæ ſeptuageſimo, Religioſis quinquageſimo quinto, tota condolente Urbe, & conflente ad ejus exequias, quæ ei ſolemnes juſſu Urbani VIII. celebratæ fuerunt. Pluribus de eo Genuenſis, pag. 151.

**HIERONYMUS CAVALLUS**, Ferrarienſis, ſcripſit, Uvadingo teſte:

*De Natura anima, & ejus immortalitate.*

*De Cœſti vita.*

*De Inferno.*

*Sermones multos.* Venetijs anno 1592 in 4.

**HIERONIMUS CENSIUS DE FULGINEO**, Minorita, prælo dedit opus inſcriptum:

*Medulla Ariſtotelica Philoſophica, rationalis, naturalis, ac Divinalis ad mentem*

Scoti. Perusæ 1518. in 8. Ex Catalogo Librot. Miscellaneorum Genuæ impres. apud Gabrielem de Tournes, anno 1726. in 8. pag. 66.

**HIERONYMUS COMBONUS**, Italus, Salodiensis, Provinciæ Brixienfis, strict. Observantiæ, Habraicæ linguæ Professor, Basilicæ Lateranensis Pœnitentiarius, edidit:

*Breve Compendium artis linguæ sanctæ addiscende.* Bergomi typis Comini Venturæ, anno 1616. Quæ sequuntur edidit Italicè:

*Conciones in laudem B. Virginis Mariæ, distinctas per septem dona, seu prerogativas ejusdem Sacratissima Virginis, quibus quasi totidem columnis domus Mariana sustentitur.* Brixie per Joannem Baptistam Bozzolam, anno 1621. Similis architecturæ opus edidit nuper latine Lucas Montefortius. Vide hoc verbo.

*Expōtionem in Canticam*, Magnificat, in decem lectiones, juxta versuum numerum distinctam. Ibidem eodem anno, in 4. Vidi.

*Commentaria in Regulam Tertij Ordinis S. Francisci, adjunctis Privilegijs, aliisque rebus ad eundem Ordinem spectantibus.* Bergomi per Petrum Venturam 1627.

*Vitas Sanctorum, & Beatorum utriusque sexus, qui sub Tertio Ordine S. Francisci militaverunt.* Ibidem eodem anno, & 1648.

*Expositionem moralem mysteriorum, qua Sacrosanctæ Missæ Sacrificio continentur, adjuncta duplici methodo ritè confitendi peccata, & devotè percipiendi sacram Synaxim, necnon brevi instructione pro Oratione mentali.* Bergomi per Antonium Rosi 1646. Extat nostri Authoris mentio apud Bollandum ad diem 9. Martij, §. 2. & Veronensem in Annalibus Tertij Ordinis Franciscani, syllabo 2. Marracium, & Alva, col. 604. suæ Militiæ Univers.

**HIERONYMUS COMITIS**, Minorita, teste Laffor in suo *Univerſo calamo delineati*, fol. 226. scripsit:

*Relationem translationis S. Vultus Mariae Virginis Constantinopolitanæ, nunc S. Mariæ Montis Virginis nuncupatæ à Civitate Constantinopolitana in Neapolitanum Regnum.* Neapoli 1646. in 12.

**HIERONYMUS A CRUCE**, Hispanus, Provinciæ Discalceatorum S. Dini in Bætica perpetuus Ecclesiastes, ac Conventus Assumptionis in Oppido la Puente de Don Gonzalo Guardianus, valde vtilem:

*Tomum predicabilem* editioni paratum reliquit. Legi M. S. in laudato Conventu præfatæ Provinciæ. Continet 73. Conciones de Sanctis, ac de Tempore. Insupèr tomum alium in fol.

*Conciones plures, ac varias amplectentem.* Extat M. S. in eadem Prov. in Bibliotheca Conventus S. Rochi Oppidi de el Arahai, sub litt. P. num. 43. Vidi.

**HIERONYMUS DINAMI**, Capuccinus, Italus, Provinciæ Rhegij in Calabria inferiori, verbi Dei declamator magni nominis, ac Sacræ Theologiæ Professor; Vir doctrina dicendi facundia, morumque sanctitate, suo sæculo spectatissimus, edidit latine:

*Tractatum de Prædestinatione, &c.* Tarenti apud Quintilianum Campum 1566. in 8.

*Historiam originis Familiæ Capuccinorum in Calabria.* Hæc ex Gualterio S. T. P. in Historia Sacra Calabria, apud Genuensem.

**HIERONYMUS DIRUTA**, Italus, Minorita, ac in domo de Aggobio dicta, Chori Moderator, edidit:

*Muscale Organicum.* Venetijs per Jacobum Vincenti, anno 1612. Laudatur ad calcem operis inscripti Hispanicè:

*Curiosidades del Cantio Llano*, excusæ Matriri anno 1709.

**HIERONYMUS ESCUELA**, Hispanus, Aragonensis Provinciæ Regul. Observantiæ Lector emeritus, ac Provincialis Minister cedro digna scribens, emisit opus egregium prænotatum:

*Agnus vivus, ac mortuus*, Hispanicè; sed potius igne, quam attramento. Sunt iteratæ Conciones super Viam Sacram. Excudit CæsarAugustæ Augustinus de Verges, anno 1673. in fol. Vidi. Edidit etiã:

*Sermonem in Publicatione Bullæ Cruciatæ.* Ibidem per Joannem de Ibar 1669. in 4. Vidi.

*Orationem funebrem in obitu Philippæ III. Hispaniarum Regis.* Ibidem apud eundem 1665. in 4. Vidi.

*Elogium Franciscanæ Religionis*, dum Romæ versaretur, habitum ibidem, impressum typis Barnabæ Vermes 1664. in 4. teste Nicolao Antonio, tom. 2. M. S. apud Regiam Bibliothecam Matritensem; quo etiã Auctore edidit vernaculè:

*Elogium Bilbilitanum.* Compluti anno 1661.

*Concionem valde diffusam, & eruditissimam de Passione D. N. Jesu Christi.* Cæsaræ

farAugustæ 1677. per Hæredes Joannis de Ibar in 4. Vidi. Editioni parabat:

*Manuale Prælatorum.*

*Vitam Christi.*

*Vitam S. Antonij Patavini.* Obijt Religiosus Vir in Oppido Epila anno 1678.

**HIERONYMUS DE EZIJA**, Hispanus, in Bætica Minorum Capuccinorum Provinciæ Concionator, iteratò Guardianus, ac Missionum Indicarum Procurator Generalis, vernaculè scripsit de vita, gloria, ac Patrocinio gloriosissimi Sponsi Deparæ semper Virginis, sub titulo:

*Curus mysticus Divini Salomonis Jesu.* Cordubæ per Stephanum Cabrera 1718. in 4. Vidi.

**HIERONYMUS FERRER** (aliàs **HIERONYMUS MICHAEL FERRER**) Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Aragoniæ filius, egregius Concionator, ac S. Officij Qualificator Hispanicè edidit opus vtile prænotatum:

*Christianus reformatus ad Professores Tertij Ordinis S. Francisci* anno 1612. CæsarAug. per Joannem de Larumbe in 16.

*Sermones pro singulis Dominicis, & festivitatis à prima Dominica Adventus, usque ad Purificationem.* CæsarAugustæ apud Joannem Lauranz. anno 1625. in 4. Spem fecit in Prologo Concionum pro Dominicis totius anni. Obijt anno 1635. De eo pertractant Nicolaus Antonius, Uvadingus, Alva, Hebrera, & alij.

**HIERONYMUS FRANCÆSELIUS**, Lucensis, S. Theologiæ Magister Conventualis, scripsit Italicè:

*De Aegyptiaca Pœnitente.* Hæc Uvadingus. Hunc, *Trancefellum* appellat Fr. Antonius Terrinca, part. 3. Prov. Tuscias, pag. 203.

**HIERONYMUS FRANCISCUS AMERATO**, Italus, strict. Observantiæ Reformatorum Provinciæ Mediolanensis volumina duo conscripsit, quorum inscriptiones:

*Speculum Prælatorum.*

*Schola Fratrum Minorum.* Ex Historica descriptione laudatæ Provinciæ, quam Latine ineditam reliquit Fr. Joannes à Vacallo. Extat Matriri in Archivio Generali Ordinis. Vidi.

**HIERONYMUS FRISSERO**, Hispanus, ex Recollectis Provinciæ Bætice Regularis Observantiæ Concionator, prælo commisit;

*Concionem moralem* habitam ad Hispanensem Ecclesiam Feria 4. Dominicæ 4. Quadragesimæ. Compluti per Julianum Franciscum Garcia 1707. in 4. Vidi.

**HIERONYMUS GADIUS**, Bononiensis, Minorita Conventualis, ac Subtilis Doctoris fidelis sectator, luculentè scripsit, ac emisit:

*Lecturam in quodlibet Scoti.* Bononiæ 1527. & 1533. typis Joannis Baptistæ Faelli, in fol. Vidi. Commemoratur à Uvilloto, Tosigniano, & Uvadingo.

**HIERONYMUS GALLUS**, Insular è Burgo Manero, Oppido Novariensis Diocesis, Regul. Observ. Provinciæ Mediolanensis, Vir doctus, in Sacra Theologia Lector emeritus, ac Pater, post se reliquit:

*Tomos duos in tertium librum Scoti scripti Oxoniensis.* Prior habet opus, *de Ineffabili Incarnationis Mysterio*, in quo doctè commentatur textum Doctoris, adjectis que celebriores controversias Scholasticas, præsertim *de visione beata, de lumine gloria, de merito, & satisfactione Christi.*

Secundus continet materias *de virtutibus, & habitibus infusis.* Prodiit post ejus mortem primus tomus cura Pacifici Porri à Gera, Cremonensis, ejusdem Prov. Lectoris emeriti, qui Hieronymi fuerat Discipulus. Mediolani apud Joannem Anselmum Siturum, anno 1645. Vidi.

*Theatrum sacrum discursuum Scripturalium super Evangelia Quadragesimæ.* Italicè. Venetijs anno 1639. Obijt in Cœnobio S. Angeli Mediolani, anno 1644. Ex Uvadingo, Sannig, & Baronio in suis Syllabis, ac Fr. Petro de Alva in sua Militia, col. 607.

**HIERONYMUS GIRELLUS**, Brixianus, Convent. Hieronymi Gadij Auditor, & Petri Rodulphi, de quo suo loco, præceptor, postquam diu Patavij floruit, scripsit:

*De primo cognito.*

*De speciebus intelligibilibus.*

*Expositionem clarissimam in disputationes Averroris contra Algazelem.* Brixie obijt anno 1573. ætatis 83. Patavij in Templo S. Antonij hoc ei posuit monumentum Maximilianus Benianus. Cremonensis, ejusdem alumnus, Episcopus Clodiensis, dum in illa Urbe Inquisitorem ageret hæreticæ pravitatis.

Hieronymus Girellus  
Nobilis Brixienſis, Ordine Franciſcanus  
Poſt naturalem Philoſophiam, & Metaphiſicam,  
Priùs Bononiæ, & Ticini explicatam,  
Paduam vocatus,  
Ad Sacram elatus Theologiam  
XXV. annos publicè eſt interpretatus,  
Et non contentus eam in rivu liſ deguſtare,  
Fontem vivum quærens  
Vitam hanc virtutis, in eam gloriæ  
commutavit.

Hæc Uvadingus, apud quem alius cecinit de eodem hiſ verſibus:

*Brixia quo gaudet: pauca hæc monumenta Girelli  
Doctor habet: doctis cætera nota viris.*

**HIERONYMUS GIVÈLE**, Italus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Baſilicatæ alumnus Opus conſcripſit, de quo apud Chronologiam Seraphicam, Capitulo Generali 52. pag. 261. Hæc leguntur: *Committitur viſio, & examinatio libri Patris Hieronymi Givèle, de Provincia Baſilicata, Rever. Patri Cuſtodi Siciliæ, Patri Fr. Antonio de Ebulo, & Patri Hieronymo de Oppido.*

**HIERONYMUS GUTIERREZ**, Hiſpanus, Eccleſiaſtes, ac Cuſtos Provinciæ Conceptionis Regularis Obſervantiæ publicavit vernaculè:

*Vitam S. Petri Regalati*; cujus Canonizationis Cauſam in Romana Curia agebat. Primò Italicè Romæ. Secundò ſermone Hiſpano Pinciæ per Antonium Rodríguez de Figueroa 1692. in 4. Vidi.

**HIERONYMUS A JESU**, (Hieronymum de Lorte, & Eſcartin audis in ſua Mappa ſubtili in Catalogo Scriptorum ſectatorum doctrinæ Venerabilis, ac Subtilis Doctõris, à fol. 345.) Luſitanus, ex Minoritis Diſcalceatis Provinciæ S. Antonij in Portugalliæ Regno, reliquiſſe dicitur:

*Theologicum opus*, in quo conciliat S. Thomæ cum Scoto doctrinam. Idem ex Georgio Cardoſo ſcripſerat Nicolaus Antonius in ſua Bibliotheca.

**HIERONYMUS DE JESU**, Luſitanus, Ulyſiponenſis, habitum Seraphicum in Granatenſi Regulari Obſerv. Provincia induit, in qua non levia dedit humilitatis, charitatis, & ſanctitatis indicia. Segregatus autem à Spiritu Sancto, Inſulis Philippinis; & Japponenſi Regno ſocius fuit in tribulationibus Sanctõrum Japponenſium Martyrum, nec voluntas martyrio, ſed voluntati martyrium dedit, Deo ſic diſponente, & ſervante in opus miniſterij Apoſtolici, ad quod aſſumpſit eum, vt Idolorum Sacerdotes pluries devincens, dæmonem è corporibus eiciens, Tempa Deo vivo confecraret, & Gentilium plura millia Sacro Baptiſmate tingeret, & cantaret victoriam Vir obediens, vt liquido conſtat ex Epiftola S. Petri Baptiſtæ ad ipſum miſſa ex via ſuæ Crucis, vi cujus in montibus, & ſpeluncis delituit, donec Divino fretus auxilio in publicum prodians, cœpit diſperſa congregare, ſcripſit:

*Succintam relationem rerum Japponenſium*. Typis mandatam à V. Fr. Marcello de Ribadeneyra in ſua Hiſtoria Inſularum Archipelagi, lib. 5. cap. 32. Agunt de ipſo N. Martinus à S. Joſepho, part. 2. lib. 4. cap. 9. Arturus die 29. Decembris; & quotquot agunt de S. Petro Baptiſta. Scripſit inſuper;

*Episto*

*Epistolâs varias*, quas in lucem dedit Joannes à S. Maria, part. 2. lib. 3. cap. 25. fol. 167. Non pauca aſſervantur inedita: Matriti in Archivio Regalis Convent. S. Egidij. Legi.

**HIERONYMUS A JESU MARIA**, Luſitanus, Vir probatæ virtutis in Provincia Diſcalceatorum S. Antonij Regni Portugalliæ M. S. reliquit editioni paratum volumen hujus inſcriptionis:

*Series Sacra Scriptura*. Medina cum Nicolao Antonio ex relatione hujus Provinciæ Romam miſſa. Repoſitum extat in Bibliotheca Ulyſiponenſis Conventus S. Antonij. Eſt opus in fol. latino ſermone elaboratum, cunctiſque ad prælum licentijs munitum.

**HIERONYMUS KAKOROSKI**, ſeu **KAKOUUSKI**, Polonus, Regul. Obſerv. Provinciæ Poloniæ Minoris Pater emeritus, Vir doctus, & in perquirendis Ordinibus monumentis indefeſſus, collectis omnibus, quæ per vtriuſque Poloniæ, & Ruſſiæ Provincias haberi potuerunt, adiunctiſque Authoribus, & Hiſtoricis Polonis, lib. 4. diſpoſuit omnia, quæ haberi poterant ad Ordinem Minor. Regul. Obſerv. ſpectantia, vocavitque

*Supplementum Chronicorum Provinciæ Poloniæ, ad Reverendiſſ. P. Fr. Franciſci Gonzage, olim totius Ordinis Minorum Miniſtri Generalis Hiſtoriam conformitèr concinnatum ex Capitali Lablincenſis anno Domini 1630. Decreto ordinatum*. Quod, Uvadingo magno ſubſidio fuit pro rebus Polonicis accuratiùs in ſuis Annalibus per ſua tempora diſtinguendis.

*Acta, & miracula B. Simonis de Lipnita*, teſte P. Joanne Baptiſta Soleria, quem conſulas ad Acta Sanctõrum menſis Julij, die 18. §. 4. & Uvadingum ad ann. Chriſti 1483. num. 14.

**HIERONYMUS LECCIUS**, Capucinus, natione Italus, Patria Lupienſis, Provinciæ Hydruntinæ alumnus, Concionator non ignoti nominis, ac multa eruditione notatus; ſcripſit Latinè opusculum ſub hoc titulo:

*Plato Beatus, id eſt, de ſalute Platonis pia conſideratio*. Venetijs apud Uvalvas, anno 1666. in 12. Ex Genuenſi.

**HIERONYMUS LEOPOLITANUS**, Ruthenus, Sacræ Theologiæ Lector, Cathedralis Eccleſiæ Cracoviænſis in Polonia Eccleſiaſtes, quoad vixit, Lutheranis in eas Regiones trajicientibus infeſtiſſimus.

*Bibliorum libros omnes in linguam Polonicam convertit*, vt acerbiùs hoſtiles. *Tom. II.*

pias impeteret, & plebeis nonniſi melle delinitum toxicum ab adverſarijs propinari oſtenderet, cum illi corruptum Sacræ Scripturæ contextum ſuis erroribus vulgaritèr adaptatum continuò obrunderet; Hæc Uvadingus poſt Sixtum Senenſem, ac Poſſevinum ſubdentem eadem Biblia Gregorio XIII. Pont. Max. mandante verſa iterùm accuratiùs eſſe à P. Jacobo Vicco, Theologo, Societatis Jeſu, & Cracoviæ excuſa anno 1599.

**HIERONYMUS LOMBARDELLUS**, Minorita, Theologus, valdè eruditus, qui Concilio Tridentino adfuit, nonnulla ſcripſit:

*Pro immunitate Virginis à peccato originali*. Conſule noſtrum Alva in Militiâ Univerſali, col. 609. ac P. Velazquez de *Maria immaculatè concepta*, fol. 417. & 289.

**HIERONYMUS DE LORTE ET ESCARTIN**, Hiſpanus, Matritenſis, Regul. Obſervant. Provinciæ Aragonum Lector emeritus, ac Diſſinitor, à Cenſuris Theologicis S. Inquiſitionis, & Cæſar-Auguſtanæ Diceceſis Examinator Synodalis, Vir dicendi venuſtate, ac ſapientiæ opinione clarus, prælo dedit Latinè volumen prænotatum:

*Mappa Subtilis, ſeu Speculum Scoticum*, Cæſar-Auguſtæ per Jacobum Magallon, anno 1693. in 4. Vidi. Eodem ſermone tractatum alium inſcriptum:

*Mappula Scotica, & auguſtiniana Subtilis, & Mariani Doctõris Concluſiones ex ſcripto Oxoniènſi decerptas, Divi Auguſtini primi Eccleſiæ Doctõris aureis ſententijs cohareſcens*. Cæſar-Auguſtæ 1694. per Hæredes Didaci Dormer. Item Latinè prælo dedit tomum prænotatum:

*Arithmetica Seraphica innumerabilium Catholicorum Doctõrum elogijs omnibus reſerta*. Cæſar-Auguſtæ 1695. typis Hæredum Didaci Dormer in 4. Vidi. Item vernaculâ lingua:

*Epitome Hiſtoriale, ac Morale plenaria Indulgentia de Portiuncula dicte*. Ibidem per Hæredes Petri de la Naja 1678. in 4. Vidi.

*Pentateuchum Cherubicum, ſeu quinque Conciones de S. P. N. Dominico*. Ibidem per Hæredes Didaci Dormer 1687. in 4. Vidi.

*Orationem Panegyricam de S. Antonio Pataavino*, Ibidem apud Hæredes Joannis de Ibat 1677. in 4. Vidi.

*De ſeptem Doloribus Deipara ſemper Virginis Orationem*. Ibid. 1690. in 4. Vidi.

*De Canonizatione SS. Joannis à Capif-  
terano, & Paschalis Baylon, aliam. Ibidem  
per Paschaliū Bueno 1692. in 4. Vidi.*

*De Sanctis Martyribus Therulensibus  
Minoritis Joanne de Perusio, & Petro de  
Saxoferrato, Orationes duas. Prodiit pri-  
ma, & secunda Cæsaraugustæ ex officina  
Emmanuelis Roman, anno 1708. & 1710.  
In 4. Vidi. Obijt in suo Cæsaraugustano  
Conventu anno 1721.*

**HIERONYMUS MAGNANO** ab  
Uvadingo illaudatus, commendatur à Ber-  
nardino Scardonio, Canonico Patavino,  
*in suo de antiquitate Urbis Patavij, lib. 2.  
classe 7. hisce verbis: Consequens est, vt  
de Hieronymo Magnano Patavino brevi-  
tè dicamus, qui dum super æquales suos  
in studijs Litterarum proficeret, spretis  
quæ homini perniciosam Mundi curam  
addunt, inter Minoritas paupertatem Fran-  
ciscanam professus est, vbi studijs Sacra-  
rum Litterarum intendens, evasit eximius  
Theologus, qui aliquandò per vniuersam  
Italiam præclarus Divini verbi Conciona-  
tor, non sine magnæ probitatis opinione  
refulsit. Quæ quidem de eo habita vulgo  
opinio, vbi ad Julij II. Pont. Max. delata  
est, Romam accitus, in Episcopum Vesta-  
num deligitur. Qui postea intermisso con-  
cionandi officio, Romam discedens, in Pa-  
triam redijt, & deinceps sibi potiùs, quam  
gregi suo complaciturus, in ocio littera-  
rum domi, & in Patria vixit. Hujus me-  
minit Leoncius in suis Dialogis, vbi de  
precibus agit. Aderant, inquit, mecum, cum  
alij plerique, tum & Hieronymus Magna-  
nus Vestanus Episcopus, Vir & religione  
conspicuus, & litterarum etiam studijs, in  
primis clarus. Hæc ille. Fuit is per quam fa-  
miliaris Jacobo Sadoletto, nondum Cardi-*

nali, sed insigni eloquentia prædito. *Scripta  
sunt ( vt audio ) quamplurima: edidit autem  
unicam ( quod sciam ) satis elegantem Epif-  
tolam, ad Adrianum Pont. Max. excusam,  
& appositam in fronte operis illius, sub  
titulo: Quolibet. Obijt Patavij in bona  
senectute, anno salutis ( ni fallor ) 1527.  
Hactenus Scardonius.*

**HIERONYMUS MARAFINIOTUS,**  
Polifinensis, Calaber, Theologus, Regul.  
Observ. edidit Uvadingo teste:

*Libellum de Arte Reminiscentiæ, per  
loca, & imagines, ac per notas, & figu-  
ras in manibus positas. Quem labore,  
sivè libellum, exhibuit tanquam futurum  
vtilem, cum alijs, tum concionatoribus.  
Quin & in proœmio Lectorem rogat, vt  
quæcumque in eo libello scripta conspe-  
xerit, legat, & reiegit, perlegat, & eis  
iterum studeat, minutiasque inferius no-  
tandas observet attentè. Verum nolentibus  
( subdit ) in eam artem optimam habe-  
re praxim, continuum exercere labores,  
& maximè in principio suæ instructionis,  
vocabitur *Ars perdendi reminiscentiæ,  
quin & intellectum.* Non placet autem cum  
pag. 7. dicit, vt primo loco personam tibi  
magis dilectam ponas, sivè patrem, sivè  
matrem, aut sororem, vel puellam pul-  
cherrimam, quam perditissimo amore pro-  
sequaris. Prodiit Venetijs anno 1605. in 8.*

*Chronica, & antiquitates Calabriae, in  
quibus de Civitatibus, Castris, Villis, mon-  
tibus, fluminibus, mineris, plantis, &c.  
egregiè, & diligentèr pertractat lingua  
vernacula, impressa primùm Neapoli in  
officina Stilliole, anno 1596. in 8. & de-  
mùm ab Authore recognita Patavij, an-  
no 1601. in 4. apud Unitos. Vidi. De eo Fr.  
Paulus Vaccarius, Minorita Jatinolensis,*

*Quod fuit Italiae nomen discesserat olim  
Et lato dederant tempora multa frui,  
Ast vbi de Cælo procellens mittitur iste  
Felix radiat, claraque semper erit.*

**HIERONYMUS A S. MARCO,** An-  
glus, Regul. Observ. Baccalaureus Oxo-  
niensis, scripsit de rebus Logicis compen-  
dium quoddam, cui titulum præposuit.  
*Parva Logica. Quando autem floruerit,  
nescitur. Ex Pitseo, ac Fr. Angelo à S.  
Francisco in Catalogo Scriptorum An-  
glia, quibus adhæret Uvadingus.*

**HIERONYMUS MARIPETRUS,**  
Venetus, egregius Poeta, Regul. Observ.  
Provinc. S. Antonij.

*Vitam S. Francisci carmine descriptam,  
& notis illustratam Clement. VIII. dedica-  
vit, sub patrocinio Alexandri Cardinal.  
Farnesij, Episcopi Ostiensis, prænotatam  
Seraphica. Venetijs per Joannem Tauria-  
num anno 1531. Incipit: Inclyta magnani-  
mi canimus Ducis acta Minorum.*

Petrarchæ carmina amatoria, & pro-  
phana reddidit sacra, & honestiora, ins-  
cripto: *Petrarcha spiritualis.* Venetijs  
apud Joannem de Tridino, anno 1532. &  
ibid.

ibid. per Dominicum Farri 1567. in 8. Vidi.

*Vitam Clementis VII. laudatam ab An-  
tonio Teisserio in suo Catalogo, pag. 113.  
tomi secundi. Pertractat de eo Uvadingus.*

**HIERONYMUS MAUTINUS,** Ita-  
lus, Narniensis, Capuccinus, ejusdem ins-  
tituti Vicarius Generalis, Gregorio De-  
cimo quinto à Sacris Concionibus, quod  
munus egregiè quidem exercuit, si quæ  
judicabat in Sacro Cardinalium, aut Præ-  
latorum coetu corrigenda, gravitèr serva-  
to semper consensus decore, reprehèn-  
dens, atque vt liberius majorique diceret  
reverentiæ, non tam ab auditoribus com-  
missas, quàm quæ committi possit, & id  
genus hominum inficiant, culpas in spiri-  
tu vehementèr conterebat. Differtissimos,  
& prudentissimos composuit

*Sermones habitos in Sacro Palatio Aposto-  
lico. Prodiert typis Vaticanis anno 1631.  
in fol. Vidi, & Venetijs, anno 1637. Galli-  
cè translati sunt, & editi Parisijs apud  
Maturas, anno 1636. in 8. Multa in lau-  
dem hujus Apostolici Oratoris habes apud  
Genuen. à pag. 152. subdentem ex Marra-  
cio, ejusdem editas esse Romæ anno 1632.*

*De Immaculata Conceptione B. Virginis  
Conciones 4.*

*De B. Virgine Annuntiata, Concionem  
vnam habitas summa cum laude coram  
Eminentissimorum Patrum conventu. In-  
super evulgavit egregiam*

*Concionem de convivio. Romæ 1603. in 4.  
apud tom. 2. Biblioth. Barberinæ, pag. 46.*

**HIERONYMUS MEDIOLANEN-  
SIS,** ejusdem Prov. Minor. Capuc. genere,  
ac vitæ puritate insignis, duarum Provin-  
ciarum Fundator, qui verbo, & exemplo  
plurimos Hæreticos Gallia ad Catholicam  
fidem perduxit, scripsit Italicè:

*Tractatum de Paupertate FF. Minorum,  
adjunctis pluribus Declarationibus Summo-  
rum Pontificum ad illius perfectam obser-  
vantiam pertinentibus. Miraculis, ac etiam  
spiritu prophetico clarus, multis in virtu-  
tum studio annis consumptis ad præmia  
evolavit in suo Conventu Lugdunensi,  
anno 1584. Videndus Genuensis, & Bo-  
verius, tom. 2. suorum Annalium ad præ-  
dictum annum.*

**HIERONYMUS MELPHICTEN-  
SIS,** Capuccinus, natione Italus, Provin-  
ciæ Barij Concionator, cujus virtutum  
memoria Genuensi teste, adhuc viget, Vir  
fuit in Divinis scientijs eruditus, religiosus  
moribus venerandus, in verbi Dei prædi-  
catione sollicitus, cœlesti amore, ac salutis  
animarum zelo totus incensus, & scripsit:

Tom. II.

*Dialogos de Divino amore. Fuerunt im-  
pressi Venetijs 1598. in 12. De eo meminit  
Uvadingus, verbo Hieronymus Melfreta.*

**HIERONYMUS MENDIETA,** Hi-  
spanus, ex Victorienfi Urbe, Provincia  
Cantabriæ Reg. Observ. alumnus, Prov.  
S. Evangelij in Mexicano Regno Lector  
Theologus, Apostolicæque Ecclesiæ,  
M. S. reliquit:

*Historiam Ecclesiasticam Indianam, de  
qua ex Biblioth. Orientali D. Nicolaus An-  
tonius. Hoc opus laudatur à Torquema-  
da, vt ipse testatur ibid. subdens scripsisse  
insuper:*

*Epistolas varias eruditione plenas. Ad  
Reverendiss. Gonzaga, Ministrum Gene-  
ralem scriptam leges lib. & cap. præcitat.  
fol. 563.*

**HIERONYMUS MENGUS,** Vitellia-  
nensis, Regularis Observantiæ edidit li-  
brum prænotatum:

*Flagellum dæmonum, exorcismos terri-  
biles, potentissimos, & efficaces, remediaque  
probatissima, ac doctrinam singularem in  
malignos spiritus expellendos, facturasque, &  
maleficia fuganda de obsessis corporibus  
complectens, cum suis benedictionibus, &  
omnibus requisitis ad eorum expulsionem,  
cui præmisit doctrinam, & regulas soli-  
das Exorcismis necessarias. Venetijs anno  
1599. Mediolani apud Hæredes Pacifici  
Pontij, & Joannem Baptistam Picaleum,  
anno 1624. Venetijs 1595. & 1697. typis  
Pauli Baelmi in 8. Vidi. Insuper latine  
opus prænotatum:*

*Fusis dæmonum, adjurationis formida-  
biles, & efficaces ad malignos spiritus fugan-  
dos de oppressis corporibus humanis, ex Sa-  
cræ Apocalypsis fonte, varijsque Sanctorum  
Patrum auctoritatibus haustas complectens.  
Venetijs 1596. & Mediolani apud præ-  
dictos Typographos, anno 1625. in 8. Vi-  
di. Impressa sunt simul cum altero opere  
Alexandri Albertini, Minoritæ, de quo vi-  
de Alexander Albertinus à Rocha Contrada,  
tomo 1. hujus Biblioth.*

*Compendium artis Exorcisticae. Venetijs  
1601. Italicè.*

*Summam Angeli à Clavasio Latinam  
reddidit Italicam. Prodiit Venetijs anno  
1593. in 4.*

*Hortum delitiosum Fratrum Minorum  
omnium fructuum copiosissimam ad scien-  
tiam rerum salutis necessariarum, & ad im-  
plendam professionem propriam. Bononiæ  
per Egidium Rosi 1594. in 4. Extat hu-  
jusce mentio apud Uvadingum, & Dupi-  
num, sæculo 16.*

**HIERONYMUS MAYERE**, Antuerpiensis, edidit libellum egregium, piumque, cui titulus:

*Extrema cenatio Filij Dei assertoris nostri Domini Jesu-Christi carmine jambico digesta.* Lovanii, typis Malsij, anno 1602. Obijt Herendalij in Brabantia, anno 1646. die 5. Maji. Ex Uvadingo, & Bibliotheca Belgica Suerthij.

**HIERONYMUS A MONDULPHO**, Capuccinus, natione Italus, Provinciae Marchiae Concionator, Vir eruditus, & pius, religiosus moribus compositus, descripsit Italicè:

*Historiam Domus B. Mariae Virginis Lauretanae.* Anconae apud Seraphinum Salviolum 1657. in 4. Vidi. De eo meminit Martiacus in Appendice de Scriptoribus Marianis, & Genuensis.

**HIERONIMUS A MONTE**, Hispanus, strictioris Observantiae Discalceatorum alumnus in Provincia S. Gregorij Philippinarum, idiomate Tagalo conscripsit:

*Devotionale.* Editio secunda, quam vidi facta est Manilae per Simonem Pimpin 1648. in 8. Incipit: *Aybagu Namanmaguo Sap*, hoc est: *Priusquam loqui incipiam.*

**HIERONYMUS A MONTEFLO- RUM**, Italus, ex Piceni Provincia, primitus inter Minoritas Conventuales Sacrae Theologiae Magister, deinceps Minorum Capuccinorum Generalis Minister, Vir exemplaritatis nota insignitus, ac Sixto V. Pontif. Maxim. dilectus, Italicè exaravit:

*Historiam de origine, & successione Capuccinorum usque ad annum 1583.* commendatam in Martyrologio Franciscano ad diem 33. Januarij, §. 2. & alibi. Obijt Novaræ, laudes Dei dulciter cantando prænuñtato suæ mortis die, anno 1584. De eo pluribus Genuensis.

**HIERONYMUS A MONTEFOR- TINO**, Italus, Lector Jubilatus, almæ Provinciae Romanae, strictioris Observantiae Reformatorem Ex-Provincialis, scripsit opus egregium Philippo V. Hispaniarum Regi nuncupatum, in 5. tomos in fol. distributum, sub titulo:

*Joannis Duns Scoti, Doctoris Subtilis, Ordinis Minorum Summa Theologica.* Tomus 1. complectitur tractatum de Sacra doctrinae qualitate. De Deo Uno. - De Deo Trino. - Romæ 1728. typis, & sumptibus Georgij Plachi. Vidi. Primæ partis tomus posterior complectens tractatus: *De rerum creatione, distinctione, & conser-*

*vatione. - De Angelis. - De Homine.* Prodiit ibidem ex typographia Raphaelis Peveroni 1728. Vidi.

**HIERONYMUS MORONEUR**, Minorita, teste nostro Alva in sua Militia Universalis, col. 612. evigilavit:

*Questionum Theologicarum* volumen in fol. excusum sine loco, & anno. Alijs misis, citat laudatus Alva *Questionem de Regno, & Dominio Christi*, ac *questionem de Beatissima Virginis preservatione ab Adamitica labe.*

**HIERONYMUS MUÑOZ**, Hispanus, Complutensis, à Nicolao Antonio illaudatus, Castellanae Provinciae, Regularis Observantiae alumnus, Lector emeritus Complutensis, ac Regius Ecclesiastes, Ex-Diffinitor, ac Custos, necnon Canariensis Provinciae Commissarius Visitator, Hispano sermone edidit:

*Historiam Capituli Generalis intermedij Ordinis Seraphici, Toleti celebrati anno 1673.* Prodiit Matriri ex Officina Regia eodem anno in 4. Vidi.

*Concionem in exequijs Defunctorum.* Compluti per Franciscum Garcia Fernandez 1681. in 4. Vidi.

*Orationem in commendationem Indulgentiae Augusti, seu Portiunculae.* Compluti, typis Nicolai de Xamares 1674. in 4. Vidi.

*Panegyrum de S. Francisco Minorum Patriarcha* ad Carolum II. Hispaniarum Regem. Ibidem ex typographia Francisci Garcia Fernandez 1690. in 4. Vidi.

*Concionem de S. Stephano Protomartyre.* Ibidem formis Nicolai Xamares, anno 1674. in 4. Vidi. Alia emisit, quæ ad manus meas non devenere. Obijt Matriri, anno 1705. die 3. Octobris, apud suos sepultus.

**HIERONYMUS A NEAPOLI**, ex Minoribus Capuccinis, à Genuensi illaudatus, scripsit Italicè:

*Chronica Minorum Capuccinorum Provinciae S. Angeli.* Extabat M. S. in 4. anno 1625. in Bibliotheca Telleriana, uti in ejus Catalogo recensetur, fol. 253.

**HIERONYMUS NIBIA A NOVARIA**, Provinciae Mediolanensis Minorum Capuccinorum alumnus, Vir doctrina, ac moribus præclarus, in Cœlestium contemplatione assiduus, in Dominica Passione recolenda pijsimum Beatissimæ Virginis Mariæ obsequijs totus deditus, qui ad eam mentis puritatem pervenit, ut animantia cum eo familiariter conversarent, & perfectum in illo Divinae similitudinis signaculum agnoscerent, scripsit:

*Meditationes devotissimas de Passione Domini*, impressas Brixiae anno 1579. sub nomine cujusdam Servi Dei Religiosi S. Francisci.

*In Oratorem Dominicam.* Prodiit, vna cum laudatis meditationibus, Uvadingo teste. Cursum consummavit Brixiae anno 1582. Consule Boverium, apud Genuensem.

**HIERONYMUS DE NUNCIARELLIS** exaravit:

*Annotationes in formalitates Francisci Mayronis.* Venetijs ano 1517. Hæc Lippenius, tom. 1. Bibliothecæ Philosophicæ, fol. 523. Existimo Minoritam fuisse.

**HIERONYMUS PANCOVUS**, immerito adducitur in Syllabo Uvadingis fuit enim Carmelita. Consule Nicolaum Antonium, tom. 1. Bibliothecæ Hispanæ, pag. 451.

**HIERONYMUS PANORMITANUS**, Professione Minorita Excalceatus, dum inter eos moraretur plurima Theologica scripsit, inter quæ extant adhuc:

*Lectionum Theologicarum ad mentem Scoti libri duo*, teste Genuensi, pag. 156. suæ Bibliothecæ Minorum Capuccinorum, quorum Panormitanæ Provinciae demum adscriptus, ac Diffinitoris Generalis, Generalis quoque Commissarij functus officio, vitæ sanctimonia claruit, anno 1579. De eo Boverius tom. 1. suorum Annalium.

**HIERONYMUS PEDRAZA**, Hispanus, Lector Jubilatus, Ex-Diffinitor, ac Chronologus Provinciae Baticæ Regularis Observantiae confecit:

*Opus Theologicum Politico-Canonicum pro jure Regularium concionantium, ac Confessiones audientium.* Gadibus 1715. in fol. Vidi.

**HIERONYMUS PEREZ**, Minorita, Hispanus, edidit vernaculè:

*Conciones pro tempore Adventus.* Cæsaraugustæ 1625. in 4. Opus, & Authorem notum fecerunt Uvadingus, ac Nicolaus Antonius, diminuto autem calamo.

**HIERONYMUS PERUSINUS**, Minorita, Familiæ de Ubaldis adjunctus, (recensente P. Oldoino, pag. 146. sui Athenæ Augusti Perusinorum) supra viginti annis professus est inter suos Philosophiam in Patria, & per annos duodecim in Pisana Academia, qua in Urbe anno salutis humanæ 1555. è vita migravit, posteris tradens:

*Plura M. SS. in re Philosophica, & Commentarium in Aristotelem.* De hoc Tom. II.

tractant Alexander Balestrinus in opusculo de Gymnasio Perusino, Cæsar Crispolus in sua Perusia Augusta, Ludovicus Jacobillus de Scriptoribus Umbriae.

**HIERONYMUS PISTORIENSIS**, Tinugius dictus, Italus, primò conjugatus, deindè Minorum Observantium, mox Capuccinorum sectator, insignis Concionator, Generalis Diffinitor, S. Pij V. Theologus, cujus consilio in rebus gravissimis utebatur, Vir, qui graviter in Tridentino pro tuenda Religione decertavit, prælo mandatis operibus S. Bonaventurae ferè vetustate consumptis: evigilavit etiam opus in 24. lectionibus terminatum sub titulo:

*De quantitibus, rerumque distinctionibus, & formalitatibus Scoti.* Impressum est Romæ apud Ædes Populi Romani, anno 1570. in 8. Evulgavit quoque:

*Librum Sermonum, in quo accuratissime de varijs Christianæ fidei Mysterijs, & præsertim de Prædestinatione differit.* Bononiæ 1567.

*Conciones quatuor de Immaculata Conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ.* Neapoli apud Virginios, & Cælium Alphanez, die 17. Februarij 1564. sermone Italicò:

*Concionum variarum*, partem primam Venetijs excusam in officina Hieronymi Scoti 1571. in 8. Vidi. Præclaram pro charitate Martyrij coronam sibi comparavit in Insula Cretensi, dum in Classe Venetæ gravissime laborante se totum ægotantium obsequijs mancipasset, anno 1570. die 29. Novembris, in quam Insulam missus fuerat à S. Pio V. cum alijs triginta Fratribus ejusdem Instituti. Ejus corpus nonnullis post obitum annis elapsis Julius Sanctiorius S. Severinæ Cardinalis, ob singularem in Hieronymum benevolentiam, ac grati animi testimonium, adhuc integrum, & incorruptum repertum Cæsartam Patriam suam deferendum curavit, & in Minor. Capuccinorum. Conventu erecto per eundem Cardinalem tumulo fuit sepultum. Extat hujusce, (cujus gesta describuntur à Boverio, tom. 1. Annal. ad annum 157. & in Martyrologio Franciscano ad diem 29. Novembris, §. 5.) honorifica mentio apud Possevinum, Uvadingum, & alios, quos Genuensis recenset, pag. 157.

**HIERONYMUS PICENUS**, vide Nicolaus IV.

**HIERONYMUS PLANES**, Majoritæncis, ex Inca hujus Insulæ Oppido, Pro-

vincia Discalceatorum S. Joannis Baptistæ Lector emeritus, & Pater, ac olim Vicarius Generalis Minorum Discalceatorum creatus à Gregorio XV. 22. Februarij 1622. foras edidit in 4. tomum magnum, inscriptum:

*Examen Revelationum, ac Raptuum.* Valentia 1623. & 1634. apud Viduam Chrysothomi Garriz. Vidi.

*De Templo Salomonis*, Mysticè, vti narrat Fr. Josephus Chatino in Chronicis incertis Discalceatæ Provinciæ Sancti Joannis, fol. 910.

*Conclones multiplies.* Majoricæ 1623. In 4. Ibidem inter Carthusianos, quorum Claustris se incluserat, decessit in Conventu Nazareth, anno 1635. non exigua sanctitatis opinione; quapropter ad corpus in feretro positum, concursus factus illud devotè contingere, amictus quoque particulas scindere visus est. Consulatur Fr. Antonius Panes, part. 1. Chronic. memoratæ Provinciæ S. Joannis, lib. 4. cap. 2. ex quo Nicolaus Antonius, Balthasar de Medina, & alij.

**HIERONYMUS A POLITIO**, Siculus, Panormitanæ Provinciæ Minorum Capuccinorum Ecclesiastes, Vir, Genuensis teste, per totam Religionem claro nomine notus, excellentique præditus ingenio, quem vitæ probitas, candidique mores, & in rebus gerendis prudentia dignum fecerunt, vt Romæ, anno 1587. ad Generalitiam Dignitatem vnanimi electorum consensu eveheretur. Scripsit ad communem Religiosorum utilitatem, præsertim FF. Minorum.

*Expositionem in Regulam S. P. N. Francisci*, in qua plurimæ, & singulares difficultates, ac quæstiones solidè, & clarè examinantur, & resolvuntur. Prodiit primò Romæ 1587. in 4. & 1593. Secundò Parisijs apud Nicolaum Buon, anno 1615. Tertio Colonia eodem anno apud Joannem Kinchium. Quarto Neapoli 1626. apud Joannem Carlinum in 8. Ibidem 1605. De eo Uvadingus, ac Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

**HIERONYMUS RAMIREZ DE ARELLANO**, Hispanus, strictioris Observantiæ Discalceatorum Provinciæ S. Gabrielis, Concionator Apostolicus, trium linguarum peritus, multæque, & variæ lectionis, opus edidit SS. PP. doctrina repletum, ac verbi Dei Præconibus utilissimum, huic titulus:

*Stroma, sive commentaria in caput 13. Joannis Evangelistæ.* Compluti anno 1606.

in 4. apud Justum Sanchez. In hujus operis Præfatione fidem suam obstrinxit, si vita suppeteret.

*Pro alterius operis de Republica Hebraea editione.* Medina, Nicolaus Antonius, Uvadingus, & Truxillo, lib. 8. cap. 24. num. 7. Eum quoque commendat Josephus Imbonato in sua Bibliotheca Latino-Hebraica.

**HIERONYMUS ROBERTUS**, Patria Perusinus, Philosophiæ laureatus, in Sacra Theologia Magister, & Astrologus magni nominis, inter Franciscanos Conventuales per annos plures Theologiam in Patria Academia professus est. Plura sui Ordinis Cœnobia, & Divi Francisci Provinciam laudabiliter administravit:

*Tabulas de formalitatibus, & de ente, aliasque doctissimas lucubrations* edidit, quibus se ipsum, & Patriam mirum in modum illustriorem reddidit. Demùm senio confectus, mortis suæ diem prænoticens, sanctè, vt vixerat, mortuus est. Fuerat Scoti eximius alumnus, ideò Scotum meruit laudatorem, ait P. Oldoinus, pag. 147. sui Athenæi Perusinorum, quoteste celebrant talem Virum Cæsar Alexius in suis Elogijs, & Felix Ciartus in suis.

**HIERONYMUS RODRIGUEZ**, Lusitanus, Regularis Observantiæ Provinciæ S. Jacobi, in Cœnobio Salmantino Theologiæ Moralis Professor, edidit:

*Compendium quæstionum Regularium Emmanuelis Roderici, sive Resolutiones quæstionum Regularium ad compendij formam redactas, quibus accesserunt notæ, resolutiones, & additiones, quibus scorsim partim quadam ab Authore ommissa suppleantur, partim aliorum idem vel diversum sentientium rationes pari brevitate excerptæ expendantur, varique Bullarij Indulgentiarum intertextæ recensentur.* Lugduni sumptibus Jacobi Cardon, anno 1630. in 4. magno. Vidi. Meminere hujusce Uvadingus, ac Nicolaus Antonius.

**HIERONYMUS RUIZ**, Minorita, Hispanus, metricum opus in 8. ineditum reliquit vernaculè, sub titulo:

*Anima, Deo auspice, & fortuna*, quod Matrili repositum in Archivio Conventus Regul. Observantiæ vidit noster Alva, ex quo Nicolaus Antonius, tom. 1.

**HIERONYMUS SALMERON**, Hispanus, ex alumnis Provinciæ S. Evangelij Regul. Observantiæ scripsit anno 1624.

*Relationem expeditionum Francisci Vazquez Coronado, ac Joannis de Oñate in Novo Mexico.* Hæc Fr. Augustinus Ventancurt

curt in Catalogo AA. apud suum Theatrum Mexicanum.

**HIERONYMUS A S. GEORGIO**, Siculus, Provinciæ Messanenensis Minorum Capuccinorum alumnus, Vir summæ pietatis, & devotionis, pueri Jesu amatissimus, ejusque Matris Immaculatæ cultor eximius, scripsit Italicè opusculum valdè pium, in honorem ejusdem Deiparæ Virginis, sub hoc titulo:

*Corolla florum sacrarum laudum in honorem Deiparæ semper Virginis.* Prodiit Messanæ apud Joannem Franciscum Blancum, anno 1633. in 16. De eo Genuensis.

**HIERONYMUS A SEGORBE**, Capuccinus, natione Hispanus, Provinciæ Valentia filius, Vir pius, & in mystica Theologia Magister summè eruditus, qui in eadem sua Provincia Novitiorum curæ, & educationi Præfectus, verbo, & exemplo taliter illi illuxit, vt illam bonorum, & perfectorum Virorum semine foecundaverit, scripsit patrio idiomate opusculum spirituale valdè utile, sub hoc titulo:

*Navigatio tuta, & segura in Cælum*, in qua docentur, & demonstrantur portus, & scopuli, scyrtes, & pericula coelestis itineris, cui *Epitomen adjunxit Doctrina Christianæ.* Valentia apud Philippum Mey, anno 1611. in 8. sumptibus Cæsarum Capucij. De illo Uvadingus, Genuensis, & Author Bibliothecæ Valentia, pag. 173.

**HIERONYMUS SENONENSIS**, Gallus, Provinciæ Parisiensis Minorum Capuccinorum alumnus, verbi Dei fervidus Declamator, Sacræ Theologiæ Scholasticæ eximius Professor, & suæ Provinciæ Minister Provincialis, Vir (vt legitur in Biblioth. Scriptorum Capuc. pag. 158.) devotis, ac Evangelicis moribus exornatus, Observantiæ Regularis, Seraphicique Instituti zelosus propugnator, scripsit Gallico idiomate:

*Exercitium sanctæ solitudinis decem dierum, vt est in usu apud Religiosos.* Parisijs apud Dionysium Thierry, anno 1660. in 12.

**HIERONYMUS A SORBO**, Neapolitanus, Minorum Capuccinorum Minister Generalis, Vir doctrinæ splendore, ac vitæ sanctimonia exornatus, collegit, ac typis mandavit Latino sermone:

*Compendium Privilegiorum FF. Minorum, & aliorum Mendicantium, & non Mendicantium reformatum secundum Decreta Concilij Tridentini, & Summorum*

*Pontificum, qui à Clemente VII. usque ad Clementem VIII. successerunt:* quod postea ab eo locupletatum quibusdam additionibus vidi. Fuit impressum primò Brixia: anno 1590. Secundò Colonia: 1597. Tertio Venetijs apud Hæredes Petri Ricciardi, anno 1609. Quarto iterum Colonia: 1612. Quintò Neapoli apud Petrum Ciurlinum 1615. Obijt devotissimè Neapoli 1612. Uvadingus, Nicolaus Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana, & alij.

**HIERONYMUS A SOTERA**, seu SUTERENSIS, Siculus, strictioris Observantiæ Reformatorum alumnus, Vir à spiritus fervore, virtute, ac vitæ exemplis laudatus, Italicè scripsit:

*Vitam V. Innocentiæ Riccio, Tertiariæ Franciscanae*, cujus Confessarius fuerat. Prodiit ampliata studio Ludovici Jacobilli de Folingio, Fulgini ex typographia Augustini Alterij 1629. in 12. Obijt Author anno 1627. Romæ agens Pœnitentiarium in Ecclesia S. Joannis Lateranensis. Ejus meminere Petrus Tognoletus apud Montigitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, ac Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 1. Decembris, §. 6. & in suo Gymnasio, §. 5.

**HIERONYMUS STRASSER**, Germanus, Regul. Observ. per Superiorem Germaniam Commissarius Generalis,

*Illustre Martyrium quatuordecim Fratrum Minorum ab Hæreticis Böhemis Præge pro Fide Catholica occisorum*, à Uvadingo primitus exaratum, examinavit, correxit, expolivit, ac emisit Viennæ Austriae typis Matthæi Formica, anno 1624.

**HIERONYMUS DE SOUSA**, Lusitanus, Fraxi-Numanticus, almæ Prov. Castellæ Regul. Observ. Lector Jubilatus, Caroli II. Hispaniarum Regis Theologus, Supremæ Inquisitionis Hispaniæ Qualificator, in Romana Curia Generalis Ordinis Procurator, & à Secretis, ac demùm Diffinitor Generalis, Vir religiosis moribus ornatus,

*Tres Theologicos tractatus*, vnico tomò in folio comprehensos communes fecit Matrili, apud Joannem Garcia Infanzon, anno 1706. Vidi. Primum intitulavit:

*Scala Theologica per quam ascendit creatura de non esse ad esse, &c. cum Appendice.* Agit in secundo

*De Prædestinatione.* Tertius verò dicitur

*Futurorum contingentium Polyphlasia.* Prodiert scorsim Parisijs ex officina

Dionysij Thierry 1680. in 4. Vidi. Emif-  
fit insuper opus prænnotatum:

*Interrupti certaminis instauratio, ubi  
nervosè propugnat mentem Scoti circa illud  
Theologicum quæsitum: An si Spiritus S.  
non procederet à Filio distingueretur, &c.*  
Ejus memoriam faciens R. P. Náváro,  
Benedictinus, ac Doctor Salmanticensis  
in suo tomo de Trinitate, edito Salmanti-  
cæ 1701. in fol. apud Gregorium Ortiz,  
disput. 6. dub. 1. §. 9. num. 367. inquit:  
„ Ex instituto occurrit satis, ac me iudice  
„ nervosè Fr. Hieronymus de Soufa, Fran-  
„ ciscanus, in libello de eo assumpto, edi-  
„ to Neapoli anno 1679. cui titulus: *In-  
„ terrupti certaminis instauratio*; prodijt  
„ enim in lucem libellus iste occasione cu-  
„ jusdam publicæ disputationis, in qua ar-  
„ guens pro nostra sententia, eo telo in-  
„ vectus, lite incomposita, & non expec-  
„ tata solutione, è congressu abscessit,  
„ sponse tamen facta adducendi loca  
„ Concilij Florentini, Gregorij Nisseni,  
„ & Bessarionis, quibus innixum ostenta-  
„ bat suum argumentum, quibus non ad-  
„ ductis, ne ideò sibi arguens victoriam  
„ decantasset, publica, ac satis probabi-  
„ lis argumenti satisfactio, & solutio, au-  
„ thoritatibus hinc inde allegatis, & per-  
„ pensis, in præfato libello luci data fuit.

*Panegyrim de S. Petro Alcantarenfi.* Nea-  
poli apud Novellum 1671. in 4. Vidi.

*Orationem Panegyricam in translatione  
Sacre Imaginis Domine nostre sub Boni  
Successus titulo, è Curia Matritensi in Nea-  
polim.* Ibidem 1670. in 4. Vidi.

*Genealogiam Marchionum de Villafran-  
ca, Hispanico sermone.* Neapoli apud  
Novellum de Bonis, 1676. in 4. Vidi. Præ-  
terea quoque (viti recenset Gerardus Er-  
nestus in sua Bibliotheca Hispanica Histo-  
rico-Genealogica, fol. 192) *Soffa noster,  
quamvis suppresso nomine, duplicem,  
utramque tamen per brevem emisit in lu-  
cem: Genealogiam inçlytae Soffanae domus,  
ejus & Historiam Genealogicam omnibus  
numeris absolutam, vastoque comprehen-  
sam volumine prælo jam paratam habere  
Autorem hunc edocemur à Ludóvico de Sa-  
lazar & Castro, quæ nunc interim lucem  
publicam adspexerit, edoceri cupimus.* Hac-  
tenus Ernestus. Sanè D. Ludovicus Sala-  
zar hunc Hieronymum commendat, pag.  
318. sui operis vernaculè inscripti: *Indice  
de las glorias de la Casa Farnesa.* Ineditum  
reliquit volumen in 4. in quo agit:

*De origine Discalceat. & Reformatorum,  
Latino sermone.* Asservatur Mâstriti in Bi-

bliotheca Cœnobij Regul. Observantiæ  
Obijt ibidem die 20. Febr. anno 1711,  
apud suos tumulatus.

HIERONYMUS TAJAPETRA, Pa-  
tritus Venerus edidit tomum in fol. duos  
libros continentem, sub hoc titulo:

*Summa Divinarum, ac naturalium dis-  
fucilium quæstionum Romæ in Capitulo Ge-  
nerali FF. Minorum publicè discusarum.*  
Venetijs per Dominum Pincium, anno  
1506. Vidi in Bibliotheca Hispalensis Ec-  
clesiæ.

HIERONYMUS TAMARIT A  
TAVARIA, Hispanus, Setabientis, Re-  
gularis Observantiæ Provinciæ Valentini  
Pater emeritus, scripsit:

*Flores Theologiæ in totum primum li-  
brum Magistri Sententiarum, & meliorem  
partem secundi.* Tomus primus prodijt Va-  
lentiæ apud Petrum Patritium Mey, anno  
1622. in 4. Vidi. Insuper ex relatione suæ  
Provinciæ alia duo volumina inedita reli-  
quit. Commendatur à Nicolao Antonio  
ex Uvadingo, & pag. 173. Bibliothecæ  
Valentiæ hæc verbis: *Author aurei ope-  
ris, quia sui ingenij acumine, sic res abs-  
trusas aperit; afflicteque quæstiones, ac  
Theologiæ nodos dissolvit, doctrinamque D.  
Thomæ Angelici Doctoris, & Subtilissimæ  
Scoti modestè, & perdoctè explicat, ut bea-  
nè scribendi, & interpretandi multis esse  
posset exemplar.*

HIERONYMUS TITUS, ex Mino-  
ritis Conventualibus Sacræ Theologiæ  
Magister, Uvadingo teste, edidit:

*Synopsim in quatuor Evangelia.* De-  
dero.

HIERONYMUS TORNIELLIUS,  
Insuber, Regul. Observantiæ Provinciæ  
Mediolanensis, Ordinis Minorum Regul.  
Observantiæ Vicarius Generalis, Juris  
Canonici peritus, reduxit:

*Figuras Biblicas in varios sermones.* Me-  
diolani anno 1510.

*Lecturam Mediolani habitam anno 1505.*  
Incipit: *In quibus Dominum.*

*De Societate.*

*De Restitutione.*

*Resolutiones de Matrimonio.*

*In Clementinam Religiosâ.*

*In Joannis Andreæ Summulam Decreta-  
rum.* Extant M. SS. Trivillij, viti recenset  
Uvadingus.

HIERONYMUS TRAHINA, na-  
tione Siculus, Patria à Castro Novo, Pro-  
vinciæ Panormitanæ Minorum Capucci-  
norum alumnus, Concionator magni spi-  
ritus, vi; & efficacia sermonis ad pecca-

torum conversionem non vulgaritè præ-  
ditus, scripsit Italicè, & typis dedit:

*Sermones centum faciendos tempore Ora-  
tionis quadraginta Horarum.* Panormi  
apud Dominicum de Anselmo 1665. in 4.  
Ex Genuensi, & Mongitore.

HIERONYMUS A SANCTISSIMA  
TRINITATE, Hispanus, Discalceatæ  
Provinciæ S. Pauli Veteris Castellæ filius,  
Apostolicus Prædicator Sinensis, ac Pro-  
vicarius Apostolicus Generalis in Cochinchina,  
de erroribus cujusdam Jansenistæ,  
nomine Caroli de Floig.

*Duas Relationes* in fol. conscripsit, quas  
legi. Primam Latino idiomate ad DD. Ca-  
rolum Mezabarba, Patriarcham Alexan-  
drinum, Legatum quoque Apostolicum  
in Sinarum Imperio. Incipit: *Post litteras.*  
Secundam Hispanè ad suum Provinciale  
Ministram in Philippinis Insulis Fr. Joa-  
nem Fernandez, anno 1720. Ejus initium:  
*Recibi las gratissimas de V. C.* Scripserat  
quoque:

*Catholicam Pastoralem Epistolam* idio-  
mate proprio illarum Regionum, quam  
missit anno 1720. in Regna Cochinchinæ,  
Cambojæ, & Campa, ab ipsomet fidelitè  
Hispanè versam. Legi, ac prælo de-  
di tomo 1. meorum Chronic. Provinc. S.  
Pauli, lib. 1. à pag. 141.

HIERONYMUS TRIVELLIUS A  
MONTE ILCINO, Minor. Conventual.  
insignis Theologus, in Sacrum Concilium  
Tridentinum ductus à Mutinensi Episco-  
po, Theologi partes egregitè explevit,  
quamobrem suæ Diocesis Visitatorem ge-  
neralem, Canonicum S. Ambrosij Campi  
Guasconis, ac Majoris Ecclesiæ Finalis,  
ex dispensatione Apostolica Rectorem vo-  
luit præfatus Episcopus Mustinentis, scrip-  
sit doctè:

*In Psalmum 118. Beati immaculati in  
via, &c.* Hæc Fr. Antonius Terinca,  
part 3. Theatri Tusciæ, pag. 208. ex To-  
sigoiano, & alijs.

HIERONYMUS DE VALENTIA  
PADI, in Insubria, Minister Provinciæ  
Januensis, scripsit:

*Quodlibeta Theologica,* dedicata præ-  
dico Hieronymo Torniello. Ex Sannig,  
& Uvadingo.

HIERONYMUS DE VALERA,  
natus in Regione Chachapoyarum in  
Regno Peruviano, Regularis Observ.  
innitatus in Conventu Limentis, Lector  
emeritus, & Minister Provinciæ duode-  
cim Apostolorum in Indijs Occidentali-  
bus, subtilis ingenij Vir, scripsit:

*Commentaria in Logicam* juxtâ doctri-  
nam Scoti. Limæ anno 1610. in fol. Me-  
minere hujusce Nicolaus Antonius, Uva-  
dingus, & fusiùs Fr. Didacus de Cordo-  
va in Chronicis laudatæ Provinciæ, lib. 6.  
cap. 7.

HIERONYMUS VENETUS, stric-  
tioris Observantiæ Reformatorum alum-  
nus in Provincia S. Antonij, scripsit:

*De Contradictionibus cum solitudinibus  
ex Scoto,* volumina duo, quæ asservantur  
inedita in Bibliotheca Patavina Minorum,  
ex Relatione memoratæ Provinciæ, pag.  
19. apud Archivium Ordinis Matritense.

HIERONYMUS VERATUS, Ita-  
lus, Ferrariensis, Conventualis Sacræ Theo-  
logiæ Magister, insignis Ecclesiastes,  
scripsit:

*Sermonum Quadragesimalium,* tom. 1.  
*Sermonum diversorum,* tomum alterum.  
*Compendium variarum introductionum,  
sive præfationum.*

*Repertorium diversarum materiarum  
predicabilium.* Habentur omnia M. SS. in  
Bibliotheca Conventualium Ferrar. Obijt  
in Patria anno 1540. ætatis sexagesimo  
tertio. Laudatur à Uvadingo, & Dupin  
in Supplemento, tom. 3.

HIERONYMUS A VIADANA,  
agri Mantuani Oppido, Minorita pietate,  
& doctrina insignis, ad laudem Beatissi-  
mæ Virginis, quam præcipua quadam ve-  
neratione coluit, opus edidit prænota-  
tum:

*Theaurus celestis Mariæ Virginis, sive  
gratiarum ab ipsa mortalibus collatarum.*  
Bononiæ anno 1610. quo mortem ope-  
tijt. Ejus meminit Uvadingus, Marracius,  
part. 1. suæ Bibliothecæ Marianæ, verbo  
*Hieronymus Menght,* & Hippolytus Do-  
nesmundus in sua Historia Ecclesiastica  
Mantuana, part. 1. lib. 5.

HIERONYMUS VIPERANUS, na-  
tione Siculus, à Mongitore illaudatus,  
concinnavit, ac emisit diffusum:

*De ortu, vita, & gestis Martyris Lau-  
rentij Hymnum.* Excudit Neapoli Segis-  
mundus Mair anno 1512. in 4. Laudatur  
part. 3. Bibliothecæ D. Antonij Augusti-  
ni, Episcopi Tarraconensis, editæ Tarraco-  
næ 1586. in 4.

HIERONYMUS UTINENSIS, Mi-  
norita, & individuus Comes S. Joannis de  
Capistrano, stylo signavit:

*Vitam ejusdem Sancti,* cujus ex Rodul-  
pho, meminit Sedulius in Comment. ad  
vitam ejusdem Capistrani.

HIERONYMUS ZAPATA, Hispanus,



ius, Regul. Observantia Provinciae Angelorum, Theologus eruditus ineditum reliquit Hispanicum volumen in fol. sed ad praelum maturum, sub hoc titulo:

*Historia Susannae discursibus litteralibus, mysticis, ac moralibus illustrata.* Habetur in Bibliotheca Hispalensis Conventus S. Antonij. Vidi. Typis commiserat.

*Orationem funebrem in Exequijs Marcbionissae Algaensis Antoniae Portocarrero.* Hispali formis Francisci Lyra 1647. in 4. Vidi.

*Concionem de Immaculata Conceptione Reginae Angelorum* pro Decreto expedito à Gregorio XV. Ibidem per eundem anno 1622. in 4. Vidi.

*De Conversione S. Pauli Concionem* habitam ad Hispalensem Ecclesiam. Ibidem apud eundem 1622. in 4. Vidi. Clarebat circa annum 1650. Laudatur in Chronicis suae Provinciae, fol. 492. & à nostro Alva in sua Militia, col. 619. subdente ejusdem Zapata aliam orationem.

*De pompa funerali D. D. Andreae de Guzman & Acuña,* impressam Hispali 1633. in 4.

**HILARION MEDIOLANENSIS,** Capuccinus, ejusdem Provinciae Concionator, Vir scientia eruditus, excellentis doctrinae, ingenio subtilis, in componendo, & scribendo eloquens, concinnavit, & aeneis laminis excudi curavit.

*Gloria, & Icones plurimum Virorum illustratum, qui in Ordine Minoritano ante assumptam à Capuccinis habitus formam, eodem induti sternerunt.* Mediolani anno 1664. in fol. Ex Genuensi.

**HILARION NOLAY,** Gallus, professione Capuccinus, vernaculè condidit opus praenotatum:

*Gloria Trium Ordinum S. Francisci P. N. eorum origo, & progressus.* Lugduni in 4. & Parisijs per Robertum Papie 1649. in 4. Pertractat de eo Antonius Teisserius, tom. 2. sui Catalogi impresso Genuae 1705. in 4.

**HILARION SACCHETUS PATRITIUS,** Florentinus, Regul. Observantiae Provinciae Tusciae, Sacrae Theologiae Professor examinavit, ac emisit:

*Opus de Sacramentis Pœnitentiae, & Extremae Unctionis* à Fr. Francisco de Pitiugianis elaboratum. Venetijs 1618. & 1619. Insuper additionibus locupletavit:

*Practicam criminalem* ejusdem Pitiugianis primò excusam Perusia 1669. in 8. Hujusce meminit Fr. Antonius Terrinca, part. 3. Theatri Tusciae, pag. 199. & 204.

**HILARIUS BIRIET,** vti recenset Dupinus in Supplemento, tom. 3. publici juris fecit:

*Commentaria in quatuor Evangelia.* Parisijs 1581.

**HILARIUS COQUI,** Gallus, Guardianus Conventus Axuenensis, vernaculè scripsit, typisque dedit:

*Compendium Antiquitatum Axuenensium* laudatum à Jacobo Le-Long, lib. 4. Bibliotheca Gallica, num. 15080. Floruit Author anno 1567.

**HILARIUS FRIBURGENSIS,** Capuccinus, Germanus, Provinciae Helvetiorum Concionator, Vir doctus, ac religiosus virtutibus cumulatus, edidit opusculum latinè, sub titulo:

*Manuductio ad meditationem,* teste Genuensi, pag. 159.

**HILARIUS MONT-LOVYS,** Minorita, Gallus, vernaculè condidit:

*Genealogiam animae fidelis, ac devotae à mundi constitutione,* usque ad annum 1649. quo impressa fuit Parisijs in fol. Authore mihi Fr. Petro de Alva, col. 619. suae Militiae.

**HINCKELMAN** cognomentum est cujusdam Minoritae, qui edidit Latinè:

*Medullam celebriorum controversiarum Fidei, quae inter nos Catholicos, Lutherum, Calvinum, Graecos, & Hebraeos vertuntur.* Ingolstadij 1716. in 8. Ex Catalogo AA. praefixo, tom. 1. Fr. Anaclei Reiffensuel in Jus Canonicum.

**HIPPOLYTUS BRIXIENSIS,** Capuccinus, sanguine clarus, illius Provinciae alumnus, Divini Verbi Declamator egregius, ac Theologiae subtilis Professor, Vir reconditarum scientiarum perscrutator, genio, ingenioque profundus, assiduus S. Joannis Apostoli Apocalypsis mediator, scripsit, & effinxit Genuensi teste:

*Icones nonnullas ad pleniorè abstrusissimam litteram, libri intelligentiam, & Commentarijs elegantissimis loca difficiliora illustravit.* Brixiae anno 1638.

**HIPPOLYTUS DONESMUNDUS,** Mantuanus, Regul. Observantiae Provinciae S. Antonij, Divini Verbi Concionator insignis, Romae per multos annos Sacrae Theologiae Professor, ac Uvadingo valde familiaris, Vir sapientia, ac virtute illustris, scripsit Italicè:

*Historiam Ecclesiasticam suae Patriae in duas partes, & decem libros distinctam.* Prodiit Mantuae anno 1612. apud Aurelium, & Ludovicum Ossanna Francisco Duci Mantuano dicata in 4. Vidi.

*De Imagine, & Cœnobio S. Mariae Graetiarum prope Mantuam, Historiam,* Cassalis typis Bernardi Grassi 1630. in 4.

*Vitam, & acta Francisci Gonzaga, Marchionis Ostiant, Principis Imperij, Episcopi Cephaludensis, Ticinensis, & postremò Mantuani, olim Ministri Generalis Ordinis Minorum Urbano VIII. Summo Pontifici dedicatam,* Venerijs impressam anno 1625. apud Jacobum Sorfenam. Praeterea edidit:

*Super Salutationem Angelicam Concionem VII.* Veronae excusas formis Joannis Baptistae Marmi 1618. Italice sermone:

*Super Magnificat Concionem,* vti ex Andrea de Peruzinis narrat Fr. Petrus de Alva in sua Militia, col. 622. Clarebat anno 1630. De eo Hippolytus Marracius, part. 1. Bibliothecae Marianae.

**HIPPOLYTUS FLORENTINUS,**

*Cum superes alios hoc libro arte, atque lepore Hippolyte: & tempus sic superabis edax; Nam vitæ casus referens, mortisque triumphum; Mortuus, & vives nomine, mente, fide.*

**HIPPOLYTUS PANTOCIUS DELPHICUS,** Perusinus, Minorita doctus, & ad cantanda carmina aptissimus, recensentibus Tosigniano, ac Uvadingo, edidit:

*Grittiadem* ad Andream Grittum Venetorum Principem.

*Feltriadem* ad Guidum Ubaldum Feltrij, & Urbini Ducem.

*Panegyricum* ad Rodolphum Pium Carpensium Cardinalem.

*Gratulationem* ad D. Marcum. Praeter laudatos, meminit hujusce Oldoinus in suo Athenaeo Perusinarum, pag. 150.

**HIPPOLYTUS A PONTE,** Patavinus, Ordinis Minorum Conventualium, edidit Italicè:

*Compendium Vitae, & Miraculorum S. Antonij à Padua, & alia, quae spectant ad cultum, & venerationem ejusdem Sancti.* Venetijs apud Gulielmum de Fontanesso, anno 1532. in 12. Ex Uvadingo, & Arturo in Catalogo praefixo Martyrologio Franciscano.

**HIPPOLYTUS DE SCALVE,** haecenus mihi ignotus, (sed Minorita, vti ex ejus opere conjicio) adscribitur:

*Expositoribus Regulae Seraphicae* à Fr. Petro de Alva, tabula 1. num. 63. pag. 15. sui operis inscripti:

Provinciae Tusciae alumnus, collegit, descriptisque:

*Miracula B. Humiliani de Cerchijs Viceduae Florentinae Tertij Ordinis, leetissimae feminae,* sui contemporanae, quae in fine vitae ejusdem ab Antonio Cortonensi conscriptae leguntur. Florebat in Patria anno 1250. Extat hujusce mentio apud Possevinum, Uvadingum, Terrinca, & Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 19. Maji.

**HIPPOLYTUS MAFFEI,** Italus, à Uvadingo illaudatus, ex Minoritis Conventualibus, praelo dedit vernaculè opus praenotatum:

*Hominis effigies.* Agit de meditationibus miseriarum hujus vitae, ac mortis. Excusit Trevigij Aurelius Rhegettinus anno 1593. in 4. Vidi. De eo Bartholomaeus Burchelatus, Philosophus accinebat:

*Portentum gratiae.*

**HOMERIUS EX GONDALUPORUM,** familia illustri, ab ineuntis aetatis verè Francisco dicatus, gradatim ad summam Ecclesiae administrationem virtute, & fautoribus ascendit. Animi enim candor Gregorio X. spectabilem, & charum reddiderat: à quo conciliandorum novorum foederum gratia ad Genuenses, & Venetos Cadmeo bello laborantes, Avienensi tyara honoratus, delegatur. Hic in Concilio Lugdunensi, vbi spectabantur totius Orbis selectissimi Ordines, ac inter ceteros Graecorum Imperator Paleologus, se fortissimum athletam pro Fide Christi certantem exhibuit. Cujus opera non est qui non desideret. Haec Uvillotus.

**HONORATUS DE CHAMPIGNI,** Parisinus, Theologiae Mysticae scientia praclarus, qui Parisiensem Capuccinorum Provinciam per plurimos annos summa cum laude, & zelo disciplinae Regularis gubernavit, ac Diffinitoris generalis officio functus est, edidit Gallicè:

*Academiam Evangelicam pro juventutis Religiosae spirituali institutione.* Parisijs anno 1622. apud Nicolaum Buon. Haec Uvadingus, sed fufsius Genuensis. Confulite Arturum ad diem 26. Septembris in Martyrologio Franciscano, & Suaslayum

in Martyrologio Gallicano, die 26. Septembris, sub cuius effigie hoc Epigramma conspicitur:

*Dum mundi vanos humilis fastidis honores,  
Fit tibi Divino dignus honore coli.*

*Nomen Honoratus prædixerat, addita vir-  
sus*

*Id meruit, quod nunc gloria jure daret.*

Pro ejus Canonizatione Rex Christianissimus Ludovicus XIII. litteras dedit, tum ad Summum Pontificem Urbanum VIII, tum ad Dominum d' Etrè Franciæ Marechallum pro sua Majestate Oratorem Extraordinarium in Curia Romana, anno 1637. die 6. Julij, vt videri potest in libello Lutetiæ edito anno 1638. apud typographiam Claudij Calleville; & iterum idem negotium extipulatum fuit ab eodem Rege, & Regina per litteras ad Summum Pontificem missas 26. & 30. Aprilis, anno 1639. Ejus vitam admirandam descripserunt Henricus Calentenſis, Capuccinus, anno 1650. Parisijs impressam, & magis compendiosè Marcellinus de Pise, tom. 3. Annal. Capuccinorum ad annum 1624.

**HONORIUS MICHAEL**, Gallus; Regul. Observ. alumnus, vernaculè script, ac communem fecit:

*Vitam V. Mariæ de Clermont, Abbatissæ, ac Reformatricis Avenionensis Conventus S. Clarae.* Avenione in 12. teste Jacobo Le-Long, lib. 2. Bibliothecæ Gallicæ, numero 6395.

**HONUPHRIUS COPPOLUS**, Patritia Perusinus, (recensente Oldoino, pag. 157. sui Athenæi Perusinorum) vt juventutem optimis litteris in patrio Gymnasio ob firmatam, arctiori vitæ disciplina cohiberet in D. Francisci Familiam, in eam videlicet, quæ Capuccinorum cognomento vocatur, se recepit, in qua jejunij, cilij, assiduaque Divinarum rerum contemplatione, brevi, facilèque ad magnam vitæ probitatem pervenit. Ad Sanctorum verò memoriam propagandam adeò fuit propensus, vt diu, laboravit: noctuque summis vigilijs, vt *Beatorum Perusinorum, Sanctorumque omnium gesta in unum congereret*, quod opus cum summo labore virilitatis, & senectutis parte, in eo consumpta perficeret, antequam in lucem ederetur, Author è vivis in Cœlum ascendit. De hoc tractat Cæsar Alexius in Elogijs.

**HORATIUS BERTIUS**, Lateranensis, Minorita, Italus, excogitavit;

*Arcem, seu Castellum Immaculatae Conceptionis* in Charta expansa, impressum Florentiæ anno 1660. Ejus succinctam explanationem exscripsit Fr. Petrus de Alina, columna 630. suæ Militiæ Universalis.

**HORATIUS DIOLA**, Bononienſis; Minorita devotus Italus communem fecit:

*Historiam Ordinis Minorum Illustrata D. Marci de Lisboa, Episcopi Portuensis.* Primò Parisiæ 1566. tom. 2. in 4. typis Erasmi Viotti. Secundò Brixia 1582. in 4. Vidi. Tertiò Venetijs 1598. in 4. Sed quarta, quod in hac editione nonnulla truncata reperiuntur, fol. 33. à tergo. Consule Fr. Petrum de Alva in sua Militia Universalis, columna 630.

**HORATIUS DE SANCTIS**, Minorita, publici juris fecit opus prænotatum:

*Navis Seraphica Religionis.* Eum commendat Melissanus in Supplementis Animalium Minorum, anno Christi 1459. numero 4. & alibi.

**HUBERTINUS DE CASALI**. Vita *de Umbertinus Iliis.*

**HUGO AQUENSIS**, seu **AB AQUIS SEXTIJS**, Provinciæ S. Ludovici alumnus. Hic illustri familia Patre Senatore progenitus, dum esset Henrici IV. in Prætoria Cohorte miles, Capuccinorum Observantiam, vt Deo sub Sancti Francisci vexillo militaret, amplexus est. Vir fuit maximè austeritatis, & abstinentiæ singularis: amore Dei totus ardebat, & hac sacra flamma circumdatus, veste lacera, & simplici, etiam brumali tempore induebatur. Omnium ejus sermonum argumentum erat Divinus amor, qui assidue ex ejus ore resonans, Cœlestem hunc ignem etiam in alijs accendebat. Scripsit Gallico idiomate, recensente Genuensi,

*Flammæ Divini amoris, quibus per plures Orationes faculatorias cor nostrum ad Dei delectationem excitetur.* Impressum fuit Tolosæ, & Aquis Sextijs suppresso ejus nomine. Obijt felicissimè Salonij in sua Provincia, anno 1620.

**HUGO BILOVIUS**, Anglus, ex Custodia novi Castri, Scriptoribus Provinciæ adscribitur ex Uvadingo in Annalibus, à Fr. Angelo à S. Francisco in suo *Certamine Anglico* ad calcem Catalogi neuter verò ejus opera recenset, nec eorum inscriptiones.

**HUGO CARBONELLUS**, Gallus;

**Regul. Observ. Provinciæ Aquitaniæ**, Vir doctus, scripsit Latinè:

*Commentaria in Psalmum 19.* Exaudiat te Dominus in die tribulationis.

*Commentaria in libros Scoti de Anima.*

*Sermones in Evangelia Quadragesimalis.* Parisijs anno 1620. aliaque opuscula à me nondum visa. Gallicè,

*Librum de Divite Epulone.*

*Librum de Lazaro resuscitato.* Parisijs anno 1616.

*Librum de Filio Prodigio.*

*Conciones pro Dominicis, & Ferijs Adventus.* Parisijs apud Laurentium Sonnium. Demùm, vernaculè,

*Sacre flammæ de Cardinal.* Biterris anno 1618. Authorum commendat Uvadingus, ac Jacobus Le-Long, pag. 667. suæ Bibliothecæ Sacræ.

**HUGO CAVELLUS**, Dunensis, strictioris Observ. Provinciæ Hybernici, filius Salmantini Conventus Compostellani Provinciæ Regularis Observantia. *Vir*, (verbis vtor Nicolai Vernulæi, pagina 174. Academiæ Lovaniensis) ingenio, pietate, doctrina celeberrimus, Lovanii in Collegio S. Antonij de Padua Theologiam plurimis annis est professus; inde propter singularem in rebus agendis industriam Ordinis Seraphici Diffinitor renunciatus, cum multis annis pro Ordine laboribus, ac curis summe cum laude perfunctus esset, Romam jussu Benigni à Genua, Ordinis sui Generalis vocatus, celeberrimam Theologiam Cathedram in Cœnobio S. Mariæ de Aracœli occupavit, summoque omnium applausu docendo illustravit. Tandem verò mortuo Petro Lombardo Urbani VIII. Pontificis Max. auctoritate Archiepiscopus Armachanus, & totius Hybernici Primas est declaratus. Verum, o invidum magnis ingenij factum! dum ad iter in Hyberniam sese accingit, imposita de arte bene moriendi vltima manu, in sperato, & inexpectato fato abripitur 22. Septembris, anno cl. 1620. Illum, & Ordo Seraphicus, & Hybernia ereptum adhuc deplorant. Hactenus Vernulæus. Superfunt ejus ingenij, & pietatis monumenta.

*Scoti Commentaria in quatuor lib. Sententiarum* recognita, annotationibus, indicibus, ac citationibus celebriorum Doctorum exornata.

*Scoti vita, quam prædictis Commentarijs præmisit.*

Tom. II.

*Apologia pro eodem vindicando ab injurijs allatis per Abrahamum Bzovulum.*

*Appendix diffusæ ad questionem primam distinctionis tertiæ libri tertij postea in calce ejusdem libri, pro asserenda Immaculata Conceptione Virginis Mariæ, pro qua ad lucit testimonio sexdecim sæculorum.* Hæc omnia excudit Antuerpiæ Joannes Keerbergius, anno 1620. tomis tribus in fol. Vidi.

*Commentaria, seu Reportata Parisiensia* illustravit. Lege censuram Uvadingi ipsæ præfixam.

*Questiones item Quodlibetales*, quæ simul cum Reportatis prodierunt. post ejus mortem.

*Questiones in Metaphysicam, expositiones in eandem, & conclusiones ex eadem collectas, tractatum de primo principio, & Theoremata, pari diligentia publicavit.* Venetijs anno 1625. apud Marcum Giannamum.

*Questiones super libris Aristotelis de Anima.* Accessit per eundem Supplementum complectens reliquas questiones, ac difficultates ad libros de Anima spectantes, quæ vel ab antiquis, vel à recentioribus disputari solent ad mentem ejusdem Doctoris Subtilis. Colonia 1603. & Lugduni sumptibus Claudij Landry 1625. in 4. Vidi. Ad calcem extat Panegyricum Scoti à laudato Vernulæo Lovanii dictum. Incipit: *Hominem aliquem, &c.* Exaravit etiam:

*Apologia Apologie prædictæ pro Scoto scripte*, in qua respondet Nicolao Jansenio, Belgæ, Ord. Prædicatorum, Abrahami Bzovij partes suscipienti, non sine gravi Scoti, & Regni Hybernici injuria. Prodiit Parisijs sub nomine Hugonis Magni discipuli Cavelli apud Michaellem Sonnium, anno 1623.

*Tractatum Parisijs compactum, dum simul cum Benigno Genuensi, Ministro Generali ageret de Reformatione magni Conventus*, in quo probat usum statutorum, quæ Julij II. dicuntur, illicitum esse Fratibus Minoribus Regulam S. Francisci absolute, & sine limitationibus, quibus vtuntur Patres Conventuales, professis.

*Tractatum alterum communium argumentorum, quibus pluri vtriusque sexus, specie cujusdam pie compassionis erga Fratres reformari volentes, contra Reformationem vtuntur, solidas, & dilucidas solutiones continentem.* In quibus tractatibus multa, licet breviter, solide tamen, & clarè resolvuntur, omnibus Regulam Minorum

H

purè

præ servare volentibus scitu digna. Pro-  
merunt simul hi duo tractatus Parisijs anno  
1622. in 8. Vidi.

*Speculum Pœnitentię*, lingua, & carac-  
tere Hybernico, ab omnibus Europeis  
diverso exaratum, Lovanij in Collegio  
Fratrum Minorum, anno 1628. impres-  
sum in 8. Scribebat:

*Pias meditationes, & preparatoria præ-  
ludia pro morte Christianę obeunda*, quę  
absoluta reliquit, teste præcitato Vernu-

læo, licet morte præventum absolvere non  
potuisse Uvadingus narret. Scripsit insu-  
per, vti habeo ex relatione Romani Co-  
llegij S. Ildori:

*Catechismum Hybernium*, quo Hæreses  
Lutheri, & Calvinii breviter, & nervosè  
refelluntur. Obijt anno 1626. jacetque  
Romæ in Ecclesia Aracœlitana propè por-  
tam, per quam Fratres è claustro ingre-  
diuntur, sub lapide marmoreo, cui hoc  
incisum est Epitaphium:

D. O. M.

Illustrissimo, & Reverendissimo Domino

Fr. Hugoni Cavello,

Ordinis Minorum strictioris Observantię

Lectori, Definitori Generali,

Archiepiscopo Armacaño

Primate Hybernici

De Patria Religione litteris benemerito,

In Patriam redditum mors prævenit.

Excellentis. D. Joannes Oniel Tironiæ Comes

Hunc lapidem poni fecit.

Obijt XXII. Septembris M.D.CXXVI.

Ætatis LV.

HUGO DE DINA, Gallus, Vir  
magnę eruditionis, spiritu prophætico im-  
butus, tantęque sanctitatis, vt de illo  
sanctis connumerando olim actum sit in  
Cælia, edidit:

*Expositionem doctam in Regulam S.  
Francisci.*

*Librum de triplici via.*

*Tractatum de paupertate, inter zelato-  
rem paupertatis, & inimicum domesti-  
cum.*

*Constitutiones pro Fratribus Tertij Or-  
dinis.* Excusa hæc omnia extant Salmanti-  
cæ anno 1511. in opere inscripto: *Monu-  
menta Ordinis Minorum.* Vidi. Vixit sub  
annum 1280. Jacet Mafilię apud Mino-  
res miraculis clarus, cui adjacet B. Dulci-  
na foror germana. Pluribus de eo Uvadi-  
ngus, tom. 3. Annal. & Arturus in Marty-  
rologio Franciscano ad diem 21. Februa-  
rij. Ejus vitam Hispanico sermone scrip-

sit Illustr. Cornęjo, tom. 2. lib. 5. cap. 35:

HUGO ETRUSCUS, Provincię Tus-  
cię alumnus edidit devorum:

*Tractatum de triplici via sapientię.*

HUGO DE HYBERNIA, hujusque  
Provincię Minister Provincialis, dictus  
etiam *Hugo Bernardi* à nostro Annalista,  
tom. 4. ad annum 1359. quo vivebat,  
scripsit:

*Itinerarium Terrę Sanctę*, peragratis  
multis regionibus.

HUGO DE IRLANDA, dictus (for-  
tè indistinctus à præcedenti) temporibus  
Eduardi Tertij, sæculo 14. floruit, ac  
composuit *Relationem suorum itinerum.*

*Tractatus varios.* Hęc Ludovicus Mo-  
reri in suo Dictionario Gallico.

HUGO MAGNESIUS, strictioris  
Observantię Provincię Hybernici disci-  
pulus laudati Cavelli, ac Episcopus Da-  
nensis edidit:

*Apologiam Apologię pro V. Subtili Doc-  
tore.* Parisijs apud Michaciem Sonnum  
1623. in 4. & Colonia Agrippinæ sumpti-  
bus Bernardi Gualtheri 1635. in fol. Vidi.  
Floruit anno 1647.

HUGO DE MANCHESTRIA, An-  
glus, quem Possévinus, Uvillotus, & alij  
Scriptoribus nostris adscribunt, alij verò,  
quibus adhæreo, Dominicanis, scripsit  
iussu Philippi Regis Francorum:

*Contra quendam impostorem, & quo-  
rundam Fanaticorum deliria.* Insupèr:

*Compendium Theologię.* Vivebat anno  
1294. Consule Uvadingum, tom. 2. An-  
naliū ad annum 1279. num. 24. & Fr.  
Angelum à S. Francisco in suo Catalo-  
go.

HUGO NARBONENSIS, seu DE  
PROVINCIA, Theologus Minorita,  
scripsit, Uvadingo teste, ex Uvilloto:

*Commentaria in secundam Sententia-  
rum*, quę se vidisse apud Dominicum Car-  
dinalem Grimandum refert Petrus Rodul-  
phus.

HUGO DE NOVO CASTRO, An-  
glię Oppido non in celebri in regione  
Dunelmensi, *Doctor Scholasticus*, vulgò  
cognominatus, Joannis Scoti diligens sec-  
tator, & strenuus defensor, vnus est è  
quatuordecim Doctoribus Minoritis, qui  
in circuitu sepulchri præfati Doctoris Sub-  
tilis leguntur in Ecclesia Minorum Con-  
ventualium Colonia. Scripsit:

*Super Magistrum Sententiarum*, li-  
bros quatuor.

*Reportata super eundem.*

*De finali iudicio.*

*De Victoria Christi contra Ante-Christi-  
tum.* Incipit: *Non sum Propheta, nec fi-  
lius Prophetę.*

*Collationes*, quarum vna fuit de *Myste-  
rio Immaculate Conceptionis Virginis Ma-  
ria*, vt refert ex Daniele Agricola, & alijs  
Fr. Petrus de Alva, col. 632. suę Militię.  
Vixisse ait Pitseus circa annum 1284. sed  
Scotus, cuius refert fuisse discipulum, nec  
eo anno publicè cœpit docere, & qui-  
dem Hugo anno 1322. subscripsit deter-  
minationi Patrum Capituli Generalis Pe-  
rusini, in *quæstione paupertatis Christi*, &  
*Apostolorum.* Sepultus est in Conventu Pa-  
risiensi. Ex Uvadingo, quem consulas,  
tom. 3. Annaliū ad annum 1322, num.  
52. Authorem commendat Fr. Angelus  
à S. Francisco in Catalogo, & Illustrissi-  
mus Britius in suis Monumentis Subalpinę  
Provincię S. Thomę, fol. 290.

HUGO DE PRATO, à longa, &  
Tom. II.

severa pœnitentiã, qua annis quadragin-  
ta thoracem ferreum super nudam car-  
nem gestavit, *Hugo de Pantiera* cognomi-  
natus, Sacrę Theologię magnus Doc-  
tor in sæculo, factus Minorita, delegit vi-  
vere sub humili statu Laicorum. Utram-  
que vitam egit activam, & contemplati-  
vam, atque de hac, lingua vernacula edi-  
dit:

*Tractatum de vita contemplatiua*, duo-  
decim cap. distinctum, opus vtilissimum,  
& doctissimum contra errorem dice-  
tium, quod homo, qui ad contemplatio-  
nis statum pervenire cupit, cogitare de  
Deo non oportet. Extat typis commissus.  
Habuit M.S. Uvadingus, & sequentem

*Tractatum de perfectione statuum.*

*Tractatum qualiter Christus cum suis  
sanctis per gratiam conversatur.*

*Epistolas quamplures pijs, & doctas* in  
quibus, & profundam scientiam, & mi-  
ram præfert pietatem. Editas habes in  
Chronicis Illustr. Ulysiponensis, & Illustr.  
Cornejo.

*Longam Epistolam ad suos olim Confra-  
tres societatis Cippi*, sita in Conventu Mi-  
norum Prat. ex Tartaria anno 1312. vbi  
circa annum 1307. missus fuerat cum alijs  
Minoritis, vt viam Dei in veritate, & sim-  
plicitate doceret, in qua & florebat tem-  
pore Joannis XXII. & vitę terminum pos-  
uisse creditur circa annum 1330. Pertra-  
tat pluribus de eo Fr. Antonius Ferrinca,  
part. 3. Theatri Provincię Tuscię, pag.  
204. Arturus in Martyrologio Franciscano  
ad diem 5. Martij.

HUGO SLETSTADT, alijs SELES-  
TADIANUS, Germanus, scripsit:

*In quatuor libros S. Bonaventurę, &  
quedam alia.* Vivebat anno 1452. Eum  
commendat Trithemius in Catalogo Illu-  
strium Virosum, num. 30.

HUGO VARDÆUS, Hybernus,  
Ultonensis, è Provinciã S. Jacobi, in cu-  
jus Salmantino Conventu solemnem emis-  
serat professionem, Lovanium missus, ac  
in Collegio S. Antonij Patavini Minorum  
Hybernorum strictioris Observant. Theo-  
logi Hagiographi, ac Guardiani muneris  
bus functus, eruditè, ac solide scripsit:

*Vitam S. Romoldi Martyris, & Mecl-  
nensium Apostoli.*

*Pœmata multiplicia Sacra.* Post Autho-  
ris obitum prodierunt simul, studio Fr.  
Thomę Syriani, ejusdem Instituti, & Co-  
llegij alumni. Prælo parata reliquit:

*Multa historiarum fragmenta.*

*Veterum Martyrologia illustrata.*

*Plurimas Sanctorum Hybernorum vitas.*  
Obijt Lovanii anno 1635. die 8. Novembris.

HUGOLINUS. Vide superius, verbo *Gregorius Nonus.*

HUGOLINUS FERRARIENSIS, Minorita eruditus, edidit, recensentibus Tosigniano, & Uvadingo:

*Conciones in Epistolas totius anni.* Initium est: *Ut ait B. Hieronymus.*

HUGOLINUS DE SANCTA MARIA IN MONTE, Picenus, S. Francisci Synchronos, Vir pius, & candidus Author, scripsit:

*Historiam* (quam *Floretum* prænотavit) in qua narrat vitam, & gesta S. Francisci, ac sociorum ejus vsque ad Pontificatum Alexandri IV. Habuit penes se Uvadingus nitido caractere membranis exaratam. Castigata, & adnotata à Philippo Bosquierio Minorita excusa fuit post alias editiones, Coloniae Agrippinae typis Viduae Joannis Chritij 1623. in 8. Vidi.

HUMILIS SEGALA, Italus, Regul. Observantiae alumnus, evulgavit vernaculè librum:

*De Arte amandi, & colendi Deiparam.* Brixiae 1612. in 12. & tom. 1. Bibliothecae Virginalis. Latine reddidit laudatus Bosquierius. Vide superius *Alexius à Saëlo.*

HUNGARUS PESTHIENSIS. Confulè litteram Q. verbo *Quidam.*

HYACINTHA DE ATONDO, Hispana, ex Oppido Valtierra in Navarrensi Regno, Abbatissa Caesaraugustani Monasterij Clarissarum, nutui sui Confessarij se subjiciens:

*Vitam suam* exaravit, quam fusiùs truxit Fr. Antonius Arbiol Provinciae Aragoniae illustris alumnus. Caesaraugustae apud Hæredes Emmanuelis Roman 1716. in 4. Vidi. Lege ejus prologum. Claruit Hyacintha sanctitatis opinione, ac obiit anno 1716. die 19. Januarij.

HYACINTHUS AB ALENCONIO (vulgò DE ALENCON) Gallus, Provinciae Normaniae, Minorum Capuccinorum Concionator, Vir clarus doctrina, & composita morum venustate decorus, scripsit latine opus sub hac epigraphe:

*Idea Concionatorum, sive methodus concipiendi sermones.* Prodiit Parisijs 1659. apud Dionysium Thierry, teste Genuensio Rothomagij eodem anno in 4.

HYACINTHUS AMBIANENSIS,

Capuccinus, natione Gallus, Parisiensis Provinciae filius, Divini eloquij Declamator celebris, eruditioni praeditus ingenio, nec minori pietate, vitaeque perfectione exornatus, scripsit patrio idiomate duo opuscula spiritualia, & devotissima inscripta:

*Imago anima morientis in doloribus Jesu Christi.* Parisijs apud Dionysium Thierry, 1632. in 8.

*Imago anima viventis in gloria Jesu Christi.* Ibidem apud eundem 1635. Hæc Genuensis.

HYACINTHUS A BAJARDO, Minorita, ineditum reliquit:

*Theatrum Seraphicum*, quod praemanibus habebat Fr. Antonius Melissano, ipsomet attestante in suis Supplementis Annalium Uvadingi, pag. 20. & 26.

HYACINTHUS BRUSSOTUS, Capuccinus, Italus, Patria à Foro Cassij (vulgò *Vetralla*) Provinciae Romanae Concionator, ac pluries Diffinitor, qui Missionarius Apostolicus in Regnum Congi à Summo Pontifice, & Sacra Congregatione de Propaganda Fide specialitèr destinatus, eo in munere sollicitus, atque indefessus, magno charitatis ardore salutis, & conversioni Infidelium infudavit, scripsit, ac typis edi curavit:

*Doctrinam Christianam ad profectum Missionis totius Regni Congi in quatuor linguas dispersitam*, scilicet, *Latinam, Italicam, Lusitanicam, & Congicam.* Romanae sumptibus Congregationis de Propaganda Fide 1650. in 4. Vidi.

*Regulas quasdam pro difficillimi Congiensium idiomate facillimo captu ad Grammaticae Regulas redactas.* Ibidem sumptibus ejusdem Sacrae Congregationis 1659. in 8. Vidi. Hæc recensentur à Genuensi, & Laffor, tom. 1. sui Universi calamo delineati, fol. 290.

HYACINTHUS DE CASSALI. Vide inferius *Hyacinthus Natta.*

HYACINTHUS DE DEO, minimè Lusitanus, sed ex Civitate Macao, Discalceatae Provinciae Matris Dei Theologus, & Pater, vnus ex 4 deputatis Sacri Goensis Tribunalis, Vir sanè doctus, stylo signavit, Lusitano idiomate:

*Theatrum Evangelicum Orientis.* Prodiit Ulyssipone in 4. teste Georgio Cardoso cui adhæret Nicolaus Antonius. Historiam suae Provinciae, sub titulo:

*Viridarium plantarum, & florum Prov. Matris Dei in Orientalibus Indijs.* Ulyssipone per Michaelis Deslandes 1690. in fol. Vidi.

*Tri-*

*Tribunal laudatæ Provincia.* Ibidem typis Antonij Craesbeek 1670. in 8. Vidi.

*Scutum Equitum Militarium.* Ibidem, ac eisdem typis anno 1670. teste Raphaelle Pluteau in capite sui Dictionarij Lusitanici, tom. 1.

*Brachilogiam Principum.* Ibidem, per eundem 1671. in 8.

*Poemata multiplicia in laudem Immaculate Conceptionis Virginis Deiparae.* Ulyssipone in 4.

*Viam Fratrum Minorum ad vitam aeternam.* Connimbricæ per Benedictum Secco 1722. in 4. Vidi.

*Novenam Sacram pro Animabus benedictis Purgatorij.* Ulyssipone in 4. Clarebat anno 1670.

HYACINTHUS LE-FEBURO, Gallus, Provinciae Recollectorum S. Dionysij Pater, Vir sanè eruditus patrio sermone transmissit ad posteros.

*Historiam Chronologicam Provinciae S. Dionysij Recollectorum.* Parisijs apud Thierry 1677. in 4. Vidi.

*Extremi iudicij processum criminalem cum civili processu in Tribunali Pœnitentiae.* Ibidem apud eundem 1695. in 4. Vidi. Insupèr ex Dupino in Supplemento, tom. 3.

*Tractatum de tribus etatibus Filij Dei.* Ibidem.

*Tractatum de Pœnitentia.* Ibidem. Deum, ex eodem, sæculo 17. & Annalibus laudatæ Provinciae, fol. 214. emisit etiam:

*Librum vite, vel de Prædestinatis, & de medijs ad certam salutem faciendam.* Item, duplici volumine:

*Tractatum de vestitione, & professione Religiosorum, & Monialium Evangelij, Dominicis, & festivitatis anni applicatum.* Item:

*Integrum Adventum de dignitate, & perfectionibus Deiparae in Incarnationis Mystero.* Obijt post annum 1670.

HYACINTHUS GRÆCENSIS, Capuccinus, Germanus, Provinciae Styriae Concionator, ac Sacrae Theologiae Professor, Vir subtilis ingenij, ad omnes scientias indefesso studio applicitus, moribus, & vita compositus, *varia scripsit opuscu-*

*la*, ex Angelico Aprofsio in sua Bibliotheca, eorum tamen inscriptiones minimè recensentur à Genuensi.

HYACINTHUS HERNANDEZ DE LA TORRE, Hispanus, Biibeltanus Aragonensis Provinciae Regul. Observantiae filius, & alumnus, Lector bis Jubilatus Caesaraug. Dioecesis Examinator Synodalis, Ex-Minist. Provinc. Aragoniae, & totius Cismontanae Familiae Commissarius Generalis, prælo dedit:

*Cursum integrum Artium ad mentem Doctoris Subtilis* in 4. tom. in 4. distributum. Amplectitur primus: *Logicam parvam, & magnam.* Secundus: *Metaphysicam.* Tertius: *Physicam.* Quartus: *Libros de Cælo, Mundo, &c.* Excudit Caesaraugustae Paschasius Bueno 1563. 1564. 1565. Vidi.

*Commentaria in primum, & secundum Sententiarum ad mentem Scotti*, in 10. tom. in 8. distributa. Ibidem, ex adem officinae annis 1685. & 1689. Prodiierunt etiam tomis 2. in fol. ex eadem typographia 1688. Amplectitur tomus primus, tractatus:

*De Essentia, & Atributis Dei.*

*De Trinitate.*

*De Scientia Dei.*

*De Prædestinatione.*

*De Voluntate Dei.* Continet secundus tractatus

*De Creatione.*

*De Angelis.*

*De Dæmonij.* Obijt Matriti die 23. Novembris 1695.

HYACINTHUS DE OCAÑA, Hispanus, Diffinitor, ac Vicarius Provinciae Discalceatae Provinciae S. Didaci in Batice posteritati reliquit vernaculè:

*De Oratione Mentali*, vol. in 4.

*Pro reformatione cujuscumque Provinciae.* Opuscula erudita, in 4.

*Collationum spiritualium*, tomum in 4. in 4. partes distributum Superioribus perutilem, ac prælo dignissimum. Asservat ineditum in generali Archivio ejusdem Provinc. testatur Fr. Franciscus de Jesu Maria, tomo 1. Chron. laudatæ Prov. pag. 868. num. 132.

\*\*\*





**S** JOANNES DE  
 CAPISTRANO, à  
 Patria dictus; ortus  
 etenim fuit Capis-  
 trani Marforum Op-  
 pido in Aquilano  
 agro Episcopatus Sal-  
 monensis, anno Vir-  
 ginei Partus 1385. In *Gymnasio Perusino*  
 (excipe Benedictum XIII. P.M. in Bulla  
 Canonizationis ejusdem) Christianis, &  
 liberalibus disciplinis instructus, ali-  
 quando Rempublicam gessit; sed post-  
 teà Dei monitu ad sanctius ministerium  
 vocatus, in eadem Civitate Ordinem  
 Fratrum Minorum Beati Francisci, qui  
 à Regulari Observantia nuncupantur,  
 ab se ferventissimis votis expetitur,  
 quamvis repulsus, durisque, & publi-  
 cis quoque experimentis probatus, maxi-  
 mè alacris, amplexus est anno Christi  
 Domini M. CCC. XIV. In Divinis Lit-  
 teris Magistro vsus est Beato Confesso-  
 re Bernardino Senensi, quem pro Sa-  
 cratissimo Nomine Jesu calumnijs tra-  
 ductum, coram piæ memoriæ antecesso-  
 re nostro Martino Papa V. in Basilica  
 Beati Petri Principis Apostolorum stre-  
 nuè defendit: eumdemque ipse, & So-  
 dalis Jacobus à Marchia per inclytæ re-  
 cordationis decessorem nostrum Nico-  
 laum V. in Sanctorum Confessorum Ca-  
 nonem postea referendum curavit, vter-  
 que deinceps in eumdem Sanctorum Ca-  
 nonem, & Jacobus quidem à nobis  
 quamprimùm, favente Domino; refe-  
 rendus. Joannis doctrinæ asperrimæ pœ-  
 nitentiæ, & sanctitatis fama in dies  
 crescente, ad multas, variasque Pro-  
 vincias. Italiam, Germaniam, Sarmatiam,  
 Pannoniam Christianos mores,  
 disciplinamque verbo, & scriptis, quæ  
 plurima edidit, instauratus, ab ante-  
 cessoribus nostris Romanis Pontificibus  
 ablegatur. Idem, quem diximus, Mar-  
 tinus V. ad compefcendam verbo,  
 & scriptis Fraticellorum sectam illum,  
 vna cum Jacobo à Marchia Inquisito-  
 rem instituit: de quibus Joannem feli-  
 citè triumphantem; contra omnes Hæ-  
 reticos generalem Inquisitorem creat.  
 Reatinos, & finitimos Populos inter se  
 odijs, armisque certantes eloquij sua-

vitæ componit. In terris S. R. E. ci-  
 trà Pharum, Joanna II. Regina flagi-  
 tante, Judaici scœnoris pravam licen-  
 tiam evellit. Decessorum nostrorum,  
 Martini dormitione, piæque memoriæ  
 Eugenij IV. successorem prædicit, à  
 quo pro magnis Ecclesiæ negotijs ad In-  
 subres, Siculos, & alios mittitur. Re-  
 cusato Aquilano Episcopatu, munus  
 prædicandi Evangelium, obire non cel-  
 sat, inque plenario Florentinorum Pa-  
 trum Conventu, velut Sol quidam sul-  
 get. Romæ Judæorum Synagogæ ma-  
 gistrum cum quadraginta sectatoribus  
 ad veritatis professionem reducit. Uç  
 Hæreticos in sinum Ecclesiæ, & Prin-  
 cipum animos in concordiam redigar,  
 Friderico III. Imperatore postulante in  
 Germaniæ partes à prædicto Nicolao V.  
 mittitur.

In Germania, Bohemia, Sarmatia,  
 & Pannonia Sexennali peregrinatione  
 Husitis, Adamitis, Taboritis, Hebræis-  
 que innumeris ad Christianam verita-  
 tem, doctrinæ, sanctitatis, & miracu-  
 lorum luce conversis, Dei gloriam mi-  
 rificè auget. Ægros quamplurimos sa-  
 nat, mortuos suscitatur, mutis loque-  
 lam restituit. Deniquè totam Christia-  
 norum Rempublicam periclitantem, ab  
 immanissimo Turcarum Tyranno de-  
 fensus, se pro domo Israel murum op-  
 ponit dum piæ memoriæ decessor noster  
 Calixtus Papa III. Joanne potissimum  
 deprecante, Christianorum Militum,  
 signo Crucis illustrium expeditionem in  
 Turcas, Europæ incubantes decernit:  
 statimque Joanne Pannoniam, Transil-  
 vaniam, Moldaviam, Vallachiam, inf-  
 tar fulguris pervolante, septuaginta mi-  
 lia Christianorum conscribuntur, Cru-  
 cisque vexillum ipso palma fidei pro-  
 tecto præferente, de centum & viginti  
 millibus hostium, toto Orbe mirante,  
 victoria reportatur: cujus Nuntio Ro-  
 mam allato viij. Idus Augustas, idem  
 Calixtus ejus diei memoriæ solemniter  
 transfigurationis Christi Domini per-  
 petuò consecravit. Hæc Christi Vica-  
 rius. Ad ejus nunc scripta me vertens  
 quorum alia impressa, alia inedita ha-  
 bentur, Catalogum sub-  
 jicio.

## Opera excusa.

*Speculum Clericorum*, seu instructio,  
 quæ prius pro concione fuit perorata co-  
 ram Alexandro Episcopo Tridentino, &  
 Clero in Synodo ab ipso celebrata. Vene-  
 tijs apud Antonium Ferrarium 1580. in 4.  
 Vidi.

*De cultu Dulcissimi Nominis Jesu*, ar-  
 gumenta 85. cujusdam Antigenij realump-  
 sit, & solvit coram Martino V. Pont. Max.  
 anno 1477. Ex his plura in publicum mis-  
 sit Amandus Hermanus in suo opere in-  
 scripto: *Capistranus triumphans*, sect. 6.  
 cap. 6. pag. 94.

*Additiones in Commentaria super libros  
 Decretalium Guidonis Papæ*. Venetijs an-  
 no 1588. in fol. apud Bibliothecam Bar-  
 berinam, tom. 1. pag. 225.

*Defensorium Tertij Ordinis à S. Francis-  
 co instituti*. Venetijs, typis Antonij Fer-  
 rerij 1580. in 4. Vidi.

*Repetitiones aliquæ in Jure Civili*. Vene-  
 tijs 1587. & habentur inter Repetitiones  
 Juris Canonici.

*De Papæ, & Concilij, seu Ecclesiæ au-  
 thoritate*. Extat inter tractat. Juris editos  
 Venetijs, anno 1584. tom. 13. Prodiit  
 etiam Venetijs ex officina Antonij Fer-  
 rerij anno 1580. in 4. Vidi.

*Speculum conscientie*. Habetur inter  
 tractatus Juris præcitatos, tom. 1. pag.  
 323.

*Tractatus de Canone Pœnitentiæ*. Ibid.  
 tom. 14. pag. 395.

*De judicio universali futuro, & Anti-  
 Christo, ac de Bello spirituali*. Venetijs  
 apud Petrum Deuchinum 1573. in 16.  
 Vidi Vallisoleti in Bibliotheca nostri  
 conventus S. Didaci.

*De Matrimonio per modum Concilij*. In-  
 ter citatos tractatus Juris, tom. 9. pag.  
 77.

*De Usuris, & Contractibus*. Venetijs  
 anno 1583. Habuit M. S. Uvadingus.

*De Excommunicatione*. Inter tractatus  
 citatos Juris, tom. 1. pag. 388.

*Adversus Joannem Rokizanum Hæreti-  
 cum ad Magnates Bohemiae*. Incipit: *Credo  
 magnifici, &c.* Habes apud laudatum  
 Amandum, à pag. 371.

*Epistola multæ varijs doctrinis plene ad  
 Pontifices, Cardinales, Episcopos, Casa-  
 res, Reges, Principes, & Dynastas, qua  
 sola egregium confecerent librum*. Nonnu-  
 llas edidit Uvadingus, & Gubernatis;

fermè autem omnes publici juris fecit lau-  
 datus Amandus in suo opere prænotato:  
*Capistranus triumphans*.

*Acta, & vita S. Bernardini Senensis*. In  
 limine operum prædicti Bernardini juxta  
 Venetam editionem anni 1591. in 4. &  
 Parisiensem anni 1636. in 4.

*Constitutiones super Regulam Fr. Minori-  
 rum in 12. cap. distinctis*. Editas habes  
 tom. 3. Orbis Seraphici à pag. 95.

*Declarationes prædictarum constitutio-  
 num*. Ibidem à pag. 105.

*Conclonatoria expositiones super illud  
 Isaia 7. Ecce Virgo concipiet*. Extabat  
 Aberstadij. Typis commisserunt Joannes  
 & Franciscus de Rochagermani, fratres  
 Uvadingo teste.

## Opera inedita:

*Compendium resolutionum super totum  
 corpus Decretalium*. Ex hoc compendio,  
 alijsque tractatibus de justitia, & jure, so-  
 lemnes ex doctrina Capistrana excerptis  
 Theses, assertionesque proposuit in Capi-  
 tulo Generali Franciscano Victoriz cele-  
 brato anno 1694. R. P. Fr. Joannes à S.  
 Cruce, Lector Jubilatus, & à secretis to-  
 tius Ordinis. Confule laudatum Aman-  
 dum ibidem, cap. 3.

*Tractatus super Apocalypsim, à Uvadingo  
 laudatus*.

*De Cupiditate*, lib. 3. Ex Trithemio.

*Contra Husitas*, lib. 1. Ex eodem. For-  
 tè indistinguitur ab alio opere *Contra Ju-  
 deos, & Hæreticos*, cujus meminit Uva-  
 dingus.

*Concionum variarum*, liber 1. in 4. Ac-  
 servatur Matriri in Bibliotheca Cœnobij  
 Regul. Observantiæ, littera L. num. 135.  
 Vidi. Initio caret, ad calcem autem legi-  
 tur: *Explicit sermones devotissimi, &  
 religiosissimi P. Joannis de Capistrano, &c.*  
 Concio prima est de Feria 6. post Pascha  
 Concio vltima de S. Clara, sub themate  
*Sicut meridiana lux clara est*. Isaia 18. Co-  
 loniz etiam, teste nostro Alva, repertum  
 sunt *Sermones Quadragesimales*: ejusdem  
 Sancti, qui incipiunt à feria 4. Cinerum,  
 & habentur apud PP. Augustinianos in 4.  
 & apud PP. Prædicatores in fol.

*De Religione*. Ex Uvadingo.

*De Dignitate Ecclesiæ*, ad Nicolaum V.  
 Ex eodem.

*De Electione Papæ*. Ex eodem.

*De Pœnis Inferni, & Purgatorij*, apud  
 Bellarminum.

*De Sortilegijs.* Ipsemet Sanctus memorem hujus operis facit varijs in locis.  
*De Sapientia Christi.* Ex Uvadingo.  
*De Paupertate Christi.* Ex eodem.  
*De Sacramentis Pœnitentiæ, & Eucharistia,* quorum tractatum varijs in locis meminit ipse Sanctus. Undè ex vniuersa Capistrani Theologia theorematum varia excerptis Fr. Bonaventura Vandendike, Professor Lovaniensis Recollectus delibata à præcitato Amando ibid. cap. 3.  
*De Passione Domini* liber 1. Ex Trithemio. De hoc peragens tractatu Fr. Amandus Hermanus ibid. pag. 806. ita inquit: *Apud Minoritas Samborsenses est libellus pergamenens compaginis, & characteris vetusti,* ita inscriptus: *Tota Passio Domini nostri Jesu Christi est breuiter compilata à me Capistrano secundum authenticos Doctores.* Contionis thema est: *Quo abijs dilectas tuas, ò pulcherrima mulierum! & quaremus eum tecum?*  
*De Primatu Petri.*  
*De Bello spirituali.* Utrumque asservant opusculum Patres Poloni, teste eodem Herman. ibid. fol. 806.  
*De Casibus reservatis.* Ex Uvadingo.  
*Canones extracti è corpore Juris.* Ex eodem.  
*De modo, & forma executionis Testamentorum.* Ex eodem.  
*De usu vnius cuiuscumque ornatus.* Ex Uvadingo.  
*De ornatu mulierum.* Ex eodem.  
*De Blasphemia, & perjurio.* Ex eodem.  
*Tractatus contra Philippum Berbegallam,* docentem Constitutiones Martinianas erga Minoritas irritas esse, & nullas adhibitis insulsis glossematibus. Ex Uvadingo, & Amando.  
*De Baptismo.*  
*De Latrone pendente ad dexteram Christi.* Utriusque tractatus meminit ipse Sanctus varijs in locis.  
*De Professione Spiritus Sancti.* Ex eodem.  
*Quæstio: An omne mendacium sit peccatum.* Ex eodem.  
*Commentaria in Regulam Minorum, Italicè.* Ineditum habuit Uvadingus.  
*Interrogatorium.* Ex eodem.  
*Animadversiones circa Sacrosanctum Missæ Sacrificium.* Ex eodem.  
*Tractatus, sive Sermo ad studentes.* Ex eodem.  
*De Sanguine Christi* liber 1. iteratò citatus ab Authore Polyantheæ Seraphicæ Moralis Theologiæ, pro sententia Sancti

Jacobi de Marchia tuenda, vt ipse fateatur in Indicalo AA.

*De Immaculata Conceptione Virginis;* opus egregium laudatum à Bellarmino, P. Quirino, & alijs. Sanè Bernardinus de Buisis, serm. 5. de Concept. parte 1. adducit sermonem S. Joannis de Capistrano, ex quo aliqua verba exscribit. Et in libro Concionum ejusdem Sancti superius laudato, Sermone in Sabbato ante festum Palmarum, adducens per plures *preservationes,* tandem inquit: *Sic ergo omnis preservatio humani generis est ad suum finem, vt hac Virgo nasceretur, ex qua Christus Filius Dei deberet nasci.* Prædictum opus de Immaculata Conceptione Virginis, habuit Romæ Procurator Canonizationis Servi Dei Capistrani, sed remanente signo extractionis violentæ, & furtivæ, ob devotionem, vel curiositatem illud extraxit quidam imprudens ex tertio tomo operum originalium ejusdem Sancti, ad cuius calcem habebatur, vti in Indice recensebatur. Insupèr, R. P. Fr. Joannes à Sancta Maria, S. Trinitariorum Familiæ alumnus, in suo libello supplici ad Innocentium X. P. Max. missò fol. 328. juxta editionem Tolosæ factam anno 1649. in 8. asserit S. Capistranum *extrasse tractatum per pulchrum de perpetua innocentia B. Virginis.*

*Tractatus de pestilentijs, & medicinis* occasione pestis quæ in exercitibus grassata erat, conscriptus. Asservatur in Bibliotheca Paulina Liptiensis, inter M. SS. Codic. Theologicos in 4. cod. 45. fidem si facias Joachimo Fellerò, pag. 133. suæ Bibliothecæ Paulinæ editæ Lipsiæ, anno 1687. in 16. Hæc, & alia S. Joannis de Capistrano opera in tom. 17. in fol. digesta, diuturnoque labore viginti annorum collecta, ac notis illustrata, prælo parabat anno 1714. Fr. Joannes Antonius à Sessa, Minorita, teste D. Antonio Montgitorè, tomo 2. Bibliothecæ Siculæ in Append. ad tom. 1. Spem quoque facit Amandus Hermannus in laudato suo opere inscripto: *Capistranus Triumphans,* sect. 5. cap. 2. *Polyanthea,* inquit, *conficeretur insignis, ea in pluribus constituenda tomis absolvenda, & omnigena materiarum varietate, & eruditionum diversitate copiosè instructa, si hujus Sancti singula in unum tomum congererentur opuscula, quæ quidem jam sunt sub scriptione depurata, & spero proximè publicam visuræ lucem: in uniuersum quadraginta quinque libri, & tractatus summa doctrina referti ab ipso*

*reseruntur conscripti.* Fr. Jacobus à Castro, tom. 1. Chronic. Prov. S. Jacobi, lib. 3. cap. 6. pag. 119. scribit, sed perperam, studio Fr. Francisci Diaz à S. Bonav. Minoritæ, impressa esse opera S. Joannis à Capistrano. Alia ei tribuebat opera Alphonfus Cicarellus:

*De originibus Urbium, & Oppidorum totius mundi.*

*De Archiepiscopatibus, & Episcopatibus*  
*De origine Religionum Militarium.*

*De Vitis Sanctorum, & rebus Ecclesiæ.*  
 Sed hæc, vt rectè Uvadingus monuit, spu-

ria sunt, & conficta ab insigni mendaciorum architecto, qui sub Gregorio XIII. tot imposturas, & fraudes, quibus Historiam omnem vitiabat, fidemque bonorum Scriptorum enervabat poena luit capitali, de quo prudens, & docta prodijt anno 1642. eruditissimi Viri Leonis Allatij animadversio. Obdormiuit in Domino Capistranus triumphans in Vacorio Civitate Hungariæ, anno 1456. ætatis suæ 71. apud Minores tumulatus in Claustro B. Virginis. Ejus tumulo appensum est hoc Epitaphium:

Hic tumulus servat præclara laude Joannem  
 Gente Capistrana: fidei defensor, & auctor,  
 Ecclesiæ tutor, Christi tuba, tum Ordinis ardens  
 Fautor, in Orbe decus: tum veri cultor, & æqui,  
 Et vitæ speculum, doctrinæ maximus index:  
 Laudibus innumeris jam possides astra Beatus.

Sanctorum Catalogo adscripsit Alexander VIII. Pont. Max. anno 1690. cujus litteras Decretales sua Constitutione confirmavit anno 1724. Benedictus XIII. Pont. Max. Plura de eo habes apud Uvadingum, Amandum laudatum, & Arturum in Martyrologio Franciscano, die 23. Octobris. Hispanico sermone, & diffusio ejus conscripsit vitam Fr. Eusebii Gonzalez, tomo 5. Chronic. Ordinis, quem consulas, & ad calcem tomi 7.

S. JACOBUS PICENUS, seu A MARCHIA, in Piceni agro Aculano, mundo, & in Cœnobio S. Mariæ de Portiuncula Religioni Seraphicæ ortus, Sancti Bernardini discipulus, ac Sancti Joannis à Capistrano focus, doctrina, spiritu prophético, innumerisque miraculis, in vita, & post mortem claruit. *Hic, quem,* (verbis vt vtar Benedicti XIII. Pont. Max. in Bulla suæ Canonizationis) *vt vite sanctimoniam percelebrem, à Cesaribus, Regibus, & Principibus pro Religionis causa expetitum septemque pia recordationis Romanorum Pontificum Martini V. Eugenij IV. Nicolai V. Calixti III. Pij II. Pauli II. & Sixti IV. Legationes contra Hereticos Fraticellos, Manichæos rediuidos, Patarenos, Hussitas, Thaboritas, & Turcas ipsos, magna doctrinæ, & zeli Apostolici laude in Italia, Pannonia, Germania, Bobemia, & Sarmatia, per innumera vitæ pericula obuentem, uniuersa Ecclesiæ mirata est: in*

Beatorum numerum ab Urbano VIII. ac Sanctorum numerum à Benedicto XIII. relatus est anno 1726. Ea suæ pietatis, ac doctrinæ reliquit, quæ ipsius manu exarata inter reliquas ejusdem Sancti sacras exuvias Neapoli asservantur. Scripsit igitur:

*Dialogum contra Fraticellos de opinionibus*  
*incipit: Vidi de mare bestiam ascendentem;*  
*Præ manibus habuit Uvadingus.*

*Integra Quadragesimalia duo.*

*Adventualia duo.*

*Varios de Sanctis Sermones, inter quos*  
*quatuor habentur de S. Francisco.*

*Tractatum de admirabili gloria Virginis*  
*Mariæ, assumpto themate: Signum magnum apparuit in Cœlo.* Incipit: *Astitit Regina à dextris tuis.*

*Tractatum alterum de locis communibus*  
*divisum in quinque partes, quarum unaqueque continet varios tractatulos.* Incipit: *Quoniam, vt ait Apostolus.*

*Tractatum de Sanguine Christi, contra*  
*eos, qui contendebant controversiam*  
*hanc olim sub Clemente VI. fuisse decisam, & sententiam suæ opinioni contrariam fuisse proscriptam.* Incipit: *Cum quidam processus, cuiusdam Sententiæ.* Habuit M. S. Uvadingus. Hic subnectenda erat Constitutio Pij II. cuius initium: *Ineffabilis, &c.* Eam habes apud Bullarium Cherubini, tomo 1. Consule Uvadingum tom. 4. & 6. ac Fr. Eusebium Gonzalez,

tom. 7. Chronic. Ordinis, lib. 1. cap. 17. Dumtaxat te moneo non sincerè de hoc *Bello Sanguinis Christi* scripsisse, qui Commentaria edidit Pij II. vti dilucidè constat ex libro de hac disputatione scripto ab oculato, teste Sixto IV. cum in minoribus esset, ad Paulum II. Pont. Max. impresso Romæ anno 1471. in 4. Vide inferius litera S. verbo *Sixtus IV.* ac lege Illust. Sturis, Episcopus Cordubensem, tomo 3. tractatu 17. num. 5.

*De Immaculata Conceptione Deiparæ semper Virginis Conciones* laudatas à Fr. Antonio Daza, lib. de *Concept.* cap. 6. fol. 42. Scripsit insuper Jacobus iste, fidem si facias Possævino, à Domesticis cunctis illaudata; nempe:

*Commentaria in 4. lib. Sentent. Quodlibeta.*

*Doctrinam Scoti in tabulis redactam.* Multis magnisque meritis plenus obdormivit in Domino Neapoli anno 1475. cujus corpus in æde Sanctæ Mariæ Novæ à corruptione immune suavi, & perenni odore perfusum, pulcherrimum, ac flexibile, christalina reconditum arca honorificentissimè conservatur, ad quod etiam Neapolitanus præcipuè populus incredibili fertur devotione. Ejus vitam edidit in lucem Arturus anno 1631. quam Friardus addidit ad Florem Sanctorum Ribadeneyræ. Plura de eo habes apud laudatum Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 28. Novembris. Eiusdem etiam laudes præclaro carmine concipit Jacobus Sannazarius, pangens:

*Sanctæ senex, quem nec sceleris contagia nostri,*

*Nec pessum vitij sæcla dedere suis:*

*Aquasti magnos, qui paupertate triumphos:*

*Tantus amor niveæ simplicitatis erat.*

*Sylva sedes, mollis viridique è cespite lectus:*

*Explebant mensas amnis, & herba tuas, &c.*

B. JOANNES DE PRADO, Hispanus, Legionensis Montannæ gloria, genere clarus, insignis verbi Dei Præco, primus Provincialis Minister Discalceatæ Provinciæ S. Didaci in Batica, signis, ac virtutibus clarissimus; cum martyrij desiderio flagrare, in Marochiano, Fellanone quo Regno Christi fidem, vel sustinere, vel propagare studeret in Africam profectus est. Ibidem spiritus fervore, Apostolice quoque zelo enitens, opprobrijs, & grum-

nis satiatus, velut alter Stephanus, Laurentius, ac Sebastianus, sagittis confixus, igni traditus, & lapidibus obrutus sub impio Rege Amulæi El-Guali martyrij gloriam adeptus est anno 1631. die 24. Maji. Pro regimine suæ laudatæ Provinciæ, zelo strictioris Observantiæ ductus, rigidissima conscripserat:

*Statuta* impressa anno 1623. in 4. Vidi: In Beatorum numerum retulit Benedictus XIII. Pont. Max. in cujus laudem alumnus quidam laudatæ Provinciæ accinebat ita:

*En tibi Christiadam PRATUM, fideique Joannes*

*Aureolis varijs floret in arce Poli.*

*Lumina combusti gyrat diadema pyropi,*

*Spicula plagarunt saxa, machera, regus:*

*Quot pœne cruciant, vallant tot tempora nimbi,*

*Nam fidei plage sunt nova ferta rosis.*

Pluribus de eo egi parte 1. meæ Biblioth. Minorum Discalceatorum, pag. 148. & parte 2. pag. 37. quam contulas.

S. IVO in Armorica Britannia Galliæ Provincia, ex honestis parentibus, anno 1258. natus, Lutetiæ primùm, deinde Aureliani litteris in tantum operam navavit, vt in vtroque Jure peritissimus evaserit, & Sacram Theologiam optimè calluerit: sed non minus virtutibus, ac signis claruit. Ab Episcopo Trecorensi Judex Curie suæ designatus, idque munus summa cum laude exercuit; sed factus cujusdam Ecclesiæ, vulgò *Lobaneti*, Parochus, residentiam agere decrevit, Habitatu Tertij Ordini Seraphici jam suscepto. Scripsit:

*Summam Decretalium.* Habetur inedita in Bibliotheca Cœnobij Camberonensis Cisterciensis in Hannania, teste Antonio Sanderò, parte 1. suæ Bibliothecæ Belgicæ, impressæ Insulis anno 1641. in 4. Ejus egregia facta recitant plures apud Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 19. Maji, quo ad Cœlum migravit anno salutis 1303. ætatis verò suæ 45. De illo Schedel in Registro mundi 6. arate, hoc refert Elogium:

*Ivo Pater Legum, Custos, Protector, & amplum,*

*Egregiumque decus, cui se debere fatentur Jura, tuo toties sunt debellata furoris*

*Aptus eras justas miserorum sumere causas.*

In Sanctorum numerum relatus est à Clemente VI. Pont. Max. anno 1347. die 16. Junij. Quia *Elobi* vocabatur, ipse Clemens in Canonizatione sumpserat pro themate; *Elobi Elobi.* Marci 15. Themata alia recenset Abbavilleus, part. 3. suæ Bibliothecæ Concionatorum, cap. 49. pag. 234.

JACOBA POLLICINA, Itala, professione Clarissa, & Abbatissa Messanensis Cœnobij stylo signavit, rudi autem miterna:

*Acta V. Eustochia Clarissa signis, ac virtutibus conspicua,* cujus Comes fuerat. Asservatur Fulginij in Conventu S. Lucie, ex cujus archetypo non pauca excipit Uvadingus ad annum Christi 1491. quo vtraque floruit.

JACOBINUS MALAFOSSA, sive MALAFOSIUS, ex Oppido Barges, quod situm est in Italiæ Subalpinis, quæ Gallis sunt finitimæ, qui diu professus est publicè Theologiam in Academia Patavina, & Taurinensi, ac Præceptor Illustrissimi Tosigniani, egregius fuit Metaphysicus, habuitque ingenium ad lucubrationum laboris maximè validum. Quæ ipse declamabat, quodam lepore ita condiebat, vt omnibus redderetur gratus, sed adeò gravi, & sedata voce, superfusioque facietiarum sale exprimebat, vt auditores certatim ad eum confluentes in sublellijs scriptitando explicatas sententias notis exciperent. In disputando fuit acerrimus. Edidit:

*Enarrationem in primum, secundum, & tertium librum Sententiarum Scoti, in qua centum quinquaginta, quæ videntur esse contradictiones Scoti, solvit.* Patavij anno 1560. apud Gratiosum Perchacinum, in fol. Vidi.

*Expositionem in Metaphysicam Aristotelis.*

*Habuit orationem ad Patres in Concilio Tridentino.* Obijt anno ætatis 82. Eum commendant Tosignianus, & Uvadingus.

JACOBUS ALBENSIS, BRANCUS dictus, Regularis Observantiæ Provinciæ Januensis, Vir doctus, & Poeta nobilis:

*Opus elaboravit, in quo, omnes partes, & qualitates boni Superioris ex varijs Locis Sanctorum Patrum, & Juris Canonici collectas versu explicavit Hexametris.* Incipit: *Qui regis officio fratres, te scire memento.* Nondum prodijt, sed extabat M. S. penes nostrum Annalitam in Romano Conventu S. Ildori. Compilavit etiam;

*Libros omnes Philosophiæ per quæstiones, & conclusiones, teste Fr. Bernardo Sannig in Synopsi Historica Scriptorum Ordinis, apud tom. 1. Scholæ Philosophiæ Scotistarum.*

*Libellos quosdam de Cælo, & mundo, de generatione, & corruptione.* Ex Illust. Paulo Britio in suis *Monumentis Subalpinae Provinciæ D. Thomæ*, fol. 290. Scripsit etiam:

*Pro Immaculata Conceptione Virginis,* cujus verba adducit Fr. Bernardinus de Buis, ferm. 9. de Conceptione, litt. X. Laudatur à Rossoto in Syllabo Scriptorum Pedemontij, & in Militia Fr. Petri de Alva, col. 636. Floruit circa annum 1340. De eo Uvadingus, & Uvillotus.

JACOBUS DE ALCALA, seu COMPLUTENSIS, Hispanus, Provinciæ Aragonum Regul. Observantiæ Provincialis Minister, ac totius Ordinis Diffinitor Generalis, anno 1517. posteris reliquit:

*Lucernam Minorum, & expositionem Eugenianæ.* Editio antiqua in 4. quam vidi, & legi in Extremadura in Bibliotheca Conventus S. P. N. Francisci de Belvis. Item opus prænotatum:

*Equitarus Christianus.* Compluti anno 1570. in 8. typis Joannis de Villanueva. Vidi. De eo Nicolaus Antonius, verbo *Jaimus.*

JACOBUS ALEXANDRINUS, Italus, Regularis Observantiæ in Tuscia Vicarius, ac Guardianus Hierosolymitanus ad Serenissimum Robertum Hierusalem, & Siciliæ Regem conscripsit:

*Libros naturales, Metaphysicales, necnon & Morales, nempe in libros Physicorum, Meteorum de Cælo, & mundo, de anima, de generatione, & corruptione, ac in libros Metaphysica.* Editio antiqua in fol. absque anno, & loco editionis. Vidi Hispani in Bibliotheca Magni Regularis Observantiæ Conventus, sub litt. D. num. 77. & ibidem in Bibliotheca Ecclesiæ.

*Postillam Quadragesimalem, laudatam à præcitato Britio, fol. 290. Incipit, teste Uvadingo: Post sapientis Medici.*

*Super Evangelia.* Habetur M. S. in Bibliotheca Conventus Alsilij. Ex eodem, quem excipit Jacobus Le-Long in sua Bibliotheca Sacra, fol. 794. anno 1477. Ad Babylonice Saltanum proficiscens, vt Sacrorum Locorum negotia cum illo tractaret, ipso die Parascevæ 20. Martij, in vasta solitudine, efformata ex occurrentibus lignulis Cruce, in ejus amplexu piè mortuus

us est, & socij corpus Alexandriam Egypti detulerunt, & in Ecclesia S. Marci sepelierunt. Fortè indistinguitur à Fr. Didaco de Alexandria, de quo egimus tom. 1. pag. 293.

JACOBUS ALMAINUS, Senonensis (inter Interpretes Doctoris Subtilis numeratus à Bonaventura Baronio, tom. 1. Opusculorum, part. 14. §. 2. & Matthæo de Soffa, tom. 1. in 1. Sentent. §. 8. De Scoti Discipulis) Sacræ Theologiæ in Parisiensi Academia Professor meritisimus, edidit:

*Moralia*, vna cum *questione habita in vesperis*, & *tractatu de Autoritate Ecclesie*. Parisijs anno 1526. octavo Idus Decembris, in 8. Vidi.

*Lecturam à decima quarta distinctione in 4. questionum Scoti*. Parisijs ex officina Claudij Chevallonij 1526. in 8. Vidi.

*Dicata super sententias Magistri Roberti Holcot*. Ibidem apud eundem in 8. Vidi.

*Expositionem circa decisiones Q. Q. M. Guilielmi OcKam super potestate Summi Pontificis*. Ibidem apud eundem in 8. Vidi.

*In tertium librum Sententiarum*. Parisijs in fol. absque loco, & anno impressionis, teste nostro Alva in Militia, col. 637.

JACOBUS ANSELMUS. Vide superius, verbo *Anselmus N.*

JACOBUS ASCULANUS, edidit teste Illust. Gonzaga, & Possentino:

*In quatuor libros Magistri Sententiarum*.

*Quodlibeta*.

*Sermones varios*:

*Alia opuscula edidisse recenset Tosignianus, quem consulat lib. 3. Historiæ Seraphicæ. Summam Pisanellam recensuit, ac Doctrinam Scoti ad tabulas redegit, vti ex Uvilloto scribit etiam Ludovicus Moreri in suo Dictionario Gallico. Floruit circa annum 1476.*

JACOBUS AUGUSTODUNENSIS. Vide inferius *Jacobus de Chevanes*.

JACOBUS DE BANGIO AB AQUILA, Minorita, Italus, edidit, teste Nicolao Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana:

*Tractatum de Excommunicationibus Papalibus, & Episcopalibus*, in 4. absque loco, & anno impressionis. Insuper carmine Italico (nisi indistinctum epus sit) emisit:

*Tractatum de Censuris, & penis*. Aquilæ anno 1482. in 4. Incipit: *Ems venula*

*voglia*. Vidi in Regia Bibliotheca Scoriaalis.

JACOBUS BARGIUS, apud Uvadingum, est idem, ac Jacobinus Malafolla, de quo superius.

JACOBUS BLASÆUS, Brugensis, Minorita, Cœnobij Duaceni, in plerisque Artesiæ, Hannoniæque Civitatibus, magna eloquentia, majore etiam animi, fervore, ac zelo ad Populum Conciones habuit, vnde etiam factum est, vt ad Narmurcensem primò, deindè etiam anno millesimo sexcentissimo primo, septima Maji, ad Audomarensem Episcopalem Cathedram sit evedus. Scripsit, ac dixit Bruxellæ in D. Gudulæ Principe Templo:

*Orationem sermone Gallico peregrino*, aut certè non nativo (quod in Flandro admirere) *in funere Philippi Secundi, Regis Hispaniarum*, anno 1598. pridie Kal. Januarij. Illum annum Belgis memoria tenendum Jodocus de Uverdt, Urbis Antuerpiensis Syndicus, ita Chronographice expressit:

*Ortus, & occasus, boreas, & Cerulus à Uster  
pLanXerUnt CIneres Magne Philippe tuos.*

Dùm multa doctissime composuerit, nec edere vellet, Henricus Uvillotus ei familiaris, & aliquandò confocius, post plurimam ejus laudem, virtutis, & doctrinæ commendationem his eum jam Episc. Narmurcensem verbis ad edendos, & alijs communicandos studiorum labores adhortatur: *Vidi propterea Heros pereruditè, decus omne tuorum, ne Deo, Ecclesie, nobis, & posteris sis prolixiori silentio injurius, & scriptorum oculos, dùm recondis, alijs thesaurices. Nam si quid humanitatis tibi in hac declivi ætate contingat, vt tuis sudoribus more bombycum sine tuo proprio fructu immoriaris, fiet vt vel tui labores pereant, vel alios, forsitan immeritos, & indignos tua purpura vestias, tuisque plumis exornes. Felicissima quæque ingenia magno feruntur ardore ad solertam etuditionem tuam scripto delibandam, nam ex floridiore eloquentia sat superque totum Belgium illam degustavit. Dic, quæso, Vir clarissimè, scientia occulta, & Thesaurus invisus, quæ utilitas in vtrisque? Scripsit insuper:*

*Methodum Compendiarium ad Confessionem*

*nem generalem*. Latine, ex Anglico. Antuerpiæ 1617. in 8. apud tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 158. Clarebat anno 1598. Ejus meminit Uvite, pag. 49. *Genealogie S. P. N. Franciscæ*.

JACOBUS BONAVENTURA, Hepburnus, teste Lanovio, pag. 591. posteris reliquit:

*Commentaria in Cantica Canticorum* laudata à Jacobo Le-Long, pag. 771. suæ Bibliothecæ Sacræ.

JACOBUS BONCAMBIUS (à Uvadingo in Catalogo illaudatus) Perusinus Ordinis Minorum, ab Innocentio IV. Romano Pontifice renuntiatus Bononiensis Antistes, anno salutis humanæ 1244. Ecclesiam tibi commissam pluribus annis sincera integritate rexit, ad extremam tandem vergens senectutem sanctè moriens, meritum gradibus ad Cœlos ascendit, cum composuisset opuscula duo:

*Philosophicum unum, alterum Theologicum*, quæ M. SS. Asservantur Alsisi in Cœnobio sui Ordinis, cum *Concionum volumine*, teste P. Oldoino, pag. 156. sui Athenæi Perusini. Ex Ludovico Jacobillo de Scriptoribus Umbriæ, & Chrispolto in sua Perusia Augusta.

JACOBUS BONUS, Venetus, Doctor antiquus, ac Prædicator Apostolicus, scripsit:

*De Conceptione Virginis opusculum*, vt refert Marracius in Catalogo, ad annum 1436. vel, *librum de laudibus Virg.* juxta Uvadingum. Consule Alva in Militia, col. 640.

JACOBUS DE BORDES, Capuccinus, natione Gallus, Patria Constantiensis, genere illustris, Provinciæ Normaniæ Concionator insignis, per triginta, & amplius annos Novitiorum Moderator, Theologus, ac pluries Diffinitor, non pauca exaravit Latine, & doctissime. Ea sunt apud Bibliothecam Scriptorum Capuccinorum, pag. 167.

*Elucidatio Paraphrastica super Apocalypsim B. Joan. Apostoli cum adnotationibus per multis ad loca difficiliora in duos tomos in fol. distributa*. Primus tomus impressus est Parisijs apud Sebastianum Cremonis, anno 1658. Secundus ibidem 1659. Vidi.

*Sylva Sacrorum, multiplicis argumenti Theologia continens de Christo, de B. V. Maria, de Sanctis, de quacumque materia predicabili*. Tom. 1. in fol. Parisijs anno 1661.

*Conceptus Concionatorij in 22. Apocalypsim*. Tom. II.

*Ipsos Capita Gallico idiomate conscripta*. Tom. 1. in fol. Ibid. 1660.

*Liber Controversiarum contra Fanensitas*. Ibidem 1658. tom. 1. apud Cremonis, in 4. Evulgavit etiam in sua juventute volumen in 8. Concionatoribus vtilissimum habens pro titulo:

*Concordantia Breviarij Romani, in quo redegit omnes materias predicabiles in solo Breviario contentas*. Parisijs 1616.

*Explicationem omnium figurarum Apocalypsis*. Obijt felicissimus in Christo, anno 1669. ætatis suæ 76.

JACOBUS DE BOSC, Gallus, Regul. Observ. Consiliarius, & Concionator Regius, illustris prosapiæ, Vir in scribendo politissimus, Gallicè scripsit, & edidit:

*Vitam, & Martyrium B. Francisci Belli Minorite*. Parisijs apud Viduam Joannis Camusat in 8. anno 1644.

*Fœminam Heroicam, vel Heroinas Heroibus collatas in omni virtutum genere*. Parisijs in 4. 1645.

*Fœminam honestam*, opus in Gallia sæpius recusum.

*Philosophum indifferentem*. Parisijs in 4. anno 1643.

*Panegyricum ad Cardinalem de Richelieu*. Parisijs in 4. anno 1643.

*Consolationem ad Cardinalem Mazarinum super morte matris suæ*. Parisijs anno 1644. in 4.

*Eucharistiam pacificam*. Parisijs in 4. anno 1647. Traduxit ex Hispanicè in idioma Gallicum:

*Sermones diversos Sebastiani de Avendaño Minorite, &c.*

*Sermones de Adventu, ac de Quadragesima Hieronymi Narniensis Vicarij Generalis Capuccinorum*. De quibus suo loco. Ex Uvadingo, & Dupino, sæc. 17. quo floruit.

JACOBUS BOSCALINO A MOZANICA, Cremonensis, Doctor Theologus, Provinciæ Mediolanensis Minister Provincialis, Vir doctus, insignis Prædicator, Minister Generalis totius Ordinis, ac demùm Nuntius Apostolicus, scripsit:

*Super Psalmum Beati immaculati in via*, teste Coronelli, tom. 6. suæ Bibliothecæ Univers. num. 2240.

*Litteras ad S. Joannem de Capistrano*, apud Uvadingum, tom. 6. Annal. Claruit Mediolani, anno 1457.

JACOBUS BOULDUCC, seu BOLDUCCIUS, Gallus, Parisiensis, hujusque Provinciæ Minorum Capuccinorum



tum iteratò Diffinitor, Vir, quem & merito *Doctissimum* appellat R. P. Jacobus Salianus (tom. 5. suorum operum) fervido præditus ingenio non paucos Sacræ Pagine abstrusos recessus incredibili facilitate penetrans plura conscripsit. Extant

*De Ecclesia ante legem libri tres, in quibus demonstratur quis à mundi principio, usque ad Moysen fuerit Ordo Ecclesiæ, quæ festa, quæ templa, quæ sacrificia, quivè ritus, & cæremonia, & alia multa arcana ex fontibus, præsertim sacri sermonis exhausta.* Lugduni sumptibus Claudij Landry anno 1626. in 4. Vidi.

*De Ecclesia post legem liber unus Analogicus, in quo ostenditur quanta sit similitudo inter legem naturalem, & legem Evangelicam.* Parisijs apud eundem 1630. tom. 1. in 4. Vidi. De horum librorum præstantia, observavit Genuensis, pag. 165. habemus præclaram testimonium R. P. Joan. Andreæ Ramirez Pinti ex Illustrissima Societate Jesu, lib. 2. in Cantica Canticor. cap. I. vers. 6. fol. 168. *Composuit, inquit, nuper aureos libros de statu Ecclesiæ Jacobus Bolduiccus, Capuccinus, Scriptor sanè genij, & ingenij longè felicioris, & reconditoris longè disciplina: lege, & mirare novas abstrusæ sapientiæ aurifodinas apertas.* Hæc ille. Scripsit etiam:

*De Oggiò Christiano, lib. 3. in quibus declarantur antiquissima Sacrosanctæ Eucharistiæ typica mysteria, quæ in frumento ab Adam instituta, deinde in Noe additione vini illustrata, & per totum Orbem pie celebrata sensim apud Gentiles in Orgiorum vocabulo; in ritibus horrendas fœditates contraxerunt.* Lugduni apud Laurentium Anisson suis sumptibus, anno 1640. tom. 1. in 4. Vidi.

*Expositio in Epistolam B. Judæ Apostoli, in qua similia secunda B. Petri Apostoli verba pariter expenduntur.* Parisijs 1630. in 4. Vidi.

*Commentaria in libros Job, in quibus præmittuntur Hebræi idiomatis accurata versio, ac brevis paraphrasis, variè etiam, tum editiones, tum lectiones cum vulgata collata expenduntur, necnon idiomatissimæ phrasæ, ac singula textus vocabula potissimum hebræa diligentissimè explanantur, ut ex eis omnibus genuinum sensus, ac primarius litteræ tandem eruatur.* Tom. 2. in fol. Primus tomus prodijt Parisijs sumptibus Laurentij Anisson, anno 1631. & secundus ibidem 1638. Vidi. Meritis, & sanctis operibus cumulatè obiit in senectute bona Patriæ anno 1650. ætatis verò

suæ 75. Uvadingus, sed fufsius Genuensis, quem consulas.

JACOBUS BURDIGALENSIS, Gallus, Provinciæ Aquitanicæ Minorum Capuccinorum Concionator, ac Sacræ Theologia Professor, Vir optimis doctrinæ, sapientiæ, & religiosi virtutis donis præfulgidus, ac linguæ sanctæ peritissimus enucleator; scripsit Latinè opusculum:

*De Elementis linguæ Hebræicæ sacri eloquij professoribus vtilissimum.* Parisijs anno 1646. apud Cremoisy. Ex Uvadingo, Genuensi, & Imbonato. in sua Bibliotheca Latino-Hebræica.

JACOBUS CAPACELLI, Doctor Theologus, quem suis Minoritis Conventualibus adscribit P. Coronelli, scripsit:

*Super Quodlibeta Scoti, tom. 1.* Bononiæ impressum apud Joannem Baptistam Faello 1513. Cum laude memoratur à Uvilloto in Athenis Franciscanis.

JACOBUS CAPPEL, Minorita, laudatur, eum Author ejusdæm operis:

*In Sacram Scripturam in Indice AA* quibus vitur in sua Chronologia Universalis P. Vincentius Coronelli.

JACOBUS CAROLUS, seu DE CAROLIS, natione Lusitanus, professione Minorita, edidit:

*Commentaria in Psalm. 180.* Parisijs 1600. in 8. Ejus meminere Uvadingus, D. Nicolaus Antonius, & Jacobus LeLong, pag. 668. suæ Bibliothecæ Sacræ.

JACOBUS CARRION, Hispanus, Provinciæ Majoritarum Regul. Observ. alumnus, Vir eruditus, ad præium habebat:

*Commentariorum litteralium, & Moralium in Apocalypsim, tom. 1.* spem faciens aliorum 5. anno 1677. Ex ejus Epistola ad Reverendissimum P. M. Generalem missa, asservata in Matritensi Archivio Ordinis. Vidi.

JACOBUS DE CASSA, seu DE CÆSSA, alijs DE CASSALI, Italus, Tertij Ordinis Regularis, edidit:

*Tractatum de Immaculata Conceptione Virginis, vti pluribus recenset Fr. Petrus de Alva, quem consulas in Militia, col. 642.* Eum commendans Uvillotus inquit: Jacobus de Cassa, vno tractatu de Conceptu Virginali, variæ lectionis Virum se comprobatur, & ingenij sui felicitatem prodijt.

JACOBUS A CASTRO, Hispanus, ex Compofellana Provinciæ Regul. Observ. Ecclesiastes, Ex Diffinitor, Pater, ac Chronologus, vernaculè emisit:

*Chronica Provinciæ S. Jacobi, prodierunt tomis duobus in fol. quorum primus excusus fuit Salmanticæ in officina Francisci Garcia Honorato, anno 1722.* Vidi. Secundus, Compofellæ typis S. Andreæ Frayz, anno 1727. Vidi. Evulgavit insuper ibidem in fol.

*Opusculum Apologeticum, sub titulo Hispanico: Respuesta Antiprologetica, in quo, sed parthalicè, acerbaque Minerva, opugnare intendit ab Authore hujusce Bibliothecæ rationibus, autoritatibus, ac modestia fulcita, tom. 1.* Chronicorum Provinciæ S. Pauli strictioris Observantiæ Discalceatorum. Extant adversum prædictam Apologiam Apologiæ duæ impressæ Matriti anno 1732. Prodijt prima in 4. sub titulo: *Serios dilemmas.* Secunda in fol. etiam Hispanicè sub titulo: *Examen de la verdad.* Alias audio typis commissas esse, quæ ad manus meas non devenere. Vivit adhuc Jacobus iste Guardianus agens.

JACOBUS CHEVANES, Gallus, Augustodunensis, ex Minoribus Capuccinis Lugdunensis Provinciæ, doctus Concionator, solido ingenio, ac virtutibus insignitus Religiosi status acerrimus defensor libris famosis contra Ordines Regulæ, ac præcipuè Fratrum Minorum Institutum à Joanne Petro Camusio Parino editis, accuratè simul, & doctam opposuit Apologiam, & confutationem tacito proprio nomine, sub titulo Gallico:

*Curiosus, ac familiaris usus Hermodorè ac incogniti viatoris.* Lugduni apud Joannem Calsium 1634. tom. 1. in 4. Scripsit etiam Gallicè, prænotata:

*Centuriatus hominum illustrium gloriam heroica vita, ac Christiana desiderantium.* Parisijs apud Joannem Puget 1647.

*Incredulitas sapiens, ac credulitas ignorans adversus beneficos, ac maleficas artes.* Lugduni apud Joannem Molin 1671. tom. 1. in 4.

*Amor triumphans de naturæ repugnantij.* Sunt Sermones de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento. Ibid. tom. 1. in 4. apud Molin anno 1633. Latinè verò edidit opus præclarissimum, sub hac inscriptione:

*Iusta expectationes nostræ salutis oppositæ desperationi sacult in quo opere solidè rejiciuntur, & destruantur perniciosanullorum hujus temporis circa gratiam, & alia utriusque Theologiæ, tum Scholasticæ, tum Moralit dogmata ad fidelium consolationem.* Lugduni sumptibus Laurentij

Tom. II.

Anisson 1649. tom. 1. in 4. Vivebat senio confectus anno 1691. Eum commendat Genuensis, & Uvadingus in Syllabo, & in Appendice.

JACOBUS COMPLUTENSIS. Vidi de superius Jacobus de Alcalá.

JACOBUS CORENUS, Gallus, Regularis Observantiæ Provinciæ S. Ludovici Minister Provincialis, Vir doctus, & facundi sermonis, scripsit:

*Observationes in Evangelia Quadragesimalia Passionis, & Resurrectionis Domini, in gratiam Verbi Dei Concionatorum.* Lugduni sumptibus Antonij Chardon, sub signo S. Spiritus 1627. in 8. Vidi, & Lovanii 1653. in 4.

*Discursus, seu tractatus de Dignitate Sacerdotali.* Gallico idiomate, quos ipse citat feria tertia post Dominicam secundam in præclaro opere.

*Clypeum patientiæ pro omnibus morbis, & calamitatibus, opus doctum, & varium.* Lugduni in 8. 1623. typis Viduæ Claudij Movillen. Et recognitum ibidem per Antonium Chard. 1628. in 8. Vidi. Et tertio ibidem per Claudium Prost 1611. Illud in Gallicum idioma vertit elegantè Valerianus Divionensis Capuccinus. Prodijt ibidem apud Ludovicum Muguet, anno 1630. in 4. In Hispanicum vertit Didacus Castellon IV. Doctor. Prodijt Casaragustæ ex officina Petri Lanaja 1648. in 4. Vidi.

JACOBUS DE CREMISIR, strictioris Observantiæ Discalceatorum, & Apostolicus Missionarius conscripsit:

*Relationem Missionis, ac morum Indiarum de Madure S. Congregationi de Propaganda Fide oblatam, anno 1722.* vti ex Fr. Ludovico Maria Lucino Dominicano, narrat D. Andreas Barcia in sua Bibliotheca Indica, col. 84.

JACOBUS FABER, Italus, Comensis, Regularis Observantiæ Provinciæ Mediolanensis alumnus de medio demonstrationis nonnulla scripsit simul edita cum operibus Joannis Anglicani. Venetijs per Lazarum Soardum, anno 1509. Vidi. Meminit hujusce Jacobi Bernardus Sannig in Synopsi Historica Scriptorum Ordinis.

JACOBUS FABREGUES, Hispanus, ex Provinciæ Majoritarum Regularis Observantiæ Lector Jubilatus, ac studiorum Regens, anno 1679. jussu sui Provincialis Ministri elaboravit in 4. Latine;

*Breve Compendium memorabilium Provincie Majoricarum Regularis Observantiae.* Incipit: *Brevi quamquam spatio.* Vidi. Extat Matriti in Archivio Ordinis.

**JACOBUS FARCIN**, Gallo Bravantus, Provinciae Germaniae inferioris, aliquoties Guardianus, Vir multarum linguarum peritissimus, Concionator celebris, & insignis Theologiae Moralis Lector, singularem libellum Fr. Alphonfi Matritensis:

*De vera Deo aptè inserviendi methodo,* in Latinum studio Joannis Hentenij, Sacrae Theologiae Lovaniensis Doctoris versum, transtulit in vernaculum Teutonicum, aliaque nonnulla conscripsit. Charitate in proximum flagrans, postulata à Superioribus licentia, relicto Conventu suo Uverthenfi, animam suam pro fratribus suis ponens Epidemiae morbo trajecti Mosae infectis, eadem contagione & vivis sublatus piam Deo animam reddidit ibidem anno 1633. die 22. Augusti. Haec Uvadingus. Authoris meminit D. Nicolaus Antonius, tom. 1. Bibliothecae Hispanae, fol. 27.

**JACOBUS FLORENTINUS**, Provinciae Tusciae Regularis Observantiae, praeter alia sui ingenij monumenta, ut narrat Tosignianus, ad meliorem formam reduxit, auxit, evulgavitque:

*Summam Raynerij Pisani.* Venetijs apud Ferdinandum Lythen 1486. in fol. Consentium Possavinus, Gonzaga, Uvadingus, & Uvillotus.

**JACOBUS FODERE**, Gallus, Doctor Parisiensis, Provinciae S. Bonaventurae Regularis Observantiae Minister Provincialis, Gallicè edidit:

*Vitae Sanctarum Virginum.* Lugduni 1620. in 8. apud Militiam Fr. Petri de Alva, col. 648.

*Vitam B. Joannæ à Cruce Tertiariae Franciscanae,* teste Arturo in suo *Sacro Gynaceo Mulierum* ad diem 3. Maji, S. 6.

*Narrationem Historicam, & Topographicam Conventuum Fratrum Minorum, & Monasteriorum Ordinis S. Clarae erectorum in Provincia antiquitus nuncupata Burgundia, nunc verò S. Bonaventurae, ornatam peculiaribus descriptionibus Urbium, & Locorum, ubi praedita Cœnobium sunt erecta, praemissa etiam compendiosa deductione progressus dicti Ordinis Minorum*

*ab ipso exordio, usque ad praedictam Provinciam erectionem.* Lugduni apud Petrum Rigaud, anno 1619. in 4. vide verbo *Claudius Picquet*, tom. 1. hujus Bibliothecae. De eo Uvadingus, & Jacobus Le-Long in sua Bibliotheca Historica Franciae, lib. 2. S. 4.

**JACOBUS A FOROSARCINIO**, in Emilia, Minorum Capuccinorum, post plures dignitatum gradus Generalis Minister, Vir caelestium contemplationibus assiduè intentus, salutis animarum zelo fervidus, ac totus Deo deditus, scripsit, recensente Genuensi:

*Epistolam satis eruditam, & prolixam ad universos Religionis Fratres pro bono regimine ejusdem Religionis, & perfectae Seraphicae Regulae Observantia, praesertim altissima paupertatis, impressam Romae anno 1584. die 28. Augusti.* Plenus dierum, & bonorum operum cumulo dives, mortis suae praecius, septuagenario major, devotissimum reddidit Creatori spiritum Genuae in Conventu S. Barnabae, anno 1586. decimo sexto Kal. Januarij, tertio sui Generalatus anno nondum expleto. Vitam ejus describit Bonverius, tom. 2. Annal. Capuc. ad annum praedictum, quo obiit.

**JACOBUS LA FROIGNE**, Gallus, Provinciae Franciae Parisiensis Minister, & totius Ordinis Diffinitor, edidit librum satis pium, & doctum, quem inscripsit:

*Paradisum castitatis, seu Claustrum Monialium,* in quo demonstratur, omnes, & singulas sanctimoniales, tacite, vel expresse professas receptas, & recipiendas, cujuscumque Religionis, & Ordinis etiam illas, quae vulgò *Tertiariae* nuncupantur, de jure ad claustram teneri perpetuam, sub obligatione conscientiae, & violationis sui voti, ac status. Opus perutile ex Thesauris Sacrae Scripturae depromptum, & ex Summorum Pontificum, & Conciliorum Oecumenicorum Decretis, & Constitutionibus concinnatum, ac varijs SS. PP. sententijs refertum, his praecipue quibus Monialium regimen demandatum est, etiam illis, qui apud eas de optimo status Religionis Conciones habere solent. Parisijs apud Dionysium Moreau 1624. in 8.

Vidi. In Authoris laudem, ita, nescio quis acciperebat:

*Caelestis quam magna refers documenta Sophiae*

*Quam facile castum dirigit arte gregem!*

*O quam divino succensum pectus amore*

*Ardet, quanta pio vulnera corde geris!*

*Igneae vox hinc, flexamina inspirante Suada*

*Nestorico cantus dulcior ore fluit,*

*Eloquij quoties referas anigmata Sancti,*

*Seu veterum profers cum monumenta Patrum!*

*Aut pura celebras dum virginitatis honorem,*

*Mellifluos docto fundis ab ore sonos.*

*Mens casta est, casto manat corde loquela;*

*Turturis auditur vox gemeunda sacrae.*

**JACOBUS GARIBI**, Italus, Regularis Observantiae à Portu Mauritij, vitam S. Francisci descripsit versu Italico, opusque ita inscripsit:

*Il Seraphico San Francesco*, dedicavitque Francisco Gonzaga olim totius Ordinis Ministro. Genuae apud Haeredes Hieronymi Bartholi, anno 1595. Ex Uvadingo, & Oldoino, pag. 269. sui Athenzii Ligustici.

**JACOBUS A S. GEMINIANO**, Italus, ex Provincia Tusciae Regularis Observantiae, conscripsit:

*Sermones de Tempore* laudatos à Patre Terrinca, part. 3. Theatri Provinciae Tusciae, pag. 205. ex Possavino, Gonzaga, & Uvadingo.

**JACOBUS DE GRISSANTO CASTRI**, Florentini, Provinciae Tusciae, & Custodiae Florentinae, scripsit:

*Quadragesimalia quadraginta duo.*

*Sermones Dominicales.*

*Sermones festivos.* Claruit circa annum 1300. teste Uvadingo.

**JACOBUS GRUMELLO**, Provinciae Brixienensis alumnus, edidit:

*Serenam conscientiam in Regulam Fratrum Minorum*, vti recensent Uvadingus, & Donatus Calvi, fol. 314. partis primae suae *Scenae Litterariae*.

**JACOBUS GUISIUS**, Montensis Hanno, Doctor Theologus, Mathematicus, ac Philosophus, Patriae antiquitatis, historiarumque studiosus, scripsit:

*Annales, sive Chronica Comitatus Hannoniae* tribus tomis M. SS. apud Minores ad Montes Hannoniae laudatis à Miræo in suo de Elogijs Belgicis, hisce verbis: Tom. II.

*Guisius Instituti Franciscani Doctor Theologus, lustratis Cœnobiorum Bibliothecis, excussis Urbium regestis Latine Annales, sive Chronica Hannoniae conscripsit: quibus voluminibus pergamenis comprehensa, Montibus Hannoniae, in Franciscanorum Sodallium, Bibliotheca, non sine fructu legimus. Digna certe, quae principis Viri cura, sive precepto, publicana in lucem aspectum proferantur: Et si ea, quae ad Romanorum olim apud Belgas imperium pertinent, ad veterum Historicorum fidem omnino castiganda videantur.* Jacobus Le Long, lib. 4. Bibliothecae Gallicae subdit eorum editionem factam Parisijs apud Regnaut, anno 1571. in fol. Eorum *Compendium* publicavit Joannes Lessabæus Gallico idiomate, Lutetiae, & Parisijs. Scripsit etiam Gallico sermone:

*Historiam Francisci I. Galliarum Regis exhortationibus moralibus illustratam.* Extat Parisijs in Secundo Sixto Bibliothecae Regiae, num. 248. teste Labbeo in sua nova Bibliotheca edita Parisijs anno 1653. in 4. Decessit Valencinis anno 1398. apud suos sepultus, ante odeum sub lapide marmoreo. Pertractans de eo Valerius Andreas, Uvadingus, & alij.

**JACOBUS HENRICUS DE ALBA**, Provinciae Januensis, & Custodiae Astensis, compilavit per quaestiones, & conclusiones:

*Libros omnes Philosophiae, &c. Regi Siciliae, sive Neapolis Roberto dedicavit.* Elongavit circa annum 1340. Haec Uvadingus. Caeterum Jacobum istum, à Jacobo Albensi

Brancho, de quo superius, indistinctum dixerim.

JACOBUS HUGO, Minorita Conventualis, edidit:

*Observationes Theologicas, Historicas, Morales, & Politicas, in acta totius Sacrosancti Concilii Tridentini.* Rhotomagij 1569. Ex Didaco Lequile de Scriptor. qui pro Fide Romana dimicavit: Littera I. num. 3. fol. 277. & Uvadingo in Appendice.

JACOBUS KEMPIS, ex Recollectis Provinciae Germaniae inferioris, Sacrae Theologiae Professor, publici juris fecit opus praenotatum:

*Decas Scripturistica brevem S. Scripturae continens recollectionem, intentionem, deductionem.* Antuerpiae anno 1693. in 8. Vidi.

JACOBUS LALEMANDET, Burgundus, professione Franciscanus, edidit:

*Decisiones Philosophicas inter Thomistas, & Scotistas.* Monachij anno 1644. in fol. Fides sit apud Martinum Lippenium, tomo 2. Philosophiae, pag. 1475. Jacobi enim Lalemandet nullus ex Franciscanis meminit.

JACOBUS LAUDENSIS, Provinciae Mediolanensis alumnus, scripsit:

*Summam Casuum Conscientiae.* Citatur inter Summas in Summa Angelica. Floruit sub anno 1350. Haec Uvadingus, post Possevinum. Citatum legi in Summa dicta *Rossia.*

JACOBUS LAUSANENSIS, (alter à Jacobo Lausanensi, Dominicano, & Episcopo) Minorita, posteritati reliquit volumen in fol.

*De omnibus festivitatibus Beatissimae Virginis.* Extat M. S. in Bibliotheca Ecclesiae Toletanae, Arca 5. teste D. Leone Pinelo in sua Bibliotheca M. S. apud Bibliothecam Matritensis Conventus Regularis Observantiae.

JACOBUS ALENDA, alijs DELENDE, Minorita, Gallus, Divini verbi doctus Interpres, Latine evulgavit:

*Sermones Adventuales.* Parisijs per Andream Bocard, anno 1501. in 4.

*Sermones Quadragesimales.* Ibid. eodem anno in 4. Utrumque opus vidi Hispali in Bibliotheca Ecclesiae. Authoris meminit Uvadingus, Alva in Militia, & Possevinus, qui non recte suspicatur eundem esse, qui supra scriptus est *Jacobus Laudensis.*

JACOBUS A SANCTA LUCIA, quem alij Messanensem, alij ex Oppido S.

Luciae, ejusdem Dioecesis faciunt, ex Minoritis Conventualibus, Sixtum IV. Pont. Max. habuit Magistrum, dum in Panormitano Lyceo Regentis munereungebatur. Dum Vicarij Generalis in Sicilia munus habebat, ab ipso Sixto IV. ad Episcopatum Pactensem electus fuit, vocatus verò ab ipso Pontifice, vt in Archiepiscopatum eligeret, Romae extremum clausit diem circa annum 1485. Edidisse dicitur:

*Theologica aliqua opuscula*, vti ex Samperio narrat D. Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecae Siculae.

JACOBUS DE MALAFOSSA. Vide superius *Jacobillus.*

JACOBUS MANTUANUS, Minorita, recensente Tosigniano lib. 3. suae Historiae Seraphicae, scripsit:

*Colleganea lectione digna.* JACOBUS MARCODURANUS. Vide inferius *Jacobus Polius.*

JACOBUS A SANCTA MARIA. Vide inferius *Jacobus Suarez à Sancta Maria.*

JACOBUS MARIA A SANCTO ROMULO, vulgò *Sancto Remo*, Ligur, strictioris Observ. Reformatorem doctrina, pietateque clarus, edidit Italico sermone, Mediolani apud Bibliopolam Archiepiscopalem in 12. anno 1672.

*Naufragium Emmanuels de Sosa, Equitis Lusitani.* De eo Oldoinus in suo Athenaeo Ligustico, fol. 270.

JACOBUS A MOSSA MARITIMA, ex Provinciae Tusciae recensentibus Gonzaga, & Tosigniano, scripsit:

*Historiam Montis Alverniae*, quem perperam ait Possevinus, pertinere ad Camaldulenses in Italia cum, vt rectè Uvadingus annotavit, nullum aliquando in Montem hunc jus habuerint. Laudatur etiam à Uvilloto.

JACOBUS MEDIOLANENSIS, ex praecleara Justianorum Familia Minor. Capuccinorum Provincialis Minister, Vir apud tom. 2. Annalium Boverij ad annum 1584. exemplaritatis nota insignitus, scripsit, Genuensi teste, pag. 169.

*Chronologiam foundationis Provinciae Mediolanensis, & rerum memorabilium, &c. quam continuavit usque ad annum 1580.* Sanctissimae vitae clarus praecconis, pijsque pro Dei Ecclesiae confectus laboribus, obiit Mediolani anno 1584. die 4. Augusti. S. Carolus de ejus morte maximè condolens, collachrymans dixit: *Doleo magnè pere, quandoquidem magnus Dei servus nobis*

*bis eripitur, & fidelissimum in onere mihi commissio cooperatorem amitto.*

JACOBUS DE MENESSES, Minorita, Hispanus, edidit, Uvadingo teste: *Institutionem Doctrinae Christianae.* Mantuae anno 1546.

JACOBUS MELPHITENSIS, Italus, primitus Regul. Observ. in Provincia S. Nicolai Provinciae, deinde Neapolitanae Minorum Capuccinorum alumnus, Vir sanctitate vitae, doctrinae eruditione, in rebus Fidei pettractandis, ac in Sacris Scripturis explicandis admodum praestans, qui innumeros in praecipuis Italiae Civitatibus ad poenitentiam reduxit, sed praecipuè in populo Epidauriensi, qui eum sibi Episcopum à Paulo IV. Pont. Max. enixis precibus postulavit; praecleara haec monumenta reliquit:

*Commentaria in decem Praecepta Decalogi.* Venetijs anno 1575. apud Junctas, & Neapoli 1597.

*Commentaria in Psalm. 14. Domine quis habitabit, &c. per modum Decalogi, interlocutoribus Davide, & Salomone, hoc interrogante, illo respondente.* Incipit: *Cum Caelorum ambitus, &c.* Opus est in 11. partibus distributum, in quibus agit. 1. *De Beatae Mariae Conceptione.* 2. *De Divina Lege.* 3. *De Lege humana.* 4. *De detractione.* 5. *De*

*amore proximi.* 6. *De opprobrijs contra proximum.* 7. *De abominatione, & vilificatione sui ipsius.* 8. *De honore timentium Deum.* 9. *De juramento observando.* 10. *De usura prohibitione.* 11. *De muneribus contra innocentes.* Prodiit Venetijs in 4. Imperiali, ex officina Aurelij Pincij, 1355. *Opusculum in Symbolum Fidei cum Commentarijs.*

*De Praeceptis Ecclesiae.*  
*Traetatum de mortificatione carnis.*  
*De Immaculata Virginis Mariae Conceptione.*

*Conciones diversas.* Omnia sunt impressa Venetijs annis 1535. 1575. & 1578. apud Cominum de Tudino. Meritis illustris senio venerando confectus, multisque laboribus divexatus, Messapiae, in qua Civitate à Pro-Rege Provinciae Hydruntinae ob praedicatae veritatis testimonium fuerat relegatus, placidissime quievit in Christo anno 1561. Eaque fuit apud populos illos ejus sanctimoniae fama, vt eadem in Civitate statua illi publice erecta fuerit. Commendatur in Bibliotheca Neapolitana, & pluribus à Genuensi, pagina 170. & in Martyrologio Franciscano ad diem 28. Augusti. In laudem Jacobi hujus ita accinebat Augustinus Mostardus in monitione ad Lectorem:

*Huc, huc, quid pavitans dubia jam mente moraris?*

*Vera nihil dubij debet habere fides.*

*Haec sunt illa tui fratris sacra scripta Jacobi,*

*Qui tibi Coelestes monstrat adire lares.*

*His poteris folio, quo nunc privatus, in alto*

*Sistere, & aeterno proximus esse Deo.*

*Disce igitur, fugias dictis fera tecta tyranni;*

*Cum neque post mortem poenituisse juvet.*

JACOBUS (seu JAYMUS) MELLO, Lusitanus, Dux Cadavalensis, Regius Senator, & Apparicus, Tertij Ordinis Seraphici alumnus, vernaculè emisit:

*Acta Ducis D. Nunnij Alvarez Pereyra, quae cum relatione celebritatum suarum exequiarum,* ad D. Joannem V. Lusitaniae Regem missa. Ulyssipone in officina Musicae, anno 1730. in fol.

JACOBUS MILESIUS, Hybernus, Pontanensis, strictioris Observ. Provinciae Terralaboris alumnus, Collegij Romani S. Isidori Minorum Hybernorum Vicarius, Vir litteris, & moribus egregie excellentis, scripsit sermone Italico:

*Artem novam cantandi, sive brevem methodum musicae addiscendae,* ab hujus aetatis peritis commendatam, Neapoli in 8. anno 1630.

*De Corona, sive Septenario B. Mariae Virginis.* Ibidem apud Octavium Beltracum num 1631. in 8. Vidi.

*Typum Conceptionis Immaculae Virginis Mariae.* Ibid. in fol. magno expanso.

*Catechismum Anglicum ad erudiendos hujus gentis Viros, qui in Italia ad Fidem Catholicam convertuntur.* Ibid. anno 1635. in 8. Obijt Neapoli anno 1639. Ejus cum laude meminit Uvadingus, & ex Leone Allatio, Marracius tom. 2. pag. 636.

JACOBUS MOZANICA, Medionensis, Vir doctus, insignis Prædicator, primum Vicarius, deinde Minister Generalis totius Ordinis, mox Nuntius Apostolicus, de quo diffusè Uvadingus tom. 6. Scripsit:

*Lectiones super Psalm. Beati immaculati. Ex Uvadingo.*

JACOBUS MUGNOS, Panormitanus, ex Tertio Ordine, Sacræ Theologiæ Doctor, eloquentiæ Sacræ, (teste D. Antonio Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ) Scripturis, & Sanctis Patribus impensè dicatus, Concionatorque sui avi celeberrimus, Siculæ Provinciæ Diffinitor, ob suam in Deiparam Virginem pietatem scripsit:

*Tractatum Theologicum pro Immaculata B. Virginis Conceptione per quæstiones distributum.* Authographum M. S. numeris omnibus absolutum servabat Saluator de Josepho Rodriguez, Panormitanus, ejusdem Provinciæ Minister, Sacræ Theologiæ Magister anno 1713. quò 23. Octobris à Philippo V. Hispaniarum Rege Pactensis Ecclesiæ Episcopus designatus, in lucem emittere desiderabat. Vivere desijt, anno 1664.

JACOBUS NIGER, Athenis, Ecclesiastes, & Theologus insignis, Poeta Latinus, & Gallicus, edidit Gallicè, recensente Uvadingo,

*Viridarium spirituale amoris.* Leodij 1621.

*Tractatum de Reliquijs Sanctorum,* quem Trophæum inscripsit adversus Hæreticos. Ibidem 1624.

*De Vita, & Invocatione S. Rochi Confessoris, Patroni adversus pestem.* Infulis 1638. in 8.

*Dialogos duos Latine.* Prior inscribitur: *Tborus immaculatus,* quo traditur cavendum esse ad hæreticos, vbi, quando Catholicis placuerit inire conjugium. Posterior: *Noli me tangere,* de libris Hæreticorum non tractandis. Hujus Jacobi meminit Didacus de Lequile de *Scriptoribus, qui pro Ecclesia Catholica dimicaverunt.*

JACOBUS N. Minorita Conventualis, vti Uvadingus narrat, scripsit:

*Metrológicas, sive de Arte Profodiæ.*  
JACOBUS ODDO, seu DE ODDIS, alij ODDUS, Perusinus, Comes Antognellæ, Archidiaconus Patriæ Cathedralis, & Vicarius Capitularis, Marci Antonij, Episcopi Perusini frater, Minorita doctus, scripsit vernaculè, rudi satis stylo, sed veridicè:

*Speculum Ordinis Minorum,* quod vulgariè vocant *Franciscinam,* in quo per duodecim capita, per varios titulos virtutum recenset omnes Viros Sanctos, & illustres, qui in Ordine floruerunt. Publicæ luci commissum esse narrat P. Oldoinus in suo Athenæo Perusino, pagina 158. Duo erant exemplaria M. SS. hujus operis, vnum ad Sanctam Mariam Angelorum, sive de Portiuncula in agro Anagninate, in cujus Conventu pro secunda lectione in Refectorio, in publica mensa Fratrum publicè legebatur. Alterum Perusij in Conventu Montis asservatum, Annalistæ nostro transmissum fuit. Exaravit etiam, teste laudato Oldoino.

*Lucubrations circa Philosophiam, & Theologiam,* & in senectute bona obdormivit in Domino anno 1483.

JACOBUS PANISCOTIUS. Vide superius *Jacobus Melphutensis;* est enim idem Author.

JACOBUS PEREGRINUS, Minorita, Lusitanus, vti ex Cardoso habuit D. Nicolaus Antonius in suis Appendicibus M. S. in Regia Bibliotheca Matritensi asservatis, scripsit:

*De Regimine Franciscanæ Familie.*  
JACOBUS DE PETRUCIJS, Senensis, ex Prov. Tusciæ Regul. Observ. ad Lorientem Episcopatum in Regno Neapolitano assumptus, & Præsul sanctissimus, edidit:

*Annotationes in quintam Lamentationem Averrois tertij de Anima;* dedicatas Illustrissimo, & Reverendissimo D. Alexandro Casario S. R. E. Cardinali. Editio antiqua in 4. incipit: *Quare neque ipse est esse naturam quandam.* Vidi absque loco, & anno impressionis in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ. Floruit circà annum 1550. & hora sui transitus dixisse fertur: *Per Dei summam bonitatem, infinitamque misericordiam salvus sum.* Pluribus de eo Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 4. Februarij, §. 1. & Antonius Terinca, part. 2. Theatri Tusciæ, pag. 99.

JACOBUS PICTOVIENSIS, seu PICTAVIENSIS, Minoritis adscriptus à Uvadingo post Tosignianum, & Possevinum, scripsit:

*Sermonarium Fr. Petro de Alva* ignotum, & Henrico Uvilloto.

JACOBUS PIERIERIUS, Etruscus, Pistoriensis, Provinciæ Tusciæ Regularis Observ. Concionator celebris, Sereniss. Cosmi II. Etruriæ Mag. Ducis, ac filiorum Ferdinandi II. Joannis Caroli, Mar-

thiæ, Leopoldi, Francisci Theologus, ac Confessarius gratissimus per vicennium, expurgatas, & auctas edidit:

*Contradictiones in Prologum primum, & secundum Sententiarum Scoti.* Florentiæ apud Petrum Cecconcellum, anno 1521. in 4. Insupèr ex Fr. Antonio Terinca, parte 3. sui Theatri Prov. Tusciæ, pag. 205.

*Conciones pro Immaculata Conceptione Virginis Mariæ,* anno 1602. apud Marra-cium, Florentiæ 1616.

*Vitam V. P. Evangelistæ Marcellini;* & ejus opera, plura ejusdem Patris Marcellini opuscula typis commissa sunt. Obijt Florentiæ in Conventu omnium Sanctorum, anno 1635.

JACOBUS DE PISTORIA, idem est, ac *Jacobus Pierius,* de quo supra.

JACOBUS POLIUS, Germanus, Marcoduranus, strictioris Observ. Prov. Colonæ, nationis Germanicæ Historicus, Guardianus Oppenheimensis, Provinciæ Diffinitor, necnon Provinciæ Thuringiæ Commissarius Visitator, à quo de prædictæ Provinciæ, & Germaniæ interioris rebus scribendis magnum Annalista noster subsidium accepit, scripsit:

*Chronica Provincia Colonienfis* compacta ex monumentis vndique collectis per varias Germaniæ, & Belgij Provincias sedulo lustratis vbiq; Archivij, Chartophylacijs, & Bibliothecis.

*Epitomen Chronologicam de erectione, progressu, & statu Colonienfis Provinciæ.* Colonæ typis Petri Brachel anno 1628.

*Historicam descriptionem Sanctæ Mariæ Beuricensis supra Treviros.* Colonæ per Gisbertum Clementem, anno 1640. in 8. Vidi.

*Historicam descriptionem Sacri Montis Calvarie propè Arcocileram,* eodem anno, & eodem typographo.

*Historicam descriptionem Sacri Montis Pessulani ad Rhenum, atque Conventus Tertiariarum Sancti Francisci in eodem constituti.* Moguntia typis Nicolai Heyl, anno 1646.

*Historicam descriptionem B. Virginis in Bethleem propè Berchem.* Colonæ anno 1646.

*Exegeticon Historicum S. Annae Avia. Jesu Christi, magnæ Matris Deiparæ, necnon sacri Capitis ejusdem Marcodurum translatt.* Colonæ apud Gisbertum Clementem, anno 1640. in 4. Vidi.

*Vitam Nicolai Vigentij, Viri optimi, ejusdem Provinciæ tertio Ministri.* Prodiit Co-

loniæ Agrippinæ, typis Viduæ Valentini Clementis, anno 1646. in 12. Vidi.

*Compendium speculi disciplinæ ad Novitios à S. Bonaventura editi, addito speculo status Religiosi, & mundani ex S. Bernardo, atque schemate manus Religiosorum, aenealamina.* Colonæ apud Joann. Kinckium, anno 1618.

*Regulam Fratrum Minorum cum spiritualibus exercitijs pro tyronibus.* Colonæ apud Joannem Kinckium 1618.

*Formulare aureum de gradibus virtutum ex S. Bonaventura in Germanicam translattum.* Paderbornæ typis Theodorici Pontani, anno 1621.

*Manuale Confraternitatis V. Sacramenti Conventus Olivarum.* Colonæ apud Stephanum Hemmerden, anno 1611. Polium commendant Uvadingus, Le-Long, fol. 39. suæ Bibliothecæ Gallicæ, & Veronensis in suis Annalibus Tertij Ordinis, syllabo 2. AA.

JACOBUS DE PORTU, Italus, Regni. Observ. edidit:

*Rhythmini S. Bonaventura Philomena* nuncupatum *Expositionem carmine Italico.* Venetij anno 1586. & Florentiæ 1585. in 4.

JACOBUS REGGIUS, (Franciscus apud Uvadingum in Appendice) Capucinus, nobilis Genuensis, ejusdem Prov. Sacræ Theologiæ Lector, ac Diffinitor, Vir doctus, ac Cardinalis Raggi Germanus frater, & Laurentij itidem Raggi Cardinalis patruus, cum plerosque abusus ab electionibus quarundam Religionum eliminari vehementer cuperet, eos liberè perstrinxit, & remedia palam proposuit, vtque hæc facilius præstare liceret, nomen, quo audiebat in sæculo, & cognomen Raggius, sub Anagrammate Giragus præposuit libro, quem inscripsit:

*Dubiorum Centuria de regimine Regularium in tres partes distributa.* In prima incommoda electionum, que inter Regulares oriri possunt, enucleantur. In secunda remedia assignantur. In tertia nonnulla selecta elucidantur. Lugduni anno 1646. in 4. typis Hæredum Petri Prost. Vidi. Quod opus postea ab eodem Authore multis additionibus locupletatum, & in pluribus auctum, proprio nomine insignivit, & fuit impressum Genuæ in fol. anno 1653. apud Benedictum Guascum. Aliâ plura scripsit, tam Theologica, quam Moralia, quæ morte præveniente imperfecta reliquit. Solum extat impressum opusculum, sub titulo;

*Monita necessaria Confessarijs tempore passis ad Sacramenta ministranda, ne morbo afficiantur, in summum animarum bonum.* Genue apud Guacum, anno 1657. Obijt devotissimè ibidem. De illo plures apud Genuesem.

JACOBUS DE RIDDERE, Germanus, hujusque Provinciæ inferioris Regulus. Observ. Lector emeritus, ac super Provincias Germaniæ Commissarius Generalis, edidit:

*Speculum Apologeticum Fratrum Minorum de Observantia oppositum R. P. Zacharia Boverlo.* Antuerpiæ apud Guilielemum Lestenum 1653. in 4. Vidi. Est editio secunda.

JACOBUS RODDO, Anglus, scripsit:

*Commentarios super Evangelia.* Habentur M. S. in Bibliotheca Conventus Alsiensij.

JACOBUS A ROGERIO, Neapolitanus, edidit:

*Officium parvum S. Antonij de Padua.* Ejus meminit Uvadingus.

JACOBUS SALEUR, Prov. Franciæ, Parisiensis Minister, cum esset Secretarius Provinciæ ejusdem sub Jacobo Froigne Ministro, ei dicavit, & edidit libellum: Cæremoniarum Ordinis pro induendis Fratribus, & Sororibus, cui titulum præfixit Gallicum, Latine redditum:

*Iris expansa.* Parisijs. Edidit denuò, Gallicè:

*Elucidationem Orationis Mentalis.*

*Horologium devotionis, seu de Oratione vocali pro duodecim horis diei artificialis distribuenda, &c.*

*Uniformitatem exercitiorum Religionis, in quolibet Conventu Provinciæ Franciæ Parisiensis.*

*Observantias Regulares pro Monialibus Tertiarijs, quæ clausuram servant.* Hæc Uvadingus. Insupèr Gallicè scripsit:

*De antiquitate, dignitate, ac excellentia Ducum Lotharingiæ.* Nancij ap. Charlot 1663. in fol.

*De nobilitate eorundem, ac Equitum Metensium.* Ibidem in 4. 1674. teste Jacobo Le-Long, lib. 4. Bibliothecæ Gallicæ.

JACOBUS SALINARIUS, natione Italus, Patria à Franca-Villa, Provinciæ Hydruntinæ Minor. Capuccin. alumnus, Concionator non ignoti nominis, ac in varijs scientijs non vulgaritè eruditus, scripsit Italicè:

*Opuscula varia, & Historica, &c.* De illo meminit apud Genuesem R. A. P. Magister Andreas de la Monaca, lib. 1. cap. 4. fol. 38. Memor. Histor. Brundusina.

JACOBUS SCHIER, Anglus, strictioris Observ. alumnus, Lector emeritus in Provincia Ultoniæ, ac Episcopus primò Dunensis, deindè Conorientis, causam Dei, ejusque Catholicæ, Apostolicæ, ac Romanæ Ecclesiæ agens, cuius sit,

*De Controversijs Sacris*, volumen in 4. sermone Anglico. Insupèr, suppresso nomine, edidit Anglicè plures

*Libros Polemicos*, qui ob continuas persecuciones, clanculum à fidelibus, haud sine fructu, leguntur. Obijt circè annum 1725. Ex relatu laudatæ Provinciæ.

JACOBUS SENIS, cognomento de Tundo, Sacræ Theologiæ Magister Parisiensis, Vir magnæ devotionis, ac spiritus, Tusciæ, ac Umbriæ Minister Provincialis, scripsit:

*Brevia Chronica Ordinis Minorum*, vbi collegit notabilia quæque sui Sodalitij acta, sub compendio, à tempore S. Francisci vsque ad annum 1329. (qua collectione Uvadingus, vti ipse testatur tom. 2. anno 1285. num. 6. sæpius vsus est in Annalibus concinnandis) & paulò post, diem obijt extremum. Ejus cum laude agitur in Theatro Genealogico Prov. Tusciæ, part. 3. tit. 1. pag. 205. & alibi.

JACOBUS DE SCALVO, Capuccinus, natione Italus, Prov. Brixienfis alumnus, Vir genere, ac virtutibus celebris, composuit Italicè:

*Expositionem Regule Fratrum Minorum*, quæ inedita asservatur in Conventu de Soveri Patrum Capuccinorum, Genuesi teste. Obijt anno 1630. dum indefessè nulli parcens labori contagio infectis Sacramenta administraret. De eo meminit Marcellinus de Pise, tom. 3. Annal. Capuccinorum ad annum præfatum.

JACOBUS SPINELLO, Minorita, doctrina clarus, recensentibus Ulysiponensi, Tosigniano, & Uvadingo, posteris reliquit:

*Adnotationes in omni-versa Biblia.*

*Commentaria in quatuor libros Magistri Sententiarum.* Claruit anno 1376. Consule Haroldum ad annum 1376. num. 4.

JACOBUS SUAREZ. Vide tom. 1. verbo *Didacus Suarez.*

JACOBUS SUEDORICUS, Germanus, qui Custodem Misnensem agebat anno 1439. edidit.

*Collectariolum de Religiosis, ac eorum multis*

*multiplicatione.* Dresdæ 1525. in 4. apud Biblioth. Tellerianam, fol. 64. & tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 423.

JACOBUS TARIN, Hispanus, Discalceatæ Prov. S. Joannis Baptistæ, Apostolicus Concionator, Commissarius quoque Provincialis Provinciæ S. Gregorij Philippinarum in Sinarum Regno, duas de modo evangelizandi Regnum Dei, ad Rosensem Episcopum, conscripsit:

*Epistolæ.* Prima Gallo, & Italico sermone impressa fuit Colonia anno 1699. & 1700. Secunda verò Latine, & Hispanè edita fuit Romæ, ni fallor. Utramque legi Matrini in Bibliotheca Cœnobij Canoniorum Regularium S. Norberti.

JACOBUS DE TUNDO. Vide superius *Jacobus de Senti.*

JACOBUS TEXTOR, Senensis, Minorita Conventualis, ac Theologus insignis, qui Concilio Ferrariensi interfuit, edidit:

*Sermones de Conceptione Virginis*, lautos à Tosigniano, & alijs apud Militiam Fr. Petri de Alva, col. 669. Insupèr, Uvilloto teste, edidit:

*Tabulam generalem in constatum Francisci de Mayronis.* Clarebat anno 1348.

JACOBUS DE TRISANTO, alijs GRISANTO, Provinciæ Tusciæ, Vir sanctimoniam vitæ, ac doctrina clarus, elaboravit:

*Quadragesimalia duodecim.*

*Sermones Dominicales.*

*Sermones de Sanctis.* Claruit circè anno 1300. cujus corpus, haud longè à Castro Florentino in Ecclesia Monialium Sanctæ Claræ requiescit. Ejus cum laude meminit Fr. Antonius Terrinca in Theatro Prov. Tusciæ, parte 3. tit. 1. fol. 205.

JACOBUS TYRAS, Regul. Observ. Missionis causa in Hellandia Apostolicas functiones obiens, cum singulari zelo, & indefessè verbi Dei prædicatione fidem propagaret, & multos converteret, edidit:

*Disputationem habitam inter se, & Pseudoministrum verbi Dei Calvinistam super materia de justificatione.* Duaci anno 1633. Ex Uvadingo, ac Lequile.

JACOBUS VAGARELLUS, alijs UNGAROLUS, Patavinus, Minorita clarus, scripsit:

*Additiones ad Summam Angelicam*, quæ prodierunt Lugduni anno 1538. & deindè Venetijs anno 1569. in 4. Vide verbo *Angelus Clavassius.*

*Tractatum eruditum contra Hebræos.*

Obijt Forolivij cum opinione sanctitatis, vbi hoc legitur Epitaphium:

Hic jacet  
Corpus B. Jacobi Vagarelli  
De Padua,  
Ordinis Minorum  
Regularis Observantiæ.  
Obijt an. M. D. XVII.

Ejus meminit Imbonatus in sua Biblioth. Latino Hebraica.

JACOPONUS, (alijs JACOBONUS, seu JACOBUS) DE BENEDICTIS, nobilis Tudertinus in Umbria, Vir non minus scientia, quam singulari vitæ perfectione illustris, mirabiliter ad Ordinem nostrum vocatus, mirabilem vixit vitam, veram reputans sapientiam, pro Christo stultus haberi. Ante Pontificatum Bonifacio Octavo familiaris, ad supremam hanc dignitatem evectum offendit, quod liberius aliqua ejus facta redarguerit, vnde conjectus est in carcerem in Urbe Prænetina, sed & ille etiam Bonifacio prophetavit carcerem, & captionem à Gallis. Mira dixit, fecit, & scripsit:

*Rhythmos, & Poëmata multa*, lingua rudi Etrusca, mixtis crassioribus verbis Tudertinis, Calabris, Siculis, Neapolitanis. Vitem ergo vestem, tum in corpore, tum in carmine affectans, composuit, quæ libris septem distinxit, & notis illustravit Franciscus Fressatus, Minorita. Prædierunt Romæ anno 1558. deindè auctiora Venetijs in 4. 1617. cum Annotationibus R. P. Trefati de Lugnano, Minoritæ. Neapolis quoque studio P. Joannis Baptistæ Modio prodierunt cum Jacoponi vita

*II. ejusdem Cantica*, ex typographia Lazari Scoriggij 1615. in 4. Vidi. Prædierunt etiam Florentiæ ex officina Bonaccorsi, anno 1440. in 4. Vidi in Bibliotheca Hispanensis Ecclesiæ, vbi etiam habentur M. S. Ejusdem

*Doctrina*, in 4. & incipit: *Quicumque vult ad veritatis cognitionem.*

*Prophetia Epitris Jacoponi*, edita anno 1550. Extat, Uvadingo teste, in Bibliotheca Vaticana.

*Canticum de contemptu mundi*, satis scriptum, & commendatum, cui initium: *Cur mundus militat sub vanagloria*, His-

panicè redditum evulgavit Illust. Cornejo  
na cum ejus vita in suis Chronicis Ordini-  
is, tom. I.

*Rhythmus ad B. Virginem Mariam, sub  
Cruce in Christi Passione, stantem*, qui in-  
cipit: *Stabat Mater Dolorosa*, & circun-  
fertur in libello Officij Beatissimæ Virgi-  
nis.

*Sententias, & monita salutaria*, quæ  
multi collegerunt, cultiori verò præ reli-  
quis stylo Matthæus Raderus in Viridario  
Sanctorum, part. 2. cap. 3. quorum potio-  
ra sunt hæc:

*Quomodo homo potest scire, quod est in  
charitate?*

*Quomodo homo pervenit ad sui contemp-  
tum?*

*De triplici statu anima:*

*De quatuor pugnis anima:*

*De refrigeratione sensuum:*

Osse B. Jacoponi de Benedictis,  
Tudertini, Fr. Ordinis Minorum,  
Qui stultus propter Christum,  
Nova mundum arte delusit,  
Et Coelum rapuit.

Obdormivit in Domino

Die XXV. Decembris, anno M. CCCVI.

Operum meminere Marracius, Ludovi-  
cus Dupin, Uvadingus, & alij. Vide lau-  
datum Cornejo, & Arturum ad diem 25.  
Decembris, S. 2.

JANUARIUS DE MATA ET  
HARO, Neapolitanus, Provinciæ Ro-  
manæ Reformatæ, Sacræ Theologiæ Lec-  
tor, edidit volumen inscriptum:

*Sol sapientie in operibus creationis è ful-  
gens, sive Expositio Litteralis, Moralit,  
Mystica, & Allegorica in Psalmum 113.*  
Venetijs apud Bertanos, anno 1665. in  
fol. Vidi.

JANUARIUS ROCHO, Conventu-  
alis, Guardianus, & Commissarius Ge-  
neralis Conventus S. Laurentij Neapoli-  
tani, edidit:

*Vitam, & miracula S. Antonij*, Italicè.  
Neapoli apud Camillum Cavallo, anno  
1644. in 8. & ibidem per Lazarum Scori-  
gium 1635. in 8. Vidi.

JANUS LATINUS, Calaber,  
Pfeconus, à Uvilloro laudatus, edidit:

*De studio anima ad virtutes.*  
*De questione inter rationem, & consa-  
cientiam.*

*De quinque scutis patientia.*

*Epistolas item plures, & poemata plena  
ingentis animi.* Latine habentur M. S. in  
Bibliotheca Hispanensis Ecclesiæ sub hoc  
initio: *Incipiunt laudes, quas fecit Sanctus  
Frater Jacobus de Tuderto, Ordinis Fra-  
trum Minorum ad utilitatem, & consolati-  
onem omnium cupientium per viam salu-  
tis, crucis, & virtutum Dominum imitari.*  
*De perfectione sancta paupertatis distincta  
per tres gradus, &c.* Sermone Hispanico  
prodierunt Ulyssipone ex typographia  
Francisci Correa 1576. in 8. Vidi. Obijt  
sub annum 1306. ipsa Nativitatis Domi-  
nicæ nocte, sepultusque est Tuderti in  
Monasterio Clarissarum Montis Sancti,  
adjecto hoc Epitaphio:

*Margaritam novellam de Arte Chimica,  
& Philosophorum lapide*, diligentè cla-  
boratam ex solidioribus principijs præci-  
puorum Authorum, qui de hac re scrip-  
serunt. Venetijs apud Aldum, anno 1546.

*Artis Chimicæ Collectanea, de occultis  
mo, & pnetiosissimo Philosophorum lapide.*  
Venetijs 1546. in 8. Norimbergæ 1554.  
in 4. Scripsit etiam

*De Tertio Ordine S. P. N. Francisci*, asse-  
rit Veronensis in Annalibus Tertij Ordini-  
syllabo 2. Pertractant de eo Uvadingus,  
ac Alphonus Laffor in suo *Universo cala-  
mo delineato*, part. 2. pag. 199.

JAIMUS DE CORELLA, Hispanus,  
Provinciæ Navarræ Minorum Capu-  
ccinorum Theologus, Apostolicus  
Concionator, ac Diffinitor, Vir apprime  
doctus, cum fructu conscripsit Hispanico  
sermone, ac edidit:

*Praxim Confessoriorum, una cum expo-  
sitione propositionum damnatarum.* Editio  
quarta decima facta est Matrili 1717.  
typis Emmanuelis Roman in fol. Vidi.

Sum-

*Summam Theologia Moralis.* Ibidem  
apud Viduam Joannis Garcia Infanzon  
1718. in fol. Vidi.

*Ejusdem Summæ volumina tria* in fol.  
Ibidem excusa 1704. 1721. & 1723. Vi-  
di.

*Morales Collationes.* Editio 13. facta est  
ibidem apud Emmanuelem Roman in fol.  
Vidi. Ad prælum matura reliquit:

*Concionum Quadragesimalium volumina  
tria.* Hujus, verbo Jacobus, meminit  
Genuensis.

JAIMUS FERRER, Hispanus, Va-  
lentinus, ex Discalceata Provincia S. Joa-  
nis Baptistæ, Sacræ Theologiæ Professor,  
ac celebris Concionator publici juris fe-  
cit vernaculè:

*Historicam, ac predicabilem Triumpham  
S. Barbaræ Virg. & Martyris*; opus eru-  
ditum, impressum Barcinone formis Mar-  
tini Gelabert, anno 1703. in 4. Vidi.

JAIMUS SANCHEZ, Hispanus;  
Valentinus, hujusque Provinciæ Regularis  
Observantiæ Minister, & Custos, qui post  
vtrumque munus expletum, regressus à  
Comitijs generalibus, denuò rediit ad  
Patres Recollectos, à quibus ad prædicta  
obeunda munia invitatus abstractus est, Vir  
sanè pius, & prudens, de quo illustre re-  
fert testimonium, in Elogio Margaritæ  
Agullonæ præfixo ejusdem vitæ, magnus  
ille Vir Joannes de Ribera, Patriarcha  
Antiochenus, & Archiepiscopus Valen-  
tinus, sanctitatis opinione celeberrimus,  
à cujus confessionibus fuit. Ejus præscrip-  
to evulgavit vernaculè:

*Vitam, virtutes, & miracula pie an-  
clle Dei, candidæque Virginis Margaritæ  
Agullonæ Tertij Ordinis S. Francisci alum-  
na.* Valentini apud Joannem Chriostomum  
Garriz, anno 1607. in 8. Vidi. Com-  
mendatur à Uvadingo, & pluribus, pag.  
198. Bibliothecæ Valentiniæ.

JAIMUS SERRA, Hispanus, Oriol-  
æ natus, Juris Canonici Doctor, Archi-  
diaconus Ecclesiæ suæ Patriæ, Vicarius Ge-  
neralis ejusdem Diocesis, ac expressè  
Tertiarius Franciscanus, emisit Hispani-  
cè librum prænotatum:

*Propugnaculum precedentia ab Urbano  
VIII. concessa Minoritis Recollectis, ac  
Discalceatis.* Oriolæ per Vincentium Fran-  
co 1635. in 4. Vidi.

*Propugnaculum Oriolanense super divi-  
sione duorum Affectuum.* Ibidem, at eis-  
dem typis in fol. anno 1646. De eo in  
laudata Bibliotheca Valentina, fol. 198.

JEREMIAS BUCHIUS, Utinensis,  
Tom. II.

Theologus Conventualis; Vir facilis, &  
in periculis agitatus, teste Fr. Lucio An-  
guifola, lib. I. Conformitatum, tract. 8. edi-  
dit Italicè:

*Expositionem in Psalmum 14. Domine  
quis habitabit in tabernaculo tuo.*

*In Psalmum 21. Deus, Deus respice in  
me.* Prodierunt Florentiæ apud Bartholo-  
mæum Sermorellium, anno 1572.

*In Psalmum 22. Dominus regit me.*  
*In Psalmum 24. Ad te Domine levavi  
animam meam, Deus meus, in te confido;*  
*In Psalmum 84. Benedixisti Domine terra-  
ram tuam.*

*Tractatum de Angelis.*

*Alterum de Sacramento Altaris.*

*Alium de Nobilitate Beatissimæ Virgi-  
nis.*

*Commentarium in orationem Jeremiæ  
Propheta.*

*Alterum in Canticum Zachariæ.*

*Librum conformitatum vitæ S. Francisci  
cum Christo à Bartholomæo Pisano compo-  
situm, recensuit*, opus studio laudati Lu-  
cij editum Bononiæ, anno 1590. in fol. Vi-  
di. Pertractant de eo Uvadingus, & Ja-  
cobus Le-Long, pag. 655. suæ Bibliothecæ  
Sacræ.

JEREMIAS FUZZI, Italus, Foroli-  
vienis, ex Tertiarijs Regularibus, in  
Theologia Magister, in prosa, & versa,  
tam Latine, quam vulgaritè non vulga-  
ris Professor, Prior Conventus suæ Patriæ,  
edidit:

*Vitam B. Jeremiæ Martyris elegantè  
stylo Italico.* Bononiæ per Carolum Ze-  
nerium 1653. & Forolivij.

*De Italia à Peste liberata* opusculum li-  
gato sermone patrio. Forolivij apud Cim-  
matorum 1658.

*Panegyrim*, sub titulo: *Leo electus.* Bo-  
noniæ typis Hæredum Ducis 1647.

*Vitam V. Servæ Dei Francisci à Sereno  
Tertiariæ.* Venetijs 1670. Testatur Fran-  
ciscus Bordonius in suo Chronologio.

JEREMIAS PANORMITANUS,  
Capuccinus, Siculus, Provinciæ Panormi-  
filius, Vir doctus, & eruditus, Concio-  
nator, ac Sacræ Theologiæ Lector, quem,  
ex Genuensi, laudat Mongitore, tom. I.  
Bibliothecæ Siculæ, scripsit:

*Elogia varia, & Epigrammata lepida,  
& ingeniosa.* Panormi anno 1673.

JESUALDUS PANORMITANUS,  
Capuccinus, à Genuensi illaudatus, Pro-  
vinciæ Colonienis, scripsit:

*Summam casuum conscientie.* Anuer-  
piæ annq 1647. duobus tomis in fol. Uva-  
pis

lingus, quem excipit in sua Synopsi Historica Fr. Bernardus Sannig.

IGNATIUS AB APIRO, Italus, Picenæ Prov. Minorum Capuccinorum, Vir multæ eruditionis Græcis, atque Hebraicis litteris perfectè doctus, Apostolicusque Missionarius, qui totam ferè Insulam Cretensem suis Concionibus ad Christianam pietatem reduxit, scripsit, & elimavit:

*Quadam Hebraici, & Græci sermonis opera*, quorum titulum habere non potuit Genuensis. Obijt in Insula Canæ, anno 1569. multis miraculis corruscans, de quibus Boverius tom. 1. Annal. ad annum prænotatum.

IGNATIUS DE BROEYER, ex Conv. Aracœlitano Urbis, edidit Italicè:

*Compendium passionis, & mortis BB. Martyrum Gœrcomiensium*. Romæ per Marcinum 1675. in 8. Vidi.

IGNATIUS A CARNAGO, Italus, Capuccinus, Provinciæ Mediolanensis filius, Vir, teste Genuensi, devotis, ac religiosus moribus venerandus, pietate, ac concionandi munere fervidus, erga B. Virginem Mariam summo devinctus devotionis affectu, ejusque propagandi, ac

*Æmula dona nitent radijs, Ignatius, & Sol:*

*Hic flagrat flammis, alter amore calet.*

*Sol Cæli influxu violas, & lilia gignit,*

*Ille vberi eloquio Cœlica dona pluit, &c.*

Meminit ejusdem Abbas D. Philippus Picinellus in Athenæo Scriptorum Mediolanensium, & Ludovic. Dupinus, sæc. 17.

IGNATIUS A CASNIGO, seu CISNAGO, Italus, Prov. Brixienfis Minorum Capuccinor. alumnus, Vir pius, ac salutis animarum zelo accensus, stupor Hæreticorum, atque Rhetorum, in quorum Provinciæ arduum Missionum opus, Capuccinis suis iter aperuit, scripsit:

*Opusculum ad modum Catechismi præcedendi, & instruendis rudibus in Mysterijs ad Fidem Catholicam spectantibus*, quod fuit impressum absque nomine Authoris, vt Genuensis narrat. Obijt in suo Conventu Tirani, anno 1630. magno sui desiderio totis illis Regionibus relicto, illiusque exequiæ ob Populi devotionem solemnnes exiterunt.

IGNATIUS DE COMBIS, Capuccinus, Patria Rheginus in Calabria, ejusdem Provinciæ Concionator, ac Theolo-

dilatandi cultus studio, præcipuè ejus Immaculatæ Conceptionis, assiduè intentus, edidit Italicè librum inscriptum:

*Civitas refugij mortalium*, in quo continentur præcipuè devotiones in obsequium Beatissimæ Mariæ Dei ex Sanctis Patribus collectæ. Mediolani apud Ludovicum Monzam, anno 1655. tom. 1. in 4. Scripsit etiam:

*De Excellentijs B. Virg. Mariæ* librum vnicum. Ibidem 1656. tomo 1. in 4.

*Manuale Servorum B. Mariæ Virginis*, tomo 1. in 8. Ibidem 1656. & Cremonæ 1658.

*Paradisum spiritualem, in quo agitur de perfectione Christiana, de vanitate, & infelicitate hujus sæculi, de falsitate Religionis, & similibus*. Mediolani apud Ludovicum Monzam, anno 1663. tom. 1. in 4.

*Turris Sacra erecta supra firmam petram auctoritatum Divinæ Sapientiæ ad gloriam magnæ Matris Dei omnium infirmitatum, & malorum Medicæ Cœlestis, ac superne curatricis*. Mediolani anno 1666. In commendationem hujus pijissimi Viri Augustinus Terragus in suis Epigram. fol. 44. sic cecinit:

gus, necnon in Poeticis facultatibus valdè eruditus, scripsit Italicè, & evulgavit Poema sacrum, & heroicum de S. Maria Magdalena in 20. libros distributum, sub hoc titulo:

*Magdalena liberata* ad Illust. D. D. Josephum Francopertam Consolati Principem. Venetijs apud Paulum Balleonium 1673. in 8. Item, eodem idiomate, recensente Genuensi, opus prænotatum:

*Lyra sacra variarum Chordarum Poeticarum in duas classes divisa*.

IGNATIUS A COSTA QUINTELLA, Lusitanus, Honoratus Senator, Institutionum Imperialium in Connimbriensis Academia Professor, ex Tertiatij Franciscanis Sæcularibus, conscripsit:

*Bibliothecam Jurisconsultorum Lusitanorum. Amplectitur illustrium Professorum Connimbriensium Scholia, Tractatus, & Commentaria ad Jus Civile, Canonicum, & Regium. Tomus 1. de Hæreticorum insti-*

taione. Prodiit Ulyssipone ex officina Antonij Dedrozo 1730. in fol. Spem facit in Elencho 130. voluminum.

IGNATIUS A S. FRANCISCO, Hispanus, ex Discalceata Provinciæ Sancti Pauli, dignitate Sacerdos, vernaculè edidit:

*Epilogum Vitæ S. Rosæ Viterbiensis, adjecta, ad eandem Sanctam Statione*. Vallisoleti anno 1726. Vidi, Censoris munere. Rei Poeticæ non ignarus conscripsit:

*Multiplicia carmina sacra, quæ singillatim prodierunt*. Obijt anno 1730.

IGNATIUS GARCIA, Hispanus, Majoricensis, Regularis Observ. Custos Provinciæ ejusdem Regni, qui per universam Hispaniam tanquam Prædicator Apostolicus, miro prædicabat applausu, quem sæpè Salamanticæ & in Curia Regis Catholici concionantem Uvadingus nosster audivit; edidit Hispanicè:

*Libellum ad exercitium spirituale Via Crucis*, cujus meminit Fr. Andreas Noguera in Memoriali Latino ejusdem Provinciæ.

*Concionem ad Fratres Tertiarios Salamantinos in eorum publica processione, ac Via Crucis visitatione*. Salamanticæ per Didacum Culsio 1616. in 8. Vidi,

*Concionem de Annuntiatione*, habitam ad Hispalensem Ecclesiam. Hispali typis Alphonsi Rodriguez Gamarra 1618. in 4. Vidi.

*Sermonem de Passione, & Doloribus Christi*, & alios diversos, teste Uvadingo. Authoris meminere Marracius, & alij apud nostrum Alva in Militia, columna 674.

IGNATIUS GARCIA, alter, Hispanus, Regularis Observantiæ Provinciæ Aragonum Lector Jubilatus, Collegij Apostolicorum Missionariorum S. Rochi de Calamocho fundator, atque iteratò Guardianus posteritati reliquit:

*Sermones sex Missionarios. Expositionem Doctrinæ Christianæ*. In lucem emissis vnà cum ejus exemplari vitæ R. P. Fr. Antonij Arbiol. Cæsaraugustæ per Petrum Carreras, anno 1720. in 4. Vidi.

IGNATIUS GASCON, Hispanus, Prædicator Jubilatus in Valentino Conventu Regul. Observ. emissit Concionem ad populum gravem habitam:

*De cultu immemoriali Sanctorum Joannis de Matba, ac Felicis de Valois*. Valentia litteris Benedicti Baçe 1669. in 4. Vidi. Laudatur in Biblioth. Valentina, pag. 199.

Tom 11.

IGNATIUS LE GAULT, Gallus; Prov. S. Dionysij Recollectorum Pater, Vicarius Generalis, & Commissarius Apostolicus omnium Recollectorum Gallia, scripsit:

*De Sanctitate Romane Ecclesie*, opus laudatum in Martyrol. Franciscano, die 5. Februarij, §. 2. Ex Annal. laudatæ Prov. fol. 214. edidit volumen in 8.

*Adversus Paulum Ferry famosum Calvisianum*. Item tomos plures in 8. amplectentes vulgari idiomate:

*Conciones de Adventu, & Quadragesima*.

*De Dominicis, ac Sanctis per annum*. Prodiit Parisijs 1628. in 8. recensente nostro Alva in Militia, col. 674.

IGNATIUS INGARCIA, Italus; Messanensis, ex Tertio Ordine Regulari S. Theologiæ Magister, Vir apud Montigitore tom. 1. Biblioth. Siculæ animi candore, prudentia, & historica eruditione clarissimus, Poeticis studijs summè dicitus, tam Italicè, quam Latinè carmina, & anagrammata multa condidit. Italicè edidit opusculum in 16.

*In laudem S. Annæ*. Messanæ per Antonium Arenam 1701. Typis paraverat:

*Tractatum de Sacris Ritibus*, ann. 1714 quo Messanæ vivebat.

IGNATIUS LUPUS, Bergomensis; Sacræ Theologiæ Lector emeritus, olim Custos, strictioris Observ. Reformatorum, edidit:

*Commentaria in excommunicationis censuram pro indemnitate Hospitalis magni S. Marci Urbis Bergomensis*. Prodiit ex eadem Urbe, anno 1637. typis Marci Antonij de Rubens.

*Commentaria in Censuras, & casus reservatos*. Ibidem iisdem typis, anno 1636. Præter hæc à Uvadingo laudata, edidit Latinè opus inscriptum:

*Nova lux in Edictum S. Inquisitionis ad praxim Sacramenti Penitentia*. Bergomi apud Rubeum 1648. in folio. Vidi. Sermonem demùm Italicò:

*Theologiam mysticam à Christo Domino edoctam*. Ibidem per Hæredes Marci Antonij Rofsi, anno 1599. Claruit septuagenarius, anno 1585. cui appositum extat apud Petrum Donatum Calvi, Augustinianum, parte 1. Scenæ Litterariæ, fol. 337. diffusum Epitaphium, cujus fragmentum subjicio:

\*\*\* \*\*

Amaveris jam Franciscæ oviculum  
Illam menti tuæ colorem,  
Lupus adhuc similior tibi teneriorem  
tuum

Amorem poposcit:

Illam si vocasti sororem, hunc Fratrem  
Habuisti.

Quid ni amares Lupus Coelestis Agni tam  
Amantem?

Ita in libris locutus, vt iterum videretur  
Deus in igne loqui:

Ita Minister Domini,

Verè dicamus Deum facere Ministros suos  
Ignem vrentem,

Sed hem: de Ignatio desinamus loqui  
Lupus est in Fabula, scilicet in Scena.

IGNATIUS A S. MARIA, Lusitanus,  
Prov. Portugaliæ Regul. Observ.  
Lector Jubilatus, & à Theologicis Cen-  
suris Sancti Officij communem fecit ver-  
nacule:

*Orationem ad Fratres habitam in Capi-  
tulo Provinciali*, in Chronicis ejusdem  
Provinciae laudatam tom. 5. Cudit Ulyssi-  
pone Emmanuel Lopez Ferreyra 1699.

IGNATIUS SAVINUS, Regul. Ob-  
serv. alumnus, ingenio, pietate, doctrina  
admodum præstans, Theologus insignis;  
ac Concionator eruditus, facundus, qui ad  
Cæsarem Augustum maximè inclaruit, per  
multis domesticis dignitatibus reportatis,  
typis parata habebat an. 1582. teste Pro-  
pero Mandiofo, cent. 5. Bibliothecæ Ro-  
manæ.

*Concionum de Sanctis*, volum. 1.

*Concionum de Dominicis post Pentecost.*  
Volum. 1.

*Concionum variarum* volumina plura.  
Prælo subjecit:

*Concionem panegyricam de miraculosa  
Imagine V. Mariæ a Fusco dicta.*

*Alias de S. Rosalia; De S. Philippo Ne-  
zio; De S. Francisco Salesio; De S. Cathari-  
na Bononiensi; De S. Rosa Limana; De  
Sanctissima Cruce; De Maria Dolorosa;  
De Conversione S. Pauli.*

*Directorium exercitij S. Crucis.*

*Orationem funebrem Melitæ habitam in  
Exequijs Cardinalis Caroli Carafa.*

ILDEBRANDINUS DE TUSCA-  
NELLA, Tusciae Oppido, ditionis Pon-  
tificiæ, Minorita, scripsit:

*Traçtatum de Legè Evangelica, & Di-  
vina, & de decem Præceptis Decalogi.* In-  
cipit: *Ligem pone mihi Domine.* Ineditum  
habuit Uvadingus.

ILDEPHONSUS. Vide *Alphonsus*.  
ILDEPHONSUS BARGAS, indis-  
tinctus à Fr. Alphonso Bargas de quo egi-  
mus tomo 1. hujus Bibliothecæ, pag. 52.  
exaravit insuper opus egregium in folio.  
Ejus inscriptio:

*Digressiones morales in Historiam Susa-  
næ in duo volumina distributæ.* Asserva-  
tur ineditum, sed licentijs, & approba-  
tionibus fulcitum, Oriolæ in Bibliotheca  
Cœnobij S. Annæ Prov. Carthaginensis  
Regul. Observ.

ILDEPHONSUS A S. BERNARDI-  
NO, Hispanus, Diffinitor Prov. ejusdem  
S. in Regno Neapolitano, edidit:

*Vitam S. Petri de Alcantara.* Neapoli  
apud Felicem Moscam 1701. in 8. Vidi.

ILDEPHONSUS DE BIEZMA,  
Hispanus, in Oppido Mora Toletani Ar-  
chiepiscopatus natus, ex Regul. Observ.  
Castellanæ Provinciae, Concionatoris Ge-  
neralis, ac Regij, Theologi pro Imma-  
culata Conceptione, necnon Diffinitoris  
muneribus functus, Guardianusque  
agens Matritensis Conventus, concinnavit:

*Historicum compendium Vitæ, ac prodi-  
giorum S. Joannis à Capistrano*, Hispanico  
idiomate, D. Marianæ Austriacæ Hispaniarum  
Reginæ sacrum. Prodiit ibidem ex  
typographia Joannis Garcia Infanzoni  
1691. in 4. Vidi. Post hæc Ministeriatu  
suz Provinc. expieto, ex Commissario Ge-  
nerali Indiarum, anno 1701. die 5. De-  
cembris electus fuit Matriti in Vicarium  
Generalem totius Familiæ, quem an. 1702.  
Generalem Ministrum declaravit Clemens  
XI. per Breve, cujus initium: *Religionis  
zelus, vitæ, ac morum honestas, atque  
laudabilia probitatis, ac virtutum merita,  
super quibus ad Nos fidedigno commenda-  
ris testimonio nos inducant, &c.* Deo, &  
hominibus dilectus eximia prudentia, in-  
terbellorum manifesta pericula, Ordinem  
gubernavit ab anno 1701. vsque ad an-  
num 1716. quo, prænnunciato, vt audio,  
suz mortis tempore, decessit in Matr-  
tensi Cœnobio S. P. N. Francisci die 10.  
Augusti.

ILLUMINATA BEMBA, facia  
B. Catharinæ Bononiensis, & post illam  
Abbatissa insignis magni Monasterij Cor-  
poris Christi ejusdem Urbis, scripsit lin-  
gua vernacula librum, quem prænosavit:

*Speculum illuminationis*, laudatum à  
Christophoro Mausueti, cap. 37. Vita  
Sanctæ Catharinæ Bononiensis, juxta  
edi-

editionem Bononiæ factam anno 1611.  
typis Vinorij Bonaccij in 8. Legi. Scripsit  
insuper:

*Vitam suæ Magistræ Catharina*, efflagi-  
tantibus Abbatissa, & Sororibus Monaste-  
rij Corporis Christi Ferratiensis. Eam  
commendat Arturus in Martyrologio  
Franciscano ad diem 9. Martij, §. 5. Ha-  
buit M. S. Uvadingus.

ILLUMINATUS MESSANENSIS,  
in eadem Provincia Minorum Capuccino-  
rum celebris Concionator, ac eximius  
Theologus, necnon Visitator Generalis  
in Regnis Castellæ, edidit, vt testatur  
Genuensis:

*Orationem de Immaculata Virginis Ma-  
ria Conceptione, quam habuit Roma anno  
1618. coram Sanctissimo, ac Beatissimo  
Papa Paulo V. necnon ad Eminentissimos  
Cardinales, omnesque S. R. E. Præsules.*  
Genuensis excipit D. Antonius Mongi-  
tore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

ILLUMINATUS MORONUS, Ber-  
gomenis, strictioris Observ. Reformato-  
rum, Theologus, vtriusque Juris Profes-  
sor, & Sanctæ Inquisitionis contra hære-  
ticam pravitatem Consultor, edidit:

*Centum responsa centum quaesitis, ex his,  
quæ illi in dies deferebantur solvenda, in  
quibus non contemnendæ difficultates de  
censibus, alienatione bonorum Ecclesiastico-  
rum, aliisque contractibus, legatis, bonis  
dotalibus, hypothecis, pralatione de bonis  
proscriptorum, filiorum familias deposito,  
successoribus, vestigiabus, sepulturis, quar-  
ta funerali, & concursu ad beneficia; nec-  
non de statu Regularium, reclamazione su-  
per invaliditate professionis, consuetudinibus,  
præcipuè contra Regulas Religionum,  
approbatione ad confessiones, adminis-  
tratione Sacramentorum extra proprias Eccle-  
sias, provisionibus Superiorum, de actibus  
Capitalariis, irregularitatibus, ignorantia,  
scandalo, occasione proxima, Indul-  
gentijs, utroque Jubilæo, casibus, tam se-  
cularibus, quam Regularibus Prælati re-  
servatis, deque potestate, & modo refer-  
vandi, aliæque quamplurima ex Sacra Theo-  
logia, ac utriusque juris principijs clarè,  
brevitè, & dilucidè non injucundo, nec  
inutili legentium labore explicantur, &  
solvuntur.* Ita Author omnia hæc exponit  
in titulo, seu operis facie. Illud Principi,  
& Senatui Veneto dicatum prodiit Vene-  
tjjs apud Combum 1644. in fol. Vidi.

ILLUMINATUS ODDUS, Collec-  
sanensis, Capuccinus, Vir doctrina excul-  
tissimus, Sacræ Theologiæ Lector, ac suæ  
Tom. II.

Messanensis Provinciae Diffinitor, & Cusa-  
tos, posteritati dedit:

*Logicam peripateticam ad mentem Scotti,  
qua Subtilissimi doctrina declaratur.* Pa-  
normi typis Petri de Isola, anno 1664. in  
4. & Neapoli apud Novellum de Bonis  
1670. in 4.

*Physicam peripateticam ad mentem Scoti.*  
Messanæ apud Hæredes Petri Breac  
1667. in 4.

*Disputationes de generatione, & corrupta-  
tione ad mentem Scotti, cum resolutione  
aliquorum dubiorum ad libros de Meteoris  
spectantium, quibus additur disputatio  
Meth. de principio Individuationis.* Nea-  
poli apud Andream Colicchiam 1678.  
in 4.

*Disputationes de Anima.* Ibidem, apud  
eundem 1674. in 4. Italicè.

*De vera pace cordis.* Messanæ apud Vini-  
centium Amicum 1676. in 12. Panormi  
apud Petrum de Isola 1677. in 12. & ite-  
rum ibidem 1682. in 12. Edendas reli-  
quit:

*Disputationes Metaphysicæ. Erga Dei-  
paræ cultum amantissimus zelator, in cu-  
jus effigiem, jam ad mortis januam devo-  
tissimè per horas octo affixos habuit ocu-  
los, spiravit, Messanæ 1683. De eo Ge-  
nuensis, & Mongitore in suis Bibliothecæ  
cis.*

ILLUMINATUS A PANORMO,  
Capuccinus, Siculæ Provinciae Theolo-  
gus, Diffinitor, cui præter eruditionem,  
& doctrinam, ac varia munia in Religio-  
nis regimine, integritas morum, ac vitæ  
innocentia, non parum ornamenti attule-  
runt, scripsit:

*Compendium Annalium Cardinalis Ba-  
ronij cum Adnotationibus, & Glossis.* Ser-  
vatur M. S. in Conventu Panormitano. Vi-  
disse testatur D. Antonius Mongitore,  
tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, & ab eodem  
elaboratos:

*Annales Ecclesiasticos in duodecim tomos  
distributos.* M. S. in fol. Hoc opus subdit  
laudatus Mongitore non sine ingenti labo-  
re, ac studio scripsit, ad instar Annalium  
Cardinalis Cæsaris Baronij, & jam à supe-  
rioribus approbatum sub Mediolanensi  
prælo erat, sed mors editionem abripuit,  
& quæ ediderat folia in officina typogra-  
phica delituere. Hujus operis Autogra-  
phum M. S. in eadem Bibliotheca Panor-  
mitana asservatur.

INNOCENTIUS A CHIUSA, in  
Vatle Mazarinæ, Italus, professione Lai-  
cus, Reformatus Provinciae Siciliæ, Vie  
K 3



virtutibus, miraculis, ac dono prophetiæ illustris, *quamplurima salutis monita cruciat*, ex quibus librum integrum concinnavit Romæ Joannes Baptista, Confalonieri Theologus. Agit in eo de *Paradiso Terrenali*, teste Fr. Petto Tognoleto laudatæ Provinciæ alumno, cap. 28. vitæ suæ, quam Hispanis communem fecit D. Didacus de Soto Sacerdos Theologus, ac Martiri edidit, typis Andrea Garcia 1673. in 4. Vidi.

INNOCENTIUS MARCINONIUS, Capuccinus, Sacræ Theologiæ Lector, suæ Provinciæ Siculæ pluries Minister Provincialis, demùmque Generalis, Vir Deo, & hominibus dilectus, & ab Innocentio X. Legati munere missus ad Regem, & Reginam Galliæ, & Ducem Aurelianensem, Italicè scripsit:

*Itinerarium Provinciarum Europæ*, quas pedester indefessus lustravit. M. S. apud Galatajeroneses Capuccinos, in quo multa scitu digna, & Europæ memorabilia complectuntur; idèdque publicam promeretur lucem. Editioni paratos reliquit:

*Quadragesimale primum, & secundum. Epistolam Reliquiarum S. Lucie V. & M. Siracusana.* Pluribus de eo D. Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

INNOCENTIUS NEAPOLITANUS, strictioris Observ. composuit:

*Officia Sanctorum Bonaventurae, Ludovici Episcopi, Bernardini, & 23. Martyrum Japponensium, ad imitationem Officii Sancti Francisci.* Ex Uvadingo.

INNOCENTIUS DE LA NEUFUILLE, Gallus, Provinciæ Campaniæ Minorum Capuccinorum alumnus, Concionator, variâ tum sacra, tum prophana perpolitus eruditione, scripsit opus in quatuor partes distributum, apposito lemate:

*Symbolica Prælati Generalis Idea Reverendissimo P. Bernardo à Porta-Maurisio, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum Generali Ministro oblata*, tom. 1. in folio. Et habetur M. S. in Conventu Genuensi PP. Capuccinorum, vt Genuensis testatur.

INNOCENTIUS ROMERUS ARMANIOLA, Subalpinus, Minorita, Vir pius, & multoties Monialium Confessorius, vt suæ devotionis erga Deiparam posteris relinqueret exemplum, scripsit librum, quem prænotavit:

*Origo Coronæ septem Decadum B. Mariæ Virginis.* Monte Regali 1626. vt testatur

Roffotus in sua Bibliotheca Pedemontana. Accessit:

*Tractatus devotus de Sancto Antonio Patavino.*

INNOCENTIUS A RUDIANO, Italus, Regul. Observ. scripsit:

*Relationem Provinciæ suæ S. Bernardini*, quæ inedita erat apud Alva, prout ipse testatur in Militia, col. 696.

INNOCENTIUS SALVIUS, Minorita, Italus, Patria Neapolitanus, edidit, vt testatur Franciscus Maria Pagnozzius in sua *Maria Triumphantis*, Coron. 2. num. 582.

*Stellarium B. Virginis Mariæ.* Florentiæ anno 1637. Item Italicè opus pianotatum:

*Apis Barberina protectrix Sacræ Religionis Franciscana.* Mediolani anno 1633. in 4. apud Bibliothecam Barberinam, tom. 8. fol. 340. Ejusdem habetur,

*Oratio in Adventu Fr. Joannis Baptistæ Campana totius Ordinis Minorum Ministri*, anno 1633. in 4. apud eandem Bibliothecam, ibidem.

INNOCENTIUS S B ORCHIUS, Prov. S. Francisci alumnus, edidit:

*Triumphum Sanctorum versibus heroicis* Viterbij 1606.

JOACHIMUS BANZIUS, Italus; Bononiensis ex eadem Provinciæ Minorum Capuccinorum, Vir genere, ac moribus insignis, ac præclarus Concionator, vernaculè edidit, recensente Genuensi:

*Concionem de S. Catharina Bononiensi.* Bononiæ apud Joannem Baptistam Ferro-nium, anno 1665.

JOACHIMUS DE MONTE FALISCA, Capuccinus, Italus, Prov. Romanæ Concionator, sermone Italico emisit:

*Vitam S. Margaritæ Virginis, & Martyris*, in 8. teste Genuensi.

JOACHIMUS A JESU, Hispanus; Discalceatæ S. Josephi Provinciæ Apostolicus Missionarius, ac Diffinitor, vernaculè emisit opus Concionatoribus utile sub titulo:

*Missio formata.* Prodiit Martiri anno 1731. tomis duobus in 4. ex typographia Emmanuelis Martinez. Vidi.

JOACHIMUS PAPPERSUVILANEUS, profæssione Capuccinus, Provinciæ Helvetiæ Concionator, Theologusque eruditus, communis juris fecit tres tomos in 4. Sacræ Scripturæ Interpretibus utiles in primis. Eorum titulus:

*Reformatio Difformis, & Deformis, sive*

*Demonstratio Fidei Catholicæ.* Argentorati apud Theodoricum Lerte, anno 1724. Vidi.

JOACHIMUS DE PUTEO, Antuerpenis, Tertij Instituti S. Francisci, Conventus Antwerp. & Middelburgensis Minister, sincerus, pius, & eruditus Religiosus, scripsit vernaculo sermone:

*Contemplationes in septem effusiones Sanguinis Christi.*

*De Septem doloribus B. Mariæ Virginis. Preparationem ad Sanctissimam Eucharistiam.*

*Speculum Virginum*, cum Montibus S. Getrudis Virginibus sacris esset à confessionibus. Clarebat anno 1610. Uvadingus, Bordonus in Chronico, & Joannes Maria Veronensis in Annalibus Tertij Ordinis, Syllabo primo.

JOANNA A S. ANTONIO, Hispana, ex Oppido Chozas Toletani Archiepiscopatus, & Conventu Toletano S. Elisabeth Regum præclara socia V. Matris Hieronymæ ab Assumptione (cujus superius meminimus) ineditos reliquit vernaculè tomos quatuor sub titulo:

*Notitiæ veritatis.* In primo agit: *De vita suorum Patrum, ac Fratrum, ac gratijs à Deo acceptis.*

Secundus amplectitur 52. attributa Divina, *Metaphorica, ac Mystica.*

Tomus tertius continet 26. attributa mysteriorum Christi, & *Christiparæ.*

In tomo quarto agit: *De favoribus pluribus à Deipara Virgini acceptis.* Asservantur in laudato Coenobio. Vidi.

JOANNA A CRUCE, Hispana, in Vico Benyajan Carthaginensis Diocesis, inter Tertiarias Sæculares sanctissimam vitam ducens, suo Confessario obtemperans, scripsit:

*Vitam Joannæ à Cruce*, hoc est, suammet vitam. Ejus meminit Chronologus Provinciæ S. Petri de Alcantara Granatensis, part. 1. lib. 3. cap. 61. Plena dierum virtutum, & meritum obdormivit in Domino 1. Martij 1667. Corpus ejus mira pulchritudine illustratum, ac flexibile in Templo S. Antonij Granatensis Provinciæ S. Petri de Alcantara tumulatum, resurrectionem expectat.

JOANNA A CRUCE, Hispana, in Oppido Acaña Imperiali Toletano vicino nata, coelitus edocta, Monasterio S. Mariæ de Cruce juxtà pagum Gubas in Castellana Provincia, nomine dato sanctitatis forma omnibus facta est. Hæc multifariam, multisque modis clarissima, in extasim

rapta diversis loquebatur idiomatibus, Sacram Paginam explanabat, Concionefque habebat. Ex his (quas sanè nusquam V. Joanna conscripsit) ab eo prolatis habetur inter extravagantes in Bibliotheca Regia Scorialis opus inscriptum:

*El Conorte* sub V. A. 13. in fol. Vidi. Fr. Petrus de Alva duos transcripsit sermones, vt testatur in Militia, col. 698. & tabula prima. Migravit ad sponsum, anno 1534. die 3. Maji. Agitur de ejus Canonizatione. Pluribus de ea Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 3. Maji, §. 6.

JOANNA JOSEPHA DE MENESES, Lusitana, Comitissæ de Ericera filia, Ludovico de Meneses nupta, & in viduali statu Tertium Ordinem Franciscanum professa, Hispanicè, Gallicè, Italicè, ac Latinè non mediocriter erudita, Philosophiæ insuper, Theologiæ, rerum Historicarum, Geographiæ, aliarumque artium perita, corporisque, & animi pulchritudine præcellens, stylo signavit:

*Reflexiones super misericordiam Dei;* Ulyssipone in 8.

*Anima Excitatore*, ligato sermone; Prodiit, sed sub nomine cujusdam Appollinarij, Ulyssipone 1695. in 4. typis Emmanuelis Ferreyra. Vidi. Inedita reliquit vernaculè.

*Vitam S. Augustini.*

*Comediæ* inscriptam: *Imperium amoris.*

*Poemata multiplicia*, idiomatibus varijs. Asservantur Ulyssipone in celebri Bibliotheca Comitissæ de Ericera.

JOANNA MARIA A CRUCE DE REVEREDO, Clarissa, Provinciæ S. Vigili in Trenti Principatu, cujus cor velut Teresiæ alterius à Seraphino spiculo sauciatum, & cujus accubitus fuit in latere Christi, dono sapientiæ plena septem volumina conscripsit Romæ ad examen tradita Autoritate Apostolica, anno 1705. Habentur in illis:

*Super Cantica.*

*Super omnia Evangelia Dominicalia.*

*Super varias, ac difficiles Sacræ Scripturæ Sententias.*

*Constitutiones pro Reformatione secundæ Regulæ S. Clare;* duorum enim Monasteriorum extitit *Reformatrix*, nempe Coenobij de Roveredo in Patria, & alterius, vulgò *Bergo* in Val-Sugana sub disciplina Patrum Reformatorem Alexandro Papa VII. mandante.

*Meditationes quindæcim pro Natalitio Christi Domini.*

*Meditaciones 13. ad visitandum Puerum Jesum in praesepio.*

*Quadragesima pro Domino in deserto visitando.*

*Quadragesima de Domini passione.*

*Sexaginta de Christi Resurrectione.* Ad sponsum abiit, Dominica Palmarum, anno 1673. vii in suæ vitæ Regesto scribit R.P.Fr. Franciscus de Cles ex Minoritis Reformatis, suus extremus Confessarius. Agitur de ejus Canonizatione, pro qua Animadversiones cum Summario Additionali editæ sunt Romæ initio anni 1705. Ex Petro Antonio Veneto, tom. 2. lib. Italicè conscripti *Giardino Seraphico*, part. 3. fol. 77.

JOANNA RODRIGUEZ, Hispana, Toletana, in Conventu S. Elisabethæ ejusdem Urbis virtutibus, ac visionibus clara, suo obtemperans Confessario, librum scripsit Hispanicè:

*De Revelationibus à Deo acceptis*, teste R.P.Fr. Luca Yanguas in ejus vita, fol. 6. Ad Dominum migravit anno 1505. die 6. Januarij in prædicto Conventu sepulta haud sine sanctitatis opinione, cujus meminit Uvadingus ad annum 1505. Illustrissimus Marcos Ulysipon. & Gonzaga, apud Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 6. Januarij, §. 5.

JOANNA RODRIGUEZ A JESU MARIA, Hispana, Burgenlis, ex Clarissis Conventus ejusdem Civitatis, virtutibus clara scripsit ligato, ac soluto sermone:

*Nonnulla opuscula spiritualia* edita ad calcem vitæ suæ quam in publicum misit Hispanè Fr. Franciscus de Ameyugo Provinciae Burgenlis, Theologus, Ministerque Provincialis, Matrini typis Bernardi de Villa-Diego 1673. in 4. Incipiunt fol. 29. cap. 5.

JOANNA DE TUSSIE, ex Clarissis, Abbatissa Monasterij Annecienfis in Sabaudia, edidit:

*Fermentum Calvinismi*, seu principium *Heresis Genuensis*. Camberij apud Claudium du Four in secunda editione 1625. De ea Uvadingus.

JOANNES ABREU, Hispanus, Provinciae S. Evangelij Regularis Observantiae Concionator, typis dedit vernaculè:

*Concionem de Maria Dolorosa*. Mexici per Josephum Bernardum de Hogal 1528. in 8. Vidi.

*Concionem de Domina nostra de Begonia*, in suo Mexicano Conventu habitam, &

ibidem editam. Vidi. Ad prælum matrum habebat eodem anno:

*Opusculum de Sepulchro Christi Domini*, approbationibus, ac licentijs fulcitum.

JOANNES ÆGIDIUS, Hispanus, Zamorensis (quem perperam Lusitanum facit Georgius Cardoso, tom. 3. Agiologij Lusitani die 17. Junij) Provinciae S. Jacobi (minimè Lusitaniæ) alumnus, Vir omnimoda litteratura, ac moribus conspicuus, de quo honorificè loquitur Abulensis, tom. 2. in Josue, cap. 25. & 3. Reg. cap. 3. quæst. 11. *mira scripsit tam de Chroniis, quam de Doctrinalibus, quam etiam de Moralibus*, vti in suo opere de *Conceptione* ad Concilium Basiliense Cardinalis Turre Cremata, part. 6. cap. 32. meritò asserit, ac asseruari in Bibliotheca Zamorensis Conventus S. P. N. Francisci, in qua hujus celeberrimi Authoris ingentia volumina, non semel vidi, ac legi. Scripsit igitur:

*De Rebus Hispaniæ* justum volumen ad Sancium (cujus Præceptor fuerat) Hispaniæ Principem, sapientissimi Regis Castellæ Alphonsi filium. Vidi etiam Salmanticiæ in Bibliotheca Majoris Collegij S. Bartholomæi pluteo, & num. 203. Complectitur tomus iste tractatus decem, in quibus agit de Hispaniæ populatione, fertilitate, fortitudine, liberalitate, sanctitate, doctrina, de juribus Magnorum, de Apologij Principum, & de Civitatibus, & Opipidis Hispaniæ. Habetur etiam ineditum in fol. in Bibliotheca Regia Matritensi, Incipit Prologus: *Quemadmodum sanguis Animalium*. Et ad calcem Prologi: *Hæc autem scribuntur propter mores, & non propter Historias, quia de Historijs jam actum est in alijs libris nostris*. Vidi. Extat etiam in Bibliotheca D. Joannis Emmanuelis Pantojo in Oppido Cabañas non longè ab Occania. Vidi.

*Historiam Naturalem, Ecclesiasticam, & Civilem* sex ingentibus voluminibus contentam, & Zamoræ asservatam, magnæ sanè rei historiciæ jactura.

*Armarium*, seu *Archivolum Scripturarum*, cujus operis, ni fallor, vnicè adest tomus secundus in laudata Bibliotheca Zamorensi.

*Opus generale, & spectale: De Animalibus, Avibus, Arboribus, Piscibus, aquis, substantijs, coloribus, odoribus, saporibus, sensibus, eorumque objectis; musicis instrumentis, ponderibus, mensuris, lapidibus, metallis, emplastris, pilulis, unguentis, infirmitatum signis, &c. de quibus absque præ-*

*judicio sententia melioris aliqua disseruntur, secundum dicta, & sententias sapientium*, vt ipse modestissimè fatetur tom. 2. Armarij in fine indicis, lib. 6. sivè litteræ F.

*Vitam S. Nicolai Martyris* in Oppido de Ledesma, seu Metissæ. Habetur in Regia Bibliotheca Scorialis ij D. 5. Vidi. Incipit: *Nicolaus genitus fuit*.

*De Jesu, & Maria* opus egregium, cujus initium: *Incipit meditatio proamialis in librum de Jesu, & Maria, quem ordinavit Fr. Joannes Egidius de Ordine Fratrum Minorum, ex verbis divinatorum eloquiorum, & ex dictis, & scriptis Orthodoxorum Doctorum, absque præjudicio*. Opera volumine isto complexa enumerat Author in Prologo hisce verbis: *Primo tractabimus, Jesu duce:*

*De ipsius Incarnatione, seu Conceptione.*

*Secundo: De ipsius Nativitate.*

*Tertio: De ipsius Circumcisione.*

*Quarto: De Assumptione.*

*Quinto: De infantali conversatione.*

*Sexto: De Baptismi susceptione, & Columba apparitione, nuptiarum, & jejunijs consecratione.*

*Septimo: De transfiguratione.*

*Octavo: De solemnè Processione cum ramorum, & vestium postratione.*

*Nono: De Gæna Apostolicæ celebratione.*

*Decimo: De Passione.*

*Undecimo: De Resurrectione.*

*Duodecimo: De Ascensione.*

*Decimo tertio: De Spiritus S. missione.* Volumen est membraneum, ac illuminatum, asservatum Salmanticiæ in laudata Bibliotheca Collegij Majoris S. Bartholomæi pluteo, & num. 324.

*Vitam S. P. N. Francisci*, quam vidit, & legit Fr. Petrus de Alva, vt asserit tabula prima. Incipit: *Francisci Beatissimi*. Sed ferè omnia sunt ex legenda majori S. Bonaventuræ.

*Legendam SS. per ordinem Alphabeti*, in 8. Asservatur in laudata Biblioth. Pantoja. Vidi. Incipit: *Almifusus Eterni Patris filius*. Robusto corpore, integra semper valetudine, ad tantam pervenisse senectutem scribit Abulensis, tom. 2. in Josue, cap. 25. & 3. Reg. cap. 3. quæst. 11. *Ut quamvis (inquit) plerique volumina, tam historiarum, quam sapientialium scripserit, nec litteras cognosceret, nec sciret se esse, quibus libros illos ediderit*. Floruit post annum 1300. Egidium commendat post Uvadin-

gum D. Nicolaus Antonius in Bibliotheca veteris Hispaniæ, quem consulat. Ex his colliges minimè audiendum esse Adrianum Bailet de judicio librorum, tom. 1. part. 2. cap. 7. §. 5. fol. 139. negantem opera hujus Egidij, Basileæ agnita à Cardinali Turre-Cremata, ab Illustrissimò Abulensi laudata, à multis Historiographis recognita, & impresentiarum videntia in prædicta Zamorensi Bibliotheca, vbi adhuc habentur, & in laudatis Bibliothecis.

JOANNES ÆGIDIUS, alter (ve reor autem ne sit præcedens) Theologus Minorita, & arte medendi nobilis, teste Patre Muffancio (in Face Chronologica titulo *Medicina* ab anno Christi 1200. ad 1300.) Author est libri *Medicis-noti*, cui nomen factum:

*Theaurus pauperum* editum Lugdunè per Jacobum Myt, anno 1525. in fol. Incipit: *In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis*. Vidi.

JOANNES AGGERIUS, Provinciae Recollectorum inferioris Germaniæ, ali-quandò instructor Novitiorum, & Guadianus, Vir columbinæ simplicitatis, ac Monasticæ disciplinæ observantissimus, ineditos reliquit:

*Multos libellos pios*, qui Boetenduljis asservantur, teste Carolo de Coudenhove in sua *Compilatione Chronologica*. ejusdem Provinciae apud Archivium Ordinis Matritense.

JOANNES DE AILLON, Americanus, Limensis, Regularis Observantiae Provinciae XII. Apollitorum, versibus edidit:

*Relationem, sivè Historiam celebratam, quas peregerunt Limenses per dies octo, quando resciverunt canonizatos fuisse viginti tres Martyres Japonenses*. Lima 1630. in 4. Insupèr soluto sermone:

*Historiam Domine nostræ de Aranzaza*, ibidem editam anno 1646. Vidi. De Authore agunt Uvadingus, D. Nicolaus Antonius, tom. 2. ac Didacus de Cordova in Chronicis laudatæ Provinciae, lib. 6. cap. 7.

JOANNES DE AINSA, Hispanus, Valentini Cœnobij Regularis Observantiae Guardianum agens, litteris tradidit:

*Vitam V. P. Fr. Dominici Gallart*, vti ex Chronicis Fr. Antonij Daza, recenset D. Nicolaus Antonius, tom. 2.

JOANNES DE AIORA, vel AYO-RA, Hispanus, Doctor in vtroque Jure, è gravissimâ Angelorum Provincia, vbi Familæ Seraphicæ nomen dedit, ad Occi-

dentales Indias se transtulit, zelo animarum ductus. Provinciae Mechoacan majori Praelatura, ac duobus Episcopatibus recusatis, Missionariorum illorum, qui primo ad Philippinenses Insulas convolarunt, in Mexicana Urbe numero aggregatus, pietate, humilitate, ac propagandae Religionis zelo maxime enituit. Conventum Manilensem Provinciae S. Gregorij Discalceatorum rexit, primusque Apostolus fuit Provinciarum, quas vocant Panai, Patigafimam, & Itocos, vbi sanctitatis nota obdormivit in Domino. Verba manentia, valdeque vtilia relinquens, efformavit idiomatibus varijs tractatus diversos, aliosque libros, praecipue illarum Insularum idiomatum:

*Artem.*

*Dictionarium.* Scripsit quoque, ac edidit Mexicano sermone opusculum:

*De Sacramento Altaris.* Consultatur Fr. Antonius de la Llave, trien. 2. Chron. Provinciae S. Gregorij, Fr. Marcellus de Ribadeneira, lib. 3. Hist. Archiepilogi, Chronologus Provinciae Angelorum, lib. 8. cap. 23. fol. 389. necnon lib. 10. cap. 10. fol. 493. ac Joannes de Torquemada, tom. 2. lib. 19. cap. 33.

JOANNES ALANUS, Danus, professione Minorita, edidit:

*Disputationes de Dialectis Graecis, ac pronuntiatione ejusdem linguae.* Hafniae anno 1609. & 1623. in 4. Fides sit apud Alphonsum Laffor à Varea, tom. 1. sui *Universae salamo delineati*, fol. 458.

JOANNES ALBERGHINUS, Panormitanus, Provinciae Siculae Tertij Ordinis, Sacrae Theologiae Doctor, & iterato Provincialis Minister S. Officij Consultor, & Cenfor; Vir doctrina clarissimus, & amore erga Regnam Angelorum insignis, publici juris fecit:

*Manuale Qualificatorum SS. Inquisitionis, in quo omnia, quae ad illud Tribunal, ac haresum censuram pertinent brevi methodo adducuntur.* Panormi apud Decium Cyrillum 1642. in 8. & Casaraugustae typis Augustini Verges 1671. in 4. Vidi. Nonnullas etiam, teste Mongitore, tom. 1. Bibliothecae Siculae edendas reliquit:

*Lucubrationes Scholasticae, & Moralis Theologiae, & breve Chronicon Tertij Ordinis S. Francisci.* Obijt Panormi anno 1644. De eo Bordonius Veronensis, & Coronelli, tom. 2. Bibliothecae Universalis, num. 2986.

JOANNES ALBIN, Hispanus, Civitatis, ex Provincia S. Michaelis Re-

gularis Observantiae, Lector Jubilatus, & à Theologicis censuris S. Inquisitionis, Vir ob morum integritatem, ac virtutum exempla in Ministrum Provinciale, ac Generalem Diffinitorem electus, demumque ad totius Ordinis Generale gubernium assumptus, scripsit, ac edidit:

*Vitam V. Mariae à S. Francisco Tertiarie, vulgo dictae la Rozzas.* Matrili apud Eugenium Rodriguez 1682. in 4. Vidi. Extat hujus Joannis honorifica mentio apud tomum secundum Chronologiae Seraphicae, cap. 79. pag. 304. titulo: *Numerus Defunctorum*, nempe ab anno 1694 usque ad annum 1700. vbi haec habentur: *Inter illos non pauci cum sanctitatis opinione referuntur obiisse in Domino; quos inter V. ac RR. P. Fr. Joannes Albin, totius Ordinis ex Minister Generalis: qui completo ministerio suo, se abscondens à fastis, & honoribus saeculi recusansque in suo patrio solo, & Civitate Episcopatum, sibi à Carolo II. Hispaniarum Rege affectuosè oblatum, ad solitarium se recepit Conventum nativae, Provinciae, vbi sanctis operibus jugiter vacans, pie (vt creditur) obdormivit in Domino.*

JOANNES AB ALBINTIMELIO, Capuccinus, natione Ligur, Provinciae Romanae, ac Genuensis Vicarius Provincialis, Vir doctrina, ac prudentia excellentis, Italicè scripsit librum:

*De septem tribulationibus Ordinis S. Francisci, Latine primum descriptis à R. P. Angelo à Cingulo, alijs à Clavasio, & ab eodem excerptis ex Originali M. S. ipsius P. Angeli, quod asservatur in Conventu Fratrum Minorum de Observantia Loci Clavari Provinciae Genuensis, ab anno 1521. die 24. Julij.* Fama sanctitatis clarus, in Crucifixi amplexibus animam exhalavit, anno 1650. De eo, ex Boverio, tom. 1. Anna-

lium, Genuensis.

JOANNES DE ALCARAPINHA, Lusitanus, strictioris Observantiae Discalceatorum scripsit:

*Memoriale suae Provinciae Pietatis*, laudatum tom. 2. Bibliothecae Hispanae ex Georgio Cardoso, quem consulat tomo 3. sui Agiologij Lusitani die 8. Maji, pag. 119. littera G.

JOANNES DE ALCOZER, Hispanus, Provinciae Aragoniae Regularis Observantiae alumnus, dumtaxat edidit Hispano sermone:

*Ceremoniale Missale* ijs, qui de Sacris Ritibus tractant valde acceptum. Casaraugustae 1607. in 8. & iterato Matrili. Vidi.

*Coptosam Confessionarium* à Uvadingo ipsi tributum, opus est Francisci Alcozer Provinciae S. Jacobi alumni, vt jam superius monui, verbo *Franciscus*.

JOANNES ALEGRE, Hispanus, Regularis Observantiae Provinciae Granatensis, & in Granatensi Conventu, Sacrae Scripturae publicus Moderator, vernaculè edidit opus praenotatum:

*Musica Seraphica, seu Historia celebratum Granatensium per dies octo, quando reserverunt Canonizationem S. Petri de Alcantara.* Granatae per Balthazarem de Bolivar 1670. in 4. Vidi.

*Concionem de S. Petro Alcantarensi.* Ibi, per eundem in 4. Vidi.

*Vitam S. Rosae Viterbiensis*, succintè. Granatae, eisdem typis; ac tempestate in 8. Vidi.

*De Augustijs gloriosae Virginis Granatae in novi Templi aedicatione celebratis.* Ibidem, per Nicolaum Antonium Sanchez 1672. in 4. Vidi.

JOANNES ALPHONSUS DE CASTANEYRA, Provinciae S. Evangelij Regularis Observantiae, recensente Fr. Augustino de Ventancurt in Chronicis ejusdem Provinciae, pag. 144. sermone Hispano, & ligato evulgavit:

*Epilogum vitae V. Fr. Sebastiani Apparitione adjectis quibusdam aromatibus spiritualibus.* Prodiit in Urbe Angolopolitana, anno 1689. in 4.

JOANNES DE ALVERNA, Minorita, teste Uvadingo, composuit:

*Praefationem S. Francisci. Qui venerandum, &c.*

JOANNES AMALIN, Gallus, Regularis Observantiae Provinciae Aquitaniae Antiquioris Minister, in ordinem redegit, suisque locis per materias disposuit:

*Commentarios Scoti in Sententias, & reliqua, quae invenire poterat illius opera.* Habentur M. S. in Bibliotheca Minorum Ruthenensi ejusdem Provinciae, teste Uvadingo, quem excipit Sannig in Synopsi Historicae Scriptorum.

JOANNES AMATOR, Hispanus, Philosophiae Lector in Conventu S. P. N. Francisci de Andujar, Provinciae Granatae, Regul. Observantiae, conscripsit:

*Carmina in laudem Purissimae Conceptionis Delparae semperque V. M. Hispanicè.*

*Decimas cum Glossa.* Extant à fol. 297. libri inscripti: *Biografia Mariae Sanctissimae* juxta editionem factam Granatae typis Francisci Sanchez 1657. in 4. Vidi. Au-

thoris meminit in sua Militia Fr. Petrus de Alva, col. 703.

JOANNES A S. ANDREA, Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Josephi, Hispano sermone evulgavit, anno 1621.

*Arborem spirituales vitae, & mortis, vti testantur Uvadingus, ac Nicolaus Antonius.*

JOANNES ANDREAS FERRARI, Italus, ex Minoribus Conventualibus, edidit anno 1643.

*Declamationem funebrem in obitu Pauli Frenfanelli.* Ex centuria 2. Bibliothecae Romanae Prosperij Mandosij.

JOANNES ANDREAS DE MORALEDA, Hispanus, Regularis Observantiae Castellanae Provinciae, & alumnus Majoris Complutensis Collegij S. Petri, & Pauli Lector Philosophiae factus, vernaculè edidit:

*Vitam V. Tertiariae Franciscanae Elisabethae à Jesu.* Matrili apud Bernardum de Peralta 1724. in 4. Vidi.

*Orationem funebrem habitam in obitu ejusdem Servae Dei.* Ibidem per eundem 1723. in 4. Vidi. Vivit, Theologiam docens.

JOANNES ANDREAE, Italus, teste Uvadingo, opera omnia S. Hieronymi ad compendium, & claram methodum reduxit, appellavitque librum hoc vocabulo:

*Hieronymianum.* Habetur M. S. in Bibliotheca S. Francisci Alesij.

JOANNES AB ANGELIS, Hispanus, Discalceatae Provinciae S. Josephi Provincialis Minister, ac Vicarius Regalis Coenobij Dominarum Excalceatarum Matritensium, Vir moribus, ac litteris clarus publici juris fecit, Hispanicè:

*Dialogos de conquiendo Regno Dei, quod intra nos est.* Matrili anno 1595. Compluti ad Serenissimum Principem Cardinalem Albertum, Archiducem Austriae, Toletanum Archiepiscopum 1602. in 8. ex typographia Regia, & Barcinone, & Matrili 1595. in 4. Vidi.

*Manuale vitae perfectae, adjecto Rosario principalium Mysteriorum Vitae, Passionis, ac Mortis dulcissimi nostri Redemptoris.* Matrili, anno 1608. typis Regijs. Vidi.

*Triumphum amoris divini, opus metricè laudatum à V. Fr. Antonio à S. Maria apud meam Bibliothecam Minorum Discalceatorum.* Metymnae Campi per Franciscum del Canto 1590. in 4. Vidi.

*De Sacratissimis Mysterijs, Sacrificij*

fol. Vidi. Authoris meminere D. Alphon-  
sus Laffor in suo *Uniuerso*, tom. 1. fol.  
66. D. Andreas Barcia in sua *Bibliotheca  
ca Indica*, fol. 432. & alij.

**JOANNES ANTONIUS DELA-  
PHINUS A CASALE**, Majore insigni  
Oppido ditionis Mediolanensis, nun-  
cupatus, sed in illius Oppidi Vico Rom-  
peani Marco patre, Viro humilis fortuna-  
e natus, à teneris annis, vt Uvadingo  
vitar, apud Patres Conuenticales initia-  
tus, Cremonam missus humanioribus,  
deinde Bononiam gravioribus litteris  
eam operam dedit, vt Magistri lauream  
acceperit, in Religione per omnes gra-  
dus ad Vicariatum generalem an. 1559.  
pervenerit, in quo mira mansuetudine,  
& lenitate vsus, omnium sibi reveren-  
tiam, & amorem conciliavit juxta illud  
Eccl. *Fili in mansuetudine opera tua  
perface, & super gloriam hominum dili-  
geris*. In incessu compositus, in con-  
uersatione hilaris, eloquio dulcis, facie  
pervenusta, capite magno, & calvo,  
barba proluxa canis conspersa, lectio-  
nis, & scriptionis avidissimus, nullam  
pati poterat temporis iacturam. Sub  
mediam noctem post breuem somnum  
ad studendum surgebat, vnde discipuli  
jocosè *mediam noctem* eum ap-  
pellitabant. Vir acri judicio præditus,  
scripsit:

*De potestate Ecclesie*: opus mole non  
omnino magnum, sed certè vi, & perspi-  
cuitate rationum haud exiguum, quo  
vniuersum fermè negotium de Ecclesia  
inter Patres Orthodoxos, atque Pro-  
testantes Hæreticos controversum, in  
tres libros est distributum. Prodiit Ve-  
netijs apud Andream Arrivabenum, an-  
no 1552.

*De Matrimonio, & Cœlibatu*, lib. 2:  
quorum primò quidem agitur methodi-  
cè de vniuerso Matrimonij negotio, &  
secundò de Cœlibatu sacris initiatorum,  
deque Monasticis votis, & de Institutis  
Regularium.

*De salutari omnium rerum, ac præser-  
tim hominum progressu*, libros quinque,  
quorum

Primus est de *Rerum eventu*.

Secundus de *Prædestinatione*.

Tertiùs de *Peccato originali*.

Quartus de *Libero arbitrio*.

Quintus de *Justificatione*. Prodi-  
erunt Camerini apud Antonium Guioum,  
anno 1553. in fol. Vidi. Scripsit insuper:

*De Cultu Sacrarum Imaginum.*

*De Cœlestibus globis.*

*De Diuina Providentia*, libros tres.  
Romæ anno 1588.

*De methodo opuscula Logicalla.*

*De agendis in Concilio Tridentino, &  
qualitèr, & in quem finem Patres ea dis-  
serere conveniat*. Romæ apud Laurentia-  
num, anno 1561. & 1588. Scripsit  
etiam:

*Opusculum de Nobilitate*, laudatum à  
Jeremia Buchio in suo Catalogo.

*Commentaria in Evangelium S. Joan-  
nis, & in Epistolam S. Pauli ad Hebræos*,  
edita Romæ anno 1687. vt testatur Lu-  
dovicus Dupin, sæculo 16. Vocatus de-  
mum ad prædictum Concilium à Pio  
Quarto, Bononiæ, alij putant Romæ,  
febri correptus, obiit anno 1560. cum  
tunc esset sui Ordinis Vicarius Apostoli-  
cus. De illo apud Tosignianum quidam  
cecinit:

*Quis te doctè sinat tacitum Delphi-  
ne, tot inter*

*Præstantem Sophiæ, conspicuumque  
Patres?*

**JOANNES ANTONIUS FAVEN-  
TINUS**, (alij AVENTINUS) Eccle-  
siastes suo tempore clarissimus, edidit  
Italicè:

*Meditationes quasdam, non minus doc-  
tas, quam vtilis*. Vivebat antio 1577.  
Alia edidisse narrat Rodolphus; lib. 3.  
sua Historiæ Seraphicæ.

**JOANNES ANTONIUS GROS-  
SO**, Genuæ nobilibus parentibus natus,  
ex illustri familia de Ruveri (ex qua tres  
Summi Pontifices) Vir vtriusque Juris  
in Universitatibus Complurènsi, & Cæ-  
saraugustana Doctoratus Laurea insigni-  
tus, Minorita factus in Aragonensi  
Provincia Regul. Observantiæ:

*Logicam*, prælo dedit, & protinus  
obiit in Conventu S. Mariæ à Jesu Erga-  
vicenti die 15. Septembris anno 1663. ex  
relatu laudatæ Provinciæ.

**JOANNES ANTONIUS A MON-  
TE CUCULLO**, Capuccinus, Italus,  
Provinciæ Bononiensis alumnus, Autho-  
ritate Sacræ Congregationis in Regno  
Congi Missionarius, compilavit:

*Historicam descriptionem Æthiopiæ Oc-  
cidentalis*; tom. 1. in fol. quam P. For-

tinatus à Bononiæ puriori stylo; ac ordi-  
natori methodo ad meliorem formam re-  
degit. Bononiæ anno 1687. apud Jaco-  
bum Montium. In Genuam revocatus  
(diffeminato apud illos Barbaros Ver-  
bo Dei, haud sine fructu) decessit anno  
1678.

**JOANNES ANTONIUS ROSA-  
TUS**, Pedemontanus, Fossanensis, ex Mi-  
norum Conuenticalem Sacræ Theologiæ  
Magister, Vir, qui scientiæ pietatem so-  
ciavit, Poësis amator, edidit Eruisco car-  
mine, vt in suo Syllabo Scriptorum Pede-  
montij testatur Rossotus:

*Vitam B. Virg. Mariæ*. Impres. Cunei  
1653. Insuper, eodem Andrea Rossoto  
teste, evulgavit vernaculè:

*Regulam, ac exercitia spiritualis so-  
cietatis Agonizantium, addito testamen-  
to animæ*. Cunei apud Strabellam, anno  
1652.

**JOANNES ANTONIUS A SESSA**,  
Panormitanus, ex Romana Provincia  
Regularis Observantiæ, Lector Jubilatus,  
Aracœlitanus, Sacrarum Congregatio-  
num Indicus, & Sacrorum Rituum Con-  
sultor, S. Rom. & Univerf. Inquisit. Qua-  
lificator, ac Ex-Commissarius Generalis  
Ultramontanæ Familiæ, Vir Clementi  
XI. gratus, ac in Urbe, & Orbe notissi-  
mus, edidit:

*Scrutinium Doctrinarum qualifican-  
dis assertionibus, thesibus, atque libris  
conducentium exemplis propositionum à  
Concilijs Eocumenicis, vel ab Apostolica  
Sede reprobatarum ditatum, ac plerisque  
Miscellaneis Resolutionibus Dogmatico-  
Moralibus ad vberiore Censurarum Theo-  
logicarum notitiam collimantium refer-  
tum*. Romæ typis Rochi Bernabo, anno  
1709. in fol. Vidi. Prælo parabat anno  
1714. vt recenset D. Antonius Mongito-  
re, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ in Appen-  
dice ad tom. 1.

*Opera omnia S. Joannis de Capistrano in  
tomos XVII. in fol. digesta*, diuturno labo-  
re viginti annorum collecta, ac notis illu-  
strata.

*De Concilijs generalibus, & nationali-  
bus: de Hæresibus, & Hæreticis*, tom. 2.  
in fol.

**JOANNES APALATEQUI**, Hispanus,  
Minorita, prælo paratum habebat  
vernaculè, opus prænotatum:

*Tasconium vas Ecclesie patientis in Puer-  
gatorio*. Ineditum xidit Fr. Petrus de  
Alva, ipsomet recensente, col. 707. *Mis-  
silia*.

Tom. II.

**JOANNES APERTE**, Hispanus,  
Regularis Observantiæ Provinciæ Arago-  
nium, Lector emeritus, ac Diffinitor emis-  
sit Hispanicè:

*Relationem celebratam pro electione  
R. P. Fr. Petri Manero in Vice-Commis-  
sarium Familiæ Cismontana, una cum  
duabus Concionibus*. Cæsaraugustæ ex of-  
ficina generalis Nosochochomij S. Mariæ de  
Gratia 1649. in 4. Vidi. Authoris sub ti-  
tulo: *Quidam Franciscanus*, meminuit Fr.  
Petrus de Alva in Militia, col. 1269.

**JOANNES APOBOLYMEUS**, seu  
ABOPOLYMEUS, aliàs FINDELING,  
Minorita, Stauronerius, edidit:

*Confutationem Lutheranae assertio-  
nis Antuerpiæ 1528. in 8. apud Bibliothecam  
Tellerianam*, fol. 105. Authoris memo-  
riam facit Aubertus de Scriptoribus, sæcu-  
li 16. cap. 35.

**JOANNES AQUENSIS**, sive AB-  
AQUISGRANO, Vir pius, & devotus,  
qui Mechliniæ multos annos à confesio-  
nibus fuit fororibus Clarissis, iussu Ma-  
thiæ Uveinsenij Dordraceni, Guard. &  
Commissarii Generalis, ex idiomatico Lati-  
no vertit feliciter in Belgicum:

*Contemplationum Idiota*, lib. 6. Antuer-  
piæ typis Vostermanni. Claruit an. Chris-  
tiano 1535. Hæc Uvadingus.

**JOANNES AQUILANUS A S. DE-  
METRIO**, Italus, Regul. Observantiæ  
Provinciæ Neapolitanæ Theologus, vernaculè  
edidit:

*Concionis Quadragesimales*. Venetijs  
1569. in 4.

*Tractatum de Confessione*. Accessit ope-  
ri laudato. De eo leguntur Rodolphus,  
Fr. Petrus de Alva, col. 707. Militiæ, &  
Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana.

**JOANNES DE ARAGON**, Hispanus,  
Provinciæ S. Gregorij Discalceato-  
rum in Philippinis, Concionem habuit  
Latinam:

*Super votum solemne defensionis Imma-  
culatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis*, factum à præfata Provincia, anno 1643. præ-  
lo datam eodem anno Manilæ 16. 4.

*Varia de Immaculata Conceptione Virgini-  
nis*, etiam Latinè. Prodiertunt ibidem, vna  
cum laudatâ Panegyri.

**JOANNES DE ARAGON**, alterus  
Hispanus, Generalis Concionator, & Cul-  
tus Castellanæ Provinciæ, ac Romæ solici-  
tator causæ B. Joannæ à Cruce, edidit:

*Propugnaculum S. Joannæ à Cruce  
Messanæ*. anno 1715. in fol. Vidi. Extraxit  
Joannis de Aragon, sed ineditæ in

Archivio Ordinis Matritensi, pluteo 2. sum. 46.

*Censura, & Responsiones in libros de vita, & miraculis B. Joannæ à Cruce.* Romæ bijt ad plures circa annum 1726.

JOANNES DE ARAUZ, Hispanus, ex Provincia Compostellana Reg. Observantiae, ac Episcopus Gaudigenis, conscripsit:

*Conclones de S. P. N. Francisco*, quas Salmanticae legit Fr. Petrus de Alva. Extat ejusdem Authoris.

*Concio de Annuntiatione Beatissime V. in Sacratio Toletano*, prodijt cum alijs à fol. 46. Legi.

*Concio de S. Teresa, in ejus Beatificatione.* Extat à fol. 153. libri de solemnitatibus ejusdem Beatificationis, excusi Matriti anno 1615. in 4. Vidi.

JOANNES DE ARGAMANES, seu ARGUMANES, Hispanus, Provinciae S. Jacobi, Vir gravis, & doctus, ac Provincialis Minister, edidit vernaculè:

*Tractatum de Valore Indulgentiarum.* Hispali per Jacobum Cromberger 1539. & 1548. in 8. Vidi.

*Speculum Fratrum Minorum*, in quo præcipuas quasque explicat difficultates, quæ occurrere possunt circa statum, & regulam Minorum. Prodijt primò Latinè in libro, cui titulus: *Enchiridion*, seu *Manuale Minorum* anno 1535. deindè Italicè Tarvisij in ditone Veneta apud Dominicum Amicum, anno 1593.

*Glypeum Sacrarum Monialium.* Habetur in Enchiridio Fratrum Minorum. Vidi.

*De modo recitandi Divinum Officium tractatum*, teste D. Nicolao Antonio ex Haroldo. Floruit sub annum 1505. De Authore agitur tom. 1. Chron. Provinciae S. Jacobi, & in Chronicis Provinciae Angelorum, lib. 10. cap. 9.

JOANNES DE ARMI, Minorita, Italus, vernaculè emisit:

*Orationem funebrem habitam in obitu Illustrissimi D. D. Fr. Francisci Panigarola Episcopi Apsensis.* Florentiae 1595. in 4. Laudatur à Teifferio in Catalogo AA. fol. 160.

JOANNES DE ASCARGORTA, Hispanus, Provinciae Granatensis Lector emeritus, Custos, & à Synodalibus Examinibus in Granatensi Archiepiscopatu Hispanicè edidit:

*Lectiones Theologiae Mysticae.* Granatae per Alphonsum Fernandez 1712. in 8. *Instructioem novi Concionatoris*, opus

tripartitum ad Illustrissimum D. D. Franciscum de Perea & Porras, Episcopum Placentinum, & Archiepiscopum Granatensem. Ibidem 1716. in 8. Vidi.

*Manuale Confessariorum ad mentem Subtilis Doctoris.* Tertia editio, cui accessere *Directiones practicae, ac Definitiones*, facta est Matriti 1724. in 8. typis Thomæ Rodriguez. Vidi.

JOANNES ASCULANUS, Minorita, teste Uvadingo, scripsit:

*Sermones de Tempore.*

*Sermones de Sanctis.*

*Epistolas plures ad diversos.* Vixit anno 1270.

JOANNES AB ASSUMPTIONE VILLALOBOS, Hispanus, ex Oppido Barco Dioecesis Abulensis, insignis Orphanorum Collegij ab Immaculata Conceptione Salmanticae alumnus; Vir ob suam in concionando gratiam, eruditionem, & claritatem in Veteri Castella valdè notus, genere clarus, alumnus fuit Discalceatae Provinciae S. Pauli, Theologus, ac Diffinitor, necnon Provinciae S. Gabrielis, Commissarius Visitator, ac in Abulensi Episcopatu à Synodalibus Examinibus. Suo clarissimo ingenio tractatum de peccatis, unà cum expositione propositionum à Sede Apostolica damnatarum, idiomate proprio efformatum, in publicum missit Salmanticae typis Lucae Perez, anno 1689. in 4. sub titulo:

*Moralis Theologiae fax.* Tractatu perutis li de *Pœnitentia copulato*, ac damnatarum expositione perspicua, aliud effecit opus, scilicet:

*Fax Theologiae Moralis cum incrementis*, impressum in fol. Ibid. apud Isidorum de Leon, anno 1703. Ex suis Concionibus sermo habitus Segoviae in gravissima S. Petri de Alcantara solemnitate lucem vidit ibid. anno 1679. in 4. Ejusdem cum laude memini, part. 1. Bibliothecæ Discalceatorum, carminibus adjectis, quorum initium:

*Atrò lupus ore, constare fertur à cunctis, &c.*

JOANNES AUGUSTINUS DE LA SPERIA, Minorita, cujus Familiam Uvadingus non recenset, eodemmet teste:

*Hymnos novos in novum cantum redegit*, tom. 2.

JOANNES AUGUSTINUS OLDOINUS, etiam A SPEDIA, Genensis, Provinciae Minorum Capuccinor. Theolo-

logus, ac Diffinitor, Italicè loquentem fecit librum Gallico sermone conscriptum, ac prænotatum:

*Philosophia Christiana.* Genuae per Joannem Baptistam 1690. in 4. Vidi. Habebat, vt narrat Genuensis, prælo matuum eodem sermone:

*Speculum vanitatis dominarum mundanarum à Ludovico Boviniacensi Gallicè exaratum.*

JOANNES DE AVELLA, Italus, ex Neapolitana Provincia Regul. Observantiae, edidit vernaculè:

*Regularum musicalium tractatus quinque.* Romæ per Franciscum Moneta 1657. in fol. De eo D. Nicolaus Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana.

JOANNES DE AVILA ET ROSAS, Hispanus, Regul. Observantiae Provinciae S. Evangelij, celeberrimus Concionator, & Custos, ac S. Officij Qualificator, seorsim emisit plures Conciones, ex quibus ad manus meas devenere:

*De S. Bonaventura.* Mexici ex typographia Mariae de Benavides 1688. in 4.

*De Bulla Cruciate*, sub titulo: *Mercurius panegyricus.* Angelopoli per Didacum Fernandez de Leon 1690. in 4.

*De apparitione Dominae nostrae à Columna*, Hispanicè *del Pilar.* Mexici typis Francisci Rodriguez 1680. in 4.

*De S. Philippo à Jesu Martyre Japponiensi* ad Comitum de Paredes. Ibidem 1681. in 4.

*De Immaculata Conceptione Virginis* in Academia Mexicana, teste Fr. Augustino Ventancurt in historica relatione laudatae Provinciae.

*De Spiritu Sancto* in Mexicana Ecclesia. Ex eodem:

*De dedicatione Capellae Jesu Nazareni.* Mexici apud Lupercium 1680. Insuper ex eodem Ventancurt in Chronicis ejusdem Provinciae, edidit etiam Conciones:

*De S. Dima.* Ibidem anno 1684.

*De professione cujusdam Monialis*, sub titulo: *Puritas enigmatica.* Ibidem anno 1686.

*Conclonem funebrem in Exequijs Comitum de Chinchon* ad Generale Capitulum Ordinis Victoriae celebratum anno 1694. Prodijt Mexici anno 1696. in 4. Vidi. Spem fecit *sexdecim voluminum multiplicium consiliorum.*

JOANNES DE AZEVEDO, Hispanus, Minorita, non aliundè, quam ex Indica Bibliotheca D. Andreae Barcia, col. 727. mihi notus, scripsit:

*Tom. II.*

*Artem brevem linguae Jucathæ.* Insuper ex Historia Jucatham Patris Cogolludo, lib. 11. cap. 16. eodem idiomate conscripsit:

*Multiplicia opera moralia.*

JOANNES BACO, Balearicus, professione Minorita, Doctor Theologus, & à Theologicis Censuris S. Officij, vernaculè conscripsit, ac edidit:

*Summam præceptorum Decalogi.* Majoritæ apud Franciscum Oliver 1661. in 4. Ex D. Nicolao Antonio, tom. 1. Biblioth. Script. Hispaniae.

JOANNES BALANIUS, Andrius, ex Minoritis Conventualibus recognovit, ac edidit:

*Expositionem S. Bonaventurae in lib. Sapientiae, & in Lamentationes Jeremie*, anno 1574. post editionem Venetijs factam typis Petri de Franciscis, anno 1574. in 8. Vidi. Confecit etiam, ac edidit:

*Indicem generalem in omnes S. Bonaventurae super 4. libros Sententiarum elucidationes.* Venetijs ad signum seminantis 1573. in 8. magno. Vidi. Demùm in publicum misit integritate, & decore prædictum opus in 4. Petri Tatarati Parisiensis in *Physicam, Metaphysicam, & Ethicam Aristotelis.* Venetijs apud Hæredes Melchioris Sessa 1571. Vidi.

JOANNES BAPTISTA ABRINCENSIS, Gallus, Romæ Censor librorum Græcorum Biblioth. Vaticanæ ex præscripto Clementis VIII. terrena fallidens, Provinciae Turoniae Minorum Capuccinorum nomen dedit, in qua maximo charitatis zelo exardescens, ac Missionibus Apostolicis deditus, septem millia Sectariorum ad gremium Romanæ Ecclesiæ reduxit, vt narrat ex suis Annal. Boverij Genuensis, subdens scripsisse:

*Libros duos Controversiarum de Sanctissimo Eucharistia Sacramento, de Primatu Summi Pontificis, & alijs materijs ad Fidem spectantibus, qui tamen propter immaturam Authoris mortem non fuerunt impressi.* Obijt inter suos anno 1629.

JOANNES BAPTISTA ABÆSIO, ex Tertiarijs Sæcularibus Provinciae Marchiae Regul. Observ. edidit Italicè:

*Catalogum de Beatiss. Tertij Ordinis.* Ex Relatione Provinciae Marchiae.

JOANNES BAPTISTA DE ALESIO A MONTE CARVINO, Italus, Generalis Lector, ac Provincialis Minister Prov. Principatus Regul. Observant. vernaculè edidit:

*L. 3*

*M. 2*

*Meditationes annuas.* Neapoli per Augustinum à Thomasi 1667. in 8. De eo loquitur D. Nicolaus Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana.

JOANNES BAPTISTA ALPARCA, Lusitanus, Prov. Portugalliae Regularis Observantiae alumnus, ac celebris Concionator, dumtaxat reliquit ingenij sui monumentum,

*Panegyricam Concionem de Assumptione gloriosissimae Virginis.* Habetur in libro inscripto: *Laurea Lusitana*, excusio Ulyssipone in officina Michaelis Deslandes, anno 1687. Authoris eruditio laudatur tomo 5. Chronic. ejusdem Provinciae.

JOANNES BAPTISTA ANDE-GAVENSIS, Capuccinus, natione Gallus, olim Senatoria Toga decoratus, Provinciae Turoniae Concionator, ac Theologus, cujus schola illustrium Virorum Galliae Seminarium fuit, & cujus gesta recensentur à Mafisonensi, tom. 3. Annal. Capuccinorum, multa scriptit:

*De Sacra Theologia, & ad alias sacras scientias spectantia*, quae immatura morte praeventus limare, & typis dare nequivit conservantur tamen M. S. in Prov. Turoniae, teste Genuensi in Conventu Pictaviensi, ubi è vivis excessit anno 1620.

JOANNES BAPTISTA A SANIANO, Gallus, Prov. Turonenfis Minorum Capuccinorum, & Praefectus Missionum Palaestinae, Syriae, & apud Maronitas, quo in munere haud sine fructu, per plurimos annos substitit, varia scripsit Arabico idiomate ad profectum illarum nationum, & sunt, recensente Genuensi:

*Dialogi de Religionis Catholicae Mysterijs.*

*Catechistiae lectiones pro erudiendis Infantibus.*

*Meditationes variae spirituales pro Monialibus Marontis sub Regula S. Clarae.*

*Officium Beatissimae Virginis lingua Syriaca, cum alijs precibus, & orationibus ad usum earumdem Monialium.*

*Regula S. Clarae cum expositione, & annotationibus.*

JOANNES BAPTISTA AQUILACIUS, Italus, strictioris Observ. alumnus, laudatur col. 723. Militiae, ceu Author cujusdam

*Relationis, ac Arboris Provinciae Reformatae septem Martyrum*, quae inedita erat apud Fr. Petrum de Alva.

JOANNES BAPTISTA BARBERIUS, natione Romanus, professione Minorita, Italico sermone edidit:

*Compendium virtutum, ac miraculorum S. Joannis à Capistrano ad Alexandrum VII. Pont. Max.* Romae typis Dragondellianis 1661. in 4. Vidi.

JOANNES BAPTISTA BAZIN, Gallus, Baccalaureus Sorbonicus, ac Diffinitor Prov. S. Bonaventurae Regul. Observ. vernacule emisit:

*Memoriale Provinciae S. Bonaventurae*, Lugduni anno 1629. in 12. teste Jacobo Le-Long in Bibliotheca Historica Franciae, lib. 2. §. 4.

*Vitam S. Joannis à Capistrano* etiam Gallicè. Lugduni apud Benedictum Vignieu 1692. in 12. Vidi.

JOANNES BAPTISTA BERARDICELLO, Italus, ex Minoritis Conventualibus Prov. Neapolitanae, Sacrae Theologiae Magister, vernacule edidit:

*Manuale Fratrum Minorum Conventualium.* Neapoli in officina Viduae Lazari Scorigij 1639. in 16. Laudatur in Bibliotheca Neapolitana.

JOANNES BAPTISTA A BITUNTO, Italus, Prov. S. Nicolai Regul. Observ. alumnus, edidit:

*Vitam S. Nicolai Episcopi Myrensis*, lingua Italica. Ex Bonaventura à Fassano, parte 2. memorabilem praedictae Prov.

JOANNES BAPTISTA BONANOMI, Venetus, Provincialis Minister Prov. Romanae Minorum Conventualium, Vir doctus, animarum salutis cupidus, ac propagandae etiam fide cupiditate flagrantissimus, Italicè edidit:

*Constitutiones, seu Leges Tertiariarum Franciscanorum Venetorum, pro acquisitione virtutis, & perfectionis, una cum ritibus vestitionis, & professionis Tyronum.* Paduae apud P. M. Framborto 1680. in 4. Ad gaudia Coelestis Aulae migravit ann. 1687. die 3. Augusti, vt testatur P. Coronelli tom. 6. Biblioth. Universalis, num. 1540.

JOANNES BAPTISTA BRUNUS, Ennenfis, Conventualis, Siculae Provinciae filius, Vir, apud tomum primum Bibliothecae Siculae, eximia doctrinae, & in Mathematicis non mediocriter edoctus, excellentissimus Pictor, cujus fidelis testis est Ecclesia Cathedralis Catanæ, edidit vernacula lingua:

*Fasciculum Myrrhae, seu Fasciculum diversarum cancionum sacrarum, moralium, seu Proverbialium.* Panormi apud Felicem Marinum 1701. in 12. Scripsit etiam haec alia Italicè:

*Anatomiam perspectivam, & opticae ideam boni superioris,*

*Drama*

*Drammaticum opus inscriptum, Sanctus Clemens.* Vivebat anno 1707.

JOANNES BAPTISTA CAMPANIA, natione Italus, Patria Campanus in Regno Neapolitano, ex Ministro Generali Ordinis Minorum, prius Tortosæ, deinde Puteoli Episcopus, Vir suis muneribus omnino par, & B. Virgini sine macula conceptae addictissimus, plures tractatus pietate, & doctrina refertos: *De Immaculata Conceptione ejusdem B. Virginis* componere inceperat, ac pro ijs componendis multa jam collegerat in schedijs, quae etiam dum Romae esset, Hippolyto Marraccio communicavit uti iste narrat in Appendice ad suam Bibliothecam Marianam, sed morte praeventus nullum tractatum reliquit absolutum. Typis mandari curavit opera Doctoris Subtilis. Lugduni 1639. de quorum editione agit noster Alva, col. 724. suae Militiae. Scripsit more majorum

*Epistolam ad Ordinem universum pietate, ac doctrina vberissimam.* Demum, extat ejusdem adhuc in Belgio manuscripta:

*Methodus, qua rigorem Regulae in omnibus Provinciis, institutis exercitiorum spiritualium singularibus studijs, ad prima principia reducere optabat*, quam P. Marchant. penes se habere confitetur. Obijt anno Domini 1660. Ejus gesta habes apud Gubernatis, tom. 1. Orbis Seraph. lib. 3. §. 64.

JOANNES BAPTISTA CARAMBA, Catanensis, Tertij Ordinis Regularis Provinciae Siculae, Sacrae Theologiae Lector, Vir, quem ex Bordonio, & alijs D. Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecae Siculae in Philosophicis, ac Theologicis scientijs nulli secundus, in Latinis, Hebraicisque litteris versatissimum appellat, siquidem Romae demerata est incomparabilis doctrinae ejus profunditas, ac eruditio, cum anno 1628. & 1639. in Generalibus Ordinis sui Comitibus triduum in publicis disputationibus, Philosophiae, Theologiae, Geometriae, Astronomiae, Sacrae Scripturae, & Medicinae conclusiones ipse solus problematicè propugnavit summo cum omnium plausu. Volumen reliquit:

*Super Sacram Scripturam*, quod ineditum asservabatur in Bibliotheca PP. Catanensium Coenobij S. Nicolai, quo mortalitatem explevit anno 1645. Multa alia scripsisse recenset idem Mongitore ex Joanne Baptista de Grossis in Decachor;

do Catanæ, tom. 1. Chorda 2. Modul. 8; excursu 4.

JOANNES BAPTISTA CANTUS DE MELPHIA, Regularis Observantiae Provinciae Romanae. Scripsit Italicè: *Sermones in sex sabbata quadragesimalia.*

*Tres de Resurrectione Domini.* Romae per Stephanum Raolinum 1596. tom. 2. in 4. Vidi. Scripsit autem Latine:

*Lectiones in Job.* Romae 1617. in 4. apud Stephanum Paulinum. Sunt lectiones 33. in cap. 1. Job. Vidi. Edidit etiam:

*Lectiones in cap. 1. Epist. S. Jacobi.* Ibidem in 4. anno 1620. Hujus meminere Uvadingus, Jacobus Le Long, Dupinus, ac Nicolaus Toppi in Bibliotheca Neapolitana.

JOANNES BAPTISTA CANTONUS, Capuccinus, Patria Mediolanensis, ejusdemque Provinciae clarus Concionator, ac doctus Theologus edidit, testibus Uvadingo, & Genuensi:

*Declarationem omnium Mysteriorum, qua continentur in Sacrosancto Missae Sacrificio.* Mediolani 1642.

JOANNES BAPTISTA DE CASASALET, Gallus, Murmuracensis, in Provinciae S. Ludovici Minorum Capuccinorum Theologus non vulgaris, ac eruditus Ecclesiastes, vernacule emisit volumen in fol.

*De Triumphis Ludovici XIV. Galliarum Regis, una cum compendio Historiae Generalis mundi.* Parisijs per Aegidium Temperre 1665. Ex Genuensi.

JOANNES BAPTISTA CHIODINUS A MONTE MILONE, Picensis, Conv. Sacrae Theologiae Magister, edidit Italicè:

*Diadema spirituale solemnitatum, & virtutum Beatissimae Virginis Mariae.* Connegliani typis Marci Cluseri, anno 1617. in 8. Vidi.

JOANNES BAPTISTA DE COLLEVETERI, Minorita, edidit, teste Uvadingo:

*Vitam P. Francisci Bergomatis Capuccini virtute, & signis admirandis.* Romae 1647.

JOANNES BAPTISTA CHRISTADORUS, Panormitanus, ex Provincia Sicula Minor. Conventualium, Sacrae Theologiae Lector, perpetuus Diffinitor, egregius Divini Verbi Praeco, ac apud S. Officij Judices Consultor, & Qualificator, edidit Italicè opus praenotatum;

*Bea*

*Beatus Gerardus*, id est, *Humilis exaltatus*, in septem libros distributum. Panormi apud Alphonsum de Isola 1644. in 4.

*Triumphum Immaculate Conceptionis, una cum diademate 12. Stellarum, ac 12. privilegij Vtrginis*, in celebritate Panormi facta anno 1644. Ibidem apud eundem 1644. in 4.

*Orationem funebrem in obitu R. P. M. Vincentij Giancardo Provincialis Provincia Sicula Patrum Predicatorum*. Panormi apud Decium Cyrillum 1632. in 4.

*Orationem funebrem in Exequijs Serenissima D. Catharinæ Emmanuela de Saboya*. Ibidem per Alphonsum de Isola 1641. in 4. Inedita reliquit:

*Breve compendium totius Sacrae Theologiae Subtilissimi Scoti*. Et Italicè;

*Conciones annuas.*

*Conciones Quadragesimales;*

*Conciones Panegyricas.*

*Orationum funeralium*, volumen unicum etiam edidisse asserit Francischinus in sua Bibliosophia. Deceffit Panormi anno 1651. Hunc laudibus ornat Philippus Cagliola apud tom. 1. Bibliothecæ Siculae D. Antonij Mongitore.

JOANNES BAPTISTA CULLA, Hispanus, Provinciae Valentinae, Sacrae Theologiae Professor, ac Pater, scripsit, non autem edidit, morte praeventus, opus, quod intitulavit:

*Veritates Catholice*. Habentur M. SS. in Bibliotheca Minorum Ubetensis, Provinciae Granatenfis. Ineditam quoque reliquit:

*Expositionem secundae Regulae Clarissimae*, Hispanicè. Asservatur in 8. in Archivio Hispalensis Conventus S. Antonij, & incipit: *Urbanus Episcopus*. Vidi.

JOANNES BAPTISTA DESVOIS, natione Gallus, Minorita, non aliunde mihi notus, quam ex Militia Fr. Petri de Alva, col. 725. & ex Catalogo Scriptorum, qui pro Fide Catholica dimicaverunt, à Fr. Didaco de Lequile edito, publici juris fecit:

*Epitome disputationum de controversijs Christianae Fidei Roberti Bellarmini*. Parisijs 1603. in 4.

JOANNES BAPTISTA ESTENSIS, olim ALPHONSUS III. Dux Mutinæ, Caesaris Estensis, & Virginiae Medicæ filius, qui defuncta Isabella Sabaudia eius pijsimæ vxore anno 1629. ætatis suæ 58. sceptro, mundo, regalibus delicijs vltro

relictis; terrenisque omnibus contemptis, divino amore percussus, inter Seraphici S. P. N. Francisci filios annumerari voluit in Tirolensi Provincia Minorum Capuccinorum, scripsit:

*Epistolas spirituales miram spirantes devotionis fragrantiam, & fasciculum spiritualium orationum, & precationum*. Exemplaritatis fama insignitus, ac illustrissimis mundi, & spiritus victorijs dives, inter Crucifixi amplexus animam Deo reddidit in Conventu Castrinovi per ipsum constructo anno 1644. die 24. Maji, ætatis suæ 53. Hæc ex Genuensi apud quem habes celebre Epitaphium illius tumulo appositum, quod explicat:

*Hic EST ENSIS, qui mortis iclum non pavet.*

JOANNES BAPTISTA FABER, Brixienfis, Tertiarius Regularis, ac Generalis Concionator, volumen emisit:

*De Principibus, ac Hominihus Italiae claris*, sub titulo Italicò: *La conclugia celeste*. Venetijs anno 1690. in fol. Vide Acta eruditum Germaniæ anno 1691. in Majo.

JOANNES BAPTISTA FAVENTINUS, Capuccinus, Italus, Vir in sæculo proceræ magnitudinis, ac robustarum virium, qui prius sub Urbinatum Duce Magistri militiæ onus sustinuit, ac deinde sub Clemente VII. & Paulo III. Dux creatus cohortis, plurimam in bello laudem obtinuit. Hic ex Ægypto exiens, ac Provinciae Bononiensi nomine dato omnibus veræ sanctitatis, ac poenitentiae simulacrum factus, scripsit ad Concives suos Faventinos, teste Genuensi:

*Epistolam*, in qua magno spiritus fervore illos invitât ad recollendam Passionem Domini nostri Jesu Christi. Mutinæ apud Bartholomæum Solianum, anno 1648. & antea Faventiæ, & Bononiæ 1603. & 1608. Die sui obitus prænuntiato, placidissimè obdormovit in Domino anno à partu Virginis 1562. ejusque vita, & gesta describuntur à Boverio, tom. 1. Annalium Capuccinorum ad annum datum.

JOANNES BAPTISTA FEYO, Lusitanus, Regul. Observantiæ laudatur tom. 5. Chronicorum Provinciae Portugalliæ, ceu Author:

*Kalendarij perpetui cum solutionibus dubiorum ad Divinum Officium attentibus, vernaculè exarati, & Ulyssipone impressi anno*

anno 1588. typis Antonij Ribeyro in 8. Vidi. Latine autem divulgavit:

*Kalendarium perpetuum cum triginta sex tabulis*. Ibidem.

JOANNES BAPTISTA FERNANDEZ, Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciae Burgensis Minister, Sacrae Theologiae Professor, scripsit Hispanicè:

*Demonstrationes Catholicas, & principia, quibus inicitur Christiana Religio*, ad Franciscum de Tolosa Ministrum Generalem. Justobrigæ apud Mathiam Mares, anno 1593. in fol. Vidi. De eo Uvadingus, D. Nicolaus Antonius, tom. 2. ac Didacus Lequile.

JOANNES BAPTISTA DE FLORENTIA, Provinciae Tusciæ collegit, ac edidit:

*Privilegia Mendicantium*. Venetijs 1610. Hujusce meminit Fr. Antonius Terzinca, pag. 205. Ex Uvadingo.

JOANNES BAPTISTA FONIUS DE FUGNANO, in Æmia, Lector emeritus, Bononiensis Provinciae Regul. Observantiæ Minister, ac totius Ordinis Definitor Generalis, prælo dedit tomos duos in fol.

*De disputationibus, & questionibus ex universa Theologia ad mentem Scoti in primæ libri Sententiarum*. Prima editio facta est Venetijs typis Francisci Tramontini, anno 1688. Secundus prodijt Bononiæ ex typographia Hæredum Victorij Benatii 1690. Vidi.

JOANNES BAPTISTA GALERTE, Hispanus, Regularis Observantiæ alumnus, concinnavit:

*Descriptionem Historicam suæ Provinciae Burgensis*. Ei adhæret Melissanus in Supplement. Annal. Minor. anno Christi 1458. & alibi.

JOANNES BAPTISTA GARCIA, Hispanus, ex Castellana Provincia Regul. Observantiæ, dignitate Sacerdos, in Hispanum transiit:

*Compendium Decretorum Sacrae Congregationis Rituum ad Missæ Sacrificium attentum*, latine conscriptum à Bartholomæo de Gavanto. Matrivi ex Regia officina anno 1649. in 8. Vidi.

JOANNES BAPTISTA GRIMALDUS, Gallus, Masanenfis, Regul. Observantiæ Provinciae S. Iudovici, edidit:

*Manuale Marianum*, continens orationes Beatissimæ Mariæ Virginis: Deiparæ, respondentes singulis temporibus anni diebus, ex Sanctis Patribus, & alijs pijs Auctoribus desumptas, & collectas ad propriam

devotionis usum. Romæ apud Ludovicum Grignanum, anno 1637. in 12. Vidi.

*Manuale Triumphi Sanctorum*. Ibidem anno 1638. in 12. & alia non edita, ait Uvadingus. Sanè hujusce Grimaldi extabat in Archivio Curia Aracelitana, opus inscriptum:

*Psaltes Parthenicus singulis anni diebus*, teste Fr. Petro de Alva in Militia, col. 726. Vivebat anno 1637.

JOANNES BAPTISTA GUILLAMAN CASTELLANS, Hispanus, Provinciae Catalaunensis Regul. Observantiæ alumnus, opus peregrinum conscripsit Hispano idiomate, nempe:

*Praxim contexendi papyro telas multas plures*, anno 1666. in 8. Vidi. Matrivi M. S. in Bibliotheca Conventus S. P. N. Francisci.

JOANNES BAPTISTA HOSTIENSIS, Capuccinus, Theologiae Lector, & Provinciae Romanæ Definitor, Vir doctus, Sacreloquij Interpres, ac Evangelij fervidus Declamator, edidit:

*Flammigeram, & eruditam Angell, & hominis Dialecticam*, in qua Divinus amor impiorum vtriusque naturæ conditione, ac reparatione ostensus, mirificè commendatur, in quatuor libris. In primo: *De earumdem naturarum agitur dignitate multiplici*. In secundo: *De incomparabili Deiparæ Virginis excellentia*. In tertio: *De statu Ecclesie Militantis*. In quarto: *De statu Ecclesie Triumphantis*. Romæ apud Stephanum Paulinum, anno 1623. in 4. Vidi.

*Vitam S. Felicii à Cantalicio, Capuccini*, ex authenticis pro illius beatificatione processibus, ad Antonium Cardinalem Barberinum. Romæ typis Alphonfi Ciacconi, anno 1625. in 4. teste Genuensi ex Uvadingo.

JOANNES BAPTISTA JALUNA, Menensis, ex Minoritis Conventualibus Provinciae Siculae, Sacrae Theologiae Magister, & celeberrimus Astronomus, vii ex Philippo Cagliola recenset D. Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculae, edidit:

*Introductionem, regulas, & tractatus Astronomiae*.

JOANNES BAPTISTA A JESU, Hispanus, ex Oppido Palustan Tolotani Archiepiscopus, in Mexicanum Regnum translatus, Tertio Ordini Franciscano in Conventu Taxcalensi Provinciae S. Evangelij nomen dedit anno 1599. Vic fuit clarissimi nominis, ac famæ, in quo virtutes omnes mirificè & complectuerunt. Suo

Suorum Confessoriorum iussis obtemperans.

*Vitam suam* M. S. reliquit, industria ideinde Licentiati D. Petri Salgado Somoza Angelopoli, editam typis Didaci Fernandez de Leon, anno 1683. Obijt cum sanctitatis nota anno 1660. Ex Ventancurt in Chron. Prov. S. Evangelij die 23. Martij sui Monologij.

**JOANNES BAPTISTA DE ILICETO**, Neapolitanus, Regul. Observantiae alumnus, operarij Apostolici in Sinarum Imperio munus exercens, Latine scripsit anno 1708.

*Opusculum de Missionibus Syriacis*, nonnullas propositiones continens vindicatas deinceps ab Illustrissimo D. D. Fr. Alvaro de Benavente Antistite Afcalonensi, ac Vicario Apostolico Provinciae Kiamfi tractatu Hispanice elaborato in folio, quem praemanibus habeo.

**JOANNES BAPTISTA JOACHIM DE MURCIA**, Apostolicus Concionator, Capuccinus Provinciae Sanguinis Christi in Valentino Regno, vernacule emisit, opus praenotatum:

*Stemmata Sacrae Familiae Verbi humanati*. Opus est tripartitum: In prima edita Valentiae 1710. apud Antonium Bordazar in 4. communes facit

*Conciones SS. Joachimi, Josephi, & Annae*, quibus in calce adiecit *Instructionem Concionatoribus valde utilem*. Vidi.

*Concionum Quadragesimalium Hebdomadae Sanctae, ac totius anni*, volumina tria in 4. Valentiae per Antonium Valle 1727.

*Lucem Seraphicam Tertij Ordinis de Paenitentia*. Valentiae apud Vincentium Cabrera 1718. in 16. Vidi. Demum, opus praenotatum:

*Afecta in solitudine*. Valentiae 1725. in 8. Vidi.

**JOANNES BAPTISTA DE LAGUNAS**, Hispanus, Regui. Observantiae, Provinciae SS. Apostolorum Petri, & Pauli de Mechoacan Provincialis Minister, edidit Gentili sermone:

*Artem addiscendi linguam Tarascam*. *Doctrinam Christianam*. Torquemada, Uvadingus, ac Nicolaus Antonius, ex Antonio de Leone in Bibliotheca Indica.

**JOANNES BAPTISTA LAMBERTI**, Astensis, ex Minoritis Conventualibus, titulis, ac indicibus locupletatam, typis dedit:

*Summam Affectus Minorita* Benedicto XIII. Pont. Max. Sacram. Romae formis Maynardi 1728. tom. 2. in fol. Vidi.

**JOANNES BAPTISTA DE LARINO**, Minister Generalis Ordinis Minorum Conventualium, Vir pius, mansuetus, & prudens, quem Uvadingus semper peramantem suspexit, dum Vicarium ageret Apostol. ejusdem Ordin. scripsit:

*Epistolam Pastoralem ad omnes Ministros Provinciales, Custodes, Guardianos, & Fratres suo regimi commissos*. Prodiit Romae apud Ludovicum Grignanum, anno 1632. in 4.

*Manuale Fratrum Minorum Conventualium*. Perusij typis Episcopilibus apud Angelum Bartoli 1637. Hae Uvadingus.

**JOANNES BAPTISTA DE LOYOLA**, Hispanus, Cantaber, Regul. Observantiae Provinciae Burgenfis, ejusque iterato Provincialis Minister, anno 1650, quo clarebat, publici juris fecit:

*Vitam V. Joanae Rodriguez, Monialis Clarissae*, in 4. Habetur in Bibliotheca Coenobij S. Dominici Calciatensis, in eadem Provincia.

**JOANNES BAPTISTA MADRIGAL**, Hispanus, Discalear Provinciae S. Josephi dignissimus filius, Diffinitor, ac certe Animarum venator, cujus honorifice meminit Fr. Tiburtius Navarro: *De fructibus postumis S. Petri de Alcantara*, cap. 2. fol. 14. praelo dedit vernacule:

*Homilias Evangelicas*. Matriti 1602. in 4. Vidi.

*Discursus predicabiles*. Ibidem 1606. in 4. Vidi.

*Tractatum Mysteriorum Missae*, impressum Conchae 1600. in 8. Vidi. Tandem librum inscriptum:

*Introduccio spiritualis, & anima thesaurus*, editum Matriti 1603. a Petro de Madrigal: octo tractatus continentem, quorum in primo agit: *De Confessione Paenitentium*. In secundo: *De Confessione Confessoriorum*. In tertio: *De excellentia SS. Sacramenti*. In quarto: *De Mysterijs Missae*. In quinto: *De Meditationibus Passionis Christi, & utilitate, & modo talis meditationis*. In sexto: *De assistentibus ad perfectionem Christiani*. In septimo: *De amoribus Dei*. In octavo: *De assumentibus nomen Dei in vanum*. Pluribus de eo, part. 1. Bibliothecae Minorum Discalearum. Consule Arturum ad diem 24. Janij in Martyrologio Franciscano, in Additionibus. Obijt circa annum 1600. in Conventu Matritensi S. Bernardini sepultus.

**JOANNES BAPTISTA MALINENSIS**, Discalear Provinciae S. Gregorij Philippinarum Provincialis Minister, con-

gregatus univrsae Provinciae Vocalibus, anno 1622. die 15. Julij.

*Juramentum, ac votum emisit propugnandi Immaculatam Conceptionem Deiparae*. Deinde pro regimine ejusdem Provinciae.

*Statuta efformavit*, ac edidit Manilae anno 1623. in 4. Eum commendat Fr. Antonius de la Llave in Chronicis laudat: Provinciae, triennio 14. cap. 1. fol. 1404.

**JOANNES BAPTISTA A S. MARCELLIO**, Italus, Provinciae Romanae Reformatae Custos, & Sacrae Theologiae Professor, communem fecit vernacule, opus praenotatum:

*Septem flamma amoris caelestis*. Romae per Franciscum Cavalli, anno 1645. in 16. Vidi.

*Novendiale pro natali Dominico*. Ibidem, uti habeo ex relatione ejusdem Provinciae a Fr. Angelo a Lantusca conscripta in fol.

**JOANNES BAPTISTA A MATILICA**, Italus, Regul. Observantiae Provinciae Marchiae, anno 1648. typis dedit Italico sermone, opus mysticum:

*De anima contemplante Divinam Omnipotentiam in mundi creatione*. Ex relatione laudat: Provinciae in Matritensi Archivio Ordinis asservata. Legi.

**JOANNES BAPTISTA MASSACIO**, Italus, Provinciae Marchiae Regul. Observantiae iterato Diffinitor, ac maximus Theologus, opus egregium conscripsit:

*Super lib. 1. Sententiarum*. Extat M. S. in Bibliotheca Montis Carotti laudat: Provinciae. Obijt anno 1633. Ex relatione ejusdem Provinciae.

**JOANNES BAPTISTA DE MELPHIS**, Italus, ex relatione Provinciae Romanae apud Archivium Ordinis Matritense, scripsit:

*Commentaria in Job*, quae ad manus meas non devenere.

**JOANNES BAPTISTA MESTRIUS**, Hispanus, Majoricensis, Regul. Observantiae Provinciae Balearium, Sacrae Theologiae Lector, & Guardianus Coenobij de Jesu, scripsit:

*Historiam brevem rerum suae Provinciae, vel a Francisco Gonzaga praetermissarum, vel post scriptam ejus historiam gestarum*, quam ineditam habuit Uvadingus.

**JOANNES BAPTISTA MEXICANUS**, Provinciae S. Evangelij Regul. Observantiae, Theologus, ac Diffinitor, plura, & utilissima scripsit, ex quibus extant:

*Libellus parvus de Indulgentijs Regularibus concessis*. Hatilurci ex typographia Didaci Lopez de Avalos.

*Catechismus Hispano, & Mexicano idiomate*. Ibidem.

*Tractatus de contemptu peccati cum blasphemis, & imaginibus ad detestationem culpe*. Ibidem.

*Speculum spirituale*. Ibidem.

*Mors trium puerorum Afcalentium pro fide occisorum*. Ibidem.

*Doctrina Christiana per singulos dies hebdomadae divisa, & orationes SS. Trinitatis*. Ibidem.

*Libellus de sermonibus a parentibus filijs, & filiabus faciendis*. Ibidem 1601. in 8.

*Vita, & miracula S. Antonij Patavini*. Ibidem.

*Tractatus de miseria, & vita humana brevitate*. Ibidem, & Mexici 1604. in 8.

*Confessionarium cum preparatione ad Eucharistiam*. Ibidem 1599. tomis duobus in 8.

*Sermones super Epistolas, & Dominicas Adventus valde utiles, & eruditissimi, una cum duobus de Immaculata Conceptione, & duobus de S. Andrea*, qui vigesimum numerum attingunt. Mexici 1606. in 4.

*Erudite admonitiones, sive advertentia pro S. Evangelij Ministris, Parochis scilicet, & Ecclesiarum Rectoribus*. Advertentiarum harum prima, & secunda pars, quae magni apud doctos aestimatur, prodijt Latino, & Hispano idiomate Mexici 1599. & 1601. typis Ludovici Ocharte. Vidi. Ex ejus prologo constat Mexicano sermone scripsisse:

*Dictionarium Ecclesiasticum*.

*Expositionem Decalogi*. Convertit praeterea, ex Hispano in Mexicanum nonnulla egregij operis: *De vanitate mundi*, & alia, uti fuisse narrat Fr. Augustinus Ventancurt in relatione laudat: Provinciae, ac in suis Chronicis. Demum perfecit

*Contemptus mundi translationem*, quam Ludovicus Rodriguez ejusdem Ordinis imperfectam reliquerat, lingua videlicet eadem Mexicana, teste Nicolao Antonio. De Authore loquuntur Uvadingus, Torquemada, Antonius de Leon in Bibliotheca Indica, ac Fr. Petrus de Alva in Militia, col. 729.

**JOANNES BAPTISTA MOLES**, Hispanus natus parentibus in Urbe Neapolitana, strictioris Observantiae Discalearum, Provinciae S. Gabrielis Diffinitor, & bis Minister, in Curia Romana pro Familia Ultramontana Commissarius Ge-



neralis, ac Diffinitor Generalis, Vir pius, scripsit Hispanicè:

*Infructualem Novitiorum adjecta brevi Regula declaratione, & dignis observationibus pro recitando Divino Officio.* Prodiit primum anno 1591. & postea Italicè Venetijs apud Nicolaum Potum, anno 1599. in 4. Vidi.

*Memoriale, seu Historiam brevem Provincie pradicta.* Prodiit Matrili an. 1592. typis Petri Madrigal. Vidi additionibus locupletatum in Archivio suæ Provinciæ.

*Compendium Cærimonialis Ordinis.* Ibidem anno 1595. in 4. Vidi.

*Epitomen Historiæ Seraphica à Reverendissimo Gonzaga conscripta,* quam Francisco à Soffa, Ministro Generali, cujus horratu illam scripserat, consignavit. Ineditum vidi in 4. in Pintiana Bibliotheca Regul. Observ.

*Tractatum piæ de spiritu prophetico S. Francisci.* Matrili anno 1610. per Petrum de Madrigal in 4. Vidi. Ineditam reliquit:

*Partem secundam Memorialis Historici suæ Provinciæ,* in cuius Archivio asservatum vidi, ac legi. Ad suorum demùm consanguineorum instantias efformavit:

*Genealogicam Historiam Familie de los Moles.* Asservatur M. S. in Bibliotheca Conventus Cauriensis suæ Provinciæ. Vidi. Pluribus de eo egi, part. 1. Bibliothecæ Minorum Discalceatorum.

JOANNES BAPTISTA A MONTE FORTI, Capuccinus, Italus, Provinciæ Neapolitanæ Theologus, & Concionator eruditus, composuit, & typis dedit opusculum, sub titulo:

*Mystica instructio de suavitate, ac interiori operatione Divina gratia.* Neapoli apud Hiacynthum Passerum, anno 1669. in 8. testatur Genuensis, & D. Nicolaus Toppi in Bibliotheca Neapolitana.

JOANNES BAPTISTA A MONTE ZA, Italus, ex Ducato Mediolanensi Neapolitanæ Provinciæ strictioris Observantiæ Reformatorem Concionator, ac Theologus, proprio idiomate conscripsit, ac edidit:

*Expositionem Regula Seraphica, Dialogico methodo.* Neapoli apud Franciscum Savio 1647. in 4. magno. Vidi. Autoris meminit Fr. Joannes Maria de Castilento in sua Polyanthea Theologiæ Moralium.

JOANNES BAPTISTA PACE, Italus, Bergomensis, strictioris Observ. Reformatorem, scripsit Italicè:

*Vitam S. Joannis à Capistrano.* Bergomi apud Valerium Ventura 1622.

*Apologiam Reformationis S. Francisci.* Memoratur cum laude à Donato Augustiniano, part. 1. suæ Scenæ Litterariæ, fol. 229. Floruit anno 1630.

JOANNES BAPTISTA PAGANUS, Siculus, Hyccarensis, Tertij Ordinis Regularis Theologus, & à secretis Bonaventuræ Guglierij sui Ordinis Generalis, Vir in Mathematicis disciplinis, & Astronomica facultate insignis edidit Italicè:

*Discursum academicum de utilitatibus linguæ maledicæ.* Panormi apud Petrum de Isola 1671. in 12. Prælo paravit:

*De Cyclo Paschali tractatum.*

*Dissertationem de Cyclo Paschali pro Calendarij Gregoriani Correctione,* teste Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, Vivebat anno 1707.

JOANNES BAPTISTA PANORMITANUS, cujus meminit laudatus Mongitore ibidem, Capuccinus, ex Provincia Sicula, Vir pietate, & doctrina insignis, suppressio nomine edidit Italicè, vt poetici numeris cordium affectus excitaret:

*Hortum conclusum in honorem Immaculatæ Conceptionis Desparæ semper Virginis.* Panormi apud Joannem Baptistam Aiccaidum 1703. in 8.

JOANNES BAPTISTA PAULUCIUS, à Sacris aquis Scipio nominatus, Patria Perusinus, qui illiccebris sæculi defectis, & Capuccinus factus mores in melius mutans, sese in Philosophiæ, & Theologiæ studijs exercuit, donec innatam concionandi propensionem in potioribus Italiæ Ecclesijs, hæud sine fructu explere potuerit: natura impellente ad poesim, vt narrat Oldoinus in suo Athenæo Perusino, carmina tanta scripsit, vt volumina plura componerent, si simul ederentur. Edidit tamen:

*Thebaidis Poëma,* ex quo non solum ejus ingenij acumen, sed summa ejusdem pietas, atque religio dignosci ab omnibus potest.

JOANNES BAPTISTA DE PERUSIO, Minorita (fortè indistinctus à Joanne Baptista Tramontano, de quo inferius) attestante Fr. Petro de Alva in Militia, col. 730. edidit Italicè ligato sermone:

*Sacram Cathenam.* Venetijs apud Sarcinam in 12. absque anno editionis.

JOANNES BAPTISTA PETRUCIUS, Patritius Senensis, humanis, ac Di-

vinis litteris apprime eruditus in Provincia Tusciæ Regular. Observantiæ, carmine heroico scripsit:

*Vitam S. Jacobi Piceni consodalis sui.* Florebat Petrus iste Archiepiscopus Tarentinus circa ann. 1500. vt ex Uvadingo ad ann. 1503. narrat Fr. Antonius Terinca in suo Theatro Tusciæ, pag. 88. & 205.

JOANNES BAPTISTA DE PISTORIO, Italus, Regul. Observ. ineditam reliquit:

*Descriptionem Provincie Romanae,* apud Fr. Petrum de Alva, col. 730. suæ Militiæ.

JOANNES BAPTISTA PIZZATI A PENTREMOLI, Italus, ex Minoritis Capuccinis, in lucem eruit, sermone Italicò:

*Consilia Rhetorica Sacra pro instructione Concionatoris Apostolici.* Placentiæ apud Zambelli 1719. in 8. Vidi.

JOANNES BAPTISTA SANCHEZ, Hispanus, in Curia Romana Secretarius, Provinciæ Carthaginensis Custos, mox Minister, edidit:

*Varia diplomata Pontificia, Resolutiones Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium, ac Rotæ Romanae decisiones, circa restituendum nobile Monasterium S. Clarae Scalabitanae, vulgò de Santaren, regimini Ministri Provincialis Portugalliae.* Romæ ex typograp. Cameræ Apost. anno 1626. in 4.

*Patronatum Marchionum de Casete ex tot beneficijs, & sumptibus in Ordinem Minorum collatis, & in futurum certo conferendis pro celebratione Comitiorum Generalium in partibus Cismontanis.* Romæ apud Alphonsum Ciacconum, anno 1625. in 4. Vidi. De eo loquantur, Uvadingus, D. Nicolaus Antonius, ac Gerardus Ernestus in sua Biblioth. Genealogica, fol. 212.

JOANNES BAPTISTA SALVIS. De eo verbo *Baptista*, tomo 1. hujus Bibliothecæ, pag. 180.

JOANNES BAPTISTA TAURINENSIS, Minorita, Vir pius, edidit:

*Vitam B. Francisci Beccariae ejusdem Instituti,* teste Andrea Rossoto in Syllobo Scriptorum Pedemontij.

JOANNES BAPTISTA DE TENICULA, seu TURRICULA (vulgò *Turrigia*, quæ Villa est Montisferrati) Italus, ex Reformata S. Didaci Provincia, Theologus omnino singularis, missus ab Urbano VIII. in Hungariam, inibi factus Provincialis Minister Provinciæ S. Mariæ, & gravissima negotia pro Catholicorum inter Babaros commorantium securitate, & in

orthodoxa fide perseverantia de mandato Apostolico tum cum Principibus Transylvano, Vallaco, & Moldavo, tum in Curia Imperiali, tum apud Imperatricem Eleonoram, cui carissimus fuit, tum apud Regem Poloniae pluries, & cum maxima fama dexteritatis, & prudentiæ in rebus gerendis administravit. Posteritate reliquit:

*Doctissimas elucubrations super universam ferè Theologiam.* Asservantur M. S. in Conventu Reformatorem Casalensi, vbi cursum consummavit anno 1656. Leges Gubernatis, tom. 2. Orbis Seraphici, lib. 7. cap. 9. num. 353. & 359.

JOANNES BAPTISTA TRAMONTANUS, Italus, à Perusio dictus, ex Capuccinis Provinciæ S. Francisci, quem eloquijs Viri verè Evangelici, Concionatoris eruditi, Sac. Theologiæ ingenui professoris, ac religiosa morum venustate compositi, ornat Genuensis, vernaculè edidit:

*Carminum Sacrorum, ac moralium,* tom. 1. Romæ 1625.

*Vitam B. Felicis à Cantalicio, Capuccini.* Romæ ex typographia Rev. Cam. Apostolicæ 1626. in 8. Quæ postea in Gallicum idioma translata, impressa est Lugduni 1628. Vidi.

*Carminibus etrusco explicavit visionem habitam in translatione reliquiarum SS. Herculanæ Martyris, Petri Abbatis, & Brevis matris Confessoris,* facta Perusiae die 17. Martij anno 1609. publicè luci commissam anno sequenti. Hujusce meminere Uvadingus, Jacobillus in de *Scriptoribus Umbriæ*, ac Leo Allatius in Apibus Urbanis.

JOANNES BAPTISTA TRIESTIUS. Vide superius *Eugenius Triestius*, tom. 1. hujus Bibliothecæ, pag. 338.

JOANNES BAPTISTA TROMMALIS. Quare superius verbo *Baptista*, tom. 1. hujus Bibliothecæ, pag. 338.

JOANNES BAPTISTA VERSOLIENSIS, Capuccinus, Pedemontanæ Provinciæ Theologus, & Concionator valde doctus, qui recensente Genuensi, in Missionibus Subalpinis Apostolico muneri deputatus, Evangelicam prædicationem fervidè exercuit, & disputationibus publicis veritates Catholicas efficacitè demonstrando, & Pseudo Doctores falsitatis palam coarguendo, proximorum salutis sollicitus incubuit, multosque ex sectarijs ad Romanæ Ecclesiæ fidem attraxit scripsit:

*Manuale Controversiarum ad commodum, & usum Missionariorum Capuccinorum.*

Habetur M.S. in Bibliotheca Montis Regalis PP. Capuccinorum.

**JOANNES BAPTISTA VIÑONES**, Hispanus, Hispalensis, l.V.D. in saeculo, professione Laicus, & alumnus Conventus Pietatis de Guadalcanar Custodiæ Angelorum (antequam in Provinciam erigeretur, & à Provincia Castellæ separaretur) qui præ humilitate voluit suum nomen reticere, sed in posterioribus editionibus, post ejus mortem, innotuit, scripsit:

*Speculum conscientie pro omnibus fidelium statibus.* Lucronij 1507. Segoviae 1525. Hispali apud Joannem Chroniberger 1543. Methymnæ Campi 1552. in fol. opus quidem doctum, & spirituale. Vidi. Commendatur à Uvadingo, D. Nicolao Antonio, & in Chronicis Provinciæ Angelorum, fol. 491.

**JOANNES BAPTISTA UNGARESIUS** & **FRESCAROLIO**, Oppido Pedemontano, Reg. Observ. Provinciæ S. Didaci Artium, & Sacræ Theologiæ Lector, scripsit:

*Dialecticam instructionem* studiosis adolescentibus admodum vtilem, & necessariam, in qua breviter, satis tamen dilucidè, & omnia, quæ ad Aristotelis Logicam intelligendam conducunt, explicantur, ex præbatissimis diversorum Scriptorum monumentis deprompta. Alexandria Statelliorum apud Joannem Soti 1626.

*Opuscula S. Francisci.* Ibidem apud eundem. Hæc eadem opuscula à doctissimo Uvadingo collecta, Commentarijs illustrata fuerunt. Hujusce meminit Rosotus in Syllabo Scriptorum Pedemontanij.

**JOANNES BARBASSE**, Gallus, Provinciæ S. Dionysij Recollectorum alumnus, vernaculè communes fecit:

*Libellos plures devotionis.* Ex Annalibus ejusdem Provinciæ, fol. 215.

**JOANNES BARCO**, Hispanus, Provinc. Castellæ Reg. Observ. Lector emeritus Complutensis, ac celeberrimus Ecclesiastes, inter Anonymos relatus à Uvadingo, & D. Nicolao Antonio, ineditos reliquit:

*Concionum, multipliciumque consiliorum*, tomos 2. in fol. qui asservantur in Bibliotheca Dominae nostræ de Saliceto ejusdem Provinciæ. Rursus agit de eo D. Nicolaus Antonius, tom. 2. ex Fr. Petro de Salazar in Chronicis laudatæ Provinciæ. Consule lib. 3. Historiæ Cœnobij Dominae nostræ de Saliceto, pag. 685.

**JOANNES DE BARRAUD**, Gallus, Bardigalensis, Regul. Observantiæ

adhuc studens Theologus, in præstantioribus stylo digessit, ampliavitque:

*Opus formalitatum Scoti* à Joanne Vallo conscriptum, vnaque cum textu Syreæ, & adjecto indice copioso, publici juris fecit Parisijs, formis Guilielmi Bichonij, anno 1585. in 8. Vidi.

**JOANNES DE BAUVIC**, seu **BERVICANUS**, Anglus, Sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, & ibidem inter suos multo tempore Prælector, cujus eruditos libros ex Indice Franciscanorum, & ex Chronico Tomæ Ecclestoni, mirè laudat Joannes Lelandus, hominisque multiplicem, ac solidam scientiam silentio non præterit Joannes Picus Mirandulæ Comes, lib. 12. contra Astrologos, in lucem emisit:

*Commentarios in Magistrum Sententiarum*, lib. 4.

*Lecturas scholasticas*, lib. 1.

*Ordinarias quaestiones*, lib. 1.

*Quaestiones de formis*, lib. 1.

*Super Prognosticis Astrologorum*, lib. 1. Obijt circa annum 1640. & Stanfordiæ in Comitatu Lyncolniensi jacet. Hunc deprecatur Uvadingus, & Angelus à S. Francisco ex Pitæo, & laudatur tom. 1. Historiæ Universitatis Oxoniensis, lib. 1. fol. 74.

**JOANNES DE BASSOLIS** (quem Illust. Samaniego *De vita Scoti*, fol. 253. Scozensem. R. que P. Hebrera, part. 1. Chron. Prov. Aragonum, pag. 144. Catalognum facit) Subtilis Doctoris auditor, & inter discipulos à Magistro præcipuè dilectus, cui, ubi reliqui aliquando deessent, solusque adesset Bassolius, dicebat *En auditorium est*, clarissimè, & candidè, & ordinatissimè (vnde *Ordinatissimi Doctoris nomen promeruit*) posteris transmisit:

*Commentaria in quatuor libros Sententiarum.* Prodijt opus recensitum, & castigatum à Magistro Orontio Fineo Delphinatè. Parisijs apud Nicolaum de Pratis, anno 1517. in fol. Vidi. Dedicatum Dominico Grimano Cardinali, & Patriarchæ Aquilejensi.

*Miscellanea, Philosophica, & Medica.* Ibidem. Claruit circa annum 1320. in cuius laudem, olim pangebatur Uvadingus:

*Tolle oculos, caelumque vide, templumque Tonantis,*

*Doctrina hinc venit, laxque decussa tua.*

**JOANNES BATTANDUS**, Gallus, Minorita, Gallicè reddidit:

*Epistolas Antonij Guevara, Episcopi Minoritæ.*

*Mindoniensis*, quæ mirum in modum omnibus nationibus placuerunt. Hæc Uvadingus. Sub nomine Joannis Batta Barbeiro prodijt Romæ anno 1616. in 4.

*Compendium Vitæ S. Joannis à Capistrano.* Vidi in Regia Bibliotheca Matritensi.

**JOANNES BEEKENHAUD**, Moguntinus, Minorita, edidit:

*Repertorium in Sanctum Bonaventuram.* Uvadingus, quem excipit Sannig in Synopsi.

**JOANNES BELLOTUS A ROMANO**, Bergomensis, ex Provincia Brixienfi Minorum Capuccinorum, Vir qui Apostolicis Missionibus deditus in Regionibus Congi, Angolæ, & Braxiliæ, multas, Genuenū teste, Infidelium myriades ad Christum convertit, Italicè scripsit:

*Relationem suarum Missionum.*

*Consilia Apostolicis Missionarijs utilisissima* ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide. Utriusque operis meminit D. Andreas Barcia in sua Indica Bibliotheca, col. 81. Item eodem idiomate:

*Medicamentum catharticum peccatorum præparatum, seu Tubam sonorum, &c.* Venetijs iuppresso nomine anno 1668. Demum Latine, vt laudatus Genuensis testatur:

*Super Cantica Magnificat, Benedictus, & Nunc dimittis*, tomis tribus in 4. Accessit in fine opusculum inscriptum:

*Decachordum Beatissime Virginis.*

**JOANNES A BENAVENTE**, Hispanus, Minorita, notus mihi ex Biblioth. Indica D. Andreae Barcia, col. 610. edidit: *De Rebus Novi Mexici relationem*, anno 1630. in fol.

**JOANNES BENEDICTI BRITO**, Gallus, Provinciæ Turoniæ Pictaviensis alumnus, Christophoro à Capite Fontium Ministro Generali, de quo suo loco superius diximus, olim à secretis, Hebraicè, Græcè, Latine apprime doctus, ultraque fermè totius Europæ regionibus in comitatu Ministri Generalis, & voti solvendi causa, peragrata Palæstina, maxime Urbe Sancta Jerusalem, ubi se collegit, composuit Gallicè:

*Summam virtutum, & vitiorum*, librum sat grandem, præposita diffusa epistola dedicataria ad Beatissimam Virginem. Lugduni 1584. in fol. parvo, & Parisijs 1587. in fol. & Lugduni ad signum Salamandræ, anno 1593. deinde sæpè recusa est Parisijs, redactaque in Epitomen à viris literatis, omnium teritur manibus. Opus esse ait Possévinus varijs sententijs, & eruditione referentem, sed requiritur.

Tom. 11.

reere cautum, & prudentem Lectorem:

*Triumphalem victoriam B.V. Mariæ, sub per septem spiritus immundos ejectos à corpore cujusdam mulieris die 27. Octob. anno 1582.* in Ecclesia S. Bonaventuræ apud Franciscanos Lugdunenses. Lugduni anno prædicto nempe 1593. in 8. In prædicta quoque epistola pollicetur, vt Uvadingus monet, aliud opus inscriptum *Mariæ* editum, ne an ineditum non refert. Florebat circa annum 1590. De eo loquitur Dupin in Supplem. & Alva in Militia.

**JOANNES BENEDICTUS**, Hispanus, Discalceatæ Prov. Valentinae S. Joannes Baptistæ Concionator, edidit:

*Manuale Processuarium.* Valentiae typis Vincentij Cabrera 1690. in 8. Vidi.

**JOANNES BENEDICTUS**, Ligur, è Portuvenenis, strict. Observ. Reformatorum, vt habetur, fol. 340. Athenæi Ligustici, carminibus latinis libr. Fr. Dionysij è Genua inscriptum:

*Vicarius Provincialis* extulit. Ex Michaele Justiniano.

**JOANNES BERARDINUS A GUARDIA**, Italus, ex Minoritis Conventualibus, vernaculè emisit:

*Præficam Sacramentalem.* Neapoli per Secundinum Roncagliolo 1626. in 4. testatur D. Nicolaus Toppi in de Scriptoribus Neapolitanis.

**JOANNES BERG**, Germanus, Reg. Observ. Commissarius Generalis, Archiepiscopus Camoracensis, Catholici Regis, Legatus ad Monasterienses tractatus, scripsit:

*Responsum Christianum ad 4. quaestiones* propositas occasione processus, ac edictorum invictissimi Imperatoris Ferdinandi II. contra Hæreticos, editum anno 1630. in 4. absque loco impressionis. Vidi. Incipit: *Proposito prima.* Extat cum eodem opere aliud inscriptum:

*Lucerna Fidei per Fratres Minores S. Francisci Regul. Observantiæ novissimè accensa in Palatinatu, & nonnullis Provincijs Germaniæ.* Vidi. Incipit: *Serium Salvatoris.* Item aliud, sub titulo:

*Exemplar Prælatorum, seu exhortatio de qualitatibus Prælati*, ad R.A. PP. Vocales Provinciæ Saxonie S. Crucis Regul. Observantiæ. Osnabrugi typis Martinij Manij, anno 1631. Vidi. Incipit: *Inspicere & fac.* Obijt Ratisbonæ 1647. ibidemque sepultus apud Clarissas.

**JOANNES BERMUDO**, Hispanus, Astigi in Bætica natus, ejusdemque Provinciæ Regul. Observantiæ alumnus, musica arte spectatus, edidit vernaculè:

*Expositionem instrumentorum musica-*  
rum ad Joannem III. Portugalliae Regem.  
Granatae 1555. Urbsone apud Joannem  
Leonem Universitatis Typographum, ann.  
1649. in 4. teste D. Nicolao Antonio to-  
mo 1. Editio quam vidi, facta est Orsonae  
litteris Joannis de Leon, anno 1555. in  
fol. In sex libros dividitur Comiti de Mi-  
randa nuncupatum. In Prologo Epistola-  
rij spem fecit *aliorum operum*, quae hactenus  
non vidi.

JOANNES BERNAL, Burdigalensis,  
Minorita, scripsit, recentente Uva-  
dingo:

*In Formalitates Scoti.* Lugduni anno  
1584.

JOANNES A S. BERNARDINO,  
Lusitanus, Prov. Portugalliae Regul. Ob-  
serv. Lector emeritus, ac Pater, Regius  
Concionator, necnon Procurator Ordinis  
in Urbe, communes fecit vernaculè:

*Concionem de Immaculata Conceptione*  
*Virginis* in Regio Sacello habitam. Ulyf-  
sipone per Antonium Alvarez 1641. in 4.  
Vidi.

*Concionem habitam ad Ulyssiponensem*  
*Ecclesiam* Dominica 2. Adventus. Ibidem.  
Vidi.

*Orationem funebrem in obitu D. Duarte*  
*Germani fratris D. Joannis IV. Lusitaniae*  
*Regis, ad eandem Ecclesiam.* Ibidem 1650.  
in 4. Vidi. Authoris meminit Alva, col.  
734. suae Militiae.

JOANNES A S. BERNARDO,  
Hispanus, ex Provincia Batia Tertij  
Ordinis de Poenitentia, ibidemque Lec-  
tor Jubilatus, à Regijs Concionibus, à  
Synodalibus explorationibus Hispalensis  
Archiepiscopatus, & à Theologicis Cen-  
suris S. Officij, Provincialis Minister, nec-  
non iteratè Diffinitor Generalis Ordinis,  
posteris nonnulla reliquit, ex quibus quae  
ad manus meas devenere, sub jicio. Sunt  
igitur:

*Vita, & Miracula S. Rosaliae Virginis,*  
sermone Hispano. Hispali apud Thomam  
Lopez de Haro 1689. in 8. Ibidem per  
Angelum Xvarez 1707. in 8.

*Oratio funebris in obitu D. Mariae Lu-*  
*dovicae de Borbon Hispaniarum Reginae.*  
Ibidem in officina Joannis Francisci de  
Blas, anno 1689. in 4. adjecit *varijs car-*  
*minibus.*

*Oratio funebris in Exequijs quadraginta*  
*Servorum Domine nostrae de Consolatione.*  
Ibidem formis Thomae Lopez de Haro,  
anno 1684. in 4.

*Oratio funebris in Exequijs D. Ambrosij*

*Ignatij Spinola, Archiepiscopi Hispalensis.*  
Ibidem, per eundem 1684. in 4.

JOANNES A S. BERNARDO,  
Hispanus, Baticus, ex Urbe *Xerez de la*  
*Frontera*, Provinciae Sancti Josephi fi-  
lius, Concionator Apostolicus, publicus  
Sacramenti Poenitentiae Minister in Ba-  
silica Lateranensi, Generalis Procurator  
Canonizationis Sancti Petri de Alcantara,  
primusque Guardianus Coenobij S.  
Luciae de Monte in Neapolitana Urbe  
Provinciae S. Petri de Alcantara, ejus  
erectioni sedulam, & animosam contri-  
buit operam; stylo signavit, ex ipsis in-  
strumentis autoritate Apostolica consecra-  
tis:

*Chronica vite miranda, ac gestorum S.*  
*Petri de Alcantara.* Neapoli 1667. typis  
Hieronymi Fafuli in 4. magno. Vidi. Ela-  
boravit quoque doctissimam sanè Apolo-  
giam sub titulo:

*Justitia Filij Seraphin propugnata in*  
*offenso offensore*, typis mandatam quodam  
addito praebulo à D. D. Antonio de  
Cardenas, Sacrae Theologiae Doctore in  
4. anno 1683. Vidi non semel. Scripsit  
quoque, & publicavit in fol.

*Apologiam pro erectione Provinciae S. Pe-*  
*tri de Alcantara in Regno Neapolitano.*  
Vidi. Fufsius de Authore, parte 1. Biblio-  
thecae Minorum Discalceatorum.

JOANNES BERNIQUE, Hispanus,  
Regul. Observ. Castellanae Prov. Prima-  
rius Lector Conventus S. Didaci Com-  
plutensis, Toleranae Dioecesis Examina-  
tor Synodalis, ac S. Inquisitionis Quali-  
ficator, Vir apprime doctus, praelo reli-  
quit:

*Tractatum Theologicum de Divina Scien-*  
*tia.* Compluti apud Julianum Franciscum  
Garcia, anno 1705. in 4. Vidi. Ediderat  
vivens.

*Vitam suam V. Matris Catharinae à Jesu,*  
*& à S. Francisco, Tertiariae, ac Funda-*  
*tricis Collegij Complutensis Virginum pau-*  
*perum S. Clarae.* Ibidem 1693. in 4. Vidi.  
Ejus etiam industria collecti, & illustrati.

*Septem tractatus Theologici* à R. P. Fr.  
Joanne Sendin ejusdem Provinciae Theo-  
logo conscripti, prodierunt Compluti ex  
officina Francisci Garcia Fernandez 1699.  
in fol. Vidi. Claruit initio hujus saeculi.

JOANNES BLANCO, Hispanus,  
Provinciae S. Michaelis Regul. Observant.  
Sacrae Theologiae Professor in Ellerenfi  
Coenobio accuratè scripsit:

*Historiam Provinciae Sancti Michaelis,*  
quam ineditam apud se habuit Uvadin-  
gus

gus à D. Nicolao Antonio exceptus, to-  
mo 1.

JOANNES BLANCONA, Gallus,  
Regul. Observ.

*Chronica Ordinis Minorum tomis tribus*  
*à Marco Ulyssiponensi edita Lusitanicè, Ga-*  
*llica reddidit*, quae excusa fuerunt primùm  
Parisijs apud Robertum Fovet 1601. &  
1623. recusa in 4. Vidi. Necnon quartam  
partem Chroniconum ejusdem Instituti à  
Barezzo Berezzi compositam. Parisijs  
apud Viduam Gulielmi Chaudiere 1609.  
Nonnulla adjecisse narrat Arturus in Mar-  
tyrologio ad diem primum Augusti. Edi-  
dit Gallicè:

*Vitam Gabriellae Mariae, & etiam alia*  
plurima vertit, inter quae

*Mariale P. Fr. Philippi Dlez*, cusum Pa-  
risijs anno 1609. in 8. teste Alva, col. 736.  
suae Militiae.

JOANNES BLAZQUEZ DE EL  
BARCO, Hispanus, Regul. Observ. Pro-  
vinciae S. Michaelis, Apostolicus, ac Re-  
gius Concionator, suaeque Provinciae Pa-  
ter, Vir prudens, qui in Dei verbo disse-  
minando maxima vi spiritus, ac virtute  
enituit, edidit vernacula lingua:

*Horologium animae, una cum Symboli*  
*Apostolici expositione.* Salmanticae per Gre-  
gorium Ortiz 1713. in 16. Vidi.

*Tractatum de Oratione Mentali cum lau-*  
*dato Horologio.* Matriti 1720. in 12. Vidi.  
Opus Apostolicis Concionatoribus vile,  
sub titulo:

*Tuba Evangelica.* Editio secunda locu-  
pletior facta est Matriti formis Thomae  
Rodriguez 1724. in 4. Vidi. Accessit

*Expositio Doctrinae Christianae, ac Al-*  
*phabetum Morale, & Praedicabile*, seorsim  
editum Matriti in officina Thomae Rodri-  
guez 1721. in 4. Vidi. Obijt anno 1726.

JOANNES DE BLESSA, à Uva-  
dingo, & Veronensi laudatur, ceu Authot  
tractatus:

*De triplici Ordine S. Francisci*, mihi ig-  
noti.

JOANNES DE BLOMENDAL,  
alijs BRUNCALDAL, Minorita, Theu-  
tonicus, quem Virum Divinarum Scriptu-  
rarum studiosum, Saecularis Philosophiae  
non ignarum, & in declamandis ad popu-  
lum sermonibus egregium appellat Uvi-  
llotus in Athenis Franciscanorum, inter  
alia non spernenda volumina ad edificati-  
onem fidelium elaborata, reliquit:

*Sermones elegantes de B. M. Virgine pro*  
*ejus festivitatibus*, qui in pretio erant anno  
Tom. II.

Dominicae Incarnationis 1333. Marracis  
teste. Sanè, ex Trithemio, scripsit:

*Sermonum per Quadragesimam*, lib. 1.  
*Sermonum de Sanctis*, lib. 1.

*Sermonum de Tempore*, lib. 1. Incipit  
*Sume arma tua.* Nonnulla hujus Autho-  
ris Conciones vidit P. Alva ineditas, &  
asservatas Bruxellis in Collegio Societatis  
Claruit anno 1330.

JOANNES BOBADILLA, Hispanus,  
Provinciae Castellae, Theologiae Pro-  
fessor Toleti in Coenobio S. Joannis Re-  
gum, Pater benemeritis, genere, litte-  
ris, ac Religione illustris, jubente Fran-  
cisco Mantuano, scripsit:

*Instructorium omnium Praefatorum Re-*  
*gularium, praecipue vero Fratrum Minora-*  
*rum*, quo quidem in opere agitur de po-  
testate Regularium omnium juxta Conci-  
lium Tridentinum, & privilegia illis Sum-  
mos Pontifices concessa, complurimum  
item conscientiae casuum, ac dubiorum  
enodationibus. Venetijs apud Baretium  
Baretij, anno 1602. Insuper:

*Tridentini Concilij expositionem*, quae  
servatur M. S. in Coenobio Salicetano ejus-  
dem Provinciae, cui rei testimonium praebet  
Petrus Gonzalez de Mendoza, Segun-  
tinus Episcopus, ex sodali ejusdem Fami-  
liae, ac domus, in hujus Monasterij *His-*  
*toria*, lib. 3. pag. 679.

*In Symbolum Apostolorum.* Asservatur  
ibidem, eodem teste. Ejusdem cum laude  
meminit Fr. Emmanuel Rodriguez, quem  
consultas tomo 1. QQ. Regul. quæst. 4.  
artic. 1.

JOANNES BONAVENTURA DE  
ROMA, Italus, strictioris Observantiae  
Reformatorum, aggregatus Discalceatae  
Prov. S. Gregorij anno 1697. ac demùm  
in Sinarum Imperio Apostolicus Concio-  
nator, Cantone anno 1709. ad Sacram  
Congregationem de Propag. Fide misit  
à se Latine conscriptas in 4. & in fol.

*Relationes duas de rebus Sinicis.* Utram-  
que legi. Prima incipit: *Gur EE. VV. anno*  
*elapso.* Secunda: *Cum non satis.* Vidi ejus-  
dem,

*De rebus illius Missions prolixiorum*  
Relationem in fol. latinè conscriptam an-  
no 1710. missam quoque ad eandem Con-  
gregationem sub hoc initio: *Quamvis Asia*  
*dua modestia.*

JOANNES BONAVENTURA A  
SORIA, Hispanus, Provinciae S. Josephi  
Discalceatorum filius, Sacrae Theologiae  
Lector, Prov. Pater, Parisiensis Doctor,

non semel magni Parisiensis Conventus S. P. N. Francisci Generalis Commissarius, edidit vernaculè:

*Compendium Historiale vite, ac virtutum D. Mariae Tereſiæ Austriacæ Galliarum Regine*, cujus Confessarius fuerat. Matrini per Julianum de Paredes, anno 1684. in 8. Vidi.

JOANNES BONEL; Hispanus, in Oppido Biffè, Tyrasonensis Diocesis natus, Aragonum Provinciae alumnus, Lector Theologiæ in Seminario Missionariorum Apostolicorum Villæ de Calamochia, typis dedit in 4. patria lingua:

*Orationem funebrem in obitu V. P. Fr. Ignatii Garciae*. Invenitur in vita ipsius à fol. 221. Vide superius tomo 1. hujus Bibliothecæ, verbo *Antonius Arbiol.* Obijt Author anno 1722.

JOANNES BONÆRUS, seu BONURI, Ruremundensis, Provinciae Germaniae inferioris Prædicator:

*Martyria Fratrum sua Provincia à Geuzijs occisorum delineavit, ari incisiorum imaginibus, additis etiam eorundem compendiosis elogijs, tam Latine, quam Flandricè*. Evulgata sunt typis Plantiniani Antuerpiæ, anno 1637. Prodiert horum Gorcomiensium Martyrum Historia Duaci 1605. teste Laffor, tom. 1. *sui Universi*, fol. 455.

*Manuale Confraternitatis Septem Dolorum B. Mariæ Virginis Antuerpiæ in Ecclesia Fratrum Minorum Regul. Observantiae*. Ibidem apud Gulielmum Lesteens, anno 1634. Ex Uvadingo.

JOANNES BONETUS, Minorita, edidit, teste Uvilloto:

*Commentaria in Metaphysicam Aristotelis*, & alia, de quibus tomo 1. hujus Bibliothecæ, pag. 241. minimè enim diversus est ab illo Boneto, licet distinguatur ab Antonio Boneto, Episcopo Acernensi.

JOANNES DE BONILLA, Hispanus, Regul. Observantiae alumnus, vernaculè emisit:

*Tractatum de anima pace*. Coloniae 1626. teste Dupino. Compluti apud Joannem Iniguez 1580. in 8. Salmanticae eodem anno. Cæsaraugustæ apud Petrum Gel 1625. Italicè conversum opera Fr. Julij Zanchini prodijt Florentiæ typis Marescotti. Editio, quam vidi, facta est Antuerpiæ 1626. in 16. Floruit circa annum 1580.

JOANNES BONVISIUS, Italus, nobilis Lucensis primitus ex Conventuali-

bus Aragonensis Provinciae, deinde Provinciae S. Francisci Regul. Observantiae alumnus, Vir sanctitatis fama clarus, inceditos reliquit tractatus:

*De Humilitate.*

*De Abstinentia.*

*De Amore Dei, & proximi.*

*De Silentio.*

*De Obedientia*. Obdormivit in Domino in Conventu S. Mariæ de Angelis propè Alsissium anno 1492. Ejus Acta recenset Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 14. Maji, §. 3. Confule Fr. Eusebium Gonzalez, tomo 7. Chronicorum Ordinis pauca ex ejus tractatibus Hispanicè dantem, et sicuti ex vngue leonem, sic ipsam cognoscant, quibus ejus Opuscula non suppetunt.

JOANNES BORRITON, Minorita, scripsit:

*In libros Sententiarum*, ut habeo ex P. Ludovico de Miranda in suo opere *de Conceptione Virginis*, quæst. 19.

JOANNES BOSCATELLUS, Minorita, scripsit, Uvadingo teste:

*Dialogum de facili ratione recitandi Divinum Officium*. Tolosæ apud Jacobum Colomerium.

JOANNES BOSCO, Germanus, Provinciae Recollectorum inferioris Germaniae Lector Jubilatus, sapius Diffinitor, ac in Academia Lovanensi Lector, edidit sex ingentia volumina:

*Theologia Sacramentalis, Scholastica, & Moralis* ad mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino conformis. Tomus primus, seu pars prima in qua tractatur *de Sacramentis in genere*, & duobus primis in specie, Lovanij commissa fuit typis Hieronymi Nempæi, anno 1665. Pars secunda in qua disserit de *Augustissimo Sacramento, ac Sacrificio Missæ*, ibidem, eisdemque typis anno 1667. Pars tertia in qua tractatur *de virtute*, ac *Sacramento Pœnitentiæ*, ibidem apud eundem 1670. Pars quarta, in qua agitur *de Ministro Sacramenti Pœnitentiæ*: Item *de Sacramento Extremæ Unctionis, & Sacramento Matrimonij*, ibidem typis Martini Hullegaerde. Pars sexta, in qua tractatur *de impedimentis Matrimonij, usu, & divortio*. Antuerpiæ apud Hieronymum Verdussen, anno 1685. Vidi. Emisit etiam volumina duo in fol. sub titulo:

*Theologia spiritualis, Scholastica, & Moralis*. Agit in primo: *De intellectu, & scientia Dei*, ejusque objecto ad mentem

Doc-

Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino conformem. Tractatur in secundo: *De Providentia Divina, Prædestinatione, & reprobatione*. Item *de Fide Divina, ejus veritate, obscuritate, & credi-*

*billitate ad mentem Doctoris Subtilis, D. Augustino conformem*. Uterque Antuerpiæ apud Michaellem Knobbareum 1686. Vidi. Meritò in ejus laudem quidam cecidit:

*En Bosco, Scotus studio, pietate Joannes*

*More placens, major dogmate, mente minor;*

*Miraris? Coluere Virum Lovania: vultum*

*Aspice: plura oculos parva tabella docet.*

*Acta probant: ut vera scholis sensa inferat, annis*

*Quos vixit multis immoritur studijs.*

*Discutit, impugnat, negat, asserit omnia limat:*

*Quæ nova sunt, purgat, quæ meliora, probat.*

*Ex Augustino, subtili interprete: nec scis,*

*Illius, an Scoti, vel sua Bosco ferat.*

*Hinc cupis ingenium, vel paucis plurima: pauci*

*Hi tibi Lector erunt Bibliotheca Libri.*

JOANNES BOSQUILONUS, Atribatenensis, sermone patrio evulgavit:

*Theatrum mortis.*

*De Aqua lustrali, contra nostri temporis Hæreticos, Calvinistas, & Anabaptistas*. Ex Ferriolo Locrio in Catalogo Scriptorum Artesiensium, quem amplectitur Uvadingus, ac Didacus de Lequile.

JOANNES BOUCHER, Gallus, Cenomanus, egregius Concionatur Regius, Vir apud Marracium multis nominibus illustris, multa scripsit, & edidit Gallicè:

*Itinerarium Terræ Sanctæ*, cui titulum præfixit: *Fasciculus sacer, ex floribus præcipuis Terræ Sanctæ compactus*. Quod opus multis contemplationibus, & pijs considerationibus super loca sancta resperit, adeoque placuit Gallis, ut duodecies editum fuerit in Gallia in 8.

*Sermones in Canticum B. Virginis*, quos inscripsit: *Magnificentias Divinas*. Parisijs in 8.

*In Salutationem Angelicam pijs meditationes in 12. quas cogitationes Angelicas appellavit*. Ibidem. Vidi. Insupèr ex Uvadingo.

*Sermones in Dominicis totius anni*, in 8. *Quadragesimale*, in 8.

*Aliud opus egregium*, in fol. edidit adversus impios, & Atheos nostri temporis, quod inscripsit: *Veritates Christiana*. Hæc Uvadingus. Ad manus meas devenit, volumen in 4. inscriptum:

*Corona mystica, seu Arma pietatis ad-*

*versus impios, & Hæreticos*, etiam Gallicè editum Tornati 1224. in 4.

*Opera spiritualia*. Ex laudato Uvadingo. Demùm, teste Dupino, sæculo 17. opus prænotatum:

*Triumphus Christianæ Religionis*, lib. 6. Parisijs 1628. Obijt Guardianus in Conventu Cenomanensi, circa 1630. Hujusce meminere Laffor, ac Lequile.

JOANNES BRANDO, Germanus, Aquisgranensis, Provinciae Coloniae Definitor, & sæpè Guardianus, scripsit:

*Manuale continens modum bene vivendi, tractatum de vitijs, & virtutibus, aliquotque vitas Sanctorum ejusdem Ordinis*. Coloniae apud Petrum Brachel, anno 1626. Hæc Uvadingus.

JOANNES BREARD, Gallus, Doctor Parisiensis, & magni Conventus Guardianus, scripsit:

*Controversias contra duos hæreticorum Ministros Castri Eraldi*, scilicet: *La Peltiere, & Carrè*, teste Lequile, & Sannig, littera I.

JOANNES BRITIUS, Pedemontanus, Parisiensis Doctor, Decretorum Concilij Generalis acerrimus vindex, ac demùm Episcopus Dulcinensis, scripsit eruditè:

*De justitia, & validitate Decretorum Eugenij Quartæ, circa dissolutionem Concilij Basiliensis*; anno 1433. minimè verò Constantiensis, ut nonnulli scripsere. Scripsit etiam doctos tractatus:

Pro equitate Decretorum contra Conventualium relaxationem, ac Scriptorum S. Joannis à Capistrano pro Constitutionibus Martinianis contra quendam Philippum Berbegalum insularum Glossarum, ac seditionose reformationis Auctorem. Vivebat ad annum 1436. De eo Illust. Britius in suis Monumentis Provinciae Subalpinæ D. Thomæ, lib. 3. fol. 294. & Rossotus in de Scriptoribus Pedemontij.

JOANNES BRIXIENSIS, ejusdem Provinciae Capuccinus Concionator, Vir virtutibus, præcipuè verò charitate insignis, qui multa tulit, & acerba pro animarum salute, scripsit Latinè, & Italicè:

*Volumen orationum jaculatoriarum ad excitandum in se Divinum amorem*, quo precandi genere ille familiaritè utebatur. Fuerunt impressæ plures Brixie, Bergomi, & Bononiæ sub nomine cujusdam Religiosi Servi Dei. Meritis cumulatus obiit in Patria 1632.

JOANNES BRUGMANUS, in Conventu Audomarensi Sacræ Theologiæ Lector, ac Divini Verbi Concionator egregius, Colonienfis Provinciae Vicarius ardentissimo paupertatis zelo, & prophético spiritu clarus, stylo signavit:

*Vitam Sanctæ Lydwine Virginis Schiedamensis*, in Hollandia, quæ extat M. S. Lovanij in Bibliotheca Minoritarum, & apud Surium, tom. 2. ad 4. Aprilis. Prodiit seorsim Schiedami, anno 1498. in 4. Vidi.

*Considerationes ejusdem de Passione Domini*, laudat Joannes Mauburnus, Auctor Rossoti exercitiorum spiritualium, tit. 22. Obijt Noviomagi anno 1473. Eum post Ferreolum Locrium in Catalogo Scriptorum Artesiensium commendat Uvadingus.

JOANNES BRUNUS, Scotus, Minorita, opus egregium publicavit Le-Long, laudante in sua Bibliotheca Sacra, pag. 654. nempe:

*In Benedictiones Patriarcharum Comentariorum, & Quaestiones Analyticas*. Venetijs 1601. & 1604. in 8. Claruit anno 1601.

JOANNES BRUSTHEMIUS, Flander, Provinciae Recollectorum Germaniæ inferioris filius, & Conventus S. Francisci Trudonopolitani in Episcopatu Leodiensium alumnus, scripsit:

*Res gestas Episcoporum Leodiensium, & Ducum Brabantiae à temporibus S. Martini ad annum 1505.* inscripsitque Georgio Austrio, Antistiti Leodiensium, M. S. apud

Joannem Curtium, testibus Uvadingo, Sanderio, & Jacobo Le-Long, lib. 2. Bibliothecæ Gallicæ, num. 3394. Claruit anno 1505.

JOANNES BUENO, Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Gabrielis Sacræ Theologiæ Lector apprime scripsit, non autem edidit tractatus:

*Super Prologum Sententiarum.*

*De Trinitate.*

*De Beatitudine.*

*De Gratia.*

*De Predestinatione.* Extant in Bibliotheca S. Onuphrij de la Lapa ejusdem Provinciae, sub littera D. num. 10. Vidi.

JOANNES BURDIGALENSIS, Capuccinus, Provinciae Turoniæ alumnus, Theologus doctrina clarus, & linguæ sanctæ eruditione probè excultus scripsit, & evulgavit:

*Synopsis institutionum Hebraicarum* Parisijs apud Maturinum, & Joannem Henault, anno 1646. De eo meminit Uvadingus, Genuensis, & Imbonatus in sua Bibliotheca Latino-Hebraica.

JOANNES BYL, Lovaniensis, Regul. Observantiæ studiosissimus, sæpè Guardianus, qui deniquè cum Provincia inferioris Germaniæ jungeretur à Coloniensi anno 1529. in Capitulo Dufrensi electus est primus Minister novæ Provinciae, scripsit facetum opus, vti ait Uvadingus:

*De curis, & anxietatibus Guardianorum, & de ruina observantiæ.* Servatur Bruxellis M. S. Obijt Mechliniæ an. 1540. die 2. Novembris.

JOANNES DE CALAHORRA, Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciae Burgenfis, Lector Generalis, ac Terræ Sanctæ Discretus prælo commisit vernaculè:

*Chronica Provincie Syriæ, ac Hierosolymitanae.* Matrili anno 1684. in fol. typis Joannis Garcia Infanzon. Vidi. Extant etiam Italicè reddita.

JOANNES CALDERON, Hispanus, ex Aragonensi Provincia Regul. Observantiæ Lector emeritus, edidit Latine:

*Fragmentum Chronici, sive omnimoda Historiae Lucij Flavij Dextri Barcinonensis.* Cæsaraugustæ per Joannem de la Naja 1619. in 4. Vidi. Insupè recentente Fr. Petro de Alva, col. 741. suæ Militiæ.

*Tractatum super miraculum, & prodigium maximum Imaginis Purissimæ Conceptionis in charta expansa, & extensa effi-*

glatæ, minime à voracissimo incendio in Villa de Zuera Cæsaraugustanae Diocesis combustæ, nec deformata. Cæsaraugustæ 1622. in 4.

JOANNES CALDERON, alter, Hispanus, Provinciae Mexicanae S. Evangelij Regul. Observantiæ Lector emeritus, Custos, ac Pater Provinciae de Zacatecas dictæ, communes fecit:

*Concionem de Domina nostra à Columna, vulgò del Pilar.* Mexici per Franciscum Rodriguez 1682. in 4. Vidi.

*Panegyricum in laudem mirandæ imaginis Dominae nostræ de Aranzazu.* Ibidem typis Joannis Josephi Guillan 1695. in 4. Vidi. Authoris meminit D. Andreas Barcia in sua Bibliotheca Indica, col. 861.

JOANNES A CALVELLO, Italus, Regul. Observantiæ Provinciae Basilicatae in Regno Neapolitano, anno 1645. edidit:

*Epitomam quandam regularum Grammaticalium pro tyronibus.* Ex relatu ejusdem Provinciae.

JOANNES DE LA CAMARA, Hispanus, Castellanae Provinciae Regul. Observantiæ, Author refertur operis, nescio cujus argumenti, inscripti:

*Centuriæ*, vti ex Illustrissimo Gonzalez narrat D. Nicolaus Antonius, tom. 1. Bibliothecæ Hispanæ. Opus esse Theologicum constat. ex eodem Gonzalez, lib. 3. Historiæ Dominae nostræ de Saliceto, pag. 678.

JOANNES A CAMBIA, alijs GANDIA, vulgò GANTOIS, Insulensis, Sacræ Theologiæ Professor, Lugduni in Gallia, edidit:

*Theaurum Theologum*, teste Sannig ex Uvadingo.

JOANNES CAMERS. Vide inferius Joannes Riccius Vellinus.

JOANNES DE CAMPO MOYA, Hispanus, Tertium Ordinem Seraphicum expressè professus, ac Ecclesiæ Oppidi de Montelvanejo, Conchenfis Diocesis Rector, publici juris fecit vernaculè:

*Expositionem Doctrinae Christianæ, juxta Catechismum P. Ripalda Soc. Jesu.* Pamplonæ apud Franciscum Picart 1705. in 8. Vidi.

*Meditationes mortis.* Habentur ad calcem tomi laudati.

JOANNES CANALES, Italus, Ferrariensis Conventus Sacræ Theologiæ Magister, Vir eloquentissimus, sacris, & prophanis litteris eruditus, Platonis præceptis plurimum addictus, Borioni

primo Ferrariensium Duci gratissimus, à quo ad plerosque Italiae Principes pro rebus arduis ablegatus est, scripsit:

*De Cælesti vita.*

*De Natura animæ, & ejus immortalitate.*

*De Paradiso, & animæ felicitate.*

*De Inferno, & animæ cruciatu.* Extant in Bibliotheca S. Antonij Patavij M. S. & prodierunt Venetijs anno 1494. in fol. teste Uvadingo. De eo Tosignianus, & Laffor, tom. 2. sui *Universi*, fol. 34. Ineditatè reliquit:

*Historiam Ferrariae non semel à Ferrariensibus transcriptam*, vt P. Coronelli testatur, tom. 7. Bibliothecæ Universæ. col. 893.

JOANNES CANONICUS, à quibusdam cognominatus *Marbres*, Anglus, Sacræ Theologiæ Doctor, & Professor Oxoniensis, Doctoris Subtilis, primum Oxonij, deinde Parisijs diu auditor, semper imitator, & successu temporis in omni pietatis, & eruditionis genere tantum profecit, vt summam in vtroque lauream mereretur. Erat enim, teste Trithemio, omnis Philosophiæ tum sacrae, tum profanae, omnis Juris, tum Pontificij, tum Cæsarei peritissimus. Parisijs etiam ad annos aliquot eum publicum professorem egisse ferunt. Scripsit:

*In Aristotelis Physicæ, libros 8. Initium: Quaritur, utrum substantia.* M. S. Oxoniæ in Collegio Balliolensi, & Cantabrigiæ in Collegio S. Petri. Prodierunt primò, cura Fr. Francisci de Benzonibus Minoritæ, Bachalauri Sacræ Theologiæ, & Octaviani Scoti de Modoetia, Venetijs 1481. in fol. Vidi. Initium: *Quaritur igitur primò utrum substantia finita, &c.* Secundo ibidem 1492. apud Bonetum Locatellum castigata per Fr. Franciscum Montis Feretri Philosophiæ Professore in Conventu S. Nicolai. Venetijs apud Lucam Antonium Junctam 1516. Vidi. Insupè:

*Questionum Dialecticarum, lib. 1.*

*Super Magistrum Sententiarum, lib. 42. Lecturarum Magistralium, lib. 1.*

*Questionum disputatarum, lib. 1. & quadam alia.* Claruit anno 1329. Eum commendant quotquot Acta Subtilis Doctoris recensent.

JOANNES CANTIANUS, à Cantia natali suo in Anglia sic cognominatus, ab ipsa penè pueritia in bonis litteris, & timore Dei institutus, coalescente cum annis optima disciplina, in Virum doctum

vasit, cum ætatem virilem attigisset, teste Lelando, patriam, & scholas, in quibus usque ad id tempus studuerat, reliquit, & in Galliam Aquitanicam profectus, ibi Jurisprudentiæ sedulam navavit operam. Conciliata tandem non vulgaris eruditionis opinione, assumptus est ad Canonicatum in Ecclesia D. Virginis Mariæ Civitatis Andegavensis, demùm, vt scribit Thomas Eccleston in libro de *Adventu Minorum in Angliam*, terrenarum rerum pertæsus, & cœlestis contemplationis cupidus, relictis omnibus propter Christum, D. Francisci Regulam amplexus est. Cum Adamo de Marisco ejusdem Instituti, ab Innocentio Papa IV. destinatus est in Angliam Legatus. Scripsit autem, maximè dum esset Canonicus Andegavensis:

*De Casibus Juris*, lib. 2.

*Rubricarum*, lib. 1. & alia permulta, teste Uvadingo, quem excipiant Angelus à S. Francisco, & Sannig. Claruit anno 1248.

JOANNES A CAPISTRANO, Hispanus, ex Provincia Angelorum Regular. Observantiæ Lector Jubilatus, ac Commissarius Generalis Provinciarum Indiarum, vernaculè emisit:

*Vitam V. Virginis Martha de Peralva Tertiaria Franciscanæ*. Hispani apud Thomam Lopez de Haro, anno 1689. in 4. Vidi.

JOANNES CARDOSUS, Lusitanus, ex Urbe Portus Læti, Prov. Algarviorum, Regul. Obs. in Tribunali S. Officii Urbis Ulyssiponenſis Qualificator, librorum Censor, & Examinator trium Ordinum Militarium Regni Lusitanicæ, scripsit Lusitanicè librum ita prænotatum:

*Iter anime liberata, quam Christus in Novi Ecclesie ducit per mare periculosum, & tempestuosum hujus mundi ad portum cœlestis salutis*. Moralem sensum hujus itineris, & operis fundat Author super Palm. centesimum decimum tertium, eumque profectus per varios discursus. Ulyssipone per Gerardum à Vineâ, anno 1626. in 4. Vidi.

*Commentaria in librum Ruth*. Ibidem 1628. in 4. Vidi. Plures alios libros hunc scripsisse narrat apud Nicolaum Antonium, tom. 2. Biblioth. Hispanæ, Georgius Cardosus. Ipsum consule. In Authoris laudem cecinit Antonius à Paiva:

*Cardosus in dulcis mutatur flumina mellis, Spinaque vernantes dat sine sente rosas,*

JOANNES CARO A LOAYSA, Hispanus, Ecclesiæ Collegiata Paternianæ suæ Patriæ Canonicus, & Tertij Ordinis Franciscani expressè alumnus, Hispano no idiomate evulgavit:

*Historiam Sacri Montis de Oliva, ejusque miranda Martiana imaginis*. Compluti per Franciscum Garcia 1676. in 4. Vidi. Ibidem habes *Vitas quinque Minorum Recollectorum* conscriptas, vt creditur, à quodam Minorita laudati Caro Germano fratre.

JOANNES CAROLUS, Antuerpiensis, in Lovaniensi, mox Aureliana, & Pictonum, postremò in Patavina, & Bononiensi Academijs, disciplinis liberalibus, & Jurisprudentiæ diligentem dedit operam. Vigesimo quarto ætatis anno Patavij in vtroque Jure Doctoratus insignia adeptus est. In Patriam redux, Mechliniæ per lustra duo causarum Patronum egit. Tandem in Regio apud Frisios Senatu à Consilijs, & Fisci Procurator constituitur, ac demùm Senator Propriæ magni Consistorij Mechliniensis: Verùm munere illo, mundoque abdicato, Ordinem Minorum amplexus, in ipso tyrocinio vivere desijt. Scripserat apud Frisios:

*Rerum à Gaspare Roblesio, Frisii Præfecto, in Frisjs gestarum libros quatuor ad Philippum II. Regem Catholicum, quos etiam eidem in Hispaniam transmisit*. Utinam aliquando lucem videant. Hæc Uvadingus ex Savvertio, & Valerio Andrea;

JOANNES A CARRILLO, Hispanus, Cæsaraugustanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Aragoniæ, Lector Jubilatus, iteratò Provincialis Minister, Provinciæ Burgenſis Visitator, & à confessionibus Dominarum Excalceatarum Matritensium, in hisque, Serenissimæ Margaritæ Austriacæ, posteritati reliquit Hispanicè:

*Historiam Regalis Conventus Excalceatarum Matritensium*, in qua recenset *vitas piarum Sororum, quæ illic cum laude floruerunt, & Sanctorum CXV. qui ex florantissima Domo Austriaca prodierunt*. Matriti anno 1615. in 4.

*Commentarios in tertiam Regulam à S. Francisco Pœnitentibus traditam, vitasque Sanctorum, & Beatorum illius Instituti*. Cæsaraugustæ 1610. & 1613. per Joannem de la Naja, & Matriti 1616. Vidi.

*Historiam S. Elisabethæ Regine Lusitanicæ*. Cæsaraugustæ per eundem 1615. in 4. Vidi. Obijt Matriti 1616. Sermonem de eo instituunt Uvadingus, D. Nicolaus Antonius, & alij.

JOAN:

JOANNES DE CARTHAGENA, Hispanus, primitus Societatis Jesu, demùm Regularem Observantiam professus in Provincia Conceptionis, Romam missus, diu hæsit in Cœnobio S. Petri Montis Aurei, vbi publicè Theologiam magno discipulorum profectu prælegit, Paulo Quinto summè charus propter gravia, & erudita in rebus Theologicis responsa. Prælo commissit:

*Propugnaculum Catholicum de jure belli Romani Pontificis adversus Ecclesiæ jura violantes* in 4. libris divisum. Romæ ex typographiæ Cameræ Apostolicæ 1609. in 4.

*Homilias Sacras Catholicas*, in tres tomos distributas. Antuerpiæ 1622. in fol. & Lutetiæ Parisiorum 1618. & alibi.

Tomus primus continet eas, quæ de *Sanctissima Trinitate, & Christo Salvatore* agunt.

Secundus, de *Arcanis Deiparæ Virginis, & S. Joseph*, in duas partes divisus est. Prima agit de *Sacratissime Virginis Conceptione, Nativitate, Annuntiatione, Visitatione, Partu, & Virginitate*. Secunda pars reliqua *ejusdem Virginis, ejusque Sponsi Joseph encomia, cultum, & admiranda complectitur*.

Tomus tertius idem profectus argumentum. Tomo postremò adjecit alios tres libros. Agit in primo (qui est decimus septimus) de *Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ de Monte Carmelo*. In secundo, & decimo octavo, de *Sacris Arcanis, cultus, & devotionis erga Deiparam Virginem, ac D. Josephum*. In tertio, & vltimo, de *mirandis Deiparæ Virginis, tam in gratiam, quam in vindictam*. Vidi.

*De antiquitate Ordinis Carmelitani*. Antuerpiæ 1620. in 8. Vidi. Hispanicè redditum à Hieronymo Rancoro Carmelita, prodijt Hispani 1623. in 8. Vidi.

*Præxim Orationis Mentalis*. Venetijs 1618.

*Tractatum de Prædestinatione*. Romæ anno 1581. in 8. apud Bibliothecam Slufianam.

*De Vita Christi Domini, ac de gestis Sanctorum meditationes*. Ex relatione laudatæ Provinciæ Conceptionis, nisi idem sit cum suo *de oratione tractatu*. Inedita reliquit:

*Homiliarum de statu Pontificio, & Cardinalitio*, volumen vnum. Ex Uvadingo.

*Disputationem insignem contra latentem usuram ad Paulum V. Pont. Max. Incipit: Ad interrogationem, &c. attestante Harol-*

do apud D. Nicolaum Antonium, tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ, emisit:

*Disputationes in universa Christianæ Religionis arcana*. Romæ apud Alphonsum Ciaccinum 1609. in 4. & ibidem 1601. in fol.

*De Sacramentis in genere, seu in quantum Sententiarum*. Ibidem 1609. in 4.

*Pro Ecclesiastica libertate tuenda adversum injustas leges Venetorum*, ad Paulum V. Pont. Max. Romæ apud Stephanum Paulinum, anno 1607. in 4. Moritur Neapoli anno 1617. apud S. Mariam novam, in Sacello S. Jacobi Piceni sepultus.

JOANNES A CASALI, Pedemontanus, Minorita, Vir attestante Rossoto in de Scriptoribus Pedemontanis, in Philosophicis, & Theologicis versatissimus, ingenij perspicacissimi, quique diu vtramque scientiam magna sui gloria docuit, edidit:

*Questiones in Sacram Theologiam*. De eo scribunt Britius, Uvadingus, Gonzaga, Possévinus. Vivebat ad annum 1500.

JOANNES DEL CASAR, Hispanus, Lector Theologus, ac Discalceatæ S. Gabrielis Provinciæ dignissimus Pater, in lucem edidit in fol. anno 1701.

*Dissertationem Regularem, Canonicam super suffragia Dissidentium Generalium ex Discalceatis*. Vidi.

JOANNES A CASTILLO, Hispanus, Provinciæ Baticæ Regul. Observantiæ Pater, communem fecit vernaculè:

*Orationem de Domina nostra, vulgò dicta la Blanca*, in populo gravi habitam. Hispani 1665. in 4. Vidi.

JOANNES DE LA CAVA, Hispanus, Theologus, Provinciæ Baticæ Regul. Observantiæ edidit, quod viderim:

*Orationem ad Fratres suos in Capitulo Provinciali congregatos*. Granatæ 1609. in 4. Vidi.

JOANNES DE CAULIBUS DE S. GEMINIANO, Sacræ Theologiæ Mediolani Professor, ac in Provincia Tusciæ devotus, ac famosus Predicator, edidit, Uvadingo teste:

*Tractatum eruditum de triplici oratione pietatis*. Insuper, ex Antonio Terrinca, pag. 206. sui Theatri Genealogici Provinciæ Tusciæ, scripsit quoque, ac edidit:

*Tractatum pulchrum, atque devotum super Evangelia*. Florebat anno 1376. De Authore agit Possévinus, Marianus, & Gonzaga.

JOANNES CAXTONUS, Anglus, Doctor vtriusque Juris, scripsit:

Summe

*Summe Confessionum*, lib. 1. manuscr. Oxonij in Collegio Orientali. Hæc Uvadingus Pitico adhaerens.

JOANNES A CAZALLA, Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Angelorum Lector emeritus, ad Episcopatum Veræ Crucis in India assumptus, emisit vernaculæ, & Dialogetica methodo, opus prænotatum:

*Lumen anima, seu de beneficijs qua Deus præstat hominibus.* Vallisoleti per Nicolaum Thierry 1528. in 8. Vidi. Et Hispani typis Joannis Cromberg, anno 1628. in 8.

JOANNES DE LA CERDA, Hispanus, Provinciæ Castellæ Regul. Observant. scripsit instructionem amplissimam pro sexu foemineo, sub titulo:

*Vitæ politæ pro omnibus statibus mulierum.* Compluti apud Joannem Graciam, anno 1599. in 4. Vidi.

JOANNES CHRYSOSTOMUS A S. BARBARA, ex Discalceata Provinciæ S. Petri de Alcantara Neapolitana, Italico sermone communem fecit:

*Vitam S. Petri Alcantarensis.* Neapoli anno 1705. in 8. Laudatur à Fr. Francisco à Matre Dei in suo Syllabo M.S. pag. 64.

JOANNES CHRYSOSTOMUS A LAUDO, Tertij Ordinis Provinciæ S. Ivonis bis Minister Provincialis, ac Definitor Generalis, edidit Gallicè, recensente Uvadingo:

*Tumulum amoris proprii.*

*Sanctam ociositatem creaturarum in pura occupatione solius Dei.* Parisijs anno 1641.

*Solitudinem quinque dierum, & patientiam Christi cum ab Herode sperneretur.* Ibidem 1644.

*Exercitium meditationum decem dierum super vulnera, & Passionem Christi.* Ibidem eodem anno.

*Devotionem erga sanctam Christi agoniam.* Ibidem 1645.

*Meditationes super Divina pulchritudine.* Ibidem.

*Exercitium meditationum in vitam S. Elisabethæ.* Ibidem.

*Multa documenta spiritualia, inedita reliquit.* Obijt anno 1646. 26. Martij. Eum laudant Bordonius, & Veronenfis.

JOANNES CHRYSOSTOMUS AYELLUS, Panormitanus, ex Tertio Ordine Regulari Provinciæ Siculæ, Sacræ Theologiæ Doctor, Concionator celeberrimus, communis juris fecerat anno 1714. quo vivebat:

*Orationem Panegyricam in laudem Principis Piemontis.* Panormi apud Franciscum Ciche 1713. in 4. Cui adnexuit Iusus Pœticos Academicorum Panormitanorum in ejusdem Regis laudem. Typis etiam parabat:

*Conciones diversas.*

*Conciones diversas morales.*

*Quadragesimale.*

*Brevem instructionem ad bene recipientem Sacram Eucharistiam, habendamque Orationem Mentalem.* De eo Bonaventura Drepitanus in Relatione solemnitate S. Catharinæ Bononiensis, pag. 51. apud Bibliothecam Siculam D. Antonij Mongitore.

JOANNES CLEMENS DE CAZARES, Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Granatensis:

*Carmina, & Cancionem confecit pro Immaculata Conceptione Virginis,* edita cum alijs Granatæ 1651. in 4. Legi. Ejus meminit Alva in Militia, col. 745.

JOANNES CLEMENS CAMPIONE, Minorita Reformatus, natione Venetus, Vir pietatis, Apostolicique zeli meritis matorum præconio dilaudandus, in litteras misit, vt testatur P. Coronelli, tom. 7. Biblioth. Univers. col. 800. Italico idiomate:

*Bellum spirituale clientulorum B. Virginis.* Paduæ 1681. & 1699.

*Discursus predicabiles in obsequium Sanctissimi Sacramenti, ac Passionis B. Virginis, & Sanctorum.* Venetijs 1700.

JOANNES CLERICUS, Belgæ, Vir sanctitate, & eruditionis laude conspicuus, scripsit:

*In Cantica Canticorum, & alia.* Uvadingus, ac Jacobus Le-Long in sua Bibliotheca Sacra, pag. 679.

JOANNES CLYN, Hybernus, Kilkennensis, primus Guardianus Conventus Carrigenfis ad ripam Surij fluminis constructi, scripsit:

*Annales à Nativitate Domini usque ad annum 1315.* brevissimè, sed & ab eo anno fatis diligentè, & copiosè res Hybernicas, usque ad annum 1349. circa quod tempus obiisse putatur.

*Historiam Regum Anglorum ab Hengisto, usque ad Eduardum III.*

*De Custodijs Ordinis sui in Anglia, & Hybernia.*

*Catalogum sedium Episcopatum in Anglia, Scotia, & Hybernia erectarum.* Extant opera ejus in libro Communitatis Fratrum Minorum Kilkennæ, teste Uvadingo:

go. De Annalibus agitur apud Bibliothecam Bodlejanam, tom. 3. in Bibliotheca Comitij Clarendonij, cod. 42.

JOANNES CNIFIUS, Ultrajectinus, Patricij sanguinis, Regul. Observ. primus Groeningensis Episcopus, 1561. designatus, scripsit Belgicè, & Latine:

*Commentarium in Psalmos Miserere mei Deus, & de Profundis,* editum Antverpiæ, teste Jacobo Le Long in Biblioth. Sacra, pag. 679. Rebus humanis exemptus 1578. & sepultus Groeningæ in Templo Cathedrali, teste Gulielmo Gazæo in Historia Ecclesiastica Belgij. Vide Suvertium, & Valerium Andream, invicem conciliandos.

JOANNES COLGANUS, Hybernus, Ultoniensis, Collegij S. Antonij Patavini apud Lovanienfes illustris alumnus, Sacræ Theol. Professor emeritus, juvenum instructor, Hyberni idiomatis per quàm peritus, Vir, teste Uvadingo, religiosissimus, in studijs assiduus, in colligendis, & evolendis monumentis Hybernicis, etsi infirma corporis valetudine ad miraculum constantissimus, edidit volumen in 8.

*De Vita, Patria, Elbgij, ac Doctrina Doctoris Subtilis.* Antverpiæ apud Joannem Marcellum 1655. Incipit: *Propter Doctorem Subtilis, &c.* Vidi. Opus etiam egregium prænotatum:

*Trias Thaumaturga, seu Divorum Patricij, Columba, & Brigide trium veteris, & majoris Scotia, seu Hyberniæ Sanctorum, Insula communium Patronorum Acta.* Lovanij 1647. tom. 2. in fol. Vidi.

*Acta SS. veteris, & majoris Scotia, seu Hyberniæ,* notis, & appendicibus illustrata tom. 1. qui de sacris Hyberniæ antiquitatibus est 3. Januarii, Februarii, & Martii completentem ibidem 1645. in fol. Vidi. Tomum quartum, quintum, & sextum reliquorum mensium, quorum quartus sudabat, sub prælo anno 1650. hætenus non vidi. Eorum memoriam fecit Uvadingus. Edidit quoque:

*Theologiam* habitam Lovanij ibidem 1639. in 4. teste Alva, col. 746. suæ Militiæ. Obijt anno 1647.

JOANNES COLOMBI, Gallus, Minorita, Avenione Pontificius Pœnitentiarius, ineditum reliquit Gallicè:

*Tractatum de SS. Sacramento Altaris.* Extabat M. S. in Gallica Regia Bibliotheca, in Secundo Sixto, num. 792. teste Philippo Labbe in sua nova Bibliotheca M. S. librorum edita Parisijs 1653. in 4.

JOANNES DE COLONIA, seu AGRIPPINUS, Reg. Observ. alumnus, Tom. II.

ac Theologus illustris, plura, & Scotistis grata, scripsit, ac edidit, nempe:

*In quatuor libros Sententiarum.*

*Tabulam in opera Scoti.*

*Quæstiones Magistrales 430. in ejusdem scriptum Oxoniense.*

*Quodlibeta.*

*In Metaphysicam.*

*In Libros de Anima.*

*In Libros Posteriorum.* Omnia prodierunt Basileæ 1510. apud Adamum Petri in 4. regali. Vidi. Præfixum legitur Epigramma Danielis, Agricolæ, Minoritæ, in Authoris laudem, sub initio: *Candidulos cernam radios, &c.* Scripsit etiam, testibus Tosignano, & Uvadingo:

*Postillam in Evangelia festivalia, & byemalia.*

JOANNES DE COMBIS, Provinciæ S. Bonaventuræ in Gallia, in Conventu Lugdunensi Sacræ Theologiæ Lector, scripsit:

*Adnotationes, & declarationes ad terminos Theologales D. Bonaventuræ.* Lugduni apud Gulielmum Rovillum, anno 1560. & 1611. in 4. & Venetijs apud Petrum Duchinum 1575. teste Uvadingo. Edidit etiam non tanquam suum, sed vt alienum.

*Compendium totius Theologiæ veritatis.* Venetijs apud Petrum Duchinum 1575. in 16. Lugduni 1569. Huic editione accessit *Opusculum declarationis terminorum Theologicæ logicalium.* Vidi.

JOANNES LE COMTE, id est, Comes, Gallus, collegit, recensente Uvadingo.

*Centum septemdecim exempla Gallica de Beatissima Virgine, & in libellam.* Parisijs impressum anno 1503. redegit, vt refert Joannes Major Societatis Jesu, in Catalogo Authorum, qui ex professo libros exemplorum scripserunt. Clarebat 1500.

JOANNES A CONCEPTIONE, Lusitanus, Provinciæ Algarviorum Reg. Observ. ineditum reliquit:

*Tractatum de Provincia Algarviorum,* cujus meminit ex Cardoso, D. Nicolaus Antonius, tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ. Edidit eruditam:

*Concionem de translatione S. Vincentij Martyris.* Ulyssipone typis Antonij Alvarez 1641. in 4. Vidi.

*Concionem aliam de Expectatione Virginis Mariæ,* in 4. Vidi.

JOANNES A CONCEPTIONE, aliter, Hispanus, Regul. Observantiæ alumnus, Murciæ anno 1667. opus absolvit vernaculè editum, sub titulo:

*Resolutio Theologica Moralis Canonica,*

*In qua exponitur Decretum S. Inquisitionis de privatione Officiorum in Ordine.* Matriti typis Francisci Nieto 1668. in 4. Vidi.

**JOANNES A CONCEPTIONE**, aliter, Hispanus, Discalceatæ Provinciæ S. Didaci in Bætica Theologus, Pater, Præfectus Apostolicus Africanarum Missionum, ac Generalis in Romana Curia Discalceatorum, ac Recollectorum Galliarum Procurator, edidit:

*Tractatum de Missionibus in Mauritania Tingitana, earumque progressibus, vernaculè.* Gadibus anno 1722. in 4. Vidi.

**JOANNES CONCILII**, seu, ut alijs placet *Consilii*, natione Gallus, Minorita, scripsit, imò concinnavit:

*Varia opuscula ex disputationibus habitis in Concilio Tridentino*, cui interfuit anno 1562. Edidit insuper:

*Orationem de Triumpho Christi*, quam habuit in eodem Concilio in die Ascensionis. Ex Uvadingo, Tosigniano, & Gonzaga. **JOANNES COMPOSTELLANUS**, Hispanus, Provinciæ Bæticæ Minorum Capuccinorum alumnus, Magister Novitiorum, & Vir altissimæ contemplationis, scripsit tractatum, sive opusculum:

*De Arte moriendi*, qui post illius mortem exijt posthumus, teste Genuensi.

**JOANNES CONTRACTUS**, natione Belga, Minorita, fructuosus tempestate sua Concionator, edidit:

*Conciones de Tempore.*

*Conciones de Sanctis, ac de B.V.* Prodierrunt simul Coloniae ex officina Joannis Koelhoeff de Lubeeck in fol. Vidi. Pinciæ in Bibliotheca Conventus Regul. Observ. sed editionis annus non exprimitur. Incipiunt: *Clamabunt à facie tribulantis, &c.* Authorem adducit Antonius Monchiaceus *de Sacrificio Missæ*, fol. 133. hisce verbis: *Eandem defendit sententiam Joannes Contractus sermone de Cæna Domini dicens: Tertio accedere debet cum fide integra.*

**JOANNES COPRANO**, Capuccin. Prov. Rhegij Concionator, ac Definitor, Vir, apud Genuensem, morum sanctitate, ac doctrinæ præstantia celebris, edidit Italicè:

*Calabriæ illustrata*, tom. 3. in fol. ad Hispaniarum Regem. Vidi dumtaxat tom. 1. impressum Neapoli formis Antonij Dominici Parrino 1691. in fol.

*Concionum Quadragesimalium*, tom. 2.

*Concionum Dominicalium*, tom. 3.

*Basilica Sacra Lateranensis à Franciscanis sustentata*, tom. 1. in fol. Demum Latine: *Commentaria in D. Bonaventuram*, tom. 2. in fol.

*Cursum Philosophicum*, tom. 3. in fol.

*Plausum doctrinæ Seraphicæ illustrium Scriptorum subscriptionibus conelamatum*, tom. 1. in fol. Hæc ex laudato Genuensi.

**JOANNES COQUIEL**, non aliudè mihi notus, quam ex tabula prima Fr. Petri de Alva, laudatur ab eo, cùm Author: *Poematis de S. P. N. Francisco*, Tolosæ editi 1619.

**JOANNES CORALDUS**, Franciscanus, ac demum Episcopus Draconensis, elaboravit, vel collegit:

*Compendium Sacræ Theologiæ*, Basileæ impressum anno 1501. in 4. Consule Militiam nostri Alva, col. 747.

**JOANNES CORONEL**, Hispanus, ex Oppido Torrija Provinc. Castellæ, Reg. Observ. filius, ac Provinciæ Jucatanensis Reg. Observ. in novo Orbe Apostolicus Concionator, & Diffinitor in publicum misit idioma illorum Indorum:

*Discursus prædicabiles spirituales, vna cum Articulorum Fidei expositione.* Mexici apud Petrum Gutierrez 1620. in 8. Vidi.

*Doctrinam Christianam idioma Mayori*. Ibidem per Didacum Garrido 1620. in 8. Vidi. Eiusdem de eodem valdè diffusè exat M.S. in 8. in Biblioth. Collegij Hispanensis S. Bonaventuræ, sub litt. M. num. 165. Vidi. Objit Viri religiosi opinione in Conventu Emeritenfi ejusdem Provinc. 14. Januarij 1651. De eo D. Andreas Barcia, col. 723. suæ Biblioth. Indicæ, ac Didacus Lopez Cogolludo, lib. 12. Historiæ Provinciæ Jucatan, cap. 18.

**JOANNES COSTENUS**, Polonus, Reg. Observ. Provinciæ Majoris Poloniæ, Prædicatoris ferventissimi, & devotissimi officio, Guardiani, Custodis, ac Diffinitoris etiam dignitate functus, typis idioma te Polonico vulgavit:

*Librum pium in gratiam S. Annæ*, in quo & ad pietatem animos fratrum, & sororum accendit, & eisdem officij monet. Plenus dierum quævit in pace in Conventu Lovaniensi anno 1613. Ex relatione Chronologica laudatæ Provinciæ, fol. 426.

**JOANNES DE COVEÑA**, Hispanus, Minorita, teste D. Nicolao Antonio, tom. 1. Biblioth. Hispanæ, dedit ad duum Viros, & Senatam Oppidi Almonazir de Zurita, Calatravensis Ordinis:

*Artem regiminis Populorum.* Edidit:

*Remedium peccatorum.* Compluti apud Sebastianum Martinez 1572. in 12.

**JOANNES CRANEDONC**, Minorita, latinam reddidit:

*Relationem magnorum thesaurorum* (spi-

*spiritualium, & temporalium Deo inspirante, & adjuvante in novo Mexico detectorum*, Hispanicè conscriptam ab Alphonso Benavides, Minorita, Hispano. Salisburgi anno 1634. in 8. typis Christophori Kettembergeri. Vidi.

**JOANNES CREMONENSIS**, Minister Provinciæ S. Antonij, scripsit: *Vitam S. Antonij de Padua.* Sedulius cum Rodulpho.

**JOANNES DE LA CUSTA**, Lusitanus, Minorita, annumeratur inter Marianos Scriptores à Marracio in Appendice, elucubrassèque dicit:

*Quadragesimam Sermonem in honorem Virginis Mariæ.* Pinciæ 1616. in fol.

**JOANNES A CURIA NOVA**, Italicus, Minister Prov. Brixiensis strictior. Observant. Reformatorem, edidit recensente Uvadingo, Latino sermone:

*Theoro practicam Orationis Mentalis, seu modum meditandi Passionem Christi.* Insurgij anno 1632.

**JOANNES DAMASCENUS**, natione Gallus, professione Recollectus, celebris Concionator Gallicè edidit:

*Discursus Ecclesiasticos, ac Monasticos.* Parisijs apud Coignard 1709. Hæc apud Trevoux de novis litteris hujus anni in mense Aprilis, & Maji.

**JOANNES DAMPIERRE**, Gallus, ex Advocato alumnus factus Reg. Observ. ac director Monialium Aurelianensium, Vir doctus, ac pius, Latine edidit:

*Poemata per plura laudata à Scevola de S. Martha in Elogijs Doctorum Galliarum apud Dictionarium Moreri.* Floruit sec. 16.

**JOANNES DAVENTRIA**, Transilvanus, Minister Provinciæ Colonienfis Regul. Observ. Vir in Divinis Scripturis eruditissimus, vitæ integræ, virtutumque exemplar, scripsit:

*Exegesim Evangelicæ veritatis, contra errores Lutheranæ confessionis.* Coloniae anno 1533. in 8. 1535. in 4. Vidi.

*Catapultam Fidei, seu Christiana veritatis telum*, lib. vnum. Ibidem 1533. & anno 1588. in 8. Vidi. Agit

*De Fide.*

*De Ecclesia Judice.*

*De Eucharistia veritate, & utilitate.*

*De SS. veneratione, & invocatione.*

*De usu Imaginum.*

*De Purgatorio.*

*De quibusdam articulari Rotbmanni confutatis.*

*De Infantum Baptismate.* Edidit etiam: *Apologiam contra Lutherum.* Prodiijt Tom. II.

cum *Exegesi*. Coloniae ex officina Melchioris Novelisiani 1535. quo clarebat in 8. Vidi. Demum ex Uvadingo:

*Apologiam contra Anabatistas.* Eum commendat Fr. Didacus de Lequile in de Scriptoribus, qui pro Fide Catholica dimicarunt, ac Fr. Petrus Merseus, Minorita, in Annalibus Episcoporum Ultrajactensium, pag. 385.

**JOANNES DE DEFONT**, Capuccinus, natione Gallus, Provincie Normanniæ Concionator, Vir doctus, ac scientijs ferè omnibus ornatus, scripsit latine opus, cui titulus est:

*Scientia Principis Christianissimi*, lib. 10.

**JOANNES DEGUE**, Minorita, attestante Uvadingo, ex Hispanico Latine reddidit librum prænotatum:

*Speculum consolationis afflictorum, & tristium Joannis de Dueñas.* Prodiijt Parisijs 1582.

**JOANNES DELPHINUS A CASALI MAJORI**, Italicus, Minorita doctus, vti ab Illustrissimo Gonzaga accipio partæ 1. fol. 79. multa edidit opuscula;

*De rerum eventu.*

*De Cælibatu.*

*De Potestate Pape.*

*De Cælestibus globis ad Camillum Paleottum.*

*De Methodo, & quædam alia.*

**JOANNES A S. BEMETRIO**, Benetiorum Oppido propè Aquilam, ex Prov. S. Bernardini Regul. Observ. scripsit, ac edidit vernacula lingua Italicæ:

*Quadragesimale.* Ex Relatione laudatæ Provinciæ, & Uvadingo.

**JOANNES A DEO**, Lusitanus, Prov. Portugalliæ Regul. Observ. Lector emeritus, ac Provincialis Minister, à Concionibus Regijs, & Theologicis Censuris S. Officij, præter quædam volumina inedita quorum inscriptionibus minime expressis memor est Fr. Ferdinandus à Solitudine, tom. 5. Chronic. laudatæ Provinciæ, emisit:

*De refectione Eborensis Urbis Concionem eruditam Eucharisticam.* Conimbricæ per Emmanuel. Diaz 1664. in 4. Vidi.

**JOANNES A S. DIDACO**, Hispanus, Prov. S. Pauli Discalceat. Concionator, ac Præ. Minister, prælo dedit vernaculè:

*Ideas Sacras.* Salmanticæ 1683. in 4. Vidi. Inedita reliquit eodem sermone volumina duo prænotata.

*Idearum Sacrarum* tomum 2. & 3. amplexens Conciones varias 48. Præmanibus habeo in 4.

*Echo tubæ Hæsebelis* decem capitibus



constans, & tribus indicibus. Penes me habeo, etiam in 4. In Prologo tomi editi ipem fecit duorum aliorum librorum sub titulo communi:

*Insignia Passionis Christi*, vnum & alterum tomum in 4. completum reliquit, & habentur. M. S. in nostro Sancti Didaci Vallisoletano Conventu, vbi non semel vidi, ac sitienter legi. De eo agitur tomo 1. Chron. Prov. S. Pauli, pag. 145. Obijt circa annum 1710.

JOANNES A S. DIDACO VILLALON, Hispanus, professione Laicus, ex Prov. Bætica Regul. Observant. plurium Causarum in Romana Curia Procurator, typis tradidit Italicè:

*Compendium Vita B. Francisci Solano*. Romæ per Angelum Bernabo anno 1675. in 8. Vidi.

*Compendium Vita V. Servæ Dei Joannæ à Cruce, Abbatissæ Conventus S. Mariæ de Cruce extra muros Oppidi de Cubas*. Ibidem ex typographia Rev. Cameræ Apostolicæ, anno 1664. in 4. Vidi.

*Vitam V. Servæ Dei Anna à Cruce, Matris Clarissæ*, Hispanicè scriptam à R. P. Martino à Roa, Societatis Jesu, Italicè redditam. Ibidem typis Michaelis Herceulis, anno 1666, in 4. Vidi.

*Defensorium Illustrissimi D. D. Fr. Bernardini de Cardenas, Antistitis de Paraguay*, in fol. Vidi Matriti in Bibliotheca Marchionis de Cuellar.

JOANNES DIEZ BUENO, Hispanus, ex Emeritenſi Urbe, Compostellanæ Prov. Regul. Observ. Lector emeritus, ac Prædicator Apostolicus, Vir opere, & sermone insignis posteritati dedit vernaculè:

*Meditationes super Orationem Dominicam & Salutationem Angelicam*, adjecto *Tractatu pro juvenamine agonizantium, ac preparatione Sacerdotis ad Missæ Sacrificium*. Legionæ per Augustinum Valdivieso 1669. in 8. Vidi.

*Tesaurum Divinum pauperis, vna cum Tertiariorum exercitijs*. Editio 3. quam vidi, facta est Legionæ typis Augustini de Valdivieso 1672. in 16. Obijt sanctitatis fama clarus, apud Conventum de Benavides sepultus. Laudatur à Barnaba Moreno, lib. 5. Historiæ Emeritenſis, fol. 324. & in Chron. Provinciæ S. Jacobi, tom. 1.

JOANNES DOMINICUS BAGNATI A BERGAMO, Capuccinus, anno 1688. conscripta habebat.

*Varia opera Juris* in brevi edenda, teste Augustino Fontana in suo Amphitheatro Legali, tomo 1. syllabo 1.

JOANNES DONATUS Cicondeillus de S. Angelo in Vado, in Regno Neapolitano, Tertij Ordinis Regularis, & Præceptor ludi Litterarij Serræ Sancti Quirici, scripsit:

*Sermones, & Oratiunculas vulgares, & litterales*, partim Latinè, partim Italicè. Senis per Simonem à S. Nicolao, anno 1511. in 8. Vidi. Sub num. 69. Sermones verè peregrini in hoc volumine contenti, sunt:

*Sermones quatuor vulgariter pronuntiandi, cum pro defunctis aliquod officium celebratur.*

*Item sermo vnus litteraliter pronuntiandus à Sacerdote, cum festum suæ Ecclesiæ celebratur.*

*Item duo sermones nuptiales, vnus litteraliter, & alter vulgariter pronuntiandi.*

*Item sermones tres vulgariter pronuntiandi in desponsatione mulieris.*

*Item sermones tres litteraliter pronuntiandi ad Missam novam.*

*Item quedam carmina in laudem Gubernatoris Provinciæ.*

*Item responsio Prætoris ad ingressum suæ præturæ.*

*Item oratio pro reformatione præturæ.*

*Item oratio quando Rector reassignat sceptrum.*

*Item oratio quando Rector accipit sceptrum.*

*Item oratio ad referendas grates de muneribus acceptis.*

*Item oratio in acceptatione Stendardi.*

*Item duæ orationes ad novos Priores.*

*Item sermones fanebres septem dicendi ante ostium defuncti, quatuor vulgares, & tres litterales.*

*Item sermones fanebres quinque vulgariter pronuntiandi in Ecclesia à Sacerdotibus.*

*Item oratio recitanda à discipulis in festo S. Nicolai cum quadam representatiuncula agenda à discipulis.*

*Item numerus Vigiliarum, & Festivitarum de præcepto.*

*Item numerus Vigiliarum, & Festivitarum de consuetudine.*

*Item sensus vulgaris verbi activi, passivi, & impersonalis.*

*Item quadam interrogatiuncule super Donatum declarata.*

*Item sensus vulgaris nominis positivi, comparativi, & superlativi*. Alterius editionis factæ Venetijs per Georgium de Rusconibus, anno 1515. in 8. Memoriam facit D. Nicolaus Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana.

JOAN-

JOANNES DOVET, seu DOVETUS, Gallus, Dinannicus, Professor Theologiæ Parisijs, in vnum contexit:

*Formalitates Scoti, Syreæti, Trombeta, & Bruliferi Minoritarum*. Parisijs apud Joannem Parpin 1579. Præter hoc opus à Uvadingo, & Sannig laudatum, edidit Gallico idiomate:

*Anagrammata super nomen Augustum Christianissimi Regis Galliarum*. Parisijs 1654. in 4. vt habetur tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 355.

JOANNES DUBLIVLIUS, Nervius, Theologus, edidit:

*Ferofolymitanæ peregrinationis Hodaporticon septem dialogorum lib. explicatum*. Colonia 1600. typis Grevembruchij in 8.

*Orationem Philippicam, qua inter hujus sæculi tenebras veritatis domicilium demonstratur*. Leodici typis Henrici Hovij. Uvadingus, quem excipiunt Laffor, & Martinus Lippenius.

JOANNES DE DUEÑAS, Hispanus, Regul. Observant. alumnus, insignis Concionator, opus edidit vehementer laudatum à Viris doctissimis in tomos sex distributum, vti asserunt Uvadingus, ac D. Nicolaus Antonius, sub titulo communi:

*Speculum consolationis editum Hispani in 8. anno 1543. & alibi. Vidi laudatum, & sanè egregium opus in quatuor partes distributum, quarum quælibet in sententia grævada fundatur. Exemplum primæ: Malehem cecitatem Tobia, quam oculus Davidis. Prodiit seorsim secunda, & quarta Anruerpia 1551. in 8. ex officina Martini Nuaj. Prodiere simul Toleti anno 1591. in fol. & alibi. Gallicè, vti recenset D. Nicolaus Antonius, tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ, hoc opus loqui fecit Franciscus Belleforest, prodiitque Parisijs ex officina Gervasij Mallot, 1583. in 8. & Latinè Joannes Degue excusum ibidem anno 1582. Eiusdem est etiam:*

*Remedium peccatorum, seu Confessionarium*. Pincia apud Joannem de Villaquira 1545. & 1546. in 4. *Veritè item ex Latino S. Augustini*, librum: *Speculum peccatoris*, quem etiam appellavit:

*Tesaurum anime*. Pincia apud Sebastianum Martinez 1553. in 8. Vidi.

JOANNES DUNS SCOTUS, de cuius Patria, regna decertant Angliæ, Hybernæ, & Scotiæ, anno quo denatus est Seraphicus Doctor S. Bonaventura, nempe 1274. natus est in Oppido Duns, vt vno pietatis, & doctrinæ sole Minoribus occidente, alter oriretur, qui præter in-

Tom. II.

signem pietatem miraculis comprobatus; doctrinæ columen, Theologorum Argos; subtilitatis fulcrum, ac Doctor Subtilis, & Marianus acclamaretur, erat enim in ejus sapientia (cœlitus etiam accepta à Matre agnitionis) *spiritus intelligentiæ subtilis*. Hunc subtilitatis spiritum (paucis fructu copiosi Interpretis Cornelij à Lapide in Sap. 7. v. 22.) in speculationibus sapientia præ alijs communicavit Joanni Scoto Ordinis S. Francisci, qui illum, vt saum in Theologia, & Philosophia Magistrum colit, & sequitur, vnde vulgò vocatur Doctor Subtilis: à Scaligero exercit. 324. vocatur Lima veritatis: ab alijs Cos ingeniorum, Philosophorum Phoenix, & inter Philosophos quidam Deus: ab alijs subtilitatis miraculum; arcanorum Apollo, Seraphicæ Religionis columen, Sorbonæ gloria. Dubitat Gardanus lib. 16. de Subtil. quis subtilior, an Aristoteles, an Euclides, an Scotus? Porro hæc subtilitas partim ei naturalis fuit à subtilitate ingenij, qua excelluit, partim supernaturalis; opusque gratiæ, & Spiritus Sancti, cujus ipse, vtpotè Religiosus, fuit instrumentum, & organum. Unde Joannes Major in 4. dist. 38. quæst. 10. eum vocat humillimum, Apostolicum, pauperrimum, imò Summo Pontificatu dignum, & D. Bernard. de Soria in Report. impressis Parisijs anno 1517. ita de eo canit:

*Scotus adeff Fidei lampas, Christique Sybillæ  
Interpresque Dei, castrum insuperabile veri,  
Scriba fœdis, mundique oculus, convicta Tonantia,  
Ingenij claro penetravit acumine cuncta.*

Nihil amplius hic immorandum circa ejus encomia, quem supra omnem laudem supra omnem invidiam, magnorum Virorum grave libratumque iudicium evexit. Hominis ingenium ita ad litteras efformatum, & miraculum subtile, atque acutum, dixit Joannes Pitseus, vt non tam hominem acie mentis stupendum, quam inter argutos Philosophos quendam dixeris Deum. Nihil erat, vel tam difficile, vel tam densa caligine involutum, quod illius vix, & perspicax ingenium non penetraret, nihil adeò distortum, aut nodosum, quod non dissolveret. Porro Oxonij, Luteitiæ, Coloniz, magno discipulorum profectum, multorum encomijs, summo omnium applausu, Theologiam publicè professus, multa scripsit doctissimè in Aristotelem, Petrum Lombardum, Sacros Códices, copiosis editis Commentarijs. Hujus igitur

N 3

Phœ-

Phœnicis monumenta (adjectis ineditis) seorsim primò, secundò simul concinnata subijciam, demùmque Catalogum Elucidatorum.

### Opera Doctoris Subtilis.

*Lectura in Genesim*, lib. 1. Ex Pitseo, Lando, Jacobo Le-Long, & alijs.

*In Evangelia*, lib. 4. Ex eisdem.

*Commentaria in Evangelium secundum Matthæum*. Recensentur tom. 1. Bibliothecæ Bodlejanæ, fol. 10.

*In Epistolas D. Pauli*, lib. plures. Ex Jacobo Le-Long, Pitseo, & alijs. Sixtus Senensis, lib. 4. Bibliothecæ Sanctæ testatur se legisse fragmentum in Epistolam ad Romanos valdè eruditam, ac sensu profundum, sed juxtà Authoris nomen tenebricosum, obscurum, & vix in ejus scholâ detritis pervium, cujus initium erat: *Circa Epistolam Pauli ad Romanos*.

*Commentaria in Apocalypsim*, vt habetur tom. 1. Bibliothecæ Bodlejanæ, fol. 70.

*Sermonum de Tempore*, liber vnus. Ex Trithemio. Incipiunt, teste Pitseo: *Erunt signa, &c. In hoc Evangelio*.

*Sermonum de Sanctis*, liber vnus. Ex Pitseo, & Trithemio.

*De rerum principio*, lib. 1. Ex Pitseo.

*Questio super Prologum*, notabilis valdè pro stabilimento Fidei Catholicæ Ecclesiæ Sacrosanctæ laudata, tom. 2. Bibliothecæ Bodlejanæ, fol. 41.

*De primo rerum principio*, lib. 1. Oxonij in Collegio novo. Extat Venetijs anno 1497. Nancei vidit Pitseus in Bibliotheca Franciscanorum. Tractatus iste illuminans quidem intellectum, sed magis affectum accendens, ita incipit: *Domine Deus noster Moyse servo tuo, de tuo nomine filijs Israel proponendo à te Doctore veracissimo sciscitanti, &c. Cap. 4. recolligens dicta, divinas percurrens perfectiones, mente in Deum elevatus, vel in extasim raptus, Seraphicum, ac mirabilem discursum facit, quem meritò Uvadingus appellat dulcissimum cibum, quo anima devota, sed Theologica pascatur, deleatetur, inebrietur. Ecce Subtilioris Scoti ignitum eloquium, ferventissima oratio, & contemplatio altissima. Domine Deus noster* (sic eructabat) plurimas perfectiones à Philosophis de te notas, possunt Catholici vtique concludere ex prædictis. Tu primum efficiens, tu ultimus finis, tu supremus in perfectione, & cuncta trans-

cendens; tu penitus incausatus, ideò ingenerabilis, & incorruptibilis imò omninò impossibile non esse, quia ex te necesse esse, ideòque æternus, quia interminabilitatem durationis simul habens sine potentia ad successione: quia nulla successio potest esse, nisi vel in continuè causato, vel saltè in essendo ab alio dependente: quæ dependentia longè est à necessario ex se, in essendo. Tu vivus vita nobilissima, quia intelligens, & volens. Tu beatus, imò essentialitèr beatitudo, quia tu es comprehensio tui ipsius. Tu visio tui clara, dictio jucundissima, & licèt in te solo beatus, & tibi summè sine alijs sufficias, tu tamen omne intelligibile simul actu intelligis. Tu omne causabile continenter, & liberè simul potes velle, & volendo causare, verissimè ergo es infinitæ potentia. Tu incomprehensibilis, infinitus: nam nihil omne sciens est finitum, nihil potentia infinita est finitum, nihil supremum in entibus, nec finis vitium est finitum, nec per se existens simplex penitus, est finitum. Tu es infinita, & summæ simplicitatis, nullas partes habens re distinctas, nullas realitates in essentia tua habens, realitèr non eadem. In te nulla quantitas, nullum accidens, potest inveniri, & ideò est secundum actum, non mutabilis: sicut te in essentia tua immutabilem esse superius jam expressi. Tu solus simplicitèr es perfectus, non perfectus Angelus, aut corpus, sed perfectum ens, cui nihil deest entis possibilis alicui in esse. Non potest omnis entitas alicui formalitèr in esse, sed potest in aliquo formalitèr, vel eminentèr haberi: quomodò tu Deus, habes, qui es supremum entium: imò solus in entibus, infinitus. Tu bonus sine termino: bonitatis tuæ radios liberalissimè communicans, ad quem amabilissimum singula suo modo concurrunt, vt ad vltimum suum finem. Tu es intelligibilis sub perfectissima ratione intelligibili. Tu es tuo intellectu præsens. Tu solus es veritas prima: quippè quod non est quod apparet, falsum est, ergo est aliud sibi ratio apparendi, quia si sola ejus natura esset sibi ratio apparendi, apparet esse quod est. Tibi nihil est ratio apparendi, quia omnia apparent in tua essentia, tibi primitus apparet, ac per hoc nihil tibi posterius est ratio apparendi, &c. Jure ergo clamabat hic Uvadingus, scholio 11.

Uti.

*Utinam quotidie Fratres Theologi eam recitassent. Sentirent proculdubio scintillis divini amoris suas accendi mentes, doctique evaderent doctricæ gratia, non scientia in flante, sed magis edificante charitate.*

*In Magistrum Sententiarum Commentarios Oxonienses*, lib. 4. Incipiunt M. S. *Utrum homini pro statu isto*. Proderunt cum notis Cavelli Parisijs 1519. & 1600. & Venetijs 1597.

*De Cognitione Dei*, lib. 1. Ex Trithemio, & Pitseo.

*De perfectione statuum*, lib. 1. Incipit: *Status Prælatorum præsupponit*. M. S. Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti, & apud Bibliothecam Collegij Mertonensis in Oxonia, vt habetur tom. 2. Bibliothecæ Bodlejanæ, part. 2. cod. 532.

*Quodlibeta scholastica, seu Quæstionum quodlibetalium*, lib. 1. Incipit: *Cunctæ res difficiles, ait Salomon*. M. S. Oxoniæ in Collegio novo, Merton. Magdal. Cantabrigiæ in publica, & in Collegio Cai. Extant Norimbergæ anno 1481. & Parisijs 1519. cum notis Cavelli, & Licheti.

*Quæstiones in Porphyrium, & veterem Artem Aristotelis*, lib. 1. M. S. Oxoniæ in publica. Extant Venetijs 1512. & 1600. cum expositione Mauricij à Portu Archiepiscopi Tuamensis.

*De modis significandi*, lib. 1. M. S. Ibid. *In libros Priorum, & Posteriorum*, lib. 2. M. S. ibidem.

*In Categorias Aristotelis*, lib. 1.

*Quæstiones Universalium*, lib. 1.

*Quæstiones Prædicamentorum*, lib. 1. Putat Pitseus esse quæstiones viginti & vnæ, quæ habentur Oxoniæ M. S. in Collegio Uvicamico, & Mertonensi, vbi etiam habentur M. S. multa alia ejus opera.

*Quæstiones in Metaphysicam*, lib. 12. In principio Metaphysicæ M. S. Oxonij in Collegio Balliolensi. Extant Venetijs anno 1497. & 1501. cum notis Mauricij, & Cavelli.

*In Analytica Posteriora*, lib. 2. Incipit: *Scire autem opinamur vnumquodque*.

*In Aristotelis Physicam*, lib. 8. Venetijs 1504. & 1597. in 4. ac Lugduni cum annotationibus Aretini.

*In eisdem Meteoris*, lib. 1. M. S. Oxonij in Collegio Magdalena Balliol. Oriol.

*In Elenchum*, lib. 1. editus anno 1493. Venetijs, vt habetur in libro inscripto: *Incunabula Typographiæ*.

*Theorematum*, lib. 1. Incipit: *Tertio principalitèr circa dicta Doctoris*. Extant Venetijs anno 1497.

*Quæstionum in libros de anima*, lib. 4. editus Venetijs anno 1625. à Hugone Cavello illustratus.

*Quæstiones miscellaneæ de formalitatibus*. Venetijs 1514. & Parisijs 1584. in 8. *Collationes* 13. *Physico-Theologicæ*. Proderunt seorsim cum scholijs Cavelli.

*Additiones super primum Sententiarum*. Venetijs 1477. in fol. Ex libro prænotatòs *Incunabula Typographiæ*.

*Super secundum Sententiarum*. anno 1474. in fol. Ex eodem.

*Super quartum Sententiarum*. Norimbergæ 1481. Ex eodem.

*Commentaria in quatuor libros Sententiarum*. Venetijs 1490. in fol. Ex eodem.

*Grammatica speculativa* à nonnullis Alberto de Saxonia Augustiniano, perpetuam adscripta.

*Commentariorum imperfectorum liber vnus*, teste Pitseo, qui subdit apud Uvadingum inveniri,

*Operum ejus volumina octo* M. S. Oxonij in Collegio Mertonensi. Quinque in Collegio Balliolensi. Pleraque ejus Philosophica M. S. sunt Oxonij in Collegio Balliolensi, & Cantabrigiæ in Collegio S. Petri. Sandè sub titulo *Opera Scoti*, proderunt Venetijs anno 1477. & 1497. vti narrat Author libri inscripti: *Incunabula Typographiæ*.

Scriptis etiam dicitur tractatum de paupertate Christi, & Apostolorum, qui habetur in sine Defensorij Oeham: quod legitur in Firmamento trium Ordinum. *Commentaria Oxoniensia in libros 4. Sententiarum, & Quodlibeta*, primus editus Thomas Penchet Anglus Augustinianus, anno 1474. Patavij typis Alberti Stendal, vti carminà ad Quodlibetorum calcem ita testantur:

*Hæc Albertus ego Stendal Colibeta Magister*

*Alloqui Scoti formis vberissima præsi Religione sacra, & diva celebratissimæ arte,*

*Clarus, & ingenio Augustini ex Ordine Thomas,*

*Impressum paravit opus studio integer omni.*

*Anglia cui patria est generis cognomine Penchet.*

Sed & eadem recudi curavit Paulinus Boppen Lucensis ejusdem Institutii Augustinianus, vti doctas parvis codicibus vt commodius circumferrentur. Venetijs 1517. Ejus

Ejus Philosophia prodijt Antuerpiæ anno 1517. Hæc de operibus tanti Doctoris seorsim inventis. Selectiora collegit, notisque illustravit post alios, ac in 12. tomos in fol. distributa, publici juris fecit eruditissimus Uvadingus, Lugduni anno 1639. vt sequitur:

Indiculus operum Scoti ; quæ singulis tomis impressio-  
Lugdunensis conti-  
nentur.

## Tomo primo:

Grammatica speculativa Scotti.  
In universam Logicam quæstiones:

## Tomo secundo:

Commentaria in octo libros Physicorum cum annotationibus Francisci à Pitigianis Aretini.

Quæstiones in libros de anima imperfecta cum scholijs, & supplemento Hugonis Cavelli.

## Tomo tertio:

Tractatus de rerum principio, cum scholijs, & notis Lucae Uvadingi.

Tractatus de primo principio cum scholijs Cavelli, & adnotationibus Mauritiij.

Tractatus Theorematum, cum eorumdem scholijs, & adnotationibus.

Collationes viginti tres, cum scholis Cavelli.

Collationes quatuor noviter additæ, cum scholijs, & notis Uvadingi.

Tractatus de cognitione Dei.  
Quæstiones miscellaneæ, &c.

Meteorologicorum libri quatuor cum scholijs item, & notis ejusdem Uvadingi.

## Tomo quarto:

Expositio in Metaphysicam, cum summarijs, & notis Cavelli.

Conclusiones Metaphysicæ ; cum notis ejusdem.

Quæstiones in Metaphysicam, cum adnotationibus Mauritiij, scholis, & notis Cavelli.

## Tomo quinto. Parte primâ:

Libri primi Sententiarum distinctiones septem cum Commentarijs Lycheti, supplemento Joannis Poncij, scholijs, & notis Cavelli.

## Parte secundâ:

Reliquæ distinctiones ejusdem libri primi Sententiarum cum eorumdem Commentarijs, scholis, & notis.

## Tomo sexto. Parte prima:

Libri secundi Sententiarum distinctiones sex, cum eorumdem Commentarijs, supplemento, scholis, & notis.

## Parte secundâ:

Reliquæ distinctiones ejusdem libri secundæ cum eisdem Commentarijs, &c.

## Tomo septimo. Parte prima:


Libri tertij Sententiarum distinctiones viginti quinque cum eisdem Commentarijs, &c.

## Parte secundâ:

Reliquæ distinctiones ejusdem libri cum eisdem, &c. & integris Commentarijs R. P. Poncij à distinctione 34. usque ad finem.

## Tomo octavo.

Libri quarti Sententiarum distinctiones 23. cum scholijs, & notis Cavelli, & integris Commentarijs Antonij Hiqueti.



## Tomo nono.

Ejusdem libri quarti distinctio 14. cum reliquis usque ad 42. inclusivè cum scholijs, & Commentarijs Hiqueti.

## Tomo decimo.

À distinctione 43. usque ad finem ejusdem libri quarti, cum scholijs, &c. & Commentarijs Hiqueti.

## Tomo undecimo. Parte prima.

Reportatorum Parisiensium lib. tres, cum scholijs, & notis Cavelli, & Uvadingi.

## Parte secundâ.

Eorundem Reportatorum Parisiensium, liber quartus cum eisdem scholijs, & notis.

## Tomo duodecimo.

Quæstiones Quodlibetales cum Commentarijs Lycheti, scholijs, & notis Cavelli.

Singulis autem libris minutissimis etiam quibusque opellis in hac editione judicium suum præmississe, testatur Uvadingus, legitimos partus à suppositis discernens, & necessaria quæque præmonens. Desiderantur adhuc omnes ejus in Sacram Scripturam Commentarij, aliæque elucubrations. Tandem consumptus in brevi, explensque tempora multa anno 1308. octava die solemnitatis omnium Sanctorum, ad eorum, vt pie creditur, consortium ex hac vita vocatus, sepultus fuit Coloniae apud Minores ad introitum Sacrarum propè Altare trium Regum. Clarescente in dies ejus pietatis, ac sanctitatis fama, ejus ossa in medium Chororum translata sunt eo tempore quo Sixtus IV. P. M. sententiam pro Immaculata Deiparæ Conceptione Apostolicis mandatis amplius illustravit. Secundò solemniori monumento constructo, translata sunt anno 1599. cum singulare hoc Mysterium in Germania acriter ageretur. Tertio honorificentius, quando Paulus V. & Gregorius XV. ipsius de Immaculata Mariæ Virginis Conceptione sententiam extulerunt, Scoti ossa à terra, cui in vinea lapidea misce-

bantur separata, translata sunt anno 1919. Demùm anno 1642. præsentè Nuncio Apostolico Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino Fabio Chisio, qui postea sub nomine Alexandri VII. rexit Ecclesiam Dei, facta est translatio alia Reliquiarum ejusdem Servi, ac Subtilissimi Doctoris, vt liquidò constat ex publico testimonio, quod ad clariorem rei notitiam, certamque fidem in integrum describit Haroldus ad annum Christi 1308. num. 5. Nec desunt Viri gravissimi, puta Erardus Vinheim, Petrus Cratepolius, Thomas Dempsterus, Ægidius Buquerius, & alij minime Franciscani, qui ipsum D. Scoti Beatique titulo exornent, ejusque Icones in publicum missas, quarum vnam hic inde mirandis parvulis effigibus circumornatam, præ manibus habeo, Romæ acceptam. Charta est expansa Serenissimo, clarissimoque Principi, ac Domino D. Josepho Clementi Archiepiscopo Coloniensi S. R. I. Electori, &c. nuncupata, quod (ita ibidem legitur) celsissima Archiepiscopali auctoritate, favere, ac patrocinio, processu Beatificationis, & Canonizationis Doctoris Mariano-Subtilis in partem feliciter fuisse deducti ad finem confirmationis Apostolicæ, de immortalitate Beatitatis titulo attributo: Nec immeritò legitur ad finem confirmationis Apostolicæ, pronuntiata enim fuit à Illustrissimo D. Francisco Maria Carrafa Episcopo Nolano, & Judice, sententia diffinitiva pro fama sanctitatis, & cultus immemorialis V. Joannis Duns Scoti, anno 1634. quam habes publici juris factam à R. P. Fr. Petro Antonio de Venetia in suo opere inscripto Italicè: Giardino Seraphico. Venetijs edito tomis duobus in 4. Vidi, ac legi.

Sunt etiam qui fuis præcibus, & Ecclesiastico officio honorent, ex quibus, iteratò testabatur Illustrissimus D. D. Fr. Alphonsus Laurentius Pedraza, Palentinus Antilles, in honorem B. Joannis Duns Scoti, Generalem suæ Sacræ Familiæ S. Francisci de Paula agentem, Sacrificium Missæ celebrasse, Officiumque Divinum perfolvisse. In Hungariæ quoque nonnullis locis de B. Joanne Duns Scoto recitatur si authentico testimonio D. Antonij Garcia Equitis S. Georgij, quod penes me habeo fidem facias. Responsum VIII. officij proprii, vt ex Hungariæ relatione habeo, ita incipit: O Doctor subtilissime Joannes, qui Deiparæ fidus castus fuisti: super nostris da mentibus doctrinam datam cælitus ad laudem Matris Christi, &c.

Integrum apographum penes multos est in Hispania. Demum etiam nunc sunt, qui non frustra in morbis, periculis, calamitatibusque suis invocent, extant enim in scrinijs authenticata juris solemnitate, &

testium juramentis plura ejus miracula, & tabellæ votivæ grati animi causa ob recepta ejus intercessionem coelitus beneficia delata. Suprà ejus sepulcrum hi versus leguntur.

*Ante oculos Saxum Doctorem deprimit ingens;*

*Cujus ad interitum sacra Minerva gemit,*

*Siste gradum lector, fulvo dabis oscula Saxo;*

*Corpus Joannis hæc tenet Urna Scoti.*

*Annus milleno ter CCC. cum adderet octo;*

*Postremum clausit letbo agitante diem.*

Ibidem in appensa tabula versus sequentes ab ejus discipulis compositi subjunguntur.

*Parisius plora, mæstis incede lacernis;*

*Hic perit, in toto quod volat Orbe decus;*

*O Sorbona tuis humiles compone Cathedras,*

*Cujus ab ingenijs fans sacer artis abest.*

*Straminis in Vico placidi certaminis ordo*

*Cespitat, heu belli desinit esse caput.*

*Pondere supremi valido componite luctu,*

*Docti loqui pulset tristia corda pavor.*

*Hunc posito vultu læto, desæto rogati,*

*Discipulis labor hic omnibus vnus erit.*

Item in alia vetusta tabellâ:

*Claudatur hic rivus, fons Ecclesiæ, via, vivus;*

*Doctus justitiæ, studijs flos, arca Sophiæ.*

*Ingenio scandens, Scripturæ condita pandens*

*In teneris annis fuit: ergo memento Joannis;*

*Hunc Deus ornatum, fac cœlitus esse beatum.*

*Pro Patre translato modulentur pectore grato;*

*Dux fuit hic Cleri, claustræ lux, & tuba veri.*

Fabulosum illi mortis genus Paulus Jo-  
vius, & ex eo Bzovius affinxit, uti testa-  
tur Aubertus Miræus in Actuario, & diffu-  
sè ostendunt Dermittus Thaddæus à pag.  
21. *Nitela Franciscana Religionis*, Uva-

dingus; tom. 3. Annalium ad ann. 1308;  
Illustrif. Cornejo, part. 3. Chronicor. Or-  
dinis, libr. 3. cap. 14. missis de hac re inte-  
gris Apologijs, de quibus ad calcem hujus  
Bibliothecæ in Indicibus Materiærum,

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

## Syllabus Elucidatorum Doctoris Subtilis, nec Patriæ, nec Religione conjunctorum.

Doctoris Mariano-Subtilis sapientiam præter superius relata, non minus com-  
mendant fundatæ in Parisiensi, Bononien-  
si, Salmantina, Complutensi, Conimbricen-  
si, Casaraugustana, Lovaniensi, Paduana,  
Oscensi, Ticinensi, Mexicana, Romana,  
aliisque Academijs Cathedræ, quam dis-  
cipulorum ejus autoritas, ac multitudo;  
necnon Elucidatorum quorum (domesti-  
cis missis, de quibus singillatim agitur in  
hac Bibliotheca, & iterum redibit sermo  
in Indicibus Materiærum) numerum subji-  
cio.

Joannes de Janduno, Scoti Auditor,  
Princeps Averroistarum, quem Marc. An-  
ton. Zimara ad Albertum Pium Carpen-  
sium Principem impensè laudat ab acumi-  
ne in Dialectica, & Philosophia, ac Theo-  
logia, atque etiam Græcarum litterarum  
peritia, scripsit:

*De Cælo, & Mundo.*

*In octo libros Physicorum.*

*In tres de Anima.*

*In duodecim Metaphysicæ.*

*In libros Sententiarum.*

Thomas Penchet, Anglus, Augustinia-  
nus, edidit primitus: *Commentaria Oxon-  
niensia in 4. Sententiarum, & Quodlibeta  
Doctoris Subtilis.* Patavij anno 1474. Vi-  
di.

Paulinus Bertus, Lucensis, ejusdem  
Instituti Augustiniani, eadem reduci cu-  
ravit parvis codicibus. Venetijs 1517. Vi-  
di.

Hieronymus de Ferrarijs, Italus, ex Or-  
dine Prædicatorum, vigilantissimus In-  
quisitor Ferrariensis, summa industria col-  
legit *Repertorium locupletissimum, tam li-  
brorum Sententiarum, quam Quodlibeto-  
rum Doctoris Subtilis*, teste Fr. Ambrosio  
Altamura in sua *Bibliotheca Dominica*, cen-  
tur. 4. pag. 391.

Julius Hyfopijs Cessennas, Lector Pa-  
tavinus, & Ordinis Dominicani, cudi cu-  
ravit laudatum *Repertorium.* Venetijs  
apud Melchiorem Sessam 1588. Ex eo-  
dem Altamura ibidem.

Cœlestinus Hermann, Benedictinus,  
edidit volumina tria in 4. sub titulo: *Theo-  
logia selecta Scotistica.* Augustæ Vindelici-  
corum anno 1720. typis Joannis Jacobi  
Lotteri. Vidi.

Joannes Lopis, Hispanus, Valentinus;  
Artium liberalium, & Medicinæ, Theo-  
logiæque simul (quod rarè solet) Doctor,  
publicavit, ad Franciscum Ximenium mit-  
tens Toletanum Antistitem *Aureum for-  
malitatum speculum Scoti.* Neapoli anno  
1505. teste D. Nicolao Antonio, tom. 2.  
Bibliothecæ Hispanæ.

Michael Oyero, Hispanus, ex Familia  
Sacra Augustiniana, edidit: *Elegantissi-  
mam Panegyrim in laudem Doctoris Subtilis*  
recusam ab Illustrif. Cornejo, tom. 3.  
Chron. Ordinis, lib. 3. cap. 22.

Petrus Labbe, Bituricus, Societatis Je-  
su Theologus, latinè edidit Panegyrim  
aliam. Incipit: *Hic penè ante Subtilis fuit  
quam homo esset, &c.* Habetur tom. 1.  
Theologiæ quadripartitæ Joannis Ga-  
brielis Botij juxta editionem Parisinam,  
anni 1678. & alibi. Vidi.

Joannes à Ribera, Hispanus, Societatis  
Jesu alumnus in Salmantino Collegio,  
scripsit: *Panegyrim aliam*, cujus initium:  
*Subtilem quæ pleetra ducem, &c.* Penès  
me habeo, sed ineditam.

Anonymus, Italus, edidit Genuæ in  
Charta expansa *aliam Panegyrim.* Incipit:  
*In graphicis umbris ecce Sol ingeniorum.*  
Communem feci in capite meæ *Bibliothecæ  
Minorum Discalceatorum.*

Paulinus Berti, Augustinianus, scrip-  
sit: *Vitam Doctoris Subtilis*, cujus memi-  
nit Illustrif. Samaniego in ejusdem vita,  
lib. 2. cap. 10.

Nicolaus Vernulæus, Doctor Lovani-  
ensis Academiæ, edidit: *Panegyrim* in  
ejusdem laudem sæpè citatam ab Illustrif.  
Samaniego ibidem.

Stephanus Broelmen ejusdem Univer-  
sitatatis Lovaniensis Doctor, & Cathedra-  
rius, edidit paritèr *Panegyrim* aliam sæ-  
pissimè memoratam ab Illustrif. Samaniego  
ibidem. Arturus in Martyrologio Fran-  
ciscano ad diem 8. Novembris, §. 10. &  
12. enumerat per plures Authores, qui  
de tanto Doctore latius egerunt. Sanè  
eximias ejus virtutes, ac præclara opera,

scripta, elogia, epitaphia, & en-  
comia Authores penè innumeri  
referunt, & merito:

\*\*\*

*Namque fuit dignus senior, quem carmine Phœbus*

*Pan calamis, fidibusque Linus, modulantibus Orpheus*

*Concinerent, atque acta Virt, laudesque Jonarent.*

**JOANNES DURAN DEL MONTEJO**, Oppido Extremaduræ in Hispania, strictioris Observantiæ Discalceatorum alumnus, Theologiæ Sacræ Lector, suæ S. Gabrielis Provinciæ semel, atque iterum Pater Provinciarum S. Pauli, & S. Didaci Discalceatorum Commissarius Visitator, totiusque Ordinis Generalis Diffinitor, Vir sanè doctus, ac mitis, multa, & commodè edidit litterarum monumenta, vernaculè igitur conscripsit:

*Conciones pro Dominicis, & ferijs præcipuis Quadragesimæ, unâ cum Concionibus vespertinis super dicta septem Sapientium.* Matriti anno 1708. in fol. Ex typographia Didaci Martinez. Vidi.

Tomum secundum: *Concionum de Mysteriorum Christi Domini, & ejus Sanctissima Matris Mariae.* Prodijt ibidem anno 1710. in fol. Vidi.

Tertium tomum cum titulo: *Sermones Panegyrici de Sanctis.* Ibidem anno 1714. in fol. Vidi.

Quartum tomum, cui titulus: *Sanctiorale Seraphicum, ac Cherubicum.* Ibidem anno 1718. in fol. Vidi.

Quintum tomum, sub hoc titulo: *Adventuale, & Sermones varij.* Ibidem anno 1722. in fol. Vidi.

*Concionum ad Fratres in Capitulo congregatos,* tom. in 4. ibidem apud Thomam Rodriguez 1725. Vidi.

*Orationem funebrem in Exequijs Delphini Gallie.* Matriti per Didacum Martinez 1711. in 4. Vidi.

*Concionem in solempni erectione cujusdam Monialium Cœnobij habitam.* Ibid. 1704. in 4. Vidi.

*Orationem Civilem habitam in tempore belli,* sub titulo Hispanico: *Maximas de la mejor lealtad.* Ibid. 1707. in 4. Vidi.

*Juridicam Apologiam pro Suffragio Diffinitorum Generalium actualium,* anno 1701. in fol. Vidi.

*Appendices ad eandem Apologiam,* anno 1702. in fol. Vidi.

*Sermocinationes ad Fratres Tertij Ordinis Franciscani.* Matriti 1729. in 4. Vidi Cenforis munere. Obijt in Cœnobio S. Gabrielis laudatæ Provinciæ anno 1729.

In ejus Exequijs Orationem habuit, prælo deinde traditam, Fr. Joannes Reja, Sacræ Theologiæ Lector, ita finem faciens:

Iste Montijo nitidus loci Vir  
Microcosmos en fuit, atque cunctis  
Norma præfulgens, Metho-  
dusque mira  
Fratribus ejus.

**JOANNES DURELLE**, Minoritæ edidit:

*Dialecticoboteam, seu Dialecticam supernaturalem.* Lugduni 1628. in 8. Fides sit apud Bibliographiam Anissonianam editam Lugduni 1702. & Catalogum librorum Theologicorum, excusum Genævæ 1725. in 8.

**JOANNES DUREN**, natione Germanus, Minorita, studiosus, & in Sacris Scripturis nobilitèr exercitatus, non pauca ad directionem simplicium Sacerdotum, & Prædicatorum cudit. Ea sunt, recensente Trithemio:

*Sermonum de Tempore,* lib. 1.

*Sermonum de Sanctis,* lib. 1.

*Quadragesimalium,* lib. 1. Incipit: *Sanctificate jejunium.*

*De septem peccatis mortalibus,* lib. 1. Incipit: *Cum Confessor idoneus.*

*De occultis vitijis,* lib. 1. Incipit: *Et via quæ videtur.*

*De Confessione,* lib. 1. Alia quoque multa scripsisse dicitur quæ ad notitiam Trithemij, quem excipiunt Gonzaga, Tofigianus, & Uvadingus, non devenere. Laudatur à Melissano in *Supplementis Annal. Uvadingi*, ad annum Christi 1468. num. 3.

**JOANNES EDE**, vel **EDÆUS**, alijs **ÆDEUS**, natione Britannus, utpotè in Uvalia natus, Vir eruditione, & religione illustris, qui Oxoniæ in Anglia, florida in ætate magna ex parte Aristotelis opera commentarijs nobilibus illustraverat, & doctissimo labore similes subindè progressus in Sacra Theologia cum laude, & honore fecerat: relicta tandem Academia, tantam autoritatem, unâ cum singulari doctrina, & eximia virtute apud omnes habuit, ut singulari honore à suis prosequeretur, & Cœnobij Præses institueretur. Nactus suo spiritui quietem, non ob id otia batur, cum in sacra Scripturarum meditationi, & Concionibus ad Populum haberetis, quibus in laboribus

non mediocrem fructum faciebat, omnem sedulo impenderit operam. Plura scripsit, nempe:

*In Logicam Aristotelis,* lib. 1.

*In Physicam ejusdem,* lib. 8.

*In Magistrum Sententiarum,* lib. 4.

*Opuscula Theologica,* lib. 1. M. S. Oxoniæ in Bibliotheca publica. Consule tomum 1. Bibliothecæ Bodlejanzæ, fol. 143.

*Lectionum in Apocalypsim,* lib. 1.

*Concionum variarum,* lib. 1.

*Fasciculum virtutum, & vitiorum,* lib. 1. Herfordiæ mortuus est Guardianus anno 1406. De ejus vita, fama, eruditione, ac religione scripsit Jolesæus in suo opere de Viris Illustribus, ex quo Fr. Antonius Melissanus in Supplement. Annal. Uvadingi ad annum Christi 1406. num. 2.

**JOANNES EMMANUEL DE VIVAR**, Hispanus, Castellanzæ Provinciæ Regul. Observ. Theolog. Regius Concionator, & iteratò Guardianus, edidit:

*Duas funebres Orationes à se habitas in obitu V. Annæ Mariæ à Sacramento, Clarissæ, ac Fundatricis Cœnobij Clarissarum Oppidi de Chinchon.* Prodierunt Toleti ex officina Augustini de Salas, anno 1680. in 4. Vidi. Intupèr:

*Orationem in translatione ossium D. Raymondii, Ducis de Maqueda.* Toleti 1671. in 4. Vidi.

**JOANNES EQUIZAVALL**, Hispanus, ex Provincia Cantabrientis Regular. Observ. Theologus, ac Custos emisit:

*Panegyricum Immaculatæ Conceptionis pro emanatione Decreti Alexandri VII. P. M. Flaviobrigæ per Martinum Morovellum* 1662. in 4. Vidi.

**JOANNES ERGHOSTEMUS**, Capuccinus, Germanus, Patria ex Beuten, Diffinitor Provinciæ Austriæ Anterioris, Vir pietate, ac Religiosis moribus illustris, edidit, teste Genuensi:

*Exercitia pro Novitijs Capuccinorum,* tom. 1. in 8. Obijt 1633.

**JOANNES DE ERFORDIA**, seu **HERFORDIA**, Thuringius, natione Theutonicus, Doctor apud Trithemium, in Divinis Scripturis illuminatus, & tam in utroque Jure, quàm sæculari Philosophia egregiè doctus, posteritati reliquit opus ingens sub titulo:

*Tabula Furis originalium nominum.* Editæ M. S. volumine satis magno in Bibliotheca Minor. Toletana, lit. Y. num. 70. Vidi ibidem sub HH. num. 24. Incipit: *In nomine Sanctissimæ Trinitatis originis omnium rerum incipit Tabula originalium*  
Tom. II.

*edita, & compilata à Fr. Joanne, Lector Erfordiensis Ordinis Fratrum Minorum.* Proceedit ordine Alphabeticò à verbo Aaron, & indistincta habetur Parisijs in Collegio Navarræ, & alibi, teste Bundero in sua Bibliotheca Universali Belgij, fol. 365.

*Summam de casibus.* Incipit, Trithemio teste: *Rogatus à Fratribus, &c. Demùm ex eodem, & Uvadingo.*

*Commentaria in libr. Sententiarum.*  
*Sermones varios.* Floruit ad annum 1350. vel 1359.

**JOANNES ESCORZA**, Hispanus, strictioris Observ. Discalceatorum Provinc. S. Joannis in Valentino Regno, anno 1626, quo florebat, ad prælum habebat:

*Defensorium Immunitatis Ecclesiasticæ.*  
*Expositionem Motus proprii Gregorij XIV. super Ecclesiarum Immunitate.*

*Consilia, ac responsa moralia.*  
*De temporum ratione.* Cuncta Sermonum Hispanico. Ex Chronicis M. S. laudatæ Provinciæ à Fr. Josepho Chatino conscriptis, fol. 910.

**JOANNES ESCULANUS**, Scriptoribus adscribitur à Trithemio, quem excipit Uvillotus; sed non rectè; est enim Author ab eo laudatus Hieronymus de Asculo, seu Nicolaus IV. de quo inferius.

**JOANNES ESQUIROL ET MURILLO**, Hispanus, Regularis Observantiæ Aragonensis Provinciæ, Concionator generalis, ac Diffinitor, litteris tradidit eruditam, ac piam:

*Quadragesimale pro Ferijs majoribus, ac minoribus,* sub titulo: *Didascalta Evangelica.* Cæsaraugustæ per Didacum Ximenez, 1727. in fol. Vidi. Ad prælum quoque matura, & licentijs roborata habebat anno 1730.

*Sanctorale,* sub titulo Hispanico: *Escuela Evangelica, y Panegyrica,* lib. 1.

*Adventuale, unâ cum Concionibus Asceticis ex textu Seraphicæ Regulæ desumptis.*

**JOANNES ESTELSIUS**, non aliudè quam ex Syllabo Uvadingi mihi notus, ipso attestante edidit:

*Homilias in Evangelia Dominicalia in duas partes æstivam, & hyemalem distinctas.* Antuerpiæ 1559.

*In Epistolas Dominicales, & festivitates Sanctorum, similiter in æstivas, & hyemales distinctas.* Ibidem 1555.

*In omnia Evangelia Feriarum Quadragesimalium.* Ibidem 1557.

**JOANNES EVANGELISTA**

ANICIENSIS, Gallus, eruditus, ac pius  
Concionator Provinciæ Lugdunensis Mi-  
norum Capuccinorum emisit tom. 1.

*Concionum de Purgatorio.* Lugduni  
1684. teste Genuensi.

JOANNES EVANGELISTA DE  
CORDOVA, Hispanus, quem & Regul.  
Observ. alumnum, ac pietate simul, &  
doctrina conspicuum deprædicat Marra-  
cius in sua Bibliot. Mariana, & in Catalogo  
Mariano ad annum 1459. scripsit:

*De Conceptione B. Virginis*, lib. 1. cu-  
jus meminit Bernardinus de Buftis in Ma-  
riali, Serm. 9. de Conceptione. Laudant Al-  
va in Militia, ac D. Nicolaus Antonius  
tom. 2. suæ Bibliothecæ Veteris Hispani-  
niæ, pag. 267.

JOANNES EVANGELISTA DAS-  
SAN, Hispanus, ex Tertio Ordine Regu-  
lari Provinciæ Baticæ, typis dedit:

*Demonstrationem Juris quoad præceden-  
tiam in actibus publicis aliquibus Fratribus  
ejusdem Ordinis.* Hispani anno 1693. in 4.  
Vidi.

JOANNES EVANGELISTA OR-  
TIZ, Hispanus, Lector Theologus Im-  
perialis Conventus S. Joannis Regum Pro-  
vinciæ Castellæ Regularis Observantiæ,  
Concionem apprime eruditam, testimo-  
nijs roboratam CC. Minoritarum Scripto-  
rum Toleti habitam, communem fecit  
sub titulo:

*Discursus Panegyrici de Glorioso S. Do-  
minico P. N.* Granatæ litteris Francisci  
Sanchez 1652. in 4. Vidi. Ejus meminit  
Alva in Militia, col. 754.

JOANNES EVANGELISTA, Sylva-  
dicensis, Capuccinus, Belga, Prov. Flan-  
driæ Diffinitor, Vir pius, & Apostolicus  
Concionator, latinè edidit:

*Pium, utique opusculum super illa ver-  
ba: Regnum Dei intra vos est.* Prodiit Lo-  
vanij apud Joannem Mesium, ann. 1637.

*Præxim exercendam ante, & post Com-  
munionem, & celebrationem Sacrosancti  
Missæ Sacrificij.* Ibidem apud eundem  
1645. Edidit etiam libellum omnibus veræ  
Theologiæ Mysticæ studiosis vtilissimum,  
sub hoc titulo:

*Divisio animæ, ac spiritus, sive anago-  
gicus sponsæ per casti amoris scalas ascensus.*  
Lovanij anno 1646. De eo Uvadingus,  
Genuensis, ac Dupin in Supplemento.  
Floruit circa annum 1640.

JOANNES EVANGELISTA TRIT-  
SEH, ex Reformatis Provinciæ S. Uven-  
teslai in Bohemia, ejusque Minister Pro-  
vincialis ann. 1693. ediderat opus Concio-

natorium Germanicum prænotatum:

*Theatrum doloris, & summi amoris*, in  
4. Ex relatione laudatæ Provinciæ.

JOANNES EVANGELISTA ZUK-  
MANTI, Provinciæ Austriæ, vt credo,  
alumnus latinitati donavit:

*Opera V. M. Maria Jesu de Agreda*, tes-  
te R. P. Emerico Pfendner, Ministro lau-  
datæ Provinciæ in Privilegio impressorio  
præfixo tomo primo prædictorum libro-  
rum latinè editorum Augustæ Vindelico-  
rum typis Joannis Gaspari Bencard 1719.  
in fol.

JOANNES EVERSIDEN, Minorita,  
Anglus, qui floruit circa annum 1336. vii  
ex Pitæco, & alijs refert in suo Dictionario  
Ludovicus Moreri, scripsit:

*Tractatum de Descriptione temporum.*  
*Tractatum de Regibus, & Episcopis An-  
glis*, & alia opera.

JOANNES EZPELETA, Hispanus,  
Provinciæ Aragonensis alumnus, scripsit:

*De Musica* volumina tria, teste P. He-  
brera ad calcem suæ Historiæ Martyrum  
de Teruel, & alibi.

JOANNES FABER, Minorita, Ger-  
manus, à Uvadingo, & Didaco de Lequit  
le laudatus, in publicum misit:

*Disputationes contra Balthasarem Passa-  
montanum in causa Lutheri.* Lipsiæ 1522.  
in fol.

JOANNES FABRICA, natione Ger-  
manus, Professione Minorita, qui vive-  
bat circa annum 1500. edidit:

*Tractatum de Indulgentijs per modum  
suffragij pro animabus, quæ expiantur  
igne Purgatorij.* Extat cum tractatu Ni-  
colai Richardi de eadem materia edito  
1467. 1487. apud Authorem libri inscrip-  
ti: *Incunabula typographiæ*, fol. 150. Au-  
thoris meminere Tolignianus, & Uvadingus.

JOANNES FAXARDO, Hispanus,  
Lector emeritus Provinciæ Conceptionis  
Regularis Observantiæ, vernaculè emi-  
sit à se habitam:

*Collationem ad Fratres capitularitè con-  
gregatos pro electione Commissarij Generalis  
Familie Cismontanæ Vallisoleti*, anno 1661.  
die 25. Junij. Prodiit ibidem ex officina  
Bartholomæi Portolès eodem anno, in  
4. Vidi.

JOANNES DE FANO, seu FANEN-  
SIS, Picenus, Regularis Observantiæ in  
Provincia Marchiæ, sæpè Guardianus,  
aliquandò Definitoris, & Provincialis mu-  
neribus perfunctus, Vir doctus, & reli-  
giolus in dicendo, in scribendo acerrimus  
mag-

magni zelli erga suum institutum, & ob-  
servantiam ejusdem, qui demùm ad Ca-  
puccinos transiit anno 1534. sanctissi-  
mam vitam duxit, scripsit, ac edidit:

*Commentaria in Regulam Fratrum Mi-  
norum.* Romæ 1589. & 1635.

*Tractatum de Paupertate FF. Minorum,*  
*in quo agitur de recurso ad pecuniam, &  
ad Ministros pro spirituali Regula Obser-  
vantia.* Romæ 1555. & Antuerpiæ 1589.

*Contra Lutheri deliramenta*, lib. 2. Ro-  
mæ 1535. & Antuerpiæ 1538.

*Artem unionis cum Deo consequendæ per  
triplicem viam spiritus, nempe, per pur-  
gativam, illuminativam, & unitivam.*  
Brixia anno 1565. & alibi multoties.

*Historiam de S. Joseph, & de ejus inter-  
cessione*, quæ citatur à Pistoriensis, corona  
3. cap. 53. pag. 706.

*Dialogum salutis Italicè ab eo conscrip-  
tum inter Fratrem stimulatam, & Fra-  
trem rationabilem circa Regulam Fratrum  
Minorum adversus Capuccinos.* Anconæ  
apud Bernardum Vercellensem, anno  
1527. in 8. Hoc opusculum aperto cala-  
mo fuit ab eo retractatum, cujus etiam  
illum tantoperè poenituit, vt sæpius dice-  
re solirus esset, nisi libellum illum publicè  
palinodia decantasset, penitus de sua salu-  
te illi fore desperandum, nec vnquam co-  
ram Deo se satisfacturum nisi se ipsum ei-  
dem Capuccinorum Reformationi animo,  
& corpore consecrasset, atque integra sui  
deditione tot impietatis fasciculos dissol-  
visset. Senio confectus ad viræ coronam  
evocatus est in Civitate Durantij dum-  
ibi Quadragesimalis prædicationis operi  
insudaret anno 1539. ætatis suæ 70. Pluri-  
bus de eo Genuensis, & Arturus in Mar-  
tyrologio Franciscano ad diem 5. Martij,  
§. 6.

JOANNES FASSATIUS, Mediola-  
nensis, primitus ex Ordine FF. Prædica-  
torum, demùm Provinciæ Mediolanen-  
sis, Minorum Capuccinorum alumnus, ac  
Provincialis Minister, Vir ingenio clarus,  
doctrina, ac sanctitate insignis, aliqua  
opuscula scripsit, inter quæ duo vidit Ge-  
nuensis, scilicet:

*Questiones aliquas in Regulam FF. Mi-  
nor.*

*Tractatum de Oratione, & Meditatio-  
ne.* Obijt sanctissime Mediolani inter Cru-  
cifixi amplexus, divinas laudes decantan-  
do, anno salutis 1565. sexto Kalend. Mar-  
tij. Ejus vita describitur à Boverio, tom. 1.  
Annalium Capuccinorum.

JOANNES FAVENTINUS, Guar-

dianus olim Paphensis in Cypro, tantæ  
virtutis, & pietatis Vir, vt pro Sancto re-  
putetur inter suos confodales, & in Mo-  
nasterio Clarissarum Misericordiæ Regij  
Lepidi ejus ossa habeantur in veneratio-  
ne, scripsit, & priusquam Mazzerius Can-  
cellarius Cypri:

*Vitam B. Petri Thomasi Ordin. Carme-  
litarum, Patriarchæ Constantinopolitani,  
Legati Apostolici Famagusta in Cypro de-  
functi*, quam adjectis notis publici juris  
fecit Uvadingus. Lugduni anno 1637. in  
8. Vide ejus Prologum.

JOANNES FEDANTIOLA, seu  
FEDENTIOLA, Perusinus, Minorita,  
Commissarius Generalis Terræ Sanctæ, in  
Sacra Theologia Magister, edidit:

*Opusculum, seu Descriptionem Terræ  
Sanctæ cum Indice omnium illius Regionis  
locorum.* Hoc opus M. S. tamen custoditur  
in Bibliotheca Gutaroli, apud religiosos  
Viros sui Ordinis, teste P. Oldoino in suo  
Athenæo Perusinorum, pag. 179.

JOANNES FERALIUS, Hybernus,  
Momonienfis, Collegij S. Antonij Lova-  
nienfis, Minor. Hybernorum alumnus,  
Prædicator insignis, scripsit:

*Librum de Stigmatibus S. Francisci*, cata-  
mine heroico Latino.

*Carminibus elegiacis descripsit gesta Ed-  
mundi Geraldini Equitis aurati dicti Albi.*  
Prodiit Lovanij. Hæc Uvadingus.

JOANNES FERNANDEZ, Hispanus,  
Discalceatæ Provinciæ S. Joannis  
Baptistæ in Valentino Regno filius, Apô-  
stolicus Concionator, ac Provincialis Com-  
missarius Provinciæ Discalceatorum Phi-  
lippinarum in Regno Sinensi, pro instruc-  
tione Neophytorum typis dedit caracte-  
ribus Sinicis.

*Compendium Doctrinæ Christianæ.* Item  
in charta expansa.

*Confessionis Methodum*, eadem lingua,  
in qua quoque aliam vulgavit:

*De Communione Sacramentali*, anno  
1705. Vidi. Scripsit quoque:

*Dictionarium lingue Sinensium.* Vidi  
Matriti, ejusque Authorem, anno 1729.

JOANNES FERNANDEZ, ZEJU-  
DO, Hispanus, Mexicanæ Provinciæ Re-  
gul. Observ. alumnum, ac in Romana Cu-  
ria Procurator Causæ Canonizationis Ser-  
vij Dei Fr. Sebastiani Apparitionis, ejus in  
laudem:

*Epigrammata, variaque carmina* scrip-  
sit. Extant initio laudatæ vitæ per Illustris-  
simos Bolnenses Romæ editæ 1696.

JOANNES FERUS, Germanus, Mi-

porita, Vir variæ doctrinæ, & multiplicis eruditionis, annis viginti quatuor summæ apud Moguntinos Ædis Concionator, eloquentia singulari præditus, qui paucos in Evangelicæ prædicationis officio habebat pares in Germania, nullum superiorem, dum ferè omnes libros Sacræ Scripturæ pro concione publica enarrandos suscipere, eruditas, ac pias lucubrationes, quas meritò recentium Expositorum veluti compendium dici possint, conscripsit. Non sunt autem editi omnes ejus sermones, sed tantum qui partim inserti sunt Commentarijs ejus super Matthæum, & Joannem, partim alij non sine aliquo polvere Lutherani dogmatis, dum editioni incumbenter Lutheranis, vti observat Ludovicus Bail, part. 3. suæ Bibliothecæ Concionatoricæ, cap. 115. quare omnia præter laudata Commentaria in Matthæum, & Joannem prohibita sunt in Romano Indice, donec expurgentur ab erroribus dolo hæreticorum (vt creditur) intrusis, maximè Lutheranorum. Sed extat Apologia in qua 67. loca Commentarij in Joannem restituntur à Michaelè de Medina, Franciscano, edita Moguntia anno 1572. in 8. Ejus igitur opera, quæ ad manus meas devenere, sunt:

*Commentaria in Genesim.* Lovanij anno 1574. in 8. typis Arnoldi Birchmani, & Germanicè cura Joannis Flamminij. Colonia 1573. in 8.

*In libros Exodi, Numerorum, Deuteronomij, Josue, & Judicum.* Colonia 1571. & 1574. in 8.

*In Esther.* Colonia 1569. in 8. lingua Germanica.

*In Job centum & quatuordecim Concionibus distributa.* Colonia 1558. Lugd. 1567. & Germanicè Colonia 1571. in 8.

*In Psalmum 31.* Lugduni 1557. per Robilium, & Moguntia 1554. in 8.

*In Psalmum 66.* Antuerpiæ 1557. Lugduni 1567. in 8.

*In Ecclesiastem juxta litteram.* Moguntia apud Victorem 1550. in 8. & Colonia per Birchmanum 1556. in 8.

*In Esaiam, & Nehemiam Conciones.* lingua Germanica. Moguntia 1569. in 8. Latine Lugduni 1554.

*Expositio Historiarum Ezechie, Nabuchodonosaris, & Balbazaris.* Moguntia 1567. in fol. sermone Germanico.

*Sermones in Threnos Jeremie.* Lugduni 1567. in 8.

*Sermones in tria capita posteriora Esdrae.* Lugduni 1554. & 1567. in 8.

*In Jonam.* Lugduni 1554. Antuerpiæ 1557. Venetijs 1567. in 8. Germanicè Colonia 1569. in 8.

*Enarrationes in Matthæum.* Moguntia 1559. in fol. Lugduni 1559. Parisijs, & Venetijs 1560. Compluti 1562. Parisijs 1564. Antuerpiæ 1570. Romæ 1577. Lugduni 1604. & 1610.

*Enarrationes in Evangelium Joannis, & in primam ejus Epistolam.* Moguntia anno 1550. in fol. Parisijs 1552. Lugduni 1553. & 1558. Lovanij 1559. Lugduni 1563. Parisijs 1569. Eadem emendatæ per Michaelè de Medina, Minoritam, prodierunt Compluti 1569. in fol. Moguntia 1572. & Romæ 1577.

*Enarrationes in caput 1. Actuum Apostolorum.* Colonia 1567. in fol. Venetijs, & Parisijs 1568. in 8.

*Exegesis in Epistolam Pauli ad Romanos.* Parisijs 1559. in 8. Venetijs 1566. Lugduni 1569. in fol. Compluti 1578.

*Postilla in Sanctorum festa.* Lugduni apud Hæredes Jacobi Junctæ 1558. in 4.

*Conciones Dominicales à Paschate, usque ad Adventum* latinati donatæ à Joanne Gunthero Lugduni 1558. in 8. apud Hæredes Junctæ.

*Conciones in Epistolas, & Evangelia ab Adventu, usque ad Pasca.* Colonia typis Hæredum Birchmani 1555. in 4.

*In Historiam Evangelij de muliere peccatrice Conciones Quadragesimales* in latinam linguam translata à Joanne Latono, Canonico Regulari. Lugduni per Robilium 1557. in 8.

*De Filio Prodigio Conciones Quadragesimales.* Ibidem per eundem, & alibi in 4. & Antuerpiæ 1557. in 12.

*In Pasitionem Domini.* Antuerpiæ apud Nucium 1565. & eodem anno apud Andream Ravenöldum in 8. Lugduni apud Boyerium 1557.

*Conciones in Dominicis post Pentecostem.* Antuerpiæ 1560. in 8.

*Postilla in quibus singulis diebus Dominicis, & festivis diebus decem Conciones attribuit.* Germanicè. Moguntia 1569. in fol.

*Aliquot opuscula in unum congesta volumem.* Lugduni apud Bonitium, anno 1567. in 8.

*Præcationum libellam.* Moguntia impressum, & Lugduni 1552. & 1555. in 16.

*Examen ordinandorum, in quo ad questiones Sacrorum Ordinum candidatis proponi solitas, aptæ, & piæ responsiones adjunguntur.* Lugd. apud Rovillum 1555. & Venet. 1567. Demum ipsi attribuitur opusculum:

*De Obelisco Vaticano,* apud tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 407. Obijt Moguntia anno 1554.

JOANNES FIORE CROPANI, minimè diversus est à Joanne Cropano superius laudato.

JOANNES FLORENTINUS, Provincia Tusciæ Philosophus, & Theologus non vulgaris, rerum antiquarum diligentissimus indagator, collectis multis monumentis contexit:

*Historiam sui Ordinis.* Habetur M. S. in Cœnobio S. Crucis.

*De Canonizatione S. Francisci.* Opusculum, Florentiæ ibidem asservatum, teste Antonio Terrina, part. 3. sui Theatri Tusciæ, pag. 206. ex Pisano, Uvadingo, & Posselino. Floruit circa annum 1300.

JOANNES FLORES, Hispanus, sanguine insignis, cum ad matutinum, nocte media, nostros Discalceatos audisset, devotè recitantes, illud Psalmi: *Filij hominum usque quo gravi corde?* Illico mundum deserens, factus est Minorita in Provincia Valentina S. Joannis Baptistæ strictioris Observantiæ Discalceatorum, in qua exemplaritatis nota floruit ann. 1659. Suo spiritu dignas conscripserat:

*Epistolas,* ferè in integrum exscriptas à laudato Antonio Panes, tom. 2. lib. 8. cap. 66. Fervidæ sunt, Asceticæ, & utilissimæ, maximè Tyronibus, quos tandem erudit sententia ista Proverbiorum: *Ambulans recto itinere, & timens Deum despicitur ab eo, qui infami graditur via.*

JOANNES DE FODAR, Hispanus, Tertiarius Regularis, Secretariusque Capituli Generalis Hispani, in quo admittæ fuit Regula à Paulo III. pro Provincijs Hispanis Tertiariorum confirmata:

*Conciones varias,* tomis duobus publicavit, quorum alterum Joanni II. Portugalliæ Regi dicavit. Ex Joanne Solis in Memoriali Historico Tertij Ordinis.

JOANNES FONIAN, Gallus, Regul. Observantiæ Provinciæ Aquitanicæ, Guardianus in plerisque Cœnobijs, edidit Gallicè:

*Controversiarum adversus Hæreticos* librum doctum, anno 1604. Ex Uvadingo, & Lequile.

JOANNES DE FONTE, Gallus, Sacræ Theologiæ in Monte Pessulano professor, scripsit:

*Conclusiones, seu Determinationes in quatuor libros Sententiarum.* Habetur M. S. Lovanij in Bibliotheca Collegij Societatis Jesu, teste Sanderò, part. 2. suæ Bibliothecæ, Tom. II.

thecæ Belgicæ. Authoris meminere Gonzaga, Uvadingus, & alij, qui Gallum faciunt.

JOANNES A FONTE, alter, Hispanus, in Provincia Castellæ Regul. Observantiæ Guardianum agens Conventus Spei in Occaniæ Oppido; edidit:

*Orationem paraneticam pro pura, & sincera prædicatione Evangelij.* Lugduni apud Guilielmum Rovillum 1585. in 4. Vidi Joannem istum in Gallia apud Mompesulanos Theologiam docentem edidisse:

*Super Sententiarum libros* refert D. Nicolaus Antonius ex Salazario in Chronicis laudatæ Provinciæ.

JOANNES A FONTE, alter, Hispanus, Toleti natus, Regul. Observantiæ in Provincia Castellæ, Theologus, ac iteratò Guardianus, edidit latinè pietatè, & doctrina commendatos:

*In Evangeliam secundum Marcum,* lib. 15. Compluti per Joannem Gratianum 1582. in fol. Vidi.

*Super Psalmum quinquagesimum,* homilias 26. multiplici vtriusque Testamenti, & maximè Davidis, & sacratissimi Pauli, & antiquissimorum Patrum doctrina exornatas. Salmanticæ apud Hæredes Joannis à Canova 1576. in 4. Vidi. Hispanicè autem evulgavit:

*Librum de spe, & timore Christiano.* Compluti typis Andreæ de Angulo 1570. in 8. Vidi.

*Librum inscriptum Arbor Vitæ.* Ibidem 1582. in 8. Ex Uvadingo, & D. Nicolao Antonio. Hic vertit in dubium an diversus sit ab opere intitulo: *Septentrio animæ,* cujus meminit Salazarus in Chronicis laudatæ Provinciæ de isto Joanne agens, sed oblitus operis laudati, & inscripti *Arbor Vitæ.*

JOANNES FORESTUS, Anglus, Regul. Observantiæ, Sacræ Theologiæ Doctor, Vir integerrimæ vitæ, multiplicis doctrinæ, & magnus Catholicæ Religionis zelator. His nominibus dignus habitus est, vt Regina Catharinæ magnarum virtutum foemina, adhiberetur ad secreta confessionum. Contra schisma à Rege inchoatum, pro autoritate Ecclesiæ, Summique Pontificis strenuè laboravit, docuit, prædicavit, scripsit, qua tandem causa carceres, & vincula primum pertulit, deindè sanguinem, & vitam profudit. Doctrinæ monumenta hæc post se reliquit:

*De Autoritate Ecclesiæ, Summique Pontificis.*

*officis*, lib. 1. Incipit: *Nemo sibi sumat honorem.*

*Epistolarum ad diversos*, lib. 1. de alijs nihil habeo. Londini affectus est martyrio decimo Kalendas Junij, anno 1538. Hæc Uvadingus ex Piræo quibus adhæret Lequile. Consule Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 23. Maji, §. 1.

JOANNES FORMICA, Messanen- sis, ex Minoritis Conventualibus, Sacræ Theologiæ doctissimus Magister, Siculæ Provinciæ Minister, edidit:

*Multa opera Theologica*, vti ex Placido Samperio narrat D. Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ subdens in Salmantina Academia publicè Theologiam docuisse, floruisseque anno 1397.

JOANNES A FOROSEMPRONIO, Picenus, Provinciæ Genuensis Minorum Capuccinorum pluries Diffinitor, Vir pijsimus, posteritati reliquit:

*Tractatum de tota Vita, & Passione Domini nostri Jesu Christi ad formam meditationum*, in 8.

*Tractatum de casibus reservatis, & alijs rebus moralibus*, Latine.

*Paraphrases super Psalmos*, Latine in 8.

*Tractatum de libro Vita, de Beatitudine, de Angelis, & de Dæmonibus*, Latine in 8.

*Tractatum de Ventis, & Meteoris*, in 8.

*De tribus mundi partibus*, in 8.

*De admirabili, & Divina hominis structura.*

*Compendium de Mundi Theatro Abrahami Ortelij*. Omnia ista opuscula, teste Genuensi, afferuntur M. S. in Biblioth. Genuensis sui Conventus Immaculatæ Conceptionis, in quo ille pijsimè decessit anno 1646. Hujus meminit Jacobus Long in sua Bibliotheca Sacra, fol. 796.

JOANNES FORSANUS, Gallus, Theologus Parisiensis, edidit:

*Resolutiones in 4. libros Sententiarum*. Parisijs apud Gulielmum de la Nove, anno 1579. in 8. Correxit:

*Resolutiones Melchioris Flavij* (de quo inferius) editas ibidem 1579. & 1600. in 8. testibus Uvadingo, & Alva, col. 760. suæ Militiæ.

JOANNES FRANCHINI A MUTINA, Procurator Generalis Minorum Conventualium, scripsit, ac edidit opusculum:

*De Antiquitate Franciscana*. Ronciglione ex typographia Jacobi Monichelli 1682. in 4. Vidi.

JOANNES FRANCISCANUS, in Bibliotheca Florentina laudatus, minimè

distinguitur à Joanne Florentino, de quo superius.

JOANNES A S. FRANCISCO, Hispanus, ex Oppido *Mobedas* in Extremadura, ex Discalceatis Prov. S. Gabrielis, Sacræ Theologiæ Lector, Ex-Diffinitor, ac recens Chronologus, Vir eruditione, ac moribus clarus, in celeberrimæ Purissimæ Conceptionis Deiparæ semper Virginis solemnij, Fatueli vices vt ageret, Officium integrum dulcissimis verbis, si- guris magnis, varijsque sententijs sub titulo:

*Devotio mellissua erga limpidissimam Conceptionem B. Mariæ semper purissimæ Virginis*, ex miris oraculis concinnatum in publicum missit Matriri 1726. in 32. Vidi, & part. 1. meæ Bibliothecæ Minorum Discalceatorum à pag. 124. nonnulla exscripsit. Obijt pijsimè anno 1727. Provinciale Ministerium agens, ac inedita reliquens:

*Itinerarium Theologiæ Moralis*, Hispanice.

*Analogias utriusque Testamenti*, Latine.

*De Theologia Mystica tractatum*. Semid plenam demum:

*Compilationem operum Doctor. Subt: Super libros 4. Sententiarum.*

*In auxilium agonizantium tractatum:*

*De Architectura* lib. 1. vti recenset Fr. Franciscus à S. Andrea, pag. 16. Orationis in Authoris obitu habitæ, impressæ anno 1728. in 4.

JOANNES A S. FRANCISCO, alter, Hispanus, Oppido *Veas* in Murciaensi Regno natus, ex Compostellana Provincia, in Mexicanam Sancti Evangelij translatus, infusus, vt fertur, sibi à Deo Mexicano idiomate, eodem edidit:

*Sermones Dominicales.*

*Orationes varias.*

*Collationes multas refertas varijs Sanctorum exemplis, satis utiles, & oportunas his, qui apud Indos concionantur, aut catechizant.* Ex Provinciali Ministro electus est novæ Gallaciæ Antistes, sed ob humilitatem acceptare renuit. Sanctitate clarus, verba illa pronuntians: *In manus tuas Domine, &c.* animam efflavit anno 1565. ac post obitum multis gloriosus apparuit. Hæc est Gonzaga, & Uvadingo. Consule Arturum ad diem 30. Julij, §. 13. & part. 1. meæ Bibliothecæ Minorum Discalceatorum, pag. 123.

JOANNES A S. FRANCISCO, Lulitanus, Ulyssiponen- sis, Regul. Obser-

vantiæ Provinciæ Algarbiorum eruditus Ecclesiastes, ac Diffinitor, materno sermone emisit:

*Sanctorale*. Ulyssipone per Dominicum Carneyro anno 1671. in fol. Vidi. Hæc est pars 1.

*Quadragesimale*. Ibidem, ac eisdem typis 1675. in fol. Vidi. Singillatim edidit per plures Conciones, ex quibus ad manus meas devenere.

*Oratio funebris in obitu Fr. Joannis Pe- reyra, Commissarij Apostolici*. Ibidem per Henricum Valente 1660. in 4.

*Concionem de Christi Domini Descensu à Cruce die Veneris Sancti*. Conimbri- cæ apud Josephum Ferreyra, anno 1696. in 4.

*De Beatificatione S. Rosa*. Ulyssipone typis Joannis de Costa 1669. in 4.

*De Triumpho Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ*. Ibidem formis Dominici Carneyro 1671. in 4.

*De Indulgentia Portunculæ*. Ibidem ex officina Crasbeckiniana 1646. in 4.

*De S. P. N. Francisco*. Ibidem per Dominicum Lopez Rosa 1646. in 4.

*De Feria quinta in Cæna Domini*. Ibidem apud Antonium Craesbeck, anno 1666. in 4.

*Conciones quinque de quinque convivij, nempe, Assueri, Balthazaris, Absalonis, Herodis, ac Christi Domini, quæ una cum Concione de Purificatione, Castellane red- ditæ à Doctore Stephano Aguilar prodie- runt simul Matriri ex typographia Andree Garcia, anno 1679. in 4. part. 2. operis inscripti: Laureæ Lusitana.* Concinnavit etiam anno 1647.

*Epitome rerum Prov. Algarbiorum* lau- datum à Georgio Cardoso, tomo 3. Agio- logij Lusitani ad diem 20. Maji.

JOANNES FRANCISCUS DE ANTEQUERA, Hispanus, Capuccinus, Provinciæ Bæticæ alumnus, Vir pius, & perfectæ vitæ laude notus, composuit, & typis dedit patrio sermone:

*Opera nonnulla spiritualia*, vti ex Torrecilla narrat Genuensis, nisi mavis in distinctum hunc esse à Joanne Antequera, de quo superius.

JOANNES FRANCISCUS BENIGNI DE PRATALBANO, Capuc- cinus, Italus, Provinciæ Brixien- sis Concionator, Vir doctus, ac observantiæ regularis studiosus, edidit Italicè tabulam quam inscripsit:

*Prospectiva Emblematica perfectionis*

*Christiana*. Mediolani apud Joannem Baptistam Malatestam. Ex Genuensi.

JOANNES FRANCISCUS BLANCHARDUS, Cespitellensis, Regularis Observ. alumnus, Vir apud Rossotum in Syllabo Scriptorum Pedemontij pietate, doctrina, zelo religionis insignis, edidit Italicè:

*Theaurum Cælestæ Sacre Sindonis*. Tau- rini 1625.

JOANNES FRANCISCUS BLANCHCONA, Gallus, Regul. Observ. sermone patrio edidit:

*Vitam V. P. Fr. Gabrielis ab Ave Maria, Minorita*. Tolosæ 1627. teste Arturo in Additionibus ad Augulum, §. 8. pagina 617.

JOANNES FRANCISCUS BONASSI, Bononiensis, Theologus Conventualis, in publicum missit:

*Theatrum Minoriticum*. Bononiæ typis Theobaldini 1629. in 12. opus laudatum à P. Coronelli, tom. 6. Bibliothecæ Uni- vers. num. 1567.

JOANNES FRANCISCUS BOURDEMARE, natione Gallus, Normannus, Provinciæ Parisiensis Minorum Capuccinorum Sacerdos, qui per plures Indos Brafilienses in Christo regeneravit, & Philippo III. Regi Catholico summè dilectus fuit, scripsit:

*Relationem de Populis Brasiliensibus, & de alijs pluribus rebus ad mores, & ritus illarum Regionum spectantibus*. Fuit impressa Matriri 1617. Vidi. Vigilijs, laboribus, ac jejunijs consumptus, obiit anno 1618. & de eo meminit Marisconensis apud Genuensem.

JOANNES FRANCISCUS BRI- XIENSIS, genere clarus, Brixien- sis Provinciæ Minorum Capuccinorum Provincialis Minister, Vir sanctitate celebris, & magnæ apud Præsules, & Magnates auctoritatis, qui charitate vulneratus, in Fratrum regimine extitit valdè mitis, & benignus, scripsit, recensente Genuensi de hoc argumento libros admirandos, in quibus

*De Regimine Regularium luculentè agit*. Opus verè aureum, quod tanti fecit Cocinus olim S.R. Rotæ Decanus, vt in reverentiæ signum, illud sapientis capiti suo imposuerit. Sed & Cardinalis Bellarminus toto Orbe celeberrimus, encamiò tanto Authore digno eosdem libros commendavit. Edidit etiam Italicè:

*Orationem in funere V. P. Mathia Be- llini*



*Ultimi à Solodio, Capuccini.* Impressa fuit Brixiae anno 1611. Obijt sanctissimè Brixiae anno 1620. Lege tom. 3. Annalium Capuccinorum ad eundem annum, §. 39.

JOANNES FRANCISCUS BUONI, Italus, Regiensis, quem inter suos Minoritas Conventuales scriptis claros enumerat tom. 6. suae Bibliothecae Universalis, num. 4553. P. Vincentius Coronelli, Poeticæ arti vehementer addictus, carmine scripsit suo vernaculo idiomate:

*Poemata diversa.* Bononiae apud Joannem Rosci 1586. Latine autem:

*Natalitia Principis Etruriae.*

*De laudibus Villae Arentinae.*

*In obitu Gabrielis Rosij Rbogensis Elegiacas lamentationes, & alia.*

*Tyrbesias in promotione Fr. Felicis Conventualis ad Cardinalatum.* Parmae typis Heredum Viotti 1611. in 4.

JOANNES FRANCISCUS CALARITANUS, Capuccinus, Sardus, in Provincia Sardiniae doctus Concionator, & Sacrae Theologiae professor, ac Diffinitor, inedita reliquit:

*De Sanctissimo Trinitatis Mystero,* lib. 3.

*Questionum de Praedestinatione, de Angelis, & de Incarnatione,* lib. 3.

*Questionum Moralium Sacrarum,* lib. 2: Asservari in Bibliotheca Conventus Calaritanii PP. Capuccinorum recentet Genuensis.

JOANNES FRANCISCUS CARPENSIS, Capuccinus, Italus, Provinciae Insubriae Theologus, ac Concionator, elaboravit, & edidit egregium opusculum, cujus titulus est:

*Enucleatio, seu Theologia totius compendiosa dilucidatio, continens principalia fundamenta opinionum D. Bonaventurae, D. Thomae, ac Scoti.* Venetijs apud Bosium, anno 1685. in 16. Ex Genuensi.

JOANNES FRANCISCUS CERUTI, Capuccinus, Italus, Patria à Romano, Concionator, ac Magister Novitiorum, Vir apud Genuensem pietate, ac doctrina admodum spectabilis, devoti spiritus Poeta, nonnulla reliquit metricae hujus artis manuscripta, inter quae edidit solum:

*Poema supra Responsorium S. Antonij de Padua.*

JOANNES FRANCISCUS COLLANTES, Hispanus, Aragonius, Oppidi Belchiti, Regul. Observantiae Provinciae Aragoniae, Sacrae Theologiae Lector

emeritus, & Minister, utriusque Coenobij Caesaraugustani à S. Francisco, & à Jesu nuncupati Guardianus, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, ac Commissarius Generalis Provinciarum Coronae Aragoniae, praefatio dedit:

*Sermonum de verbis Domini supra Montem Sion constituti tomos tres pro Concionibus Adventus, & Quadragesimae.* Prodiierunt Caesaraugustae apud Petrum de Carbarte, anno 1617. & 1618. Vidi.

*Responsorium Apologeticum super Jus suae Provinciae, ad praestandum ex suo Coenobio Hierosolymitano Moniales Pandatrices in Oppido de Epila.* Ineditum quoque reliquit:

*Tractatum de bonitate, & malitia actuum humanorum,* asservatum Caesaraugustae in Collegio S. Didaci. Demum, teste D. Nicolao Antonio, tom. 2. ex Didaco Murillo,

*De statibus animae tractatum.* Obijt anno 1638. Laudant Uvadingus, D. Nicolaus Antonius, Hebrera, & Blasius de Lanuza.

JOANNES FRANCISCUS FAERANUS, Cremonensis, Theologus suo tempore clarus, edidit:

*Orationes varias Latinas.*

*Sermones Quadragesimales, & alia plura.* Obijt Bononiae Sacras Conciones in Quadragesima ad populum habens anno 1537. Ex Tosigniano, & Uvadingo.

JOANNES FRANCISCUS A LONDRONIO, Hispanus, ex Comitum Londronij stirpe progenitus, primitus inter S. Jacobi Equites cooptatus, ac demum Provinciae Brixienfis Minorum Capuccinorum alumnus, scripsit:

*Manuale plurimarum Orationum de Passione Domini, & de B. Virgine.* M.S. Obijt Tridenti anno 1612. sancti Viri fama sibi comparata. Consule Genuensem.

JOANNES FRANCISCUS A LUCCA, è Familia Turria, Praedicator Capuccinus, Vir candidissimi moris, & pristinae probitatis, iisque omnibus virtutibus quae verè religiosum hominem efficiunt abundè dives, in exaltationem Immaculae Conceptionis Beatissimae Virginis Martris Dei Mariae, quam singulari cordis affectu venerabatur, ex Angelicae Salutationis verbis: *Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum,* tanquam ex thesauro innumeris mysteriorum arcanis redundante depromptit:

*Supra mille & centum Anagrammata Viri*

*Virginea,* pura prorsus omnia, & singula, & quod est valde mirum, magna ex parte metro ligata, nempè in carmina Hexametra, Pentametra, & Spondaica redacta, quae ab Authoris sui modestia tenebris damnata, Vir clarissimus Joannes Turrius Patritius Lucensis, ejusdem Joannis Francisci ex fratre nepos, in publicam utilitatem, atque admirationem, necnon in gloriam (Joannis Baptistae) qui in ipsismet Anagrammatibus non semel celebratur, Lucae excudi curavit ex typographia Hiacynthi Pacij hoc anno 1664. Hæc Marraeus in Praefatione ad Lectorem operis inscripti: *Conceptio Immaculata,* editi Mediolani, fol. 15. Obijt Romae anno 1665. cum sanctitatis opinione. Consule Genuensem.

JOANNES FRANCISCUS DE NICOLAIS A LEONISA, Italus, ex Minoritis Reformatis, Episcopus electus Brixientis, ac Vicarius Apostolicus Hungarum in Sinenfi Regno, anno 1699. ad Eminentiss. Cardinalem Cassanate, scripsit Italicè:

*Responsa de Ritibus Sinicis, & ad Congregationem Romanam S. Officij.*

*Responsum aliud,* Latine. Extant à fol. 155. libri Gallicè inscripti: *Conformité des ceremonies Chinoises, &c.* Editi Coloniae 1700. Vivebat post hæc Romae Vicarius S. Petri.

JOANNES FRANCISCUS NUNUS, Minorita, à Uvadingo laudatus, scripsit:

*De Origine Reformationis Provinciae Romanae.*

JOANNES FRANCISCUS A REGIO LEPIDI, Minorita, edidit, recentibus Tosigniano, & Uvadingo:

*Carmen elegiarum in ortum Principis Etruriae.*

*De laudibus Villa Arentinae.*

JOANNES FRANCISCUS RHEMENSIS, Gallus, ex Capuccinis Parisiensis Provinciae, Concionator eximius, ac Theologiae Mysticae Magister, uti ejus suadent opera, Gallicè conscripsit libros duos, quorum inscriptio:

*Director pacificus conscientiarum,* in duas partes distributus, in quarum prima agitur: De impedimentis quae possunt reddere animas inhabiles, vel minus idoneas, & dispositas ad recipiendum effectum Sacramenti Pœnitentiae. In secunda vero agitur, de omni illo quod potest reddere animas anxias, & inquietas in examine suorum peccatorum, & assignantur instructio-

iones necessariae. Parisijs apud Samuelem Thiboust, anno 1638. & 1643. tom. 2. in 8. Item opus praenotatum:

*Vera perfectio hujus vitae in exercitiis praesentiae Dei.* Prodiit primò Parisijs apud Viduam Nicolai Buon, anno 1646. secundo ibidem anno 1648. & tertio Lugduni 1649. Feliciter morte sublatus est anno 1658. in Conventu Parisiensi S. Honorati, dum scriberet aliud opus de rebus spiritualibus, quod imperfectum reliquit, Genuensi teste. De eo etiam Uvadingus, ac Dupinus in Supplemento.

JOANNES FRANCISCUS ROMANUS, ita à Patria cognominatus, ejusdem Provinciae Minorum Capuccinorum alumnus, Vir fervidissimus, qui Missionarius Apostolicus ad Regnum Congi à Sacra Congregatione de Propaganda Fide destinatus, eo semel, & iterum profectus est in summum illarum regionum bonum, descripsit vulgari idiomate:

*Historiam Missionis FF. Capuccinorum ad Regnum Congi, cum descriptione geographica ejusdem Regni, adjectis moribus, & ritibus illius nationis.* Romae 1646. & Neapoli 1646. & 1647. & pluries alibi in alijs Civitatibus. Obijt Romae anno post partum Virginis 1646. animamque suam pro fratribus suis posuit; dum in Urbe peste infectis magno charitatis ardore Sacramenta sedulus administraret. Genuensis, ac Mandosius, centur. quinta Bibliotheca Romanae.

JOANNES FRANCISCUS TURRI. Vide superius Joannes Franciscus Lucensis.

JOANNES FRANCISCUS YEGROS, Hispanus, ex Castellana Provinciae Regul. Observant. munere Concionator, edidit à se habitam:

*Orationem funebrem in Exequijs Josephæ Mariae à S. Francisco, Tertiariae.* Compluti per Josephum Espartosa 1727. in 4. Vidi.

JOANNES FRANCISCUS ZORRILLA, Hispanus, Castellanae Provinciae Regul. Observ. emeritus Lector, ac Patet Regius Ecclesiastes, & à Synodalibus Examinibus Toletani Archiepiscopatus, emisit vernaculè:

*Panegyrum de laudibus S. Brunonis.* Compluti per Joannem Garcia Infantan 1696. in 4. Vidi.

*Orationem funebrem in Exequijs Fundatoris Academiae Serguntinae.* Compluti typis Mariae Fernandez, anno 1668. in 4. Vidi.

JOANNES FRIBURGO, seu FRUGIBURGENSIS, Episcopus Bodoniensis, posteritati dedit:

*Summam Confessionum.* Parisijs apud Joannem Petit, anno 1519. in fol. Vidi.

JOANNES FUCHER, Aquitanus, priusquam inter Minoritas initiaretur, Juris Casarei Doctor, cum ad Indias recenser detestatus Christum prædicaturus se contulisset, & quadraginta annis in illis regionibus fidei disseminandæ laborasset, tantam cæcucienti populo lucem intulit, ut aliquorum, morte ejus compunctorum, confessione, tale testimonium acceperit: *Siquidem mortuus est Fucher, in tenebris omnes versabimur.* Scripsit:

*Itinerarium Catholicum proficiscentium ad Infideles convertendos*, quod summa diligentia limatum, & auctum prælo iterum dedit Fr. Didacus Valadesius, Minorita, Hispali 1574. in 8. Alia egregia opuscula conscripta reliquit, de quibus laudatus Valadesius in Prologo: *Cum ante alios, quot annos, inquit, ex jussu superioris, mei susceperim curam colligendi scripta doctissimi, ac religiosissimi P. Fr. Joannis Fucher, natione Galli I. D. utique summa cura, ac diligentia præstiteram; collectis in vnum simul volumen, quæ ille passim in illius Ecclesiæ utilitatem egregia cum laude ex arcano divinitique penù tradidit sibi à Deo sapientiæ vulgarat: factum est, ut magno post labore, præsens opusculum, quod euntibus ad Infideles convertendos viam munit, sternit, & parat, nactus, auxerim, & correxerim, quod quidem in lucem in præsentia prodire supra modum gaudeo, ut vel hinc detur ansa, cætera hujus doctissimi P. opuscula, quæ multa, ac varia sunt, prælo demandanda, ut potè quæ apud Viros Franciscanos, aliarum etiam Religionum præstantissimos Viros magno habentur in pretio in nova illa Ecclesia, cum illustrandæ vsque adeo Vir ille doctissimus laboravit, ut merito cum Paulo dicere debeat bonum certamen certasse, nosque piè credere illum perinde cum eodem promeritam jam obtinuisse coronam. Siquidem virtutem cum bonis litteris ita conjunxisse constat, ut vtriusque summam adeptum omnibus omnium calculis sit perspicuum. Quem etiam vtriusque juris scientiam cum ipsa Theologia sic in vnum aptasse, copulasseque videas, ut optimo jure ab utroque non tam laudari, quam admirari queat. Quære tomo 1. hujus Bi-*

blothece, verbo *Didacus Valadesius.* Quæ autem à Uvadingo recensentur, sunt:

*De Judice Ecclesiastico.*

*De Justa delinquentium punitio.*

*Manuale Prælatorum.*

*De Religioso ab Ordine ejectione volente contrahere matrimonium.*

*De Electionibus per scrutinium celebrandis.*

*De Immunitate Ecclesiarum.*

*Antidotum infirmorum.*

*De justis pretijs equalitate.*

*De tertia specie cognationis spiritualis.*

*Diversorum Diplomatum expositiones.*

Ejus vitam retulit Franciscus Gonzaga in quarta parte suæ Historiæ Seraphicæ in Provincia S. Evangelij, quem cum alijs amplectitur Arturus ad diem 30. Septembris, §. 4. Floruit circa 1560.

JOANNES FURSTENHAIN, Minorita, Polonus, inedita reliquit:

*Chronica Provincia Poloniæ.* Asservantur Cracoviæ apud Minoritas Conventuales, teste Fr. Antonio Melissano in Supplemento Annal. Uvadingi ad annum Christi 1224. num. 3.

JOANNES GAADE LA CAMARA, seu CAMERENSIS, Hispanus, Complutensis, ac ejusdem facultatis in Complutensi Academia Decanus, Sacræ Theologiæ Jubilatus Prælector, Provinciæ Castellæ Regularis Observantiæ filius, edidit opus egregium prænotatum:

*Questiones selectæ, & Theoremata Theologicarum veritatum.* Necnon, *& Apologeticum sermonem pro hujus veritatis defensione: quod Paulus V. & quilibet, à Cardinalibus S. R. E. electus, in Papam, & nobis traditus, & in Cathedra Petri sedens, de Fide, & de Jure Divino Christi Vicarius, ac Petri successor verusque Papa est.* Compluti ex officina Ludovici Martinez Grande 1607. in fol. Vidi.

JOANNES GABRIEL BOYVIN, ex Urbe Viria Normaniæ inferioris oriundus, apud strictioris Observantiæ Franco-Parisinos Lector bis Jubilatus, ac Provinciæ Pater, edidit à prolixitate liberam:

*Philosophiam Scoti.* Parisijs apud Edmundum Couterot 1681. tom. 4. in 124 Vidi.

*Theologiam Scoti quadripartitam.* Prima pars, seu Theologia speculativa, ubi agit de Deo Uno, & Trino, de Creatione Mundi, de Angelis, de primo Homine, de Incarnatione Verbi Divini, de Christi gratia, ac de Justificatione, & Merito. Secunda, quæ est de Sacramentis in genere, &

& singillatim. Tertia, ubi agitur de Actibus humanis. Quarta demum, in qua agit de Scriptura Sacra, de Ecclesia, de Summo Pontifice, de Concilijs, ac de Ecclesiæ membris prodire Parisijs typis Edmundi Couterot, 1678. in fol. volum. 4. Vidi istam editionem, quæ quarta est, & emendatior, multoque auctior. Prodiit etiam Venetijs 1698.

JOANNES GALAN, Hispanus, Minorita, edidit:

*Concionem de Immaculata Conceptione Virginis,* laudatam in Militia, col. 762. Prodiit Conchæ 1619. in 4.

JOANNES GALES, seu GALENSIS. Vide inferius Joannes Gualensis.

JOANNES GALLICUS, Minorita, ac Doctor, edidit:

*Summarum solenne,* id est, *Sermones varios.* Fides sit apud PP. Bandellum, & Raphaellem de Pornasio, ex quibus Uvillotus, Tosignianus, & Uvadingus, Author enim incognitus est.

JOANNES DE GAONA (perperam alijs GEONA) Hispanus, Burgenfis, ejusdemque Provinciæ Regul. Observantiæ alumnus, Theologus eximius, insignis Verbi Dei Præco, nec Græcæ linguæ ignarus, Vir morum integritate conspicuus, Americam à Regina Catholica Elisabetha missus, ac illius gentis linguæ addiscendæ totus intentus, scripsit, ac edidit Mexicano idiomate:

*Dialogos Spirituales,* seu *Colloquia,* vti testantur Torquemada, Uvadingus, ac Nicolaus Antonius.

*Sermones Dominicales.* Ludovicus Rebollo in Catalogo Scriptorum. Latine, sed inedita reliquit:

*Dialogum de Christi Passione,* laudatum ab Illustrissimo Gonzaga, & alijs.

*Apologiam adversus famigeratissimum quendam Theologum.* Ex eisdem. Demum ligato sermone, scripsit:

*Pœmata in laudem Immaculatae Conceptionis Deiparæ semper Virginis.* Impressa leguntur, ait Pater Alva in Militia, col. 763. Alia plura scripsit, temporis, imò ignis iniquitate deperdita, teste Torquemada, part. 3. Historiæ Mexicanæ Provinciæ S. Evangelij, cap. 23. Obijt anno 1559. sepultus in Conventu Mexicano.

JOANNES GARCIA BUENO, Hispanus, Discalceatæ Mexicanæ Provinciæ S. Didaci Minister Provincialis, stylo signavit absolutam:

*Descriptionem Conventuum, ac Populorum ejusdem Provinciæ.* In ejus Archivio

asservari testatur Fr. Balthasar de Medina in Prologo Chronicorum laudatæ Provinciæ.

JOANNES GARCIA, Hispanus, Casaraugustæ natus, Provinciæ Aragoniæ filius, divinarum, atque humanarum Artium, attestante D. Nicolao Antonio, benè gnarus, quo tempore Didacus Murillo scribebat *Casaraugustanam Historiam*, totus erat in absolvendo opere hujus tituli:

*Collectanea Biblica ex Hieronymi miscellanis, sive expositiones Sacræ Scripturæ ex ejus operibus collectæ, adhibitis interdum proprijs notationibus.* Quod immensi laboris opus, doctisque Viris laudatissimum, intelligendis pluribus istius S. Doctoris locis obscuris utilissimum futurum ait Murillus. Hunc prætermisere Uvadingus, ac P. Hebrera, minimè verò Jacobus Long in sua Bibliotheca Sacra, fol. 738.

JOANNES GARCIA, à superiore diversus, Hispanus, Regul. Observ. Provinciæ SS. duodecim Apostolorum in Regno Peruviano apud Indos Occidentales, edidit:

*Explicationem omnium mysteriorum, quæ in Sacrificio Missæ peraguntur, & interpretationem omnium caeremoniarum.* Limæ anno 1641.

*Brevem Compilationem de Indulgentijs.* Ex Uvadingo; & Nicolao Antonio.

JOANNES GARCIA FEYJOO, Hispanus, Gallæcus, ex Regul. Observantia Prov. Immaculatae Conceptionis, Lector emeritus, S. Inquisitionis Qualificator, suæ Provinciæ ex Minister, Provinciæ Aragonum Visitator, qui Procuratoris generalis in Romana Curia munere functus, Civitatis Episcopatum humilitati postposuit, exarata habet, sed inedita opera egregia, quorum inscriptiones:

*Trina Dissertatio de rebus Historicis in obsequium V. Matris Mariæ à Jesu de Agreda, librorum Mysticæ Civitatis Del Scriptricis.* Prima dissertatio est de vero interfectore B. Jacobi Majoris.

*Responsio Religionis Seraphicæ ad censuram S. Romanæ Generalis Inquisitionis circa libros Mysticæ Civitatis Dei.* Incipit: *In primis.* Utiumque opus in fol. legi, ac vidi asservatum Matrili, in Archivio Casaræ V. Matris de Agreda. Ejusdem Authoris extrat Clementi XI. Ponr. Max. nuncupatum:

*Carmen duplex erga ejus electionem,* editum Vallisoletij typis Antonij de Figueroa. Vidi.

*Oratio Panegyrica habita in solemnibus collo-*

*ratione Capituli S. Victorij Martyris.* Ibidem apud Josephum de Rueda 1687. in 4. Vidi.

**JOANNES GARCIA DE LOAYSA**, Hispanus, Carthaginensis Provinciae Regul. Observantiae Lector Jubilatus, ac Pater, necnon Provinciae Baticae Commissarius Visitator in defensionem operis inscripti: *Sol veritatis*, scripsit, ac edidit vernaculè:

*Opusculum de Immaculata Conceptione Deiparae*, sub titulo: *Aurora risus*. Lovanii 1663. in 8. cum alijs opusculis.

*Tractatum alium pro defensione ejusdem Mysterij*, sub titulo Hispanico: *El Sermon de Peor esia que estaba*. Matriti anno 1663. in 4.

*Memoriale aduersum quendam Theologum in defensionem Immaculatae Conceptionis Reginae Angelorum*, sub hac inscriptione: *Rosa Seraphica*. Prodiit in fol. anno 1663.

*Tractatum juridicum pro defensione cuiusdam Custodis Provinciae Baticae*. Hispali 1659. in fol. Vidi. Est hujusce Joannis memoria apud Alva in Militia, col. 763. & Marracium in Appendice suae Bibliot. Marianae, edito Coloniae anno 1683. in fol.

**JOANNES GARRIDO MELGAR**, Hispanus, Lector Jubilatus, Regius Concionator, Pater Provinciae Baticae Regul. Observantiae, ac Lector primarius Generalis in Aracaelitano Conventu, publici juris fecit, Romae habitas:

*Concionis duas de Sanctis Regibus Hispanis Hermenegildo, ac Ferdinando.* Ibidem typis Michaelis Ercole 1671. in 4. Vidi.

**JOANNES GARRIA**, vel **GARRIUS** (Uvadingo GARIA) Gallus, inter Tolosanor Minoritas Doctor Theologus, edidit, Uvadingo teste:

*Orationis Dominicae expositionem.* Insuper produxit in lucem:

*Tractatum Halensis*, super illa verba: *Tota pulchra est amica mea*, testibus Borri- longo in 3. Sent. distinct. 3. conclus. 1. & Velazquez, lib. 2. de Conceptione, dissert. 7. adnotat. vnic. num. 6. fol. 244. apud Militiam, col. 763. Aliqua insuper edidisse opuscula, scribit Illustris. Gonzaga, part. 1. fol. 79.

**JOANNES GASPARIUS**, Mergentheimensis, Capuccinus, Germanus, Provinciae Bavaricae Concionator, Sac. Theologiae Lector, ac Diffinitor, Vir eruditus, Sacrae Doctrinae, tam scholasticae, quam expositivae, non mediocriter peritus, edi-

dit quaedam opuscula. Ea sunt recensentibus Genuensi, ac Dupino, saec. 17.

*Novenale Marianum*, tom. 1.

*Compendium instructionis practicae Novae Confessarii.* Prodiit Herbipoli apud Eliam Michaellem Zinck 1683.

*Scrupuli Foeminarum putativè nuptiarum Sacerdotibus, & Religiosis à S. Fide Catholica Apostatis circa eorum Matrimoniam.* Ibidem.

*Libellus Confraternitatis Mariana.*

*Refutatio fustilis impugnationis Concionis à P. Marco de Aviano, Capuccino Augusta factae: quam impugnationem, typis evulgavit Michael Rucheneder.* Ibidem. Evulgavit etiam librum valdè spiritualem, quem intitulavit:

*Status Gigantis, &c.* & aliud opusculum, sub titulo:

*Hebdomas Eucharistica Mariana.*

*Sermones de Beatissima Virgine*, tom. 1; in 8. anno 1687.

*Supplicis libelli fidelium Animarum in Purgatorio detentorum*, tom. 1. in 8. 1688.

*Conciones in festa totius anni*, tom. 2; 1689. Vivebat anno 1690.

**JOANNES GAVINETUS**, Minorita doctus, ac Conventus Viennensis alumnus, scripsit librum praenotatum:

*Amicus Medicorum.* Prodiit Lugduni anno 1508. in 4. praemissa editione ibidem facta anno 1496. in 4. Demùm Francofurti 1614. in 12. Ex Uvadingo, & Laffor, tom. 1. sui *Universi*, fol. 186. Item:

*Opusculum*, cui titulus: *Caeli enarrant*. Ex Uvadingo, Gonzaga, & Tosigniano. Demùm:

*Abbreviationem Abrahae Avenezzae de Luminaribus, & diebus criticis, & Astrologia Hyppocratis.* Hujus operis meminit Carolus Josephus Imbonato in sua Bibliotheca Latino-Hebraica. Ejus adornatur effigie celebris Bibliotheca Dominæ nostrae de Salizeto, adjecto Hispano carmine:

*Vuestra ciencia à nadie debe,  
Como à vos, triumphos, y palmas;  
Pues curais cuerpos, y almas.*

**JOANNES GAZO**, Hispanus, Nicolao Antonio, Caesaraugustanus, Uvadingo verò, Catalanus, egregius Praedicator, ac Catalonienensis Provinciae Minister, vernaculè emisit:

*Institutionum Evangelicarum, & Moralium pro praecipuis festivitatis, & diebus totius anni*, tomum primum, in quo continentur duplicatae institutiones pro-

omnibus diebus Quadragesimae usque ad feriam quartam post Dominicam quartam. Prodiit Barcinone impressus in Cœnobia S. Francisci per Sebastianum Mathenad, & Laurentium Deu, anno 1610. in fol. & 1614. in fol.

*Tomus secundus continet nihil inferiores à primis institutionibus pro reliquis diebus usque ad secundum diem infra octavam Paschatis.* Ibidem anno 1614. Hujusce meminit, Vincentius Blascus, lib. vltimo *Aragon. Hist.* cap. 47.

**JOANNES DE S. GEMINIANO**, Italus, à Uvadingo illaudatus, edidit, Tosigniano teste:

*Meditationes in Evangelia.*

**JOANNES GENESIUS.** Vide inferius Joannes de Parma.

**JOANNES GENESIUS**, Minorita, (à Joanne Genesio de Qualca, seu Parmensi distinctus) qui claruit ætate Caroli IV. Imperatoris, ac Hispaniarum Regis, edidit:

*Orationem ad Carolum V. ut Bellum contra Turcas suscipiat.*

*De Regis Officio, & Regno*, libros tres.

*Apologiam pro libro de Justis Belli causis suscepti contra Indos.*

*Descriptionem Bononiensis Collegij Hispanici.* Hæc omnia, inter alia opera ejus, edita sunt Coloniae anno 1602. teste D. Alphonso Laffor in suo *Universo terrarum Orbe*, tom. 1. fol. 179. & tomo 2. fol. 30. 398. & 617. Apud tom. 1. Bibliothecae Barberinae habetur pag. 460. Joannis Genesij.

*Prolusio Theologica de morte Christi pro Reprobis.* Parmæ 1647. in 8.

**JOANNES GENNINGUS**, Anglicus, Missionarius ante restauratam Provinciam Anglicanam, diu Custos, seu Vicarius, & jam restauratae Minister, ad idem munus secundò, & tertio electus, qui sua prudentia, & virtute Provinciam restauravit, & stabilivit, ædificato sua industria pro Confratribus Collegio Duaceno, & pro Sororibus Anglicanis Tertij Ordinis S. Francisci Monasterio Bruxellensi, Neaportum postea translato, edidit Anglicè:

*Vitam Edmundi Genniggi Fratris sui germani, Londini pro Fide Christi suspensæ.* Audomari 1602. Testatur Lequie de Franciscanis. Script. qui pro Fide Romana dimicarunt, litt. I. num. 27. Ex Uvadingo in Appendice,

Tom. II.

**JOANNES GEONA.** Vide superius Joannes Gaona.

**JOANNES GERVASIJ**, Provinciae Tusciae insignis Concionator, ac magnus Theologus, scripsit:

*Sermones festivos, & feriales per totum anni circulum*, ut ex Uvadingo, & Mariano narrat Fr. Antonius Terrinca, part. 3. sui *Theatri Provinciae Tusciae*, pag. 2062 Floruit sub annum 1351.

**JOANNES GILIUS**, Hispanus, Provinciae Aragoniae Regularis Observantiae Concionator, Novitiorum Moderator, ac Chronologus, scripsit lingua vernacula ex praecepto Petri de Silos, Ministri Provincialis:

*Historiam suae Provinciae, in supplementum eorum, quae Franciscus Gonzaga de eadem exaraverat*, ad Uvadingum M. S. missam anno 1619. Ipsum Uvadingum excipiunt Nicolaus Antonius, ac P. Hebrera in Prologo, part. 1. Chron. laudatae Provinciae.

**JOANNES GILIUS**, fortè Hispanus, Regularis Observantiae Provinciae Baticae Diffinitor, ac Chronologus, emisit, quod viderim vernaculè, eruditam:

*Concionem in Beatificatione S. Joannis à Cruce* Hispali habitam. Prodiit cum alijs ibidem ex officina Joannis Cabezas, anno 1676. & habetur in libro praenotato: *Sevilla festiva*, num. 119. Legi.

**JOANNES GINTO**, Hispanus, ex Oppido Almunia Caesaraugustanae Dioecesis, Provinciae Aragonum filius, ac Pater, Theologus Jubilatus, Supremae Inquisitionis Qualificator, & suae Provinciae Chronologus, praelo dedit Hispanicè tomos duos, quorum titulus:

*Divina, ac humana Militia.* Caesaraugustae per Michaellem de Luna 1653. in 4. Vidi. Item vernaculè:

*Aeta V. M. Sor Mariae de Salinas, Clarissae, ac Fundatricis Monasterij de Xelia.* Ibidem anno 1660. eisdem typis. in 4. Vidi.

*Concionem de Immaculata Conceptione Virginis.* Ibidem, in typographia Regij Hospitalis, anno 1650. in 4. Vidi. Obijt in suo Caesaraugustano Cœnobia, anno 1661. Eum laudant Nicolaus Antonius, Marracius, Alva, & Hebrera.

**JOANNES GLAPION**, Belga (& Uvadingo in Catalogo illaudatus) Doctor Theologus, Provinciae Franciae Minister, Caroli Caesaris Confessarius, Maximilianus I. Imperatoris Concionator, &

Ordinis in Curiâ Romana Commissarius, qui litteris Apostolicis Leonis X. munitus profectorem parans ad convertendos Indos morte præventus obiit Valisoleti anno 1522. posteritati reliquit: *Sermones*, & *alia opera*, quæ, teste Dupino, sæculo 16. prodierunt anno 1523.

JOANNES GONZALEZ, Hispanus, Concionator Generalis, S. Officij Qualificator, ac Custos Provinciæ de Xalisco Regul. Observantiæ, edidit:

*Orationem funebrem in obitu Fr. Francisci Espinosa semel, atque iterum Provincie Baticæ Ministri*. Mexici per Josephum Bernardum de Hogal, anno 1725. in 4. Vidi.

JOANNES GONZALO, Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Aragonum Concionator, ac Vir mysticus ad religiosam vitam construendam, conscripsit vernaculæ tomum in 4. anno 1663. cui titulus:

*Vita Religiosa, & Sacerdotalis, ac consilia Evangelica*. Asservatur prototypus in Bibliotheca minori, & novissima Cæsaraugustani Conventus.

JOANNES GRANDE, Tertij Ordinis Regularis alumnus, natione Hispanus, Granatæ in Conventu S. Antonij Abbatibus, Sacræ Theologiæ Lector, Vir pietatis, doctrinæque gloria conspicuus, memoriam sui posteris reliquit, scribendo:

*De Conceptione Immaculata B. Virginis*, tract. 1. Granatæ apud Martinum Fernandez, anno Partus Virginis 1628. quo clarebat. Hæc Marracius in sua Bibliotheca Mariana, à Bordonio exceptus. Vidi. Emisit etiam:

*Concionem de Incarnatione*. Ibidem typis Francisci Helyant, anno 1630. in 4. Vidi.

JOANNES GRAVENDUNK, Theutonicus, Moguntia Ecclesiæ, insignis Ecclesiastes ex aliorum lucubrationibus compilavit:

*Postillam in Evangelia* laudatam à Uvadingo, & Jacobo Le-Long in sua Bibliotheca Sacra, pag. 250. & Uvillato.

JOANNES A SANCTO GREGORIO, Hispanus, Regularis Observantiæ Provinciæ Baticæ Sacræ Theologiæ Professor in Conventu Hispalensis, edidit:

*Tractatum de Difficultatibus propo-*

*sitis circa Fratrum missionem ad conversionem Infidelium: & an Ministri Provinciales possint impedire ne vadant Fratres ad hujusmodi missionem, & terras Infidelium*. Hispali anno 1633. Consentiant Uvadingus, D. Nicolaus Antonius, ac D. Andreas de Barcia in sua Bibliotheca Occidentali, pagina 743.

JOANNES GRITSCH, natione Theutonicus, Patria Basiliensis, Ordinis Fratrum Minorum, Vir in Divinis Scripturis studiosus, & eruditus: & tam in Jure Canonico, quam in Philosophia Sæculari sufficienter instructus, ingenio præstans, & clarus eloquio, in declamandis ad populum sermonibus celebrissimæ opinionis, scripsit Prædicationibus Verbi Dei non spernenda opuscula, quibus nominis sui memoriam posteris commendavit, è quibus ista feruntur:

*Sermones de Tempore*, lib. 1.

*Sermones de Sanctis*, lib. 1.

*Sermones per Quadragesimam*, lib. 1. Incipit: *Cum jejunatis*, &c.

*De Passione Domini*, lib. 1. & *quædam alta*. Hæc Trithemius, quem consulto exscripti advenit Placentinum Fernandez suis Dominicanis nostrum Gritsch adscribentem. Extat de hac re concertatio apud Alva in suo libro inscripto: *Pleyto de los libros*, pag. 437. sed nulla deinceps lis de hoc Authore erit consulentibus novissimam Bibliothecam Dominicanam, quorum Authorem judicium subijcio: *Fr. Joannes Gritsch*, inquit, *Basiliensis ab Alphonso Fernandez*, pag. 3911. & *à Fontana in Monument. ad 1452. Ordini Prædicatorum asseritur, sed illuminatum utrumque constat, cum Trithemius, quem testem ambo adducunt, non nostris, sed Franciscanis adscribat, ac suis vindicet Uvadingus Minoritis: Cum & Simlerum, & alios consulas. Vivebat circa annum 1430. Hæc laudati Authores. Silentio autem prætereundum non est Sermonarium primò typis datum, opus esse nostri Gritsch, editio enim prima sui Sanctoralis facta est Lugduni anno 1443. teste Uvadingo. Sui laudati Quadragesimalis facta est Authilingæ anno 1476. in 4. Deinceps Viennæ anno 1477. & Basileæ eodem anno. Authilingæ 1484. & 1490. Viennæ 1581. in fol. Alias mitto editiones, sub titulo: *Quadragesimale*,  
quæ*

*quæ cum registro sermonum de Tempore, & Sanctis per circulum anni*. Prodiit Venetijs ex officina Lazari de Soardis, anno 1485. in 4. Vidi. Nonnulla nostri Authoris specimina habes apud Bibliothecam Concionatoriam Ludovici Bail, part. 3. cap. 60.

JOANNES DE GUADALUPE, Hispanus, Provinciæ Angelorum (interim Custodiæ Castellana Provinciæ) Regul. Observantiæ filius, vti testantur RR. Chronologus Provinciæ Angelorum, lib. 6. pag. 207. Pater Alva, & alij (vt fuffo calamo, in opusculo à me exarato, sub titulo Hispanico: *Serios Dilemmas*, impressoque Matrili per Hæredes Joannis Garcia Infanzon, anno 1732. in 4. indicavi) primus ex Reformatione Discalceatorum, ac religiosissimæ Provinciæ S. Gabrielis Fundator, stylo signavit:

*Statuta pro sua Reformatione*, laudata in Chronicis S. Gabrielis, tomo 1. lib. 1. cap. 7. Romam pergens ad Capitulum Generale anno 1506. sanctissimè obiit in Domino, cujus præclara gesta, summas virtutes, & eximia opera copiosè describunt Chronologi laudati, quos consulas, & plures apud Arturum in Martyrologio Franciscano die 11. Septembris, §. 6. Extant Joannis à Guadalupe, nisi alius sit ejusdem Provinciæ alumnus:

*Epistola plures Ascetica, & Mystica* asservatæ in fol. in Archivio Hispalensis Conventus S. Antonij. Vidi.

JOANNES GUALENSIS. Vide inferius *Joannes Valensis*.

JOANNES GUALTERI, natione Gallus, Provinciæ Aquitaniæ alumnus, scripsit, Uvadingo teste:

*Subtiles Commentarios in Genesim*.

JOANNES GUASCO, Hispanus, Murcienfis, ex Provinciæ S. Evangelij Regularis Observantiæ, edidit:

*Sermones varios* Mexicano sermone. Uvadingus, Nicolaus Antonius.

JOANNES GUBITOSA A CASTELLANETA, Italus, ex Minoritis Capuccinis, Theologus, ac Concionator, publici juris fecit:

*Adventuale*, in quo & *Novendiale*, ac *Conciones quasdam de Sanctis occurrentibus invenies*. Neapoli per Hiacyntum Passaro, anno 1667. in 4. Hujusce à Genuensi illaudati, meminit Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana.

JOANNES GUENTUS, Anglus, in Cambria Britannorum genere natus, Vir in sacris, ac prophanis litteris apprime  
Tom. II.

eruditus, & vt satis innuit Lelandus, Oxoniensis in Theologia Doctor, & ibidem saltè inter suos Professor. Crescentibus tandem virtutis, & eruditionis meritis suorum in Anglia Provincialis designatus est. Quo officio vigilantè ad suum meritum, & Ordinis utilitatem prudentè functus est. Scripsit:

*Commentarios in Magistrum Sententiarum*, lib. 4.

*Sermonum ad populum*, lib. 1.

*Quæstiones disputatas*, lib. 1. Hefordia obiit anno 1348. Consentiant Uvadingus, Pitseus, & Angelus à S. Francisco in Catalogo Scriptorum Anglorum.

JOANNES GUTIERREZ, Hispanus, Provinciæ Conceptionis Lector emeritus, in Supremo Consilio S. Inquisitionis Hispanicæ Qualificator, Guardianus Segovienfis, suam contulit industriam componendo, & edendo librum interscriptæ

*Armamentarium Seraphicum*, opus egregium editum Matrili anno 1648. in fol. Vidi. Vide superius, verbo *Gaspar à Fontana*.

JOANNES GUYEUS, Belga, Ultrajectinus, Minorita eruditus, primusque Groningensium Episcopus designatus, scripsit, ac edidit:

*Commentaria in Psalm. 50. & 129. Antuerpiæ*, in 8. Obijt anno 1578. Ex Jacobo Le-Long in sua Bibliotheca Sacra, pag. 759.

JOANNES DE HALES DE CORBACH. Vide inferius, verbo *Joannes Hællerus*.

JOANNES DE LA HAYE, Gallus, honestissima inter Cives Parisienses Sepinorum familia natus, strict. Observantiæ Discalceat. in Hispania nomen dedit, ipfomet attestante semel, atque iterum. In primis tom. 2. in Exod. impresso Parisijs apud Simeonem Piget, anno 1648. Hæc „ inter alia: Summi honoris, imò maxime „ felicitatis, ego omnium Franciscanorum „ Minimus Discalceatus ducerem, ejus „ adstruendæ veritatis vitam dare, necnon „ sanguinem profundere, vt illa apud omnes „ nes regnaret, & viveret. Insupèr Con- „ cept. 245. super 12. Exod. inquit: In „ Religiosissimis Discalceatorum nostrij „ Ordinis (in quarum vna indignus Habitum Religionis Seraphicæ, & in ea „ professionem emisit) mos laudabilis „ inolevit, vt omnino Discalceati, nudis „ que pedibus incedant Religiosi. Sed in qua, & laudabimus eam? Hoc Sa-  
P 2 piens

pietissimo Filio Mater ejus Religiosissima S. Grabelis Discalceatorum Provincia, ac S. Didaci Discalceatorum in Bætica gloriatur, & merito. Priusquam hæc ab illa separaretur, anno quippe 1613. die 9. Januarij in celeberrimo S. Didaci Hispanensi Conventu professionem emisit, non in alijs, quam in B. Joannis de Prado, clarissimi Martyris venerabilibus manibus. At Provincia S. Grabelis in duas divisa, in nova S. Didaci plantatus, ac primarius Sacræ Theologiæ Professor institutus, ipsam cum eruditionis, ac doctrinæ non vulgaris existimatione, magno cum auditorum profectu, & justo omnium applausu per continuos septem annos prælegit, sicut Philosophiæ docendæ præfectus abditiora illius arcana in Urbe Lerenenti referaverat, ut verus discipulus charissimæ, ac doctissimi Viri Fr. Joannis à Trinitate, Provinciæ S. Grabelis Lectoris Jubilati, semel, atque iterum Patris, ac Chronologi clarissimi. Septem elapsis annis, inde à Regina Christianissima, ut ejus fieret ordinarius Concionator, in Galliam revocatus, tam Castellano, quam Gallico idiomate coram Regina egregiè concionandi munere perfunctus; paulo post inter selectos Christianissimi Regis Ludovici XIII. Concionatores, ac Consiliarios merito coopatus, ac in suprema Regni Curia Ordinis Franciscani Procurator generalis pariter, & Regius, ac Reverendissimi P. Generalis Ministri auctoritate declaratus Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus. Tandem ad visitandas aliquot Ordinis Provincias, earumque Comitibus celebrandâ, necnon ad Reverendissimi P. Ministri Generalis vices pro novi P. Guardiani majoris Conventus Parisiensis electione, ejusdemque confirmatione obeundas dignus inventus fuit.

Porrò (ut plura paucis complectar) fuit noster Discalceatus Haye Vir subtilissimus ingenio, eruditionis omnigenæ luculenta varietate instructus, tam scripto, quam verbo facundissimus, Hæbraicæ, Græcæ, Latinæ, pluriumque aliarum linguarum notitia pollens, geminæ Verbi Dei intelligentiæ, Germanæque illius interpretationis peritissimus, cujus religiosa conversatio, hilaris convictus, ac desiderabile consortium nullam habebat amaritudinem, ac multiplicem peperit utilitatem, cujus officiosissima inter omnes propensio, tot ferè sibi devinctos, aut saltem addictos conciliavit, quot ad illius notitiam virtutum ejus, ac meliorum cha-

rismatum fama pertraxit: cujus denique miro ingenio locupetata adstant Bibliothecæ proprijs evulgatis, ac alienis renovatis, sicque suis quodam modo effectis, Consule R. A. P. almæ Provinciæ Franciæ, ac Doctorem Theologiæ Sacræ Fr. Petrum Serpe, sic, tum ex evidenti notitia, tum ex fide indubitata, censentem, ex quo Chronologus Provinciæ laudatæ S. Didaci, lib. 7. cap. 12.

Sed quasi, à strictiori Observantia Minorum Discalceatorum nihil boni venire posset, emissa inter Discalceatos professione, ad Familiam aliam transitum fecisse, scripsit Author aliunde doctus, quasi frustra non jaceretur rete ante oculos penitatorum. Non sic Reverendissimus P. Fr. Joannes Baptista Campanella, totius Ordinis Minister Generalis, tom. 1. in Genesim: *Tenore presentium*, inquit, R. P. Fr. Joanni de la Haye, Parisino, quondam primario Theologiæ Professori, nunc autem Christianissimi Regis, & Regina Ecclesiæ clarissimo Provinciæ nostræ S. Didaci Discalceatorum alumno. Non sic Reverendissimus P. Generalis Fr. Angelus Michael de Sambuca, tom. 1. operis mirabilis merito inscripti: *Biblia Maxima: R. P. Fr. Joanni de la Haye, Parisino*, inquit, *Concionatori Regi, & in Gallia Ordinis Procuratori Generali, nostræ S. Didaci Discalceatorum, &c.* Non sic Generalis Annalista Uvadingus in tomo de Scripturis Ordinis Minorum verbo *Joannes Joannes de la Haye*, ait, *Parisiensis, Vir doctus, & prudens, Provincia S. Didaci strictioris Observantiæ alumnus, &c.* Ecce in ore trium testium, & talium testium, stat hoc verbum, nempe hunc sapientissimum Virum semper Discalceatum fuisse, semper strictioris Observantiæ alumnus, cum PP. verò Observantibus aliquando connumeratum fuisse negat ipsemet Author suis proprijs litteris ad Ministrum Provinciam laudatæ S. Didaci Excalceatorum Provinciæ, in ejusque Archivio repositis in lucem editis à suo Chronologo, tom. 1. lib. 7. cap. 15. Quas in medium adduxi part. 1. Bibliothecæ Minorum Discalceatorum, pag. 128. sed palam locutus fuit prose, & clarissimè ipsemet eruditus Haye. Tom. enim 2. in Exodum in lucem edito Parisijs, anno 1641. in Indiculo Patrum, litt. P. ita inquit: *B. Petrus de Alcantara Ordinis nostri Seraphici, & Provincialis D. Grabelis Provincia, in qua licet indignus Habitu Seraphico indutus, in eadem professionem emisit: cum*

autem ab ea emanasset Provincia S. Didaci, in eam translatus, officio Lectoris, tam in Philosophia, quam in Theologia per plures annos functus sum; hic autem S. Petrus edidit librum verè aureum de Meditatione, & Oratione.

Hujus ergò Minoritæ Discalceati quot, quanta, & qualia sunt opera parva, magna, & maxima usque ad stuporem? Occurrit primò celebris casuum reservatorum expositionis translatio ad idiomate nostro in Latinum, Parisijs impressa 1617. licentia Fr. Dominici de Salvaleon, dignissimi Provinciæ Discalceatorum S. Grabelis Ministri Provincialis. Operis inscriptio hæc est:

*Expositio casuum, qui in Ordine S. P. N. Francisci Observantiæ Regularis, Ministris Provincialibus reservantur, Authore Fr. Joanne à Trinitate, Provincia S. Grabelis Discalceatorum ejusdem Ordinis Lectore Theologo, & Conventus Lerenensis Guardiano; ab Hispano autem Sermone in Latinum versa per Joannem de la Haye, Parisiensem, Theologum, ejusdem Provinciæ alumnum, necnon ab ipsemet Authore approbata:*

*In Cantica Canticorum, sub titulo: Delicta predicantium, expositionem singularem promisserat, sed desiderium non implevit. Audiatur ipsemet Author tomo primo in Exod. in Prologo ad Lectorem: Pollicitus fueram, inquit, laborem nostrum quencumque in Cantica Canticorum posteritati consignare; promissis non fecti, imò nec potui, nam M. S. mei Codices, saltim maxima pars eorum, nescio, quo fato infelici casu disparuerunt: jam attigeram ferè mediam capitis quarti partem, quam innumeris animi conceptibus donaveram, &c.*

*S. Bernardini Senensis opera omnia in quinque tomos divisa Synopsis ornavit Possillis illustravit, necnon varijs tractatibus, præcipuè in Apocalypsim Commentarijs locupletata, in publicum missit Lugduni anno 1650. sumptibus Joannis Antonij Huguetan, & Marci Antonij Ravaud. Tomus primus continet:*

*Vitam S. Bernardini, & Quadragesimale de Religione Christiana. Tomus secundus:*

*Quadragesimale de Evangelio aeterno. Tomus tertius:*

*Duo Adventualia: vnum de Vita Christiana, in quo doctè differitur de octo beatitudinibus. Duplex Quadragesimale. Unum de Pugna spirituali. Secundum: Seraphin Tom. II.*

nuncupatum, id est, de Amore. Sermones de Quatuor Novissimis, & alios tractatus. Tomus quartus continet Sermones eximios.

*De Christo Domino, Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, Deipara Virgine, de Tempore, necnon de Sanctis. Tomus quintus:*

*Commentaria in Apocalypsim B. Joannis Argumentis, & Possillis illustrata. Item:*

*S. Francisci Assisiatæ Minorum Patriarchæ, necnon S. Antonij Paduani ejusdem Ordinis opera omnia Possillis illustrata; Expositione mystica in Sacram Scripturam nusquam impressa, & in eadem concordia morali locupetata, vna cum ejusdem expositione mystica in Novum Testamentum hactenus non edita in lucem, adjectis utriusque Sancti elogijs, & vita, communia fecit ibidem sumptibus Petri Rigaud, anno 1653. in fol. Pariter luci publicæ mandavit tomum integrum super*

*Apocalypsim B. Joannis elaboratum à nostro irrefragabili Doctore B. Alexandro de Ales, additis illustrationibus, Indicibus, ac vita Authoris. Parisijs sumptibus Antonij Bertier, anno 1647. in fol. Insuper scripsit super Genesim:*

*Quatuor tomos in folio. In secunda editione facta Lutetiæ Parisiorum anno 1647. apud Simeonem Piget legitur in titulo: Authore P. Fr. Joanne de la Haye, Parisino, strictioris Minorum Observantiæ. Tertium fecit Parisijs idem Simeon Piget, anno 1651. In cunctis verò impressionibus expositionis in Genesim vnicus est titulus: Commentarij litterales, & conceptuales in Genesim, sive Arbor vitæ Concionatorum, cujus radix liber Geneseos, cujus truncus, expositio ejus litteralis, rami cum folijs omnimoda versionum varietas, flores earum concordia, fructus innumeri penè animi conceptus, sexcentorum ferè Patrum autoritate confirmati, & concatenati Proderunt quoque in lucem Parisijs apud Joannem Petit, & Lutetiæ Parisiorum 1636.*

*Super Exodum alios tres tomos in folio inscriptos: Commentarij litterales, & conceptuales in Exodum, vel Concionatorum virga, percutiens peccatores, cujus materia: Liber Exodi, omnimoda versionum varietate, earumque concordia innumeris animi conceptibus, plusquam septingentorum Patrum autoritate concatenatis illustrati. Parisijs 1641. apud Simeonem Piget, & ibidem apud Petrum Villaine.*

*Super Apocalypsim alios tres tomos in*

fol. sub titulo: *Commentarij litterales, & conceptuales in Apocalypsim B. Joannis Evangelistæ*, omni sectionum Græcæ, Arabicæ, Syriacæ, &c. varietate, earumque concordia, innumeris animi conceptibus, plusquam septingentorum Patrum auctoritate confirmatis, & concatenatis, illustrati. Parisijs apud Simeonem Piget, anno 1648. In hac editione Eminentissimo Julio Mazzarino Sacra, occurrit in principio affixum Authoris eloquium labore peractum R.A.P. Fr. Petri Serpe, ac Romanam transmissum Chronicis Franciscanis meritò inferendum. Scripsit insuper novem suprâ decem tomos in folio, quorum inscriptio:

*Biblia Maxima*. Primò, ni fallor, in lucem prodierunt Lutetiæ Parisiorum 1660. sumptibus Dionysij Bechet, Antonij Bertier, & Simeonis Piget. Ordo autem, & series tanti operis, & eorum, quæ singulis voluminibus continentur, initio tomj primi in hunc modum prænotantur;

## Tomus Primus:

Continet Prolegomena Veteris Testamenti. Chronicon Sacrum. Tractatum de ponderibus mensuris, monetis. Primum librum Pentateuchi Moyssis, nempe Genesim. Argumentum autem hujus libri, ejus Authorem, scopum, auctoritatem, partitionem, &c. habes in Prolegomenis Veteris Testamenti, sect. 15. cap. 2. sect. 6. cap. 2. & in sect. de æconomia librorum Sacræ Scripturæ, cap. 1.

## Tomus II.

Continet libros Exodi, & Levitici. Quid autem de utroque libro sciendum, tam quoad argumentum, auctoritatem, scopum, partitionem, quàm quoad ejus æconomiam, vide in præludijs Veteris Testamenti, sect. 15. cap. 1. & sect. vltima, cap. 1.

## Tomus III.

Libros Numerorum, Deuteronomij, necnon Josue complectitur. Quid autem de his notatione dignum circa eorum argumentum, auctoritatem, scopum, æconomiam reperies in Præludijs Veteris Testamenti, sect. 5. cap. 1. & 2. sect. vltima, cap. 1.

## Tomus IV.

Continet libros Judicum, Ruthi, & quatuor Regum, quorum argumenta, partitiones, auctoritatem Canonicam, eorum æconomiam, & quales Authores, invenies in Præludijs Veteris Testamenti, sect. 15. cap. 4. & 5. & sect. vltima, cap. 2.

## Tomus V.

Continet libros Paralipomenon; Esdrae, Esther, Judith, & Job, quorum argumenta, partitiones, æconomiam, & auctoritatem Canonicam habes sect. 8. cap. 2. sect. 12. cap. 2. sect. 15. cap. 6. & sect. vltima, cap. 2.

## Tomus VI.

Continet libros Psalmorum. Cujuslibet autem Psalmi argumentum habes in sect. de æconomia librorum, cap. 3. & sect. 15. cap. 11. 12. & 13.

## Tomus VII.

Continet Proverbia Salomonis, Ecclesiasten, & Canticum Canticorum, quorum argumentum, scopum, auctoritatem, & æconomiam invenies in Prolegomenis Veteris Testamenti, sect. 15. cap. 13. 14. & 15. & sect. vltima, cap. 4. 7. 8.

## Tomus VIII.

Continet libros Sapientiæ, & Ecclesiastici, quorum argumentum, auctoritatem Canonicam, æconomiam, & quidquid notatu dignum, habes sect. 17. à cap. 18. & sect. vltima, cap. 10.

## Tomus IX.

Complectitur Prophetiam Isaïæ, cujus argumentum, auctoritatem Canonicam, æconomiam, & quidquid circa eam notatu dignum habes sect. 15. cap. 18. sect. vltima, cap. 10.

## Tomus X.

Continet librum Jeremiæ, ejusque Lamentationes. Argumentum, divisionem, auctoritatem, necnon æconomiam, tum ejus Prophetiæ, tum Lamentationum, habes sect. 15. cap. 18. & 19. tum sect. vltima, cap. 15. & 16.

## Tomus XI.

Continet, tum Ezechielem, tum Danieliem. Argumenta eorum, partitiones, æconomias, habes in Prolegomenis sect. 15. cap. 20. & 22. & sect. vltima, cap. 12.

## Tomus XII.


Complectitur libros, tam duodecim Prophetarum Minorum, quàm Machabæorum, quorum argumenta, auctoritatem Canonicam, æconomiam habes in Prolegomenis sect. 12. cap. 5. & sect. 15. cap. 21. & 22. & sect. vltima, cap. 13. 14. & 15.

## Tomus XIII.

Continet Prolegomena Novi Testamenti, Evangelia SS. Matthei, & Marci: eorum argumentum, auctoritatem Canonicam, æconomiam utriusque habes in sect. de Evangelio, cap. 1. & sect. de æconomia, cap. 1.

## Tomus XIV.

Continet Evangelia SS. Lucæ, & Joannis: argumenta, æconomiam utriusque reperies in sect. de Evangelio, de Evangelistis in communi, & in particulari, necnon in sect. de æconomia librorum Novi Testamenti.



## Tomus XV.

Continet Epistolas sex D. Pauli, à prima vsque ad eam, quæ est ad Galatas exclusivè: quidquid de eis scitu dignum, reperies in Prolegomenis in sect. de Paulinis Epistolis, & in sect. de æconomia librorum Novi Testamenti.

## Tomus XVI.

Complectitur Epistolas D. Pauli, ab eaque quæ est ad Galatas vsque ad Hebræos: earum Canonicam auctoritatem, æconomiam, &c. reperies in sect. de Paulinis Epist. sect. de æconomia.

## Tomus XVII.

Continet Acta Apostolorum, necnon septem Epistolas Canonicas, Apocalypsim Sancti Joannis: omnium horum librorum Canonicam auctoritatem, argumentum æconomiam, &c. reperies in sect. de æconomia librorum Novi Testamenti.

## Tomus XVIII.

Continet copiosissimos Indices controversiarum Fidei, Antilogiarum, Authorum, materiarum, & conceptuum, nominum Hebræorum, & Chaldæorum, necnon Prolegomenorum utriusque Testamenti. Complectitur etiam eruditissimi Lucae Burgenfis Annotationes in Sacram Scripturam.

## Tomus XIX.

Continet Indicem amplissimum, tum rerum, tum verborum utriusque Testamenti, necnon quædam errata. Scripsit quoque alios quinque prægrandes tomos in folio Parisijs impressos sumptibus Michaelis Soi, aliorumque Typographorum anno 1643. Titulus communis:

*Biblia Magna Commentariorum litterarum Joannis Gagnei Doct. Paris. Guilielmi Estij Doct. Duacensis, Emmanuelis Sæ, Joannis Menochij, & Jacobi Tyrini Societ. Jesu erudite, & integrè Sacram Scripturam exponentium, Prolegomenis, Chronico*

*Sacro Indicibus locupletissimis illustrata. Ineditos reliquit tractatus Theologicos:*

*De Incarnatione, Passione, & Morte Domini N. Jesu Christi.*

*De Providentia, Prædestinatione, & Reprobatione.*

*De Beatitudine.*

*De Peccato originali.* In hoc tractatu egregiè propugnat definibilitatem Mysterij Immaculatæ Conceptionis Deiparæ semper Virginis. Asservantur in laudata S. Gabrielis Provincia, in Bibliotheca Conventus S. Mariæ à Jesu de Salvatierra, sub littera B. num. 67. Vidi. Sat est datum tanti ingenij monumentis, & tanti Viri inenarrabilibus doloribus: semper enim verum est: *Qui addit scientiam, addit & laborem*, vel vt alij legunt, *dolorem*. Obijt anno 1661. die 15. Octobris. Ejus cum laude meminere Joannes Laurentius Helbib, tom. 1. in Sacram Scripturam, observ. 5. quæst. 6. Ludovicus Moreri in suo Dictionario, subiungens *quadragenta volumina*, emisisse.

JOANNES HELLERUS CORBACHIUS, Regul. Observantiæ alumnus, Ecclesiæ Colonienfis præcipuus Ecclesiasticus, edidit:

*Malleolum Christianum.* Coloniae apud Melchiorem Novesianum 1535. in 8. Vidi.

*Affertionem contra Anabaptistas.* Prodiit ibidem. Vidi. Dupinus in Supplemento enim appellat *Hales de Corbach*.

JOANNES HERBON, alijs HERBAS. Vide inferiùs *Joannes Rodriguez*.

JOANNES HERLIUS LUMNIUS, Tertij Ordinis S. P. N. Francisci, candidi Vir ingenij, multæque eruditionis, & lectionis transtulit à Latina in Belgicam:

*Adlocutionem Christi ad devotam antiam Joannis Lanspergij Carthusiani.* Antuerpiæ anno 1571. typis Martini Huysij.

*Mannale piarum precatationum.* Uvadingus, & Bordonius.

JOANNES A S. HIERONYMO, Lusitanus, ex Observantibus Provinciæ Algarbiorum in Concionatorum utilitatem foras emisit vernaculè:

*Concionem de Sanctissimo Sacramento, ac Evangelista.* Ulyssipone typis Antonij Alvarez, anno 1632. in 4. Vidi. Majora promittens in Prologo, spem fecit tomi integri Concionum, sub hoc titulo: *Rotetum Cæleste*.

JOANNES HILTONUS, Anglus; Sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, Vir religiosæ vitæ; & multiplicis doctrinæ ti-

tulis clarus. Subtilitèr disputando in Scholis Oxoniensibus laudem non mediocrem obtinuit. In causâ Ordinis sui aliquandò controversum habuit cum Uredo Boltano, Monacho Benedictino, contra quem scripsit *quasdam determinationes*

*De Paupertate Fratrum*, lib. 1.

*De Statu Minorum*, lib. 1.

*Quæstiones Ordinarias*, lib. 1. Norvici in suo Cœnobio decessit anno 1376. Hæc Uvadingus, Pitseus, & Angelus à S. Francisco. Præjecta opera asservantur inter M. S. insignium Bibliothecarum Angliæ. Inter Codices Ecclesiæ Sarisburiensis ejus *Opuscula*. Oxoniæ inter Codices Collegij Novi, codice 305. ejus *Sermones Dominicales*, Vicatium cum ageret S. Magdalene Oxoniensis. Consule Possevinum, tom. 1. Apparatus Sacri, verbo *Joannes Hilton*, & Uvillotum.

JOANNES HOUEDEMIUS, Anglus, Ordinis Minor. Vir mirè Patheticus, & affectus planè Seraphici, floruit circa annum 1350. B. V. Mariæ laudes cygno suavius longè mellitissimus cecinit hymnis, qui extant in Paralipomenis Antonij de Balinghen, ad *Parnasum Marianum*. Duaci editis anno 1624. Ex Catalogo Chronologico Polyantheæ Marianæ. Consule P. Alva in Militia, col. 778.

JOANNES A S. HUBERTO, strictioris Observantiæ Namuracensis, composuit librum:

*De Joseph Patriarcha, qui Dicearchus Aegyptius* inscribitur. Leodij anno 1613. Uvadingus, & Jacobus Le-Long in Biblioth. Sac. pag. 798.

JOANNES HYGINIUS DE IBARRA, Hispanus, ex Regul. Observ. Limentensis Prov. Lectoris emeriti, Apostolici Concionatoris, ac Ministri Provincialis, haud sine laude muneribus functus plura exaravit. Ad manus autem meas dumtaxat devenit egregia, ac peregrina:

*Panegyris de S. Dominico, & Francisco;* sub titulo Hispano: *Dia intercalar*. Prodiit Limæ ex officina Hieronymi de Contreras 1715. in 4.

JOANNES A S. JACOBO, Hispanus, quem prætermisit Genuensis, Castellane Provinciæ Minorum Capuccinorum alumnus, vernaculè edidit opus, cui titulus:

*Dormientium admonitio, & auxilium agonizantium.* Matrili litteris Melchioris Sanchez 1672.

*De Missionibus Regni de Congo.* Prodiit anno 1670. Utrumque laudat D. Nic-

colaus Antonius in Appendicib. M. S. ad suam Bibliothecam apud Bibliothecam Regiam Matritensem.

JOANNES JANUS; Alanus, Minorita, teste Alphonso Laffor, tom. 1. sui *Universi calamo delineati*, fol. 271. scripsit:

*De Gentium quarundam origine, & primatu, præcipuè de Cimbrorum ortu, migrationibus, &c.* Hafaniæ 1628. in 4.

JOANNES A JESU, Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Pauli, in Philippinas Insulas animarum cupidus transmigrans, fervidus Concionator evasit, siquæ ingenij monumenta relinquens:

*Artem Japponicam* ex Latino R. P. Fr. Didaci de Collado, Dominicani, Romæ impressam, in Hispanum vertit anno 1682. Ineditum asservatur in Archivio nostri Conventus S. Gabrielis Segoviensis. Vidi. Composuit:

*Rerum Japponicarum relationem*, in fol. sermone Hispanico:

*Descriptionem Insularum Philippinensium, ac Missionum*, in fol. eodem idiomate:

*Historiam Venerabilium Filiorum laudatæ Provinciæ S. Pauli, qui in Provincia S. Gregorij virtutibus, & doctrina claruere.* Habentur M. S. in Archivio generali Provinciæ S. Pauli.

*Catalogum Martyrum Provinciæ S. Gregorij*, in 4. & in fol. M. S. ibidem.

*Vitam V. & Apostolici Viri Fr. Antonij à S. Maria.* Asservatur ibidem cum alijs opusculis ejusdem Authoris, qui in publicum demùm misit, vernaculè:

*Compendium viginti discursuum predicabilium super Mysteria Missæ* editorum à Fr. Melchiore Huelano, Minorita. Prodiit Mexici ex officina Viduæ Francisci Rodriguez Lupercij 1689. in 8. Vidi. Laudatur ab Haroldo, apud Nicolaum Antonium, tom. 1. Bibliothecæ Hispanæ, pag. 99.

JOANNES A JESU, alter, Hispanus, præfatæ Provinciæ S. Pauli Discalceatorum, Guardianum agens Conventus S. P. N. Francisci Turretyllensis, Concionem celebrem nobilibus Turretyllensibus nuncupatam foras misit, videlicet:

*De Immaculata Conceptione Virginis.* Vallisoleti apud Bartholomæum Portoles, anno 1653. Sunt in hac Concione multa sapientèr, acuratèque significata ex SS. PP. in vnum collecta. Incipit: *Fuzgaron los Afstrios.* Ejus in fine obtulit orationem suam, canens:

*Angelici Regina Chori dilecta tonanti, &c.* Vidi.

JOANNES A JESU MARIA, Hispanus, Villacensis in Legionensi Episcopatu, Sacræ Theologiæ Lector, ejusdemmet Provinciæ S. Pauli clarissimus filius, dignissimæque Pater, Commissarius Viciniorum Provinciæ S. Josephi, necnon spiritalis Director V. Matris Sororis Angelæ Franciscæ de Cruce, Cisterciensis (quæ Vallisoleti sanctitatis fama illustris ad Agni nuptias vocata fuit anno 1711.) Vir sanè doctrina, ac virtutibus illustris, de quo in meis Chronicis grandis sermo, M. S. reliquit in fol.

*Acta V. Fr. Emmanuelis à S. Bernardo, Concionatoris ejusdem Provinciæ S. Pauli filij.* Nec oblivione dignæ extant ejus *spirituales Epistolæ.* Nonnullarum memoriam fecit R. A. P. Fr. Paulus Yañez de Aviles in funebre Oratione V. Matris Angelæ Franciscæ suæ prædictæ filiæ habita Vallisoleti, Matritique in lucem edita 1712. Eiusdem habentur lectione dignæ.

*Septem Mystice Epistolæ*, lib. 4. Vitæ V. Matris Annæ Philippæ ab Angelis, juxta editionem Matrili factam typis Alphonso Balvas 1728. in fol. Obijt bonus odor Christi, Vallisoleti anno 1708. die 15. Augusti, apud suos honorificè tumulatus.

JOANNES, ignoti cognominis, natione Hispanus, professione Minorita, ac Theologus egregius, virtutibus clarus:

*In laudem SS. Virginis Deiparæ multæ præclare scripsit:* quam frequentèr obsecrans miro spiritus fervore, ita laudare solebat: *Tu Angelorum Domina: Tu Paradisi janua, qui gloria est: ad quam acquirendam inops est intellectus, absque elevatione luminis gloriæ quod non est totalis causa visionis.* Hic tandem sub impijssimo Maurorum Rege pro Fidei Catholice libertate prædicatione martyrij lauream adeptus est Valentia in Hispania, anno 1376. cujus sacrum corpus Turolis magna fidelium veneratione colitur. Hæc Melchifanus in Supplem. Annal. Uvadingi ad annum Christi 1376. num. 2. Ex his dilucidè ostenditur Martyrem hunc distinctum esse à B. Joanne de Perusio, qui etiam Valentia propter Christi Fidem capite plexus est anno 1231. die 29. Augusti, & Turolis miraculis clarescit.

JOANNES INCA, Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Valentia Diffinitor, scripsit:

*Historiam prædictæ Provinciæ.* Habuit, sed ineditam Uvadingus, à Nicolao Antonio exceptus.

JOANNES AB INCARNATIONE, Lusitanus, Regul. Observ. Prov. Portugallia, Lector emeritus, ac insignis Ecclesiastes, Guardiani munere dumtaxat functus, dearticulavit:

*Librum primum Scoti in Sententias. Connimb. apud Didacum Lopez in folio, anno 1609. Vidi. Præmisit ibidem:*

*Vitam V. Doctoris Joannis Duns Scoti, cum Annotationibus.*

JOANNES AB INCARNATIONE, Hispanus, strictioris Observ. Discalceatorum in Bætica S. Didaci Provincia, doctus Concionator, ac Guardianus Cœnobij Pontis D. Gundisalvi, publici juris fecit vernaculè:

*Martyrium S. Joannis de Prado. Gadibus anno 1675. in 4. Laudatur à Medina, lib. 4. Chronic. Mexicanæ Prov. S. Didaci, pagina 219.*

JOANNES AB INCARNATIONE, alter, Hispanus, Discalceatæ Prov. Sancti Didaci in Bætica alumnus, Missionarius Apostolicus de Propaganda in Terra Sancta, Præfectus Bethleem, ac S. Sepulchri, Guardianus quoque S. Joannis, scripsit Arabicè: *Truximam*, hoc est:

*Dictionarium Arabicum Hispanum. Expestat lucem in fol. anno 1722. Ex relatu laudatæ Provinciæ.*

JOANNES DE INOJOSA, Hispanus, ex Tertio Ordine Regularis Prov. Bætici Theologus, ac Guardianus Granatensis Conventus S. Antonij. Abbatis, emisit à se habitas eruditas Conciones:

*De Immaculata Conceptione Virginis Mariae.*

*De Canonizatione S. Petri Alcantaren-sis. Prodiit prima Granatæ ex officina Francisci Sanchez 1651. in 4. Secundam cudit ibidem Balthasar de Bolivar 1670. in 4. Vidi. Authoris meminere Marracius, & Alva.*

JOANNES JODAR, Lusitanus, à Uvadingo illaudatus, ex Tertio Ordine Fratrum Minorum, scripsit ad Joannem III. Portugallia Regem.

*De septem verbis. Hispali 1532. in 4. teste D. Nicolao Antonio, tom. 2. pagina 546.*

JOANNES A S. JOSEPHO, Hispanus, professione Minorita, vernaculè edidit opus mysticum prænotatum:

*Exercitia quotidianæ perfectionis. De hoc Authore nullam mentionem fecit Uvadingus in Catalogo, faciunt verò Daza, Alva, ac Nicolaus Antonius.*

JOANNES A S. JOSEPHO, alter,

Hispanus, ex Oppido *Monteras*, Salmantina Diocesis, Sacræ Theologiæ Lector, Discalceatæ Provinciæ S. Pauli dignissimus Pater, ac Provinciæ Sancti Gabrielis Commissarius Visitator, Vir verè spiritalis, semperque exemplaritatis nota insignitus, edidit Salmantica:

*Officium parvum Dulcissimi Nominis Mariae.*

*Exercitium S. Crucis.*

*Compendium mysticum ad Novitiorum informationem. Vidi. Hæc opuscula, quæ minima prima fronte videntur, ex illis sunt, quæ si benè introspectantur, maxima sunt.*

JOANNES IRRIBARNE, Hispanus, ex Oppido, vulgò *Baigorri*, Navarra inferioris, Regularis Observantiæ Provinciæ Aragonum, Lector emeritus, Supremæ Inquisitionis Qualificator, Diocesis Cæsaraugustanæ Synodalis Examinator, ac demùm Provincialis munere functus, à Confessionibus Serenissimæ Margaritæ de Austria, Monialiumque Excalceatarum Matritensium, edidit:

*In quartum librum Sententiarum volumina duo. Prodiit primum Cæsaraugustæ ex officina Petri Cabarte, anno 1614. in fol. Vidi. Secundum ibidem ex typographia Didaci de la Torre 1615. in folio. Vidi.*

*De Actibus humanis* volumen aliud. Venetijs apud Marcum Giannam 1635. in 4. Cæsaraugustæ 1643. in fol. Vidi.

*Tractatum*, in quo, Hispano sermone, ostendit minimè licere, quod Observantes, & Recollecti gaudeant duobus Ministris Provincialibus. Matriti anno 1622. in fol. Vidi.

*Fussum tractatum de Immaculata Conceptione Virginis*, cujus archetypum in folio habuisse testatur in Militia, col. 782. R. Alva, quem consulas. Ad prælum parans tomum tertium in quartum Sententiarum, obiit in suo Cæsaraugustano Cœnobio, anno 1656. Illum laudant Uvadingus, Nicolaus Antonius, ac Blasco de Lanuza, tom. 2. Histor. Ecclesiast. fol. 556.

JOANNES JUBINUS, Hispanus, Majoricensis, ex Minorita creatus Episcopus (Ecclesiam subtricit Andreas Schottus, & Uvadingus, ut quæritur Nicolaus Antonius) Constantinensis, teste Vincentio Mur, lib. 8. Historiæ Majoricensis, cap. 6. fol. 356. Vir doctissimus, sacro carmine, atque eleganti Latino saphico scripsit;

*De Sacramento Eucharistiæ, & ejus Sacramento adversus hujus nostri temporis Hæreticos. Barcinone 1570. in 12. ad Philippum II. Hispan. Regem. Item Elegiaco:*

*De B. Virgine, de D. Hieronymo. Item: De mundi contemptu ob secessum in vitam privatam Caroli V. Imperatoris. Barcinone apud Claudium Bornat, ann. 1568. quo clarebat.*

JOANNES IVO MAGISTRI, Gallus, Regul. Observ. Confessionarius Sororum Annunciationis Monasterij Bituricensis, cum plurimum laboraret pro restituenda disciplina regulari in Gallia, plurima collegit diplomata, & aliorum lucubrations, quæ in hunc finem conducebant, obtulitque Francisco Gonzagæ, Ministri Generali, sub titulo:

*Ocularia, & Manipulus Fratrum Minorum. Prodiit Parisijs apud Michaelem Sonnum, anno 1582. in 4. Vidi.*

JOANNES KANEMAN, Theutonicus, Minorita, in Sanctis Scripturis eruditus, scripsit, uti cum Trithemio referunt Nostrates:

*Defensorium sui*, sub initio: *Multi famosi Viri, &c.*

*De Passione Domini*, lib. 1. Incipit: *Egredimini filia Sion.*

*Concionum*, lib. 1.

*Quæstiones quasdam.*

*De Potestate Papæ*, teste Dupino, apud Moreri in Dictionario, & alia complura. Clarebat anno Domini 1460.

JOANNES LABORA, Hispanus, ex Flavio Brigantio in Gallæcia, Provinciæ S. Jacobi Regul. Observant. alumnus, & Apostolicus Concionator, recensente Fr. Jacobo de Castro, tomo 1. Chronic. laudatæ Prov. lib. 3. cap. 6. pag. 125. opus scripsit prænotatum:

*Viridarium Penitentia.*

JOANNES LAGRENUS, alijs LAGIENUS, natione Gallus, unus fuit ex doctis Minoritis, qui opera S. Augustini illustrarunt. Reddidit hic emendatores, ac edidit:

*Sermones omnes ipsius Aurelij. Tolitianus, & Uvillorus. Scripsit:*

*Vitam S. Augustini. Citatur, ait Uvadingus, ab Athanasio à S. Agnetæ, Ord. S. Augustini in Candelabro aureo Templi Salomonis.*

JOANNES LASO DE LA VEGA, Hispanus, Hispalensis, genere clarus, Lector emeritus, ac Ex-Provincialis Minister Prov. Bætici Regul. Ob-

servantiæ, Pater Provinciæ Granatensis ac S. Michaelis, S. Officij Qualificator, Commissarius Visitator Tertiariorum Conventus magni Hispalensis, ac Ordinis Saceraphici Diffinitor Generalis; Vir meritò impræsentiarum ad Episcopatum Cubansem assumptus, in publicum misit eruditum:

*Compendium gratiarum, & obligationum Tertiariorum S. Francisci, ibidem Hispanè reddita novissima Constitutione Benedicti XIII. Pontificis Max. Hispali 1726. in 8. Vidi.*

JOANNES LATHBERIUS, seu LATHBURIUS, Anglus, in Cœnobio Readingensi, Sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, quem Lelandus in suo Catalogo mirificè laudat à multiplici scientia, tum sacra, tum profana: penetravit enim arcanos naturalium rerum recessus, omnemque Philosophiam egregiè calluit. Theologiæ denique mysteria altè hausit, suamque pro occasione in reconditis rebus scientiam non raro habitis Scholasticis concertationibus publicè testatam fecit. Verum præcipuam hominis laudem ponunt multi in illustrandis eloquijs Divinis. Nam postquam jam maturam ætatem attigisset, Sacras Scripturas jugiter legere, & noctes, atque dies in lege Domini meditari solebat, vitamque in his contemplationibus suaviter consumpsit. Ex quo sacro thesauro nonnumquam ad populum sermones depromere consuevit, ne sibi tantum, & Deo vivens, proximorum salutem negligere videretur. Hos autem ingenij, doctrinaeque foetus feliciter in lucem protulit, quos perperam scribit Dupinus, sæculo 15. excidisse, maximè cum in Anglicanis Bibliothecis habeantur exemplaria non pauca. Scripsit igitur:

*Super Psalmos* lib. 1. Consentient Ba-leus, centuria 7. cap. 34. & Le-Long in Bibliotheca Sacra, pag. 822.

*Commentaria in Jeremiam Prophetam* Ex eisdem.

*Super Acta Apostolorum. Ex eisdem. Incipit, apud Uvadingum: Superedificati estis.*

*In Lamentationes Jeremie Prophetæ. Incipit, apud Uvadingum: Juxta mores Modernorum. Habetur M. S. Oxonij in Collegio Ænij nassi, & in alijs Collegijs. Opus est prolixum valdè, capitibus 115. porrectum, cussumque anno 1482. in folio. Insupèr ex Uvadingo:*

*Lectiones Scripturarum*, lib. 1.

*Conciones varias*, lib. 1.



*Distinctiones Theologie*, lib. 1. M. S. Canabrigiæ in Collegio S. Petri.

*Alphabetum Morale*, lib. 1. Incipit: *Abstinendum est à delictis carnalibus*. M. S. ibidem. Demum in Collegio Exoniensi, codice 42. habentur ejus *Lectura Morales*, sub hoc initio: *In nomine Patris, & Filij*. Et apud Bibliothecam Bodlejanam, pag. 260. extat nostri Lathberij:

*Tractatus de Luxuria Clericorum*. Claruit anno 1406.

JOANNES A S. LAURENTIO, Minorita, recensente Uvadingo, è *possillis D. Thoma Aquinatis, Nicolai Lyranti, & Cardinalis Bertrandi pleraque collegit in varios libros Sacre Scripturae*. Extabant M. S. in Bibliotheca Franciscanorum Lovaniensium.

JOANNES LAURENTIUS, Hispanus, Regul. Observ. Provinciae Baticæ, Sacre Theologiæ Lector, emisit, quod viderim:

*Concionem in laudem Domine nostræ à Belem dicitur*. Hispani per Joannem Perez Berlanga, anno 1696. in 4. Vidi.

JOANNES LAURENTIUS, alter, Hispanus, insignis Theologus Minorita, cum Beatissimæ Virgini Mariæ esset adiectissimus in ejus conscribendis encomijs sollicitus pijsimè laborabat; vnde teste Melissano ad annum Christi 1390. numer. 2.

*Plura de eadem præclara testimonia dem, & sua devotionis concervavit indicia*. Tandem devotionis igne succensus, & gratia Divina suffultus, pro Fide Christi à Mauris Hispaniam tyrannicè vexantibus mortem fortiter subire potuit, & misericorditè à Deo martyrij laurea in Regno Granatæ cohonestari anno 1390. vti ex Fr. Bartholomæo Eoya, Minorita, narrat laudatus Melissanus.

JOANNES LAZARUS VIDA, Hispanus, Regul. Observ. Castellanae Provinciae, Lector emeritus Complutensis, ibidem Guardianum agens Conventus S. Mariæ à Jesu, seu S. Didaci, scripsit, non autem edidit:

*Vitam V. Fr. Francisci Cavello, Concionatoris ejusdem Provinciae alumni*. Asservatur M. S. in fol. in Archivio laudati Cœnobij. Edidit hæud poenitendum opus in duas partes distributam, sermone Hispano, cui titulus:

*Lucta interior, assiduumque bellum animarum, &c.* Partem primam excudit Compluti Franciscus Garcia Fernandez, anno 1680. (quo florebat) in 4. Vidi. Post-

rior pars prælo dignissima asservatur inedita in Archivio laudati Conventus, in quo obiit sanctitatis fama insignitus. Eum commendat Fr. Eusebius Gonzalez, tom. 6. Chronic. Ordin. pag. 499.

JOANNES LELOVE (Uvadingo vt vtar) in Sacra Theologia Baccalaureus Parisiensis, scripsit:

*Commentaria in Scoti formalitates*. Parisijs anno 1581.

JOANNES LEO, ex Colonienſi Provincia Minorum Recollectorum, Theologus eruditus, meritò hic adnumeratur, vtpotè Author operis inscripti:

*Fasciculus discursus Hebræo-Christiani*, sub titulo: *Jesu Nazareni, Regis Judæorum*, bipartitus, quarum prima agit de Messiaæ adventu, altera de ejus Divinitate. Pisis apud Franciscum Bindi, anno 1702. in 8. Vidi.

JOANNES LEOVARDIA, Frisius, Doctor Theologus, in Indiam Occidentalem missus ad Infideles convertendos, scripsit:

*De Ecclesia Christi*. Agit quoque in hoc tractatu de Romano Pontifice, teste Alphonso Laffor, tom. 2. sui Universi, fol. 439.

*De Judæorum Synagoga.*

*De Providentia Divina.*

*In Decalogum.*

*In Exameron*. Floruit citè ann. 1590 teste Suffrido Petro. Huic Symbolum Tribulatio dicitur. Hujusce meminit Uvadingus, ac Lequile.

JOANNES LEPNICA, Polonus, Regul. Observ. alumnus, B. Simonis de Lepnica, vt credo, propinquus, ad Sigismundum III. Poloniae Regem, scripsit justum volumen:

*De Immaculata Conceptione Reginae Angelorum*. Ita ex Antonio Daza, P. Alva in Militia, col. 786.

JOANNES LISETH, Minorita, scripsit, ac edidit, attestante Uvadingo:

*Sermones Quadragesimales*. Norimbergæ anno 1495.

JOANNES LODOSA, Hispanus, Regul. Observ. Provinciae Burgensis, Lector emeritus, conscripsit anno 1696. volumen in fol. sermone patrio, nempe:

*Apologiam pro defensione prima partis operis inscripti Mystica Civitas Dei*. Asservatur Matriti apud Officium Causæ V. Matris Mariæ à Jesu de Agreda. Vidi.

JOANNES LONDINENSIS, Anglus, vt Angelo à S. Francisco in Catalogo Scriptorum Anglorum vtar, ope Baconi in

in Ordinem Oxonij est receptus, quem in scientijs Mathematicis ipse accurate inscripsit. Postea cum Baconus Parisijs peteret, Joannes iste Præceptorem secutus, illuc etiam perrexit, vbi tantus evasit Philosophus, vt pro ejus ætate, & tempore, quo ibi studuerat, illa Academia parem non habuerit. Undè Baconus cum Romam ad Innocentium Quatum per hunc Joannem libellos, & instrumenta quædam Mathematica se composita mitteret, scripsit in Epistola ad dictum Pontificem inter cætera sic: *Non remansit vnus Parisijs, qui plus novit in Philosophia radicitus, quamvis, & fructus nondum produxerit propter juvenilem ætatem*. Innocentius Juvenem apud se retinuit propter acrimoniam ingenij, & linguarum, atque Philosophiæ cognitionem, quam habuit valdè exactam. Ætate maturiore multas egregias lucubrationes edidisse fertur. Claruit anno 1280.

JOANNES LONDINENSIS, alter, à priore, Historicus Anglicus, recensente Joanne Pitseo, scripsit quædam:

*Chronica de rebus Anglicis*. Claruit circa annum 1300.

JOANNES DE LUCA, Italus, genere clarus, ac exemplaritatis nota insignitus, inter Regul. Observ. alumnos claruit anno 1471. Extant sui spiritus:

*Collationes* apud Marianum, & Ulyssiponensem. Hunc videtis part. 3. lib. 5. cap. 45.

JOANNES DE LUDEÑA, Hispanus, Theologus, ac Diffinitor Castellanae Provinciae Regul. Observantia, edidit:

*Orationem funebrem in Exequijs V. ac Eminentissimi Cardinalis Cisneros*. Compluti habitam. Prodiit ibidem ex officina Marjæ Fernandez 1655. in 4. Vidi.

JOANNES LUDOVICUS AMBIANENSIS, natione Gallus, Provinciae Parisiensis Minorum Capuccinorum Concionator, Vir facultatis Astronomicæ, Geometricæ, ac Chronologicæ peritia, & illustratione insignis. Scripsit, ac magno studio laboravit opus egregium, sub titulo:

*Atlas temporum in 4. libros distinctum*. In primo libro, qui intulatur: *Periodus Ludovica ex astrorum consideratione deducta*, exponuntur Chronologiæ principia, cum omnibus ciclis, & annorum characteribus à mundo condito ad mundum redemptum. In secundo exponitur: *Chronologiæ nova methodus Calendario Ecclesiastico, Astronomisq; regulis sustentata*: in qua per ciclos, perque festa mobilia præterita, Tom. II.

& futura à cæteris vera secernitur Chronologia. In tertio: *Chronologia Sacra, quæ omnes Veteris Testamenti solvit controversias*. Ubi etiam arcana Canonorum librorum in ordine ad Chronologiam dilucidantur, & ex tabulis complicatis Chronologia generalis, & specialis, sacra, & profana à mundi creatione ad Messiam producit. In quarto: *Chronologia nova ex textibus Canonis deducta*: in qua mira æque, ac justa explicatur numeratio annorum omnium sæculorum per Sabbata, Sabbaticas hebdomadas, & Jubilatos; donec Christianorum Dominica Judæo Sabbato succedat. Parisijs 1685.

*Epitome Historiarum omnium à Christo nato ad octogesimum annum supra millesimum sexcentisimum cum omnibus characteribus usque ad consummationem sæculi*. Ibidem 1685. in fol. Vidi. Agitur de eo in Bibliotheca Minorum Capuccinorum.

JOANNES LUENGO, Hispanus, Theologus Provinciae Angelorum Regul. Observ. Ex-Minister Provinciarum Granatæ, & S. Michaelis Commissarius Visitator, ac Generalis Indiarum Commissarius, vernaculè emisit:

*Vitam V. ac R. P. Fr. Andreae de Guadalupe, Provinciae Angelorum filij, ac Patris, &c. Matriti apud Joannem Garcia Infanzon 1680. in fol. Vidi.*

JOANNES DE LUZURRIAGA, Hispanus, Cantaber, Apostolicus Concionator, Lector Jubilatus, Pater Provinc. Cantabrigiæ, & Valentinae, ac Generalis Commissarius Provinciarum Novæ Hispaniæ conscripsit Historiam Dominae nostræ de Aranzazu, ac edidit sub titulo:

*Paranimphus Cælestis*, vernaculè. Mexici typis Hæredum Viduæ Bernardi Calderon, 1686. in fol. & Sebastianopoli apud Petrum de Huarte 1690. in fol. Vidi.

JOANNES MAHUSIUS, Flander, Aldenardensis, Lovanij Sacrarum Litterarum in Conventu Lector, primus Episcopi Daventriensis denominatus fuit propter singularem eruditionem, & concionandi facundiam, sed senectute oppressus onus tantum, & honorem fugiens, ad rusculum se recepit, mortem meditaturus. Aldenardo à Geusijs occupato, vti ex Commentarijs Belgicis Emmanuelis Demetrii, Uvadingus narrat, ductore Blommardo, inclementissimè vulneratus, pedibus conculcatus, pluribusque alijs injurijs, & opprobrijs affectus, instar putridi, & adjecti cadaveris in plateis relictus est, anno 1572. Extant Mahusij:

*Epitome Annotationum in Novum Testamentum ex quinta, & ultima editione Erasmi Roterodami.* Antuerpiæ ex typographia Joannis Steelsij, anno 1538. in 8. Vidi.

*Compendium Commentariorum Francisci Titelmani, Minorita, in Psalmos.* Ibi dem.

*In Epistolas D. Pauli Epitomen.* Ex Toligniano, & Uvadingo.

*Divi Joannis Chrysostomi in Evangelium secundum Mattheum Commentarios ab Arrianorum hæc purgatos in lucem emisit, nempe, Homilias quinquaginta quatuor.* Antuerpiæ per laudatum Steelium, anno 1537. Reliquit etiam Belgicè:

*Sermones VII. super Veni Creator Spiritus.*

*Sermones XXVI. super illud: Oportet semper orare.* Ex Sandero, part. 2. Agit de eo, ex Sedulio, Carolus de Coudenhove in Compilatione Chronologica (M.S. apud Archivum Ordinis Matritense) Provinciæ Recollectorum Germaniæ inferioris, pag. 12.

JOANNES DE MADRID. Vide Joannes à Matrito.

JOANNES A MAGDALENA, Lusitanus, ex Oppido S. Joannis de Pesqueira, Diocesis Mirandensis, Lector Jubilatus, ac Minister Provincialis Provinciæ Portugalliæ Tertiariorum Regularium, typis dedit Conciones duas:

*Aliam de Sanctis Regibus.*

*Aliam de Canonizatione S. Joannis à Deo.* Ineditam reliquit.

*Historiam Tertij Ordinis.* Asservatur Ulyssipone in Bibliotheca Conventus Dominiæ nostræ à Jesu. Ex relatione laudatæ Provinciæ.

JOANNES MAGISTRI, Minorita, Doctor Parisiensis, edidit:

*Quæstiones subtiles, & perutiles super totum Cursum Logicæ Porphyrij, & Philosophicæ utilii explanatione textus secundum mentem Doctoris Subtilis Scoti.* Venetijs anno 1487. tertio Kalend. Junij, per Bonetum Locatellum in 4. magno. Vidi in Bibliotheca Convent. Matritens. Regul. Observantiæ, sub DD. num. 37. in cujus Regesto Minoritam fuisse legitur. Ejus non meminit Uvadingus, nec in Annalibus villa de eo fit mentio.

JOANNES MAJOR, Minorita, alius à Joanne Majore Hadingtano, scripsit:

*Commentaria in primum Sententiarum.* Parisijs anno 1509.

*In quatuor libros Sententiarum:*

*In Mattheum.*

*Historiam Majoris Britaniæ.* Uvadingus exceptus à Sannig in Synopsi Historica.

JOANNES MANCEBON, Hispanus, Oriolensis, Vir verè Angelicus, Seraphicus, & Apostolicus, dono prophetiæ clarus, religiosissimam S. Joannis Baptistæ in Valentino Regno Discalceatorum Provinciam illustravit. Hic omnigena Theologia excellens, à Consilij S. Tribunalis non semel fuit, ac Concionator ferventissimus, & devotissimus. Theologiæ studio vacans, Divinis quoque Scripturis, & orationi pernoctans, elaboravit opera suavem devotionis odore spirantia, quorum seriem refert Historiographus laudatæ S. Joannis Baptistæ Provinciæ, part. 2. lib. 8. cap. 35. nempe:

*Epitome Theologiæ Scholasticæ.*

*Epitome Vitæ Sanctorum.*

*Sanctorale pro omnibus festivitibus.*

*Quadragesimalia quinque.* At cum Concionibus deditus ad Dominicum clamasset: *Doce me facere voluntatem tuam:* quadam die audivit vocem de Cælo dicentem sibi: *Scribe, scribe,* & Domino obtemperans, scripsit septem supra triginta tomos in 8. qui in eadem Provincia, in Bibliotheca celeberrimi Conventus S. Annæ del Monte asservantur. Decem primos tomos:

*Discordias concordæ: Locos communes predicabiles* appellavit. Discordiæ concordæ primi tomi sunt:

*Super Genesim. Secundi:*

*Super Exodum, Numeros, Leviticum, ac Deuteronomium. Tertij:*

*Super Cantica, Josue, Judices, & Ruth. Quarti:*

*Super 4. libros Regum, Paralipomenon primum, & secundum, necnon super primum, & secundum, Esdra, ac super Tobiam:* additis tribus copiosissimis Elenchis materiæ locorum Sacræ Scripturæ, ac Concionum totius anni. Quinti:

*Super Judith, Esther, & Job. Sexti:*

*Super Psalmos. Septimi:*

*Super librum Proverbiorum. Octavi:*

*Super Ecclesiasten, librum Sapientiæ, & Ecclesiasticum. Noni:*

*Super Esaiam, Jeremiam, Threnos, Baruch, Ezechielem, cum Daniele. Decimi:*

*Super duodecim Minores Prophetas, ac Machabæorum Historiam.* Scripsit insuper tomum vnde cimum:

Scr-

*Sermones Vitæ Christi.* Tomum duodecimum cum tertio decimo vnitum, quorum primus:

*Mariale. Secundus verò:*

*Sanctorale Seraphicum.* Tomum quartum decimum:

*Octavarium Sanctorum Apostolorum.* Tomum quintum decimum:

*Partem secundam Octavarij Apostolici.* Tomum sextum decimum:

*Octavarium Patriarchale.* Tomum decimum septimum:

*Tractatum de Sanctis, & supplementum ad Vitam Christi, Mariale, Octavarium Apostolicum, Patriarchale, & Sanctorale Seraphicum.* Tomum decimum octavum:

*Commune Sanctorum omnium.* In hoc tomo agit de communi Apostolorum, vnius Martyris, plurium Martyrum, Confessorum, Pontificum, non Pontificum, Virginum, Viduarum, Dedicationis Ecclesiæ, & Evangelij in Officijs Defunctorum, insertis in quolibet communi Concionibus nonnullis peculiaribus. Tomum decimum nonum:

*Sermones Peregrinos.* Tomum vigesimum, vigesimo primo concatenatum, quorum primus:

*Quadragesimalia tria continua.* Secundus autem:

*Adventuale, Sanctorale, & Commune Sanctorum,* amplectitur tomus vigesimus secundus, vigesimus tertius, vigesimus quartus cum vigesimo quinto continet:

*Sermones Quadragesimales distinctos,* hac respectivè inscriptione insignitos:

*Quadragesima continua.* Cæterum cum primo Quadragesimali extant:

*Sermones B. Virginis Mariæ, & Sanctorum occurrentium in Quadragesima.* Tomi vigesimi sexti inscriptio:

*Dominicale totius anni.* Vigesimali septimi:

*Doctrinale Christianum vespertinum.* Vigesimali octavi:

*Loci communes totius anni.* Vigesimali noni:

*Loci communes Sacræ Scripturæ, Sermones Sanctorum, ac festivitatum Christi, & Mariæ.* Tomi trigesimali:

*Brevissima resolutio omnium materialium moralium.* Tomi trigesimali primi:

*Sanctorale totius anni aliquibus locis communibus.* Tres tomi sequentes continent:

*Discordias concordæ, locos predicabiles.* Scripsit super:

Tom. II.

*SS. Matthæi, Marci, & Luca quadam Capita.* Nec deficit cuilibet tomo Index Sacræ Scripturæ, ac rerum notabilium. Auctus meritis, & virtutibus abiit in Cœlum 29. Aprilis 1660.

JOANNES MANSILLA, Hispanus, strictioris Observantiæ Discalceatæ Provinciæ S. Gregorij in Philippinis Insulis, accuratè conscripsit:

*Acta, & agones Venerabilium Martyrum Fr. Sebastiani à S. Josepho, & Fr. Antonij à S. Anna, Provincia S. Pauli, in Veteri Castella filiorum.* Asservatur in Archivio Provinciæ S. Gregorij teste ejus Chronologo Fr. Antonio la Llave, trientio. cap. 13. fol. 100r.

JOANNES MAPELLUS, Minorita, Patria Mediolanensis, juxta Uvadingum, Bergomensis verò, fidem si facias Augustiniano Donato, part. 1. suæ Scenæ Litterariæ, fol. 316. scripsit:

*Quæstiones Quodlibetales.* Item ex Uvadingo, typis dedit:

*Librum conformitatum Fr. Bartholomæi Pisani, Minorita, adjecto Indite.* De eo etiam Tolignianus, annum, quo claruit, subiiciens.

JOANNES MARBRE. Vide superius, verbo Joannes Canonicus.

JOANNES MARCHELEJUS, alius MARCHELTIVS, Anglus, Provinciæque Anglicanæ Minister, Vir morum probitate, & litterarum scientia conspicuus, acres habuit congressus cum Gulielmo Jordane, Ordin. Prædicatorij circa Conceptionem B. Mariæ Virginis, quam ab omni originali labe contendebat fuisse immunem. In hac concertatione, quæ per multos annos inter vtrumque Ord. duravit in Anglia, signiferum hunc fuisse inter suos commemorat Lelandus, & pluribus Alva in Militia, col. 795. Scripsit:

*De Conceptione B. Mariæ Virginis,* lib. 1.

*Quæstionum variarum,* lib. 1. Eboracæ mortus, & sepultus, anno 1376. Consulq. Pitseum, & Joannem à S. Francisco in suo Certamine Anglico.

JOANNES DE MARCHENA, Minorita, Hispanus, alius mihi ignotus, teste laudato Alva in Militia, col. 795. multa elaboravit pro tuenda causa Immaculatæ Conceptionis. Vide Antonium Daza, in suo de Conceptione.

JOANNES MARIA DE ASYLO, Italus, strictioris Observantiæ Reformatorum, teste R. Alva, col. 795. suæ Militiæ elucubravit:

Q1

Rea

*Relationem Provinciae Reformatæ Venetiarum* ab eodem Alva affectatam.

JOANNES MARIA CALATANI-SECTENSIS, Italus, ex familia Amico ortus, strictioris Observantiæ Reformatorum Provinciae Siculae Vallis Mazariae, Concionator, Lector, Tyronum Magister, acriter Difinitor, testante Tognoleto apud Mongitore, tom. 1. Bibliothecae Siculae, ineditam reliquit Italicè:

*Vitam V. Doctoris Subtilis*. Scripsit quosque Latine, volumina duo in fol. praefixo titulo:

*Armentarium, sive Regestum ferè universale pro Tyronibus Verbi Dei Declamatoribus, in quo permulti undèquaque Sacrae Scripturae conceptus à varijs Authoribus elaborati, congesti reperiuntur, ut facilius Concionatores suos valeant componere, & perficere Conciones*. Hujusce meminit Fr. Vincentius Coronelli, tom. 7. suae Bibliothecae Universalis, col. 243. Clarebat anno 1661.

JOANNES MARIA CAROMI, Italus, Regul. Observantiæ Provinciae S. Nicolai, Lector Generalis, vernaculè emisit:

*Mariale, seu Conciones in laudem Reginae Sanctorum omnium*. Lucae apud Petrum Michaellem, anno 1640. in 4. Vidi. Praeternitur à Uvadingo, laudatur verò tom. 4. Bibliothecae Marianaë, quæ inedita aservatur Mantuae Carpentanorum in Bibliotheca Conventus Regul. Observantiæ, sub G. H. Legi.

JOANNES MARIA CARTA, Hispanus, Theologus, Provinciae S. Saturnini Regul. Observantiæ, castigatam edidit:

*Vitam V. Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti*, conscriptam à Fr. Leonardo Carta laudatæ Provinciae, secundo Ministro Provinciali. Calari ex typographia D. Antonij Galcetin, anno Domini 1657. in 4. Vidi.

JOANNES MARIA DE CASTILENTO, Italus, Provinciae S. Bernardini Regul. Observantiæ Custos, Lector Jubilatus, ac demùm Provincialis, edidit opus egregium praenotatum:

*Seraphica Theologia Moralis Polyanthea ordine Alphabetico in singularum materiarum titulos digesta sumptibus Francisci Baba in fol. Vidi. Hujusce meminit Nicolaus Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana. Clarebat circa annum 1653. quo, morte praeventus incompletam Polyantheam reliquit:*

JOANNES MARIA FERRERUS, Panormitanus, Theologus, ac Provinciae Minister Provinciae Vallis Mazariae strictioris Observantiæ Reformatorum, ac Vir regularis vitæ observantia clarus, ineditos reliquit, teste Fr. Petro Tognoleto apud tom. 1. Bibliothecae Siculae D. Antonij Mongitore, Latine:

*De septem Ecclesiae Sacramentis tractatus octo, ad quos praeter primum compilata ordinantur, & reducuntur ferè omnes P. Dianæ resolutiones in duodecim partibus relatæ. Insupèr Italicè:*

*Fontales conceptus Sacrae Scripturae ex utroque Testamento, ad mentem Sanctorum Patrum, volumina duo in 4.*

*Vitam V. Servæ Dei Magdalena Battaglia ex Tertiarijs Carmelitis*, in 4. Praefuit suae Provinciae anno 1656.

JOANNES MARIA A GENUA, Regul. Observantiæ Provinciae Vallis Mazariae, ejusque Provincialis Minister, conscripsit, ac edidit:

*Actus 23. Beatorum Martyrum Japponiensium*. Panormi, anno 1628. quo clarebat. Ex relatione memoratæ Provinciae.

JOANNES MARIA HIERACENSIS, Siculus, Provinciae Messanenensis Minorum Capuccinorum olim Minister Provincialis, necnon Panormitanæ Commissarius Generalis, Vir in Philosophicis, ac Theologicis facultatibus, quas professus est, admodùm versatus, edidit Italicè sub nomine fratris sui Philippi Placientis, opus mysticum inscriptum:

*Currus Elia*. Messanae apud Petrum Bream 1620. in 8. Alia scripsit, quæ humilitati studens praelo non submisit, nempe:

*Opuscula ascetica.*

*Disputationes varias Theologiae Scholasticae, & Moralis*. Clarebat anno 1618. De eo Genuensis, sed fusiùs D. Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecae Siculae.

JOANNES MARIA A NOTO, seu NÉTINENSIS, Siculus, ejusdemque Provinciae Minorum Capuccinorum Minister Provincialis, ac demùm Generalis Minister, Vir, apud Genuensem, incomparabili animi magnitudine, pietate, & justitia, antiquis illis Seraphicæ Religionis Heroibus merito comparandus, scripsit, non autem edidit:

*Annotationes in 8. libros Physicorum. Annotationes in libros metaphysicorum.*

*Annotationes in 4. libros Sententiarum. Epistolam ad universos Religionis Fratres: in qua de Observantia altissima paupertatis, & de Regula Minoritana luculentè differit*. Romæ 1628. Scripsit insupèr:

*Ceremoniale ad usum Fratrum Capuccinorum*, vti ex Francisco Maria Maggio, narrat D. Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecae Siculae. Ad superos evolavit Neapoli anno 1631. Pluribus de eo laudatus Mongitore.

JOANNES MARIA SFORZA, Italus, Conventualis, Sacrae Theologiae Lector, & Magister, scripsit:

*De supernaturali Philosophia, sive de Metaphysica*. Hæc Uvadingus. Ex Nicolao Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana, exaravit etiam, ac edidit opus inscriptum:

*Metheorologicæ lucubrations ex Aristot. Metheororum libris desumptæ ad mentem Subtilissimi Doctoris Joannis Duns Scoti*. Neapoli typis Camilli Cavalli 1655. in 4. Demùm sermone Italico, opus vernaculè praenotatum:

*La Floridea*. Ibidem per Hæredes Cavalli, anno Virginæ Partus 1658. in 12. In publicum etiam misit tomum in 4. inscriptum:

*Selectiora de transnaturali Aristotelis Philosophia ad mentem Doctoris Subtilis. Fogiæ typis Laurentij Valerij 1646. Vidi. Alia communis juris fecerat, de quibus in Epistola nuncupatoria: Nec aspernaberis, inquit, quia nonnulla à me priùs in lucem edita, tibi (suo nempe Generali) ut debebant non obtuli. Et in Elogio praefixo, ait Andreas de Rogerio, Archipresbyter Fogiæ: Cujus elucubrations praelo mandata, licet breves gloria tamen magna est.*

JOANNES MARIA TISSANENSIS, Siculus, ex Panormitanæ Provinciae Minorum Capuccinorum Ministro, Procurator in Romana Curia, ac demùm Minister Generalis, Vir doctrina, miraculis, ac prophetiæ dono illustris, scripsit:

*Super Regulam Fratrum Minorum volumen in 8. teste Genuensi. Insupèr ex Mongitore in Bibliotheca Sicula.*

*Quadragesimale Italico sermone, assertatum in Cœnobio Tusse. Ejus cum laude, à missis alijs, meminit Tosignianus, lib. 1. Historiæ Seraphicæ, pag. 107. scribens: P. Joannes Maria Tissanensis, Vir eruditissimus, Pontificij Juris non ignarus, vitæ exemplo praestans, jejunijs deditus, solo pane, & aqua contentus hoc anno 1584.*

Tom. II.

*Obijt Roma, ob cuius mortem omnes ingemuerunt.*

JOANNES MARIA VELMATIUS, Balneo-Caballensis, Italus, edidit librum: *De Christi Vita*, carmine Hexametro, praenotatum hoc nomine *Christiadus*. Venetijs anno 1538. Hæc Uvadingus. Praedictum opus scholijs illustravit, ac emisit aliud, sub titulo:

*Actus Apostolorum versibus expressi*. Venetijs anno 1638. in 4.

JOANNES MARIA VENETUS, Theologus Proy. Reformatæ S. Antonij M. S. reliquit volumina duo:

*Super lib. Sententiarum Scotti*. Extant in Bibliotheca Lemtensi. Ex Relatione ejusdem Provinciae, apud Archivium generale Ordinis Matriti repositum. Legi.

JOANNES MARIA VERNONENSIS, Gallus, ex Tertiarijs Regularibus Provinciae S. Iovis, Vir, qui ad Sacram Theologiam, Historiæ, tum Ecclesiasticæ, tum prophætae cognitionem adjunxit, plura posteris reliquit, & laude digna. Extant igitur hujus ingenij monumenta:

*Annales generales Tertij Ordinis Franciscani*. Proderunt primo Gallico sermone tribus tomis in 8. Deinceps Latine volumine unico in folio. Editio tertia, quæ vtor, facta est Parisijs, anno 1686. Adjecit ad calcem *binum Syllabum Scriptorum, agens in primo de Scriptoribus Tertiarijs Franciscanis; in secundo, de His, qui de Tertio Ordine Franciscano scripsere*. Edidit quoque singillatim, & vernaculè:

*Vitam S. P. N. Francisci.*

*Vitam S. Elisabeth Hungariæ.*

*Vitam S. Margaritæ de Cortona.*

*Vitam B. Raymundi Lulij.*

*Vitam V. Matris Margaritæ à Sancto Xaverio, Congregationis S. Ursule*. Recenset idem Author syllabo primo. Edidit quoque Gallico sermone:

*Vitam S. Arnulphi, Archiepiscopi Turonensis*. Parisijs anno 1677. in 16. Ex eodem, & Le-Long in Bibliotheca Gallica, lib. 2. num. 4220.

*Vitam V. Matris Franciscæ à S. Bernardo, Ordinis S. Clarae*. Ibidem apud Colomysel 1657. in 4. Ex eodem, & Le-Long ibidem, lib. 2. num. 6392.

*Historiam Caroli de Saxeusis, primi Senatoris in Suprema Curia Parisiensis*. Parisijs 1678. in 8.

*Historiam Domina à S. Balmonto, praefixis litteris initialibus I. M. D. V. id est;*

Joannes Maria de Vernon. Ibidem 1678. in 12.

*De Origine, ac Regali Fundatione Benedictinorum S. Remigij.* Parisijs 1667.

*Compendium Vita Mariae ab Incarnatione, ex Carmelitis Reformatis.* Prodiit anno 1692. in 8.

*Centuriatum Christianum, ac Religiosum.* Prodiit secundo ibidem.

*Historiam Francisci II. Ducis Britaniae.* Parisijs 1667. in fol. teste Le-Long, lib. 3. Bibliothecae Gallicae, num. 1156. Edidit etiam:

*Epitolum Christianum*, ubi istius Philosophi documenta quatuor tomis exponuntur, & Christiana fiunt per SS. Patrum sententias, ex quibus univèrsa Philosophia moralis componitur, & omnino subjicitur legibus Evangelij. Item duo volumina, quorum titulus est:

*Dies felices.* Aliud opus, quod nuncupatur:

*Lusus Sapientium.* Aliud, cujus nomen:

*Bellator pacificus.* Aliud demùm, quod vocant communiter:

*Unum necessarium.* Clarebat circa annum 1670.

JOANNES MARIA ZAMORA, (perperam ZAMORUS) Italus, Utinensis, Provinciae Venetiarum Minorum Capuccinorum alumnus, Sacrae Theologiae Professor, Vir religiosissimus, Deiparae semper Virgini amore devinctus, scripsit:

*De Eminentissima Deipara Virgine. Maria perfectione libros tres, in quibus primam generaliter de summa illius praesentia; deinde singillatim de ipsius virtutibus, donis, & privilegijs juxta vitae seriem ab aeterna praedestinatione usque ad desponsationem differitur. Opus quidem Sacrae Theologiae studiosi, ac Divini Verbi Praeconibus apprime utile, & accommodatum.* Venetijs apud Nicolaum Misserinum, anno 1629. in fol. Quod postea ab eodem pijsimo Authore in pluribus elucidatum, auctum, & locupletatum, iterum praelo traditum fuit in eadem Civitate, additis alijs quatuor libris in Praefatione prioris editionis promissis; scilicet:

*De Desponsatione, Angelica Salutatione Virginis Mariae, Divinique Verbi Conceptione.*

*De illius Visitatione, & de ijs omnibus, quae usque ad ejus post partum Purificationem acciderunt.*

*De fuga illius in Aegyptum, & reliquis*

*omnibus, quae usque ad gloriosissimam ejus mortem acciderunt.*

*De felicissimo ejus transitu, Resurrectionis gloria, Assumptione, Coronatione, qua illam consequuntur in aeterna felicitate.* Scripsit insuper alios tractatus; nempe:

*De originali Virginis Mariae Innocentia, & ab originali peccati macula immunitate, & exemptione ex Sacrae Scripturae testimonijs.*

*De vera, & germana SS. Patrum, Praefatorumque Doctorem de Sancta, & Immaculata Deiparae Virginis Conceptione, mente, & sententia ex eorum lucubrationibus, & monumentis.*

*De vera itidem S. Thomae Aquinatis de eadem Conceptione, mente, & sententia,*

*De facilitate, & decencia, ac necessitate dirimendae, terminandaeque Controversiae de Sancta, & Immaculata Conceptione à communi, & universali peccati lege.*

*De perfecta, & absoluta Deiparae Virginis immunitate, ac exemptione à communi lege peccati.* Praeter hos libros de Deipara, sequentes etiam de Deo Trino, & Uno tractatus Theologicos elaboravit, in quibus componit omnes controversias inter D. Bonaventuram, D. Thomam, & Scotum; & sunt:

*De Deo ut principio, & de ipsius praesentia, lib. 1.*

*De rerum creatione, & consecratione; lib. 1.*

*De Divina Providentia, lib. 1.*

*De Libero Arbitrio, de Actibus humanis, & eorum differentijs.*

*De Concurssu Dei cum voluntate creaturae ad actus naturales, lib. 1.*

*De Peccato, & ejus causis, lib. 1.*

*De Naturali hominis facultate, lib. 1.*

*De Auxillijs Divinae gratiae ad opera supernaturalia, &c.*

*Compendium Metaphysicae.* Omnia ista opera sunt impressa Venetijs, anno 1626. apud Jacobum Sarcinam in folio. Vidi. Obijt Veronae, sanctimoniae famam relinquens, anno 1649. Ejus cum laude commemorunt Alva in Militia, col. 796. Uvadingus, & alij apud Bibliothecam Genuesis.

JOANNES A S. MARIA, Minister Provincialis Provinciae S. Petri de Alcantara, in Regno Neapolitano, edidit in 8. anno 1676. librum inscriptum:

*Ductio spiritualis, elaboratum à quodam Doctore Presbytero.* Ex Balthasare de Medina in Centuria.

JOAN-

JOANNES A S. MARIA, Hispanus, Beneventi in Veteri Castella, ex nobili Portocarreño familia natus, virtute, ac scientia clarissimus, Pater Provinciae S. Josephi, & S. Pauli Discalceatorum. In eo notatur ejus humilitas; quod non solum officium Commissarii Romanae Curiae, Vicarii Generalis Discalceatorum, Commissariique Generalis Indiarum humillimus corde recusavit; verumetiam ablatos sibi à Philippo III. tres Episcopatus (Ecclesiae Chiensis, Legionensis, & Zamorensis) constantissime respuit, vna cum Confessionibus Serenissimae Dominae Infantis Margaritae, & Regij Conventus Discalceatorum, ne mundanae dignitatis flatu superbiat. Scripsit:

*Chronica Provinciae S. Josephi Minorum Discalceatorum, duobus tomis, quorum prior editus est Matrili, anno 1615. posterior verò 1618. in fol.*

*Vitam, & Acta S. Petri Alcantarensis.* Matrili apud Viduam Alphonfi Martinez 1629. in 8.

*Vitam S. Antonij Patavini* ligato sermone, testibus Nicolao Antonio, ac Balthasare de Medina in Centuria Scriptorum Discalceatorum.

*Acta Beatorum Martyrum Japoniensium.* Matrili 1601. in 8. & 1628. in 8. Latine conceptam cum doctissimis additionibus Francisci Peña, Rotae Auditoris primùm Romae editam fuisse 1669. credit Nicolaus Antonius. Secundo idioma Italico impressam fuisse refert Antonius de Leon in sua Bibliotheca Orientali, & Occidentali. De hac Historia testimonium perhibet V. Fr. Marcellus de Ribadeneira in sua Japonensi Historia. Item:

*Republicam, seu Policiam Christianam pro Regibus, & Principibus, & pro ijs, qui illorum vices gerunt ad Philippum III. Regem Catholicum.* Barcin. apud Sebastianum de Cormellas 1616. in 8. & 1618. & Ulyssipone 1621. in 8. post principalem editionem Matritensem, anno 1615. in fol. Ab ipso Authore recognovimus, nonnullisque additionibus locupletatum excudebat Neapoli Dominicus Maccarano, anno 1624. in 4. Vidi, ejusque prototypum. Italicè redditum à Julio Caesare Braccino protulit in lucem Venetijs, anno 1619. in 8. Vidi, & habetur tom. 2. Bibliothecae Barberinae, pag. 28. Egregium hoc opus commendat Fr. Tiburtius Navarro, Recollectus, in suo S. Petro de Alcantara post mortem redivivo, cap. 2. fol. 15. *Eximia ejus doctrina*, loquitur de

nostro Joanne, declaratur, quod praeter ceteris libris unum Pontifica Christiana in lucem edidit, omnibus Europae linguis, & populis charum, & à Paulo V. sapientissimo Pontifice ita laudatum, ut ejus Authorem de Ecclesia Catholica benemeritum confirmaverit, eo quod Principibus Christianis ostendèret tandiu eorum Regna perenniter mansura, quandiu ipsi debitam S. Martini Ecclesiae reverentiam exhiberent.

*Monita, & statuta ad usum Provinciae S. Josephi*, iterato edita, & laudata à Fr. Martino à S. Josepho, tom. 2. suorum Chronicorum, lib. 3. cap. 17.

*Historiam facturae Gomezij Perez, gubernatoris Manillensis*, vti narrat Fr. Antonius de la Llave in Chronicis ineditis (asservantur Matrili in Archivio Regalis Conventus S. Aegidij) Provinciae S. Gregorij in Prologo. Obijt haud sine sanctitatis opinione, anno 1622. die 18. Novembris, in Matritensi Conventu S. Bernardini tumulatus. Ejus cum laude meminere P. Ribadeneira in Vita S. Petri Alcantarensis, Aegidius Gonzalez in *Theatro Matritensi*, fol. 132. & 255. & alij.

JOANNES A S. MARIA, alter, à Uvadingo illaudatus, Regul. Observantiae Provinciae Turoniae Picaviensis, Sacrae Theologiae Lector in Conventu Encenisij, scripsit:

*Cosmopejam in duo prima capita Genesis.* Prodiit Nannentis apud Blasium Petrail 1585. in 8. Regali. Vidi. Spem aliorum faciens in Prologo, ita inquit: *De mundi ergo creatione tibi in duo prima capita Genesis Cosmopejam propono: quam si tibi gratum intellexero, in tertium etiam caput statim volumen aliud sequetur, &c.*

JOANNES A S. MARIA ALONSO ET VALERIA, Hispanus, ex Loboti, seu Albarricini Urbe, S. Mariae nomine, ac insignibus etiam nota, Discalceatae Provinciae S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano filius, Theologus, ac Provincialis Minister, Innocentio XI. Pont. Max. gratissimus, Vir, ob suas eximias dotes ad Celsionensem, & Illerdensem Episcopatum magno cum plausu assumptus, qui pariter Praesidens fuit in Generalibus Ordinibus Comitibus Victoriae celebratis die 29. Maji, anno 1694. ac demùm Archiepiscopus Caesarangustanus designatus. Scripsit, Provinciale agens, ac edidit Hispanice, opus praenotatum:

*Circumventiones, ac salutaria consilia veritatis.* Neapoli apud Carolum Perfile 1681. in 8. Vidi. Italico autem sermone:

Disa

*Disciplinam regularem*, seu *Reformationem hominis interioris*, & *exterioris*. Ibidem typis eisdem 1677. in 4. Vidi.

*Ceremoniale ad usum laudatæ Provinciæ*. Ibidem 1677. in 8. Vidi.

*Manuale processionale*. Ibidem 1677. in 8. Vidi.

*Statuta ad regimen ejusdem Provinciæ*. Ibidem per eundem 1685. in 8. Vidi.

*Statuta ad usum Monialium Discalceatarum Monasterij de Fara*, seu *S. Mariæ de Providentia*, juxta Instituta S. Petri de Alcantara, ad mentem Innocentij XI. in Bulla foundationis hujus Cœnobij, data Romæ anno 1678. die 28. Martij. Vidi.

*Vitam Imperatoris Maximi Leopoldi Primi*, tribus tomis in fol. editam secundo, Mediolani laudato *Valeria* adscribit Fr. Franciscus à Matrito in tractatu inedito de *Scriptoribus Discalceatis* (quem præ manibus habeo) pag. 25. num. 62. & pag. 59. num. 134. Sanè vidi memoratam Historiam Mediolani impressam anno 1691. Authoris verò nomen quaerivi, & non inveni. Objit noster Author in sua Sede Illerdensi, anno 1702. Audio quædam alia inedita reliquisse, quæ ad manus meas non devenere.

**JOANNES MARIUS SCRIBONIUS**, Gallus, Provinciæ S. Dionysij strictioris Observantiæ, Sacræ Theologiæ Professor emeritus, & Custos, postquam annis quindecim continuis Theologiam prælegit, edidit:

*Pantalitiam*, seu *Summam totius veritatis Theologicæ*. Parisijs apud Dionysium Moreau, anno 1620. in fol. magno. Vidi.

*Conclones in omnia Jesu Christi Evangelia toto Adventus curriculo legi solita*. Parisijs apud Viduam Jacobi du Clov, 1629. in 8. Vidi.

*Sermones de Verbi Incarnatione per totum Adventum*. Parisijs apud Dionysium Moreau 1622. in 8. Vidi. De eo Uvadingus, & Alva.

**JOANNES A S. MARTHA**, Hispanus, Laletanus, qui emissâ professione in Provincia S. Jacobi, ad Provinciâ Discalceatorum in Philippinis Insulis gradum fecit, ac demùm fuit Catholicæ Fidei in Japonensi Regno purpuratus testis, cum esset in vinculis, scripsit:

*Epistolas* in publicum missas tom. 2. Chronic. Provinciæ Comstellavæ, & exscriptas à Fr. Antonio de la Llave, Chronologo Provinciæ S. Gregorij, triennio 12. cap. 22. Conscriptis quoque de suis sermionis:

*Relationes duas* in fol. Incipit prima: *Hasta aora por los muchos inconvenientes*. Utramque etiam transcriptis laudatus Chronologus. Item Japonica lingua scripsit:

*Super Sermones*, & *Homilias Breviarij*. Tandem etiam in vinculis ipsomet idioma elaboravit:

*Catechismum*, simul explicans *Doctrinam Christianam*, ac *Gentilicis superstitiones impugnans*. Testimonium perhibet præfatus Llave, triennio 12. cap. 22. Capituli abscissione. martyrium complevit, anno 1618. De eo pluribus egi part. 1. Bibliothecæ Minorum Discalceatorum, & part. 2. pag. 34.

**JOANNES MARTINEZ**, Hispanus, Bilbilitanus, Regul. Observ. Provinciæ Aragonum, (à Uvadingo illaudatus) prælo dedit metricum opus, Hispanè, scilicet:

*Historiam Domine nostræ de Magallon*, quæ in Oppido de Lecina, Cæsaraugustanæ Diocesis colitur. Cæsaraugustæ 1610. in 8. Vidi. Authorem laudant Nicolaus Antonius, Marracius, Alva, & Lanuza, tom. 2. Historiæ Ecclesiast. lib. 5. cap. 53.

**JOANNES MARTINEZ**, alter, Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Joannis in Valentino Regno, Sac. Theologiæ Lector, Guardianum agens Conventus Elchenis, emisit, à se habitam Valentia in populo gravi, eruditam:

*Concionem de S. Josepho Despare Sponsi*. Cudit ibidem Laurentius Cabrera anno 1677. in 4. Vidi.

**JOANNES DE MATHA ET HARO**, Neapolitanus, Sacræ Theologiæ Romæ Professor, Provinciæ Reformatæ Romanæ alumnus, publici juris fecit opus egregium Latino sermone prænotatum:

*Sol sapientiæ in operibus creationis effulgens*, sive *Expositio litteralis, moralis, mystica, & Allegorica in Psalmum Davidicum 103. secundum Hebræos 104. cum multiplici Indice Autorum, autoritatum Sacra Scriptura, conceptuum ad Concionatorum usum, rerum, & verborum, allegoriarum, adagiorum, &c.* Venetijs apud Bertanos 1665. in fol. Vidi. Plura alia scripsisse innuit Fr. Dominicus Gubernatis, tom. 2. Orbis Seraphici, lib. 7. cap. 9. num. 359.

**JOANNES MATTHÆUS A S. STEPHANO**, Minorita, Italus, volumen edidit:

*De sensibus*, & *clavis Sacra Scriptura*.

ra. Romæ 1709. Ex Jacobo Le-Long in Bibliotheca Sacra, pag. 771.

**JOANNES MATHUSIUS**. Vide superius *Joannes Mabufius*.

**JOANNES MATIENZO**, Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Cantabriæ, librum edidit:

*De perfecta locutione linguæ Latine, ac Hispanicæ*. Matriti 1671. typis Bernardi de Villadiego in 8. Vidi.

**JOANNES A MATRE DEI**, Lusitanus, ex Discalceata Provincia Arrabidorum, Vir spiritualis, ac doctus, vernaculè edidit:

*Expositionem septem Psalmorum Pœnitentialium*. Ulyssipone, anno 1613. in 8. Vidi. Laudatur à Nicolao Antonio, & Le-Long in sua Bibliotheca Sacra, fol. 797. minimè verò à Uvadingo. Insupèr:

*Librum de Pastore Domini*.  
*Librum de Oratione*, & *Contemplatione*. Ex relatione inedita suæ Provinciæ, apud Archivium Ordinis Matritense.

**JOANNES A MATRE DEI**, alter, Hispanus, in Bætica S. Didaci Provincia ad strictiorem Observantiam inter Laicos admissus, Missionariorum Marochi, & Fez, quo se transtulit, socius in tribulationibus, & generalis Procurator, elaboravit opus Epithalamicum Hispanicè, sub titulo:

*Gaza spiritualis*. Prodiit in lucem in 8. teste Historiographo laudatæ Provinciæ, part. 1. lib. 7. cap. 15. num. 129. Vidi ejus editionem Matritensem anni 1702. Est opus bipartitum, & vtilissimum. Prima pars incipit: *Sponsabo te mihi in fide*. Secunda verò sic: *Aviando exercitado ya*.

**JOANNES A MATRITO**, Hispanus, Discalceatæ Provinciæ S. Josephi alumnus, zelo animarum ductus, vernaculè edidit opus perutile, sub titulo:

*Militia Christiana pro agonizantibus*. Matriti ex typographia Antonij Francisci de Zafra 1696. in 8. Vidi.

**JOANNES DE MATRITO**, alius, Hispanus, strictioris Observ. Discalceatorum, Lector Theologus ejusdem Provinciæ S. Josephi, ac Regius Concionator, emisit sermone patrio:

*Elogium Sacrum S. Eligij Episcopi*. Matriti apud Josephum Fernandez de Buendia 1659. in 4. Vidi.

*Orationem funebrem in Exequijs Philippo IV. Hispaniarum Regis*, habitam in Regio Sacello. Matriti per eundem anno 1666. in 4. Vidi.

**JOANNES A MATRITO**, alter,

Hispanus, strictioris Observantiæ Discalceatorum in Conventu S. Laurentij Conchenfis Provinciæ S. Josephi Theologiam docens, vulgarem fecit:

*Orationem funebrem in Exequijs Serenissimi Principis D. Balthazaris Caroli de Austria*. Excudebat in eadem Civitate Salvator de Viader, anno 1647. sub patrociniis Illustrissimi D. D. Henrici Pimentel, Episcopi Conchenfis. Vidi.

**JOANNES MEDER**, Germanus, Regul. Observantiæ Theologus, & apud Batilientes nobilis Concionator, edidit:

*Parabolam Filij Prodigij*, de perfecta peccatoris ad Deum conversione per veram pœnitentiam, integro de eadem parabola libro Sermonum confecto, quos totius anni, præsertim autem Quadragesimæ, Concionibus, quas ille Basileæ habuit, aptavit. Prodiit Basileæ apud Michaellem Furter, anno 1510. & Parisijs apud Joannem Barbier, anno 1511. in 8.

*Concionem de Cœna Domini*, laudatam à Joanne Gatetio, de vera presentia Corporis Christi, classe prima. Clarebat anno Domini 1492. De eo Tosignianus, Uvadingus, & Uviliotus.

**JOANNES DE MEDINA**, Hispanus, Scriptoribus Minoritis adscribitur à Joanne à S. Maria apud Alva, col. 800. suæ Militiæ, cœu Author libri:

*De Oratione*, in quo procedit per quaestiones.

**JOANNES MELO**, Hispanus, Matritensis, Regul. Observantiæ Castellanae Provinciæ, Concionator Generalis, edidit:

*Concionem de Domina nostra à Salute Toleti* per Augustinum de Salas 1715. in 4. Vidi.

*De Canonizatione S. Agnetis à Policta* no. Matriti 1727. in 4. Vidi.

*Mystico-Historicam Stationem ad S. Judam Apostolum*. Matriti anno 1732. in 8. Vidi. Censoris munere. Ad prælum maturata habet:

*Commentarios Allegoricos, Tropologicos, & Anagogicos Epistola Canonice S. Judæ*.  
*Vitam ejusdemmet S. Apostoli*. Testatur pag. 11. Novenæ laudatæ. Prælo demùm parat:

*Vitam V. Sor Josephæ Mariæ à S. Francisco, Tertiaria Franciscana, præmissa oratione de erudito Prologo*. Vidi. Vitam degit.

**JOANNES DE MENDOZA**, Hispanus, Prædicator emeritus, Chronologus Prov. S. Evangelij Reg. Observantiæ, ac Dissinitor, sermones prælo dedit:

*Apparitionis B. Mariae Virginis de Guadalupe*, Mexici anno 1674. Duos

*De Stigmatibus S. P. N. Francisci*, 1679.

*De Immaculata Conceptione Virginis*. Ibidem.

*De Domina nostra de Aranzazu*. Ibidem.

*De S. P. N. Dominico*. Ibidem.

*In professione cujusdam Clarissae*. Ibidem.

*De S. Gregorio Thaumaturgo*. Ibidem anno 1686. Vidi. Eum laudat Fr. Augustinus Ventancurt in Chronicis laudatae Provinciae, fol. 143.

JOANNES MENESIUS. Vide tomo 1. hujus Bibliothecae, verbo *Amadus*.

JOANNES MERDIGIUS, Theologus, egregius Concionator, scripsit:

*Sermonum Quadragesimae*, lib. 1.

*Sermonum de Tempore*, lib. 1.

*Sermonum de Sanctis*, lib. 1. Consentiant Uvillotus, Gonzaga, Tosignianus, & Uvadingus.

JOANNES MERINERO, Hispanus, Matritensis, per annos multos Sacrae Theologiae Professor Complutensis, Guardianus Matritenses, Minister Provinciae Castellae, demum totius Ordinis Primateus, mox designatus Episcopus Civitatis, vulgo *Ciudad Rodrigo*, demum Vallisoletanus, Vir mansuetus, prudens, & pius, à plerisque *Episcopus Sanctus* appellatus, non pauca exaravit. Extant igitur hujus praestantis calami:

*Cursus integer Philosophiae juxta Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti mentem, quinque voluminibus Aristotelis Logicam, parvam, & magnam, octo libros de Physico auditu, duos libros de ortu, & interitu, tres libros de Anima copiose, & accurate complectens*. Matriti apud Matthaeum Fernandez, Typographum Regium 1659. in 4. Vidi.

*Tractatus de Conceptione Deiparae Virginis Mariae, seu de hujus articuli definitivitate*, Hispanicè. Vallisoleti 1652. in 4.

*Commentarium in Regula S. Clarae*. Matriti 1642.

*De Reformatione Ordinis Seraphici tractatus*. Matriti anno 1641.

*Cursus Theologicus juxta mentem Doctoris Subtilis*, opus posthumum, eum Matriti in typographia Regia 1668. volum. 2. in fol. Tomus primus complectitur tractatus

*De Scientia Dei, & Voluntate.*

*De Praedestinatione, & Trinitate*. Tomus secundus tractatus amplectitur.

*De Beatitudine.*

*De Actibus humanis.*

*Bonitate, & malitia, peccatorum, & virtutum*. li. Demum ad praelum parata reliquit.

*De Incarnatione*, volum. 1. in 4.

*De Gratis*, volum. 1. in 4. Curavit vigilantè asservari in Complutensi Bibliotheca, RR. P. Fr. Dominicus Loffada (impresariarum Generalis Commissarius Indiarum) Provincialem agens laudatae Castellanae Provinciae. Ineditam quoque reliquit:

*Vitam suam ad Aegidium Gonzalez missam*. Asservatur Matriti in Bibliotheca Conv. Regul. Observ. tomo 18. Varior. in fol. Vidi. Ad Ecclesiam Triumphantem transijt Vallisoleti, non exiguum sacrae litterae opinionem relinquens, anno 1663. Ejus cum laude meminere Uvadingus, Nicolaus Antonius, Alva, Marracius. De ejus virtutibus agit Fr. Hieronymus Muñoz in *Descriptione Capitali Toletani intermedij*, anno 1673. celebrati pag. 43. Ejus in laudem ex anagrammatico nominis contextu Fr. Franciscus Magnetius, Minorita, natione Hybernus, plura cecinit, quorum initium;

O Merinere Sophos, faustum  
Tibi dicimus Omen

In ipso in rore Dei pondus, &  
Omen habens, &c.

JOANNES A S. MICHAELE, Hispanus, Regul. Observantiae Lector emeritus, ac Diffinitor Indicae Provinciae de Zacatecas, binam emisit:

*Eucharisticam Concionem pro natali Hispaniarum Regis Ludovici Primi*. Primam eudit Mexici Didacus Fernandez de Leon 1710. in 4. Prodiit secunda ibidem ex officina Haeredum Josephi Guillena 1709. in 4. Vidi.

JOANNES MINUS DE MUÑOZ, Picenus, Vir non vulgariter doctus, Sacri Palatii Apostolici Lector, & totius Ordinis Minister Generalis Anagninae creatus anno 1296. post receptum ad Ordinem S. Ludovicum, Caroli Claudi Regis Neapolitani filium, missus à Bonifacio Octavo ad pacificandos Philippum Gallorum Regem, & Guidonem Flandriae Comitem, ita se praeclare gessit in hac legatione, aliisque rebus suae fidei commissis, ut paulo post eum Cardinalem Episcopum Portuensem creavit, cui se gratum Joannes

nes probavit, dum Bonifacii memoriam constantissimè defendit in Concilio Vientiensi contra vehementem praedicti Philippi Regis conatum, qui tanquam haeticum è serie Pontificum expungi Bonifacium contendebat. Post Cardinalatum commissio ei Ordinis regimine, sit ejusdem Protector. Hujus latissimi ingenij recensetur:

*Sermones in diebus solemnibus habiti, & Sermones de Beata Virgine Maria*. Ex Olindo, Marracio, & Uvadingo.

*Opuscula Theologica*. Ex Paulo Cortesio apud Ludovicum Castaneum de Cardinalibus Scriptoribus.

*Epistolam Encyclicam ad universos Ordinis Ministros, & Superiores circa Ordinis paupertatem retinendam*, exscriptam tom. 3. Annalium Uvadingi ad ann. 1302. Obijt Avenione 1317. sepultus in Ecclesia Minorum. Isidorus Roberti conscripsit ejus vitam, in cujus laudem legi:

Fortè soluta usque huc Franciscus  
Clausura fuissent,  
Ni supposita illis, vis tua Mure  
Foret.

JOANNES DE MIRABELLO, Provinciae Aquitaniae, Sacrae Theologiae Magister, scripsit:

*Sermones ad Clerum, & Populum*. Floruit sub annum 1340. Hæc Uvadingus.

JOANNES DE MIRANDA, Hispanus, Regular. Observ. Compostellanae Provinciae, scripsit:

*De Sensibus Sacrae Scripturae*, tractatum editum Salmanticae, anno 1625. in 4. Ex Uvadingo Nicolaus Antonius, quibus adhæret Fr. Jacobus de Castro, tom. 1. Chronic. laudatae Provinciae, pag. 123. Sed perperam, uti liquido constat ex eodem opere, merito adscripto, Fr. Ludovico de Miranda, ejusdem Prov. alumno, à D. Nicolao Antonio, tom. 2. pag. 42. hisce verbis: *De Sacra Scriptura sensibus in XXVI. Quaestiones divisum tractatum*. Salmanticae 1625. in 4. quem non vidit Uvadingus. Prae manibus habeo editionem laudati tractatus, factam Salmanticae in typographia Antonij Ramirez 1625. in 4. Authore Fr. Ludovico Miranda, Provinciae D. Jacobi in Salmanticensi Conventu, Sacrae Theologiae Praelectore, & Causarum S. Officij Qualificatore.

JOANNES MOLANO A S. VINCENCIO, Hispanus, Theologus, ac Diffinitor Provinciae S. Gabrielis, stric-

tioris Observantiae Discalceatam, conscripsit

*Tractatum Canonico-Regularem contra impediens cujusdam legati executionem*, laudatum à tertio Chronologo laudatae Prov. Fr. Joanne de Placentia. Scripsit etiam Latine:

*Vitam V. Serotini Dei Fr. Alvari de Roxas, ejusdem Provinciae alumni*, de cujus editione vna cum ejus Commentarijs in *Apostolycalypsim*, nunc agitur Hispali.

JOANNES DE MOLINA, Minorita, Hispanus, multa elaboravit pro *Mysterio Immaculae Conceptionis Virginis*, uti testatur Daza exceptus à Fr. Petro de Alva, col. 802. suæ Militiae.

JOANNES MOLINOS A CONCEPTIONE, Hispanus, Provinciae Discalceatorum S. Gabrielis filius, ac pius, ex opusculis Seraphici Doctoris opusculum idiomate Latino efformavit super quinque litteras Dulcissimi Nominis Mariae, sub titulo:

*Corona Mariae Virginis*. Hispali 1684. Ex Chronologo secundo laudatae Provinciae Fr. Antonio Truxillo, lib. 8. cap. 34.

JOANNES MONALDUS. Vide inferius verbo *Monaldus*, & consule librum inscriptum: *Pleyto de Libros*, à pag. 20.

JOANNES DE MONREAL, Hispanus, ex Discalceata Provinciae S. Petri de Alcantara Granatensis, Concionator, ac Diffinitor, vernaculè emisit:

*Vitam V. Virginis Franciscæ Mariae de la Xara, Tertiariae Franciscanae*. Murciae apud Josephum Diaz 1724. in 4. Vidi.

JOANNES A MONTE, Minorita, quem Uvillotus, & alij praetermissere, Sacrae Theologiae Parisiensis Doctor, edidit:

*Summularum aureum Commentum in via Scoti*. Venetijs 1400. in 4. typis Peregrini Bononiensis. Vidi. Et in fol. vna cum *Expositione Petri Hispani*. Vidi. Ejus studio, excusa extant Conciones Adventuales Fr. Joannis Tisserandi, de quo inferius.

JOANNES A MONTE CALERIO, à Genuensi illaudatus, Italus, Capuccinus, sui Instituti Minister Generalis, Uvadingo attestante, edidit:

*Corographicam Descriptionem Provinciae Capuccinorum*. Romae anno 1643.

JOANNES A MONTE CALERIO, alter, Minorita, Italus, qui floruit ante annum 1570. scripsit:

*Sermones utiles*, teste Joanne Rioche in *Compendium Temporum*, cap. 22.

JOANNES A MONTE CASALI S. EVASIJ, Provinciae Januæ, & Custodiæ Montis Ferrati alumnus, Sacræ Theologiæ Professor, quam scientiam per multos annos docuit, Vir subtilis, & Disputator egregius, ingenij sui signa dedit, edendo:

*Commentaria in Magistrum Sententiarum.*

*Questiones Philosophicas.* Vivebat ad annum Domini 1300. Uvadingus, ac Andreas Rossotus in Syllabo Scriptorum Pedemontij.

JOANNES MONTESDOCA, Hispanus, Hispanensis, Bononiensis Collegij Hispanorum præclarus alumnus, Philosophus, ac Theologus insignis, certatim ab omnibus Italiæ Academijs ad Philosophiam docendam invitatus, Præceptoris munere eluxit Bononiæ, Pisis, Florentiæ, Patavij, ac Romæ. Hunc Ordini Minorum adscribit R. Alva, col. 802. suæ Militiæ, non ex professione emissâ, sed ex magisterio, & domicilio; fuit enim Scoti explanator, & domesticus Præceptor Minorum Cœnobij Carpensis, ut ipse semet præfatur ad editionem *Lectura Fr. Pauli Scriptoribus Minoritæ*, de qua inferius, *Joannes Montesdoca*, inquit, *Hispanus Artium, ac Theologiæ Professor fratibus Minoritanis ab Observantia Provinciae Bononiensis in Cœnobio Carpensis Discipulis suis S. P. Egistis mecum sæpe numero, optimi Patres, ut meas quasdam in Joannem Scotum Authorem exactissimum annotationes ederem.* Hæc laudatus Montesdoca, cujus fuso calamo meminit D. Nicolaus Antonius, tom. 1. Biblioth. Hispanæ, & vitam, & opera recensens. Ad rem nostram me vertens, ejus studio in lucem prodijt:

*Lectura Fr. Pauli Scriptoris Ordinis Minorum de Observantia, quam edidit declarando subtilissimas Doctoris Subtilis sententias circa Magistrum in primo libro, Carpi per Benedictum Dulcibellum Carpensem, anno 1506.* Vidi. Insupèr:

*Lectura excellentissimi S. Theologiæ Magistri Gratiani Brixienfis in secundo libro Sententiarum ejusdem Scoti.* Ibidem eodem anno in fol. Vidi. Obijt Joannes iste circa annum 1532.

JOANNES A MONTE DIVÆ MARIE IN CASSIANO, Italus, ex Provinciae Marchiæ Regularis Observantiæ, scripsit:

*Relationem nonnullorum actuum S. P. N. Francisci*, circa annum 1295. Ex Relatione laudatæ Provinciae.

JOANNES DE MORA, Hispanus, strictioris Observant. Discalceatorum Provinciae S. Petri de Alcantara in Granatensi Regno, Theologus, ac Diffinitor, in quo ingenium cum assidua lectione certavit, scripsit eruditionis, ac elegantiae plenum opus, scilicet:

*Enigma Numericum prædicabile.* Matrili apud Joannem Garcia 1678. in fol. Tres hujus Authoris *Conciones* de Sacratissimo Rosario typis iterum mandavit ibidem, anno 1680. R. A. P. Fr. Franciscus Nuñez, S. Officij Qualificator, necnon Provinciae Granatensis Ordinis Prædicatorum Provincialis in suo tomo inscripto: *Collectanea de Sermones.* Item noster Author floridissimo stylo edidit:

*Viridarium Eucharisticum.* Matrili apud Joannem Garcia Infanzon 1684. in 4. Eiusdem Authoris suppressio nomine in lucem prodijt in honorem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ semper Virginis opus quoddam Poeticum sub titulo:

*Ingeniosa contentio.* Oriolæ typis Jacobo Mesnier, anno 1296. in 4. Vidi. Singillatim prodire ejusdem Authoris *Conciones*:

*De Sanctis Ludovico Beltran, ac Rosa Limana.* Valentiae per Joannem Laurentium Cabrera 1672. in 4.

*De Domina nostra de Monserrate.* Oriolæ apud Jacobum Mesnier 1695. in 4.

*De Sanctissimo Rosario.* Murciae typis Michaelis Lorente 1672. in 4.

*De Immaculatâ Conceptione Virginitatis.* Murciae per eundem 1687. in 4. Vidi. Nonnulla edidit ligato sermone, Latine, & Hispanè, quæ ad manus meas non devenere. Clarebat anno 1620.

JOANNES DE MORALES, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Burgenfis, conscripsit:

*Relationem Historicam Conventuum, ac Monasteriorum*, sub titulo: *Immaculatæ Conceptionis erectorum in Provincia Burgenfis.* Ineditam asservabat Fr. Petrus de Alva.

JOANNES MORELLES, Hispanus, ex Insula Canariensi Lector Jubilatus, Synodalis Examinator, Provincialis munere functus in Provincia S. Didaci Canariensis Regul. Observ. scripsit:

*Vitam V. Sororis Catharinæ à S. Mattheo, Clarissæ, virtutibus, ac miraculis præclare in Canariensi Conventu S. Bernardini.* Ad præ-

paratum in fol. habebat anno 1729. teste R. P. Fr. Lúdorico Josepho Machado ejusdem Provinciae Custode.

JOANNES MORENO, Hispanus, Regularis Observantiæ (quem indistinctum judico à Joanne Moreno Verdugo, Commissario Generali Peruano, cujus meminit Alva, col. 804. suæ Militiæ) scripsit, teste Uvadingo:

*Stationes itineris in Cœlum.*

JOANNES MARISSANUS, hæcenus mihi ignotus, scripsit:

*De Cælo*, Fr. Antonio Castel attestante in 2. Sent. quæst. 2. pag. 174.

JOANNES MUNIËSSA, Hispanus, in Oppido de Lezera, Cæsaraugust. Diocesis natus, Aragonensis Provinciae alumnus, Lector Jubilatus, Provinciae S. Jacobi Visitator, & Pater, Sanctarum Inquisitionum Supremæ, & Aragoniæ in rebus fidei Censor, à Sacris Concionibus Catholicorum Hispaniæ Regum Minister, Confessarius Sanctimonialium S. Claræ Excalceatarum Matritensium, Ex-Minister Provincialis, Ex-Diffinitor Generalis, & Commissarius Generalis Cismontanæ Familiae, prælo dedit in 16. & Hispanè opusculum, sub titulo:

*Servitus Eucharistia, Immaculatæ Mariæ, ac Justitiae Josephi, &c.* Matrili per Didacum Diaz 1657. in 16. & Cæsaraugustæ 1659. Vidi. Obijt Matrili die 17. Septembris anno 1666. Agunt de illo Nicolaus Antonius, & Pater Alva, col. 804. Militiæ.

JOANNES MUÑOZ, Hispanus, Regularis Observantiæ Provinciae Castellæ Lector emeritus, & iteratò Guardianus publici juris fecit:

*Disceptationes, & argumenta Complutensium circa varias Sacræ Theologiæ doctrinas.* Cæsaraugustæ in typographia Nocomij Deiparæ de Gratia 1649. in 4. Continet hic liber Disceptationes 16. nempe:

*De Trinitate.*

*De Scientia Dei.*

*De Voluntate, & Prædestinatione.*

*De Visione, Angelis, & Beatitudine.*

*De Actibus humanis.*

*De Peccatis.*

*De Bonitate, & malitia.*

*De Gratia.*

*De Fide, Spe, & Charitate.*

*De Incarnatione.*

*De Sacramentis in genere.*

*De Baptismo.*

*De Eucharistia.*

Tom. II.

*De Poenitentia.*

*De Matrimonio.* Vidi. Edidit quoque in Concionantium gratiam.

*Concionem de Sancto Josepho.* Compluti 1644. in 4.

*Concionem de Sancto Joanne Evangelista.* Prioris meminit in secundæ limine, quæ prodijt Matrili ex typographia Regia, anno 1644. in 4. Vidi. Commendatur à Nicolao Antonio, & Alva in Militiæ, col. 804.

JOANNES DE MURO. Vide superius, verbo *Joannes Minius.*

JOANNES NASS, Germanus, è Civitate Helman Herbipolensis Diocesis in Franconia, strictioris Observantiæ Reformatorum Provinciae Tirolis, Concionator Aulicus Sereñissimi Archiducis de Austria Ferdinandi, suffraganeus Episcopi Brixienfis in Germania à Gregorio XIII. P. M. creatus, acerrimus Lutheranorum hostis, cujus opera, & laboribus oppida aliquot in Christiana Religione confirmata, nonnullaque ad fidem reducta scimus, scripsit:

*Centurias mendaciorum insignium, quæ ab hereticis, qui se vocant Evangelicos, scripta sunt.* Ingolstadtij, anno 1569.

*Centurias sex.* Prima est: *De Matrimonio.* Secunda: *De Vita Monastica.* Tertia: *De vitijs vtriusque vite.* Quarta: *Explicatio Orationis Dominicæ.* Quinta: *De doctrina veteris, & nove fidei.* Sexta: *Summa præcipuorum capitum fidelium Christianorum.* Ingolstadtij.

*Conciones duas de fructibus, & proprietatibus veteris, & nove fidei, & de præcipuis capitibus veteris Christianismi.*

*Concionem initio novi anni habitam, in qua verus usus orationis Dominicæ exponitur.*

*Aliam in caput 8. Matthei de tempestate excitata, à Christo sedata.*

*Conciones duodecim de Sacramento Altaris.*

*De temperantia, & eterna morte.* Antigratulationem contra Jacobum Andream gratulationem, qui mentitus erat: *Concionatorum Ducatus Bavarici factos fuisse Lutheranos.*

*Centuriam quartam Evangelicorum veteritatum, in qua Lutheranos describitur contra Cyriacum Spongemburgium, & Franciscum Mattheum.*

*Catechismus Catholicum.* Singula hæc varijs annis Ingolstadtij impressa: Catechismus verò, anno 1598.

*De Veste nuptiali Conciones tres.*

*Conciones Catholicas sexaginta quinque.*

*De Nafiasino, ejusque vero titulo contra Nigrinum responso, anno 1571.*

*Postillam minorem ab Adventu vsque ad Pascha, anno 1572.*

*Conciones familiares sex, domesticas sex, secundò editas anno 1571.*

*Concionem ex Matthæi 8. de victoria maritima contra Turcam, anno 1571.*

*Tractatum brevem de Cena Domini- ca, vnicò sermone solidas quinquaginta adversariorum objectionum confutationes comprehendens, ac perspicuè declarans verba Christi hoc Eucharistiæ Sacramentum sub vtraque specie instituentis. Primum ab eodem Authore collectas, & Germanicè editus est, deindè Latinè redditus à Fr. Joanne Dominico Hefsiò, Ingolstadij anno 1577. sed & idem Hefsius reliqua ejusdem opuscula Germanica fecit Latina, vti movent Tosignianus, & Uvadingus. Alia scripsit sermone patrio, ita vt ferè viginti ejus volumina excusa legantur. Obijt anno 1590. 16. Maji, sepultus Aniponti. Eum laudant Uvillotus, Dupinus, Lequile, & alij.*

**JOANNES A NATIVITATE**, Lusitanus, strictioris Observantiæ Discalceatorum Provinciæ S. Antonij ejusdem Regni alumnus, ac Diffinitor, communem fecit vernaculè:

*Binam Concionem super Evangelium Dominicæ quartæ Adventus. Prima habita in Sacello Regio edita fuit Ulyssipone formis Pauli Craesbeeck 1641. in 4. Secunda in suo Cœnobio habita, prodijt ibidem eodem anno in 4. Vidi.*

**JOANNES A NATIVITATE**, alter, Hispanus, Villacastinensis, strictioris Observantiæ Discalceatorum Provinciæ S. Pauli Veteris Castellæ alumnus, celebris Theologus, humanioribusque litteris excultus, vnà cum Fr. Joanne à Trinitate Salmanticensi, Sacræ Theologiæ Lectore, ejusdemque Provinciæ Patre, ad mentem Mariani, Subtilisque Doctõris nostri elaboravit:

*Cursum integrum Philosophicum, quinque tomis.*

Primus complectens Summulas, tam textuales, quàm disputatas, impressus Segobiæ per Sebastianum Rodriguez, anno 1712. in 8. Incipit: *Ne significatione vocis.*

Secundus Logicam magnam docet, incipiens: *Aristotelis 1. Posteriorum, prælo*

fuit datus Salmanticæ apud Eugenium Antonium Garcia 1712. in 4.

Tertius amplectens primam Philosophiæ partem excusus Segobiæ, anno 1711. in 4. à Sebastiano Rodriguez, incipit: *Consulta ante Logicam.*

Quartus incipit: *Cum in prima Physicæ parte, & complectitur secundam, & libros de Generatione, & Cœlo. Segobiæ apud eundem Sebastianum Rodriguez, anno 1712. in 4.*

Quintus deniquè de Anima, & Metaphysica peragit, & incipit: *Dari animam.* Pinciæ ex typographia Regia apud Viduam Josephi de Rueda, anno 1713. in 4. Morte præventus, alia non emisit. Obijt anno 1705.

**JOANNES NAVARRO** (alius à Joanne Navarro, Minorita in sua Militia laudatus à Fr. Petro de Alva, col. 805.) Hispanus, Regularis Observantiæ Provinciæ S. Evangelij Theologus, Diffinitor, ac in rebus fidei Cenior, Mexici edidit:

*Panegyrum in laudem Immaculate Conceptionis ad Mexicanam Academiam.*

*Concionem de S. Clara, Hispanè, & in 4.*

**JOANNES DE NAXERA**, Hispanus, ex Provincia Castellæ Regularis Observantiæ, celebris Ecclesiastes, morte præventus, prælo proximum reliquit:

*Sanctorale de Apostolis. Tantummodò ediderat, quod sciam, eruditam:*

*Concionem de S. Clara, quæ cum alijs aliorum Authorum in lucem prodijt.*

**JOANNES DE NEAPOLI**, ex nobili Mazaræ Familia Sulmone ortum trahens, in Neapolitano Conventu S. Crucis inter strictioris Observantiæ Fratres Religionem S. Francisci ingressus, ibidem solemnia vota Religionis emisit, atateque, & sapientia coram Deo, & hominibus proficiens, & plurium linguarum ad stuporem peritissimus, in Provincia Terrælaboris super Observantes, & Reformatos Minister Provincialis institutus, deinceps ad supremum Ordinis gubernium euectus, super sui Ordinis, & Officij juribus invicta constantia laborans, scripsit:

*Epistolas ad Universitates, Præsentem, & Parisiensem pro tuenda titulo Immaculate Conceptionis Virginis Mariae. Item ex suo apographo disposuit:*

*Disser-*

*Disser-tationem de retinendo titulo laudato Immaculate Conceptionis adversus Linum, & Cletum, &c. vti dicitur in lib. impres. Colonia anno 1651. in 8. Maximè honoribus dum destinaretur, ad Insulasque Valentinas in Hispania jam præsentatus, invidente Parca, Matriti debitum solvit mortalitatis, anno 1648. apud suos maximo cum honore tumulatus. Con-tiule Alva in Militiâ, colum. 807. & Gu-bernatis tom. 2. lib. 3. S. 66.*

**JOANNES NIETO**, Hispanus, Salmantinus, Regularis Observantiæ, Compostellanæ Provinciæ filius, iterum Guardianus, sed potissimum Novitiorum Moderator, Vir circumspectus, & spiritalis sedidit.

*Instructionem Novitiorum ex S. Bonaventura depromptam, Salmanticæ per Eugenium Garcia 1726. in 12. Opus etiam vernaculè inscriptum:*

*Sacerdotum laxamentum, & afflictorum consolatio. Ibidem apud Lucam Perez 1683. in 16. Demum:*

*Manipulum Florum, continens expositionem Mysteriorum Missæ, exercitium Viæ Crucis, & alia devotionem excitantia etiam agonizantibus. Prodiit Salmanticæ 1589. in 16. & ibidem sæpè re-cusum.*

**JOANNES NODIN**, Gallus, Doctor, Theologus Parisiensis Provinciæ D. Bonaventuræ Minister, scripsit:

*Victoriam Hebraorum adversus Egyptios, Catholicorum triumphum contra Hæreticos præsignantem, hoc est, Commentaria in priora quindecim Exodi capita per locos communes ad utilitatem Concionatorum, quæ cum morte præventus absolvere non possit, perfecit Desiderius Richardus ejusdem Instituti. Lugduni apud Claudium Morillon, anno 1611. in fol. vti narrat Uvadingus; me autem iudice, alius non est à Joanne Ricca, de quo inferius.*

**JOANNES NUÑEZ**, Hispanus, Regularis Observantiæ Provinciæ Baticæ Theologus, ac S. Officij Qualificator, communem fecit vernaculè:

*Concionem de S. P. N. Dominico. Hispani per Simonem Faxardo 1642. in 4. Vidi.*

**JOANNES NUÑEZ DE TORRES**, Hispanus, Emeritensis, ex Compostellana Provincia Regularis Observantiæ, doctus Concionator, patrio sermone edidit, per modum Dialogi:

*Instructionem pro omnibus statibus Ecclesiæ, &c. Salmanticæ apud Antonium Tom. 11.*

Ramirez anno 1618. in 4. Vidi. Scripsit etiam, vti in Chronicis suæ Provinciæ fertur:

*Apologeticum adversus Vicariatum Generale Minorum Discalceatorum. De Authore agunt Nicolaus Antonius, Uvadingus, Alva, ac Barnabas Moreno, lib. 5. Historiæ Emeritensis, fol. 324. Aubertus Miræus apud laudatum Nicolaum Antonium laudat:*

*Chronicon Ordinis Minorum vsque ad annum 1517. tomis duobus editum à Fr. Joanne Nuñez de Torres.*

**JOANNES DE OCAÑA**, Minorita, Hispanus, publici juris fecit vernaculè:

*Concionem de exilio Domine nostræ, Matriti in 4.*

*Concionem pro Conceptione prorsus Immaculate Virginis Mariæ, cum alijs imprellam, & laudatam post Daza, col. 811. Militiæ Fr. Petri de Alva.*

**JOANNES OCCAM**, Anglus, doctus Minorita, scripsit:

*Directorium Juris, opus magnum, & doctum. Hæc Uvadingus, & Angelus à S. Francisco in Catalogo Scriptorum Anglorum. Florebat anno 1344.*

**JOANNES OLARTE**, Hispanus, Cantaber ex strictiori Observantiæ Discalceatorum, Vir Apostolicus, ac eruditus, paupertatis, humilitatis, ac mortificationis diligentissimus cultor, Discalceatæ Provinciæ S. Joannis Baptistæ in Valentino Regno zelosissimus Pater, in gratiam animarum:

*Medulam mysticam elaboratam reliquit. Floruit anno 1643. Consule Antonium Panes, tomo 2. Chronic. ejusdem Prov. lib. 6. cap. 49. fol. 473.*

**JOANNES DE OLIVA**, Hispanus, Discalceatæ Provinciæ S. Gabrielis devotus Ecclesiastes, animarum utilitatem cogitans, emisit vernaculè opus prænotatum:

*Amicus Confessor. Mediolani, apud Franciscum Monza. Item opus Theologicum Morale, sub titulo:*

*Vade meum, editum Novaræ. Demum opus mysticum inscriptum:*

*Abacus Anima. Prodiit ibidem. Ex Fr. Antonio de Truxillo, lib. 8. Chronic. laudatæ Provinciæ, cap. 24.*

**JOANNES DE OLIVER**, Hispanus, ex Valentina Provincia primitus, deinceps Concionator, ac Diffinitor Discalceatæ Provinciæ Philippinarum, Vig exemplaritatis nota insignitus, in cujus



transitu à Christo, & Christipara, Seraphicoque P.N. visitari meruit, cum non exigua sanctitatis opinione reliquit sui zeli, & ingenij monumenta, quæ sequuntur, videlicet:

*Artem linguæ Tagalæ.* Eodem idiomate tractatus duodecim. Primum:

*De Beneficijs.* Secundum:

*De Vitæ humana miserijs.* Tertium:

*De Beatitudinibus.* Quartum:

*De Quatuor Novissimis.* Quintum:

*De Peccatis.* Sextum:

*De Pœnitentiâ.* Septimum:

*De Eleemosyna.* Octavum:

*De Sanctissimo Sacramento Eucharistiæ, & Communionis.* Nonum:

*De Fide.* Decimum:

*De Charitate.* Undecimum:

*De Consideratione, Meditatione.* Duodecimum:

*De Quindecim Mysterijs Sacratissimi Rosarij.* Scripsit quoque eodem idiomate Catechismos quatuor. Primum:

*De Bonis moribus Christiani.* Secundum:

*De Doctrina Christiana, & ejus intelligentiâ.* Tertium:

*De Modo communicandi.* Quartum:

*De Modo baptizandi Infideles.* Conscriptit eademmet lingua:

*Dialogum de Confessione.* Ac tandem communem Tagalis fecit:

*Catalogum Indulgentiarum.* Hæc Fr. Antonius de la Llave in Chron. laudatæ S. Gregorij Provinciæ, trien. 6. cap. 77. Extant ejusdem:

*Sermocinationes variæ,* Tagalo idioma te, editæ Manilæ in 8. Vidi.

JOANNES DEL OLMO, Hispanus, ex Oppido Valdepeñas Toletanæ Diocesis, Regul. Observ. Carthaginensis, generalis Lector, Synodalis Examinator Archiepiscopatus Panormitani, ex præscriptoque S. Officij Inquisitionis librorum Censor, sermone patrio conscripsit, ac edidit:

*De autoritate Prælatorum in casus reservatos,* lib. 1. in 4. Compluti per Franciscum Garcia 1689. Vidi.

*Resolutionem Theologicam Moralem permissionis meretricum.* Valentia typis Francisci Mestre 1680. in 4. Vidi.

*Apologeticam responsum Apologiæ RR. P. Fr. Martini de Torrecilla, Capuccini, circa auctoritatem Prælatorum.* Cæsaraugustæ apud Didacum Larumbe in fol. anno 1702. quo Author florebat. Vidi.

JOANNES DE OOSTERROYK, Belga, Thenensis, Tertij Ordinis Presbyter, suscepta peregrinatione in Terram Sanctam anno 1356. & 1357. scripsit:

*Tractatum de Terra Sancta,* quem Joannes Bollandus in notis ad caput 14. Vitæ B. Petri Thomasi 19. Januarij dicit apud se habere M.S. vii recentet Uvadingus. Authorem quoque commendant Bordonius in Chronologio, & Veronensis in Annalibus Tertij Ordinis Franciscani.

JOANNES ORTIZ, Hispanus, Regul. Observantiæ Castellanæ Provinciæ, Sacræ Theologiæ Professor in Toletano Cœnobio S. Joannis Regum, edidit à se habitam eruditam:

*Concionem de S. Dominico P.N.* Granatæ typis Francisci Sanchez in 4. Vidi.

JOANNES ORTIZ NIETUS, Minorita, Hispanus, edidit, quod viderim, vernaculè:

*De Nativitate Christi Domini Concionem.* Hispani 1624. in 4. Ex Fr. Petro de Alva, col. 811. suæ Militiæ.

JOANNES ORTIZ ZARATE, Hispanus, Theologus, ac Guardianus Pampilonensis Conventus Provinciæ Burgensis Regularis Observantiæ ad prælum maturus habebat *Conciones* plures de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ, anno 1663. vii recentet nolter Alva, col. 811. suæ Militiæ. Editas vidi:

*De Patrocinio Virginis.* Pampilonæ apud Didacum de Zabala, anno 1655. in 4.

*De Præservatione Virginis* in Hospitali Burgensi declamata. Burgis 1645. in 4. Alias desidero.

JOANNES OSTIENSIS, Hispanus, à Genuensi illaudatus, ex Minoritis Capuccinis, dedit in vulgus:

*Angeli, & hominis dialexim.* Romæ anno 1623. Ex Appendicibus M.S. ad Catalogum Uvadingi in Bibliotheca Matritensis Conventus Regul. Observantiæ asservatum.

JOANNES DE OVALLE, Hispanus, Minorita, nonnunquam Theologus Romani Collegij S. Isidori Agricola, ad Victorianam Urbem habitam, emisit:

*Panegyricam Orationem de S. Laurentio Martyre,* Flaviobrigæ impressam formis Petri Huydobro, anno 1643. in 4. Vidi.

JOANNES DE OVANDO, Hispanus, Cacerensis, Provinciæ S. Jacobi alumnus, postquam annis multis prælegit Salmanticæ Theologiam, scripsit:

*Commentarios in 3. Sententiarum. Valentia apud Alvarum Francum in fol. anno 1597. Vidi.*

*Expositionem in Symbolum Apostolicum.* Compluti 1593. in 4.

*Ceremoniale Officij Divini ab alijs compositum,* edidit Toleti 1591.

*Librum de Instructione Prælatorum;* quem *Pastorale inscripsit.* Salmanticæ apud Didacum Cnzio 1601. in 4. Vidi.

*Discursus prædicabiles de Mysterijs Fidei.* Compluti apud Joannem Gracian, anno 1593. in 4. Latine prodierunt Parisijs, Venetijs, & Lugduni anno 1606. in 8. Vidi.

*In omnes Dominicas post Pentecostem sermones* lingua vernacula. Ulyssipone anno 1609. in fol. typis Ludovici Estupian. Vidi.

*Tractatum de Incarnatione,* Salmanticæ editum in 4. teste D. Nicolao Antonio. Vixit sub annum 1610. De eo pertractant Uvadingus, Dupinus, Alva in Militia, col. 811. & alij.

JOANNES DE PADUA, Lusitanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Portugalliæ, Chori Moderator in Ulyssiponenſi Cœnobio, scripsit, ac edidit:

*Manuale Chori secundum usum FF. Minorum, & Monialium S. Clare,* quod de novo correptum, & in multis auctum juxta Missale, & Breviarium Romanum S. Pij V. & Clementis VIII. cusum est Ulyssipone typis Petri Craesbeeck, anno 1626. in 4. Vidi. Hujusce Paduani meminere Uvadingus, ac Nicolaus Antonius.

JOANNES DE PALMA, Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Angelorum Sacræ Theologiæ Professor, & Minister, à Sacris Confessionis Serenissimæ Infantis Margaritæ à Cruce Austriacæ filia Maximiliani Secundi Imperatoris, Ordinis S. Clare, necnon Isabellæ Borboniæ, Hispaniarum Reginae, ejusque filia Mariæ, Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ, scripsit Hispanicè:

*Summulas, seu Regulas orationis ad Deum habendæ.* Hispani 1621.

*Vitam prædictæ Serenissimæ Infantis,* gravi stylo, & fideli testimonio. Matriti in typographia Regia, anno 1636. in fol. Hispani apud Nicolaum Rodriguez 1653. in fol. Vidi. Hactenus Uvadingus, à Nicolao Antonio exceptus. Præterea scripsit:

*Historiam celeberrimi miraculi S. Anthonij.*

*in suo Hispanensi Convento patrati;* Hispani per Ludovicum Espiñan, anno 1682. in fol. Vidi.

*De Reformatione Status Ecclesiasticæ trinum tractatum.* Asservatur ineditus in Bibliotheca Hispanensis Conventus S. Antonij Hispanico sermone in fol. Vidi. Obijt Matriti anno 1638.

JOANNES DE PALOMARES, Hispanus, ex Oppido Pirarbebe, Conchenſis Diocesis, Lector emeritus, à Synodalibus Examinibus Toletani Archiepiscopatus, suæ quoque Castellanae Provinciæ Regularis Observantiæ Custos, Concionatoribus donavit volumina:

*Sermonum Miscellaneorum.* Matriti per Thomam Rodriguez Frias 1727. in 4. Vidi. Vernaculè quoque emisit opus inscriptum:

*Necessaria scientia Sacerdotum.* Ibidem 1718. in 8. Vidi. Agit in eo de materia Eucharistici Sacramenti: etiam nunc vitam degit.

JOANNES PANÆSIUS, seu DE PANES, Hispanus, Regul. Observantiæ alumnus, scripsit:

*Grammaticam Artem,* anno 1561. in 12. vna cum tractatibus:

*De Accentu.*

*De Ortographia.* D. Nicolao Antonio credimus tom. 1. Bibliothecæ Hispaniæ.

JOANNES DE PANORMO, Capuccinus, à Genuensi prætermisus in sua Bibliotheca Minor. Capuccinor. scripsit, Dupino Authore in Supplemento:

*Lectiones Theologicas juxta doctrinam Scoti.* Moritur Panormi 1579.

JOANNES PARLHAUDUS, Gallus, Regularis Observantiæ Provinciæ Aquitanicæ, Conventus Orliaci Guardianus, sub annum millesimum quingentesimum sexagesimum, scripsit:

*Tractatum exercitiorum spiritualium; de via illuminativa in duas partes divisam;* scilicet, in exemplarem, & gratificativam. Habetur M. S. in Bibliotheca Minor. Bayonensi prædictæ Prov. teste Uvadingo.

JOANNES DE PARMA, Generalis Minister. Vide inferius, verbo Joannes, de Quala.

JOANNES PARMENSIS, Theologus, Vir doctus, citatur à Bonaventura Angelo Ferrariensi, lib. 1. Historiæ Parmensis, aliumque facit à Joanne Parmensi, Ministro Generali, & scripsisse refert, vii Uvadingus narrat:

*Commentarios in plerosque libros Veteris Testamenti.*

*Commentarios in 4. libros Sententiarum.*

Habentur M.S. in Bibliotheca Vaticana.

*Libellum de Medicinis.* Ibidem M.S.

*Librum de Civitate Christi, & bona vita.* M.S. ibidem, & Afsisij.

*De Incarnatione Christi.* M.S. ibidem.

*De Consolatione Medicinarum, ex Medicis.* M.S. ibidem.

**JOANNES PASTHAL**, Hispanus, ex Emporienti Castello, Minorita, ac Sacrae Theologiae Magister, Laletanico sermone conscripsit volumen in fol.

*De Beatitudine.* Incipit: *La Beatitudo beata eterna, &c.* Ineditum asservabatur Barcinone in Bibliotheca D. Raymundi Dalmases genere conspicui.

**JOANNES PAULUS BIMBACIUS**, Florentinus (recesente Fr. Antonio Terzina, part. 3. sui Theatri Tusciae, tit. 1. pag. 206.) Minorita Conventualis, ob religiosarum virtutum decorem, gratiam, & doctrinam sui Instituti Vicarius Generalis, circa annum 1646. scripsit Italicè, & edidit Florentiae anno 1645. opus praenotatum:

*Devotio Sanctissimi Nominis Mariae, discursibus predicabilibus explicata, pro Sabbatis Quadragesima.*

**JOANNES PAULUS BONELLUS**, Minorita, Italus, Icones sacras in alma Urbe à D. Luca, alijsque surgentis Ecclesiae Religiosis Viris delineatas,

*Immaculatam Deiparae Conceptionem representantes* expressit. Romae 1635. in charta expansa. Eapropter laudatur à Fr. Petro de Alva, col. 815. suae Militiae.

**JOANNES PAULUS GARCIA**, Hispanus, Regul. Observantiae Castellanae Provinciae doctus Ecclesiastes, & quandoque Guardianus, vernaculè edidit:

*Librum Congionatorum super decem Decalogi praecepta, & Hebdomadam Sacram.* Compluti per Franciscum Garcia Fernandez 1682. in 4. Vidi. Florebat circa annum 1690.

**JOANNES PAULUS GERMANUS**, Lector in Conventu Thamenfi Provinciae Argentinae, scripsit, Tosigniano Authore, librum, cui titulus:

*Seria, & Foci.* Item:

*Sermones quosdam.* Vixit anno 1530.

**JOANNES PAULUS PALANTHERIUS**, è Castro Bononiensi, Minorita Conventualis, ex magna domus Venetiarum Baccalaureo, Magistro Artium, Regente Cremonensi, & Theologiae Pro-

fessore apud Monachos S. Justinae, Ordinis S. Benedicti Patavij, Episcopus Laquedonensis, scripsit:

*In totum Psalterium Davidicum*, tomos duos, quorum primus apud Cominum Praesentium, secundus apud Franciscum Thebadinum prodijt Brixiae anno 1600. in 4. magno. Vidi.

*Lecturam in quatuor libros Magistris Sententiarum.* Venetijs anno 1594. & Regij apud Herculeum Bartholum 1593. in 4. volum. 3. Venetijs per Joannem Guerillum 1599. volum. 4. in 4. Vidi.

*Praelectiones in librum primum posteriorum*, anno 1580.

*Tractatum de Anima imperfectum.* Ibidem. Obijt Episcopus Cedoniae in Regno Neapolitano, anno 1614. die 26. Octobris. Commendatur à Uvadingo, Jacobo Le-Long, & alijs.

**JOANNES PAULUS A ROMA**, strictioris Observantiae Reformatorem, vna cum Angelo de Lantusca, dudum laudato, compilavit absolutissimum:

*Bullarium Romanum ab Urbano VIII. usque ad Clementem X.* Lugduni sumptibus Laurentij Arnaud 1673. in fol. Vidi.

**JOANNES PAUPER**, Hispanus, Zamorensis, Provinciae indivisae S. Josephi Discalceatorum alumnus, postquam elegit abjectus esse in nostris Conventibus Methymnensi, & Salmanticensi D. Josepho Sacris, zelo animarum ductus ad Philippinas, Japonium, Sinensesque Regnum transijt. Ubique fuit, quamvis Laticus, Vir verè Apostolicus, dilectus Deo, Pontificibus, & Regibus. In gratiam Catholici Hispaniarum Regis Philippi III. quandam scripsit:

*Apologeticam Epistolam*, eruditè roboratam fundamentis, quibus probat Regna Chinae, Japonij, & Siam ad alium Regem minimè pertinere, quae Epistola iussu laudati Regis typis data fuit, teste Fr. Antonio de la Llave in Chron. Prov. S. Gregorij Philippinarum, trienn. 12. cap. 27. Ut testis rerum Japonicarum, conscripsit quoque:

*Tractatum de Promulgatione Fidei in illo Regno*, quem praemanibus habuit N. Fr. Martinus à S. Josepho, praeloque mandavit: *Nonnullas clausulas* apud partem primam meae Bibliothecae Minorum Discalceatorum, pag. 146. exscriptas. Quasi cervus desiderat fontes aquarum, ita desideravit socium esse Sanctorum Protomartyrum Japonensium, sed Deo disponente martyrium voluntati defuit, rediens-

que ad Hispaniam, ut conduceret Operarios Discalceatos in vineam illam, Martiri in Conventu S. Bernardini obdormivit in Domino non exigua sanctitatis opinione. Ipsius quoque memoriam faciunt Augustinianus Sicardo in sua Histor. Japon. Marcellus à Ribadeneyra in suo lib. 5. cap. 31. cum quibus & ego in meis Chronicis, tom. 1. lib. 5. cap. 17.

**JOANNES PECCHAMUS**, Anglus, Patria Cicestriensis, S. Bonaventurae aliquando discipulus, & imitator non indiligens; Vir quantumvis humili loco natus; alto tamen ingenio praeditus, aspirans ad magna, paulatim virtutum suarum meritis pervenit, & voti compos factus est. Primum propter omnis generis insignem doctrinam, Oxonij Sacrae Theologiae supremam lauream Doctor, & primam in eadem facultate Cathedram Professor accepit. Deinde Parisijs publicitus Magistrum Sententiarum praegit, vtrouque Sacram Scripturam exposuit, & irrepentes tum quaedam vocum novitates eruditè confutavit, imò penitus exterminavit. Nec multo post tempore fuit Ordinis per Angliam Provincialis. Romam tandem profectus, vtrique Juri strenuam navavit operam, & ibi Sacris Pontificijs adhibitus, tandem à Nicolao Papa Tertio evectus est ad Archiepiscopatum Cantuariensem, & Angliae totius Primatum. Hic dum coram Imagine Christi Crucifixi ferventiùs oraret, sed & lachrymosè conqueretur injustè nonnullas se pati calumnias, atque id à Domino permitti, intonuit ex alto Crucifixus, & subsequentes versus, vel sub hoc metro, aut sensu pronuntiavit, qui in hunc usque diem habentur exscripti ante ipsam Imaginem:

*Et ego quod demerui, pendens inter  
Latrones?  
Oravi, nec obtinui carnis petitiones,  
&c.*

Romae magnum nomen obtinuit propter doctrinae, & virtutis excellentiam, vbi aliquandiu Lector fuit Sacri Palatii. Non obstantibus tamèn diversis, & difficilibus, quae obivit, muneribus, multis, ijsque doctissimis scriptis suum nomen posteritati commendavit. Haec autem series, post Uvadingum, & Pitseum, operum ejus est:

*Collectanea Bibliorum*, lib. 1. Incipit: *Deum, qui genuit dereliquisti.* Coloniae apud Franciscum Birckmannum, anno 1513. & 1541. Parisijs 1514. & Coloniae

typis Melchioris Novesiani 1541. in 8. Vidi. Habentur M. S. in Biblioth. Carthusianorum Cantuariae propè Juliacum; *Locorum ex utroque Testamento*, lib. 1.

*Postillam in Cantica Canticorum*, lib. 1. Incipit: *Dissolveris filia vaga.*

*In Threnos Jeremiae*, lib. 1. *Tempus plantandi, &c.*

*In Ezechielem.* Teste Jacobo Le-Long, pag. 896. suae Bibliothecae Sacrae. Asservatur in Bibliotheca Clarevallensi.

*Super Magistrum Sententiarum*, lib. 4. opus fortassis indistinctum à *Disputationibus Thomae, & Pecchami* M. S. Oxoniae in Bibliotheca Mertonensi, cod. 12.

*Questionum Quodlibeticarum*, lib. 1. Incipit: *Inter Thesaurus Sapientiae.*

*De decem Praeceptis*, lib. 1. Incipit: *Duo sunt mandata Dei.*

*Super Symbolo*, lib. 1. Incipit: *Credimus S. Trinitatem esse.*

*Questionum de Eucharistia*, lib. 1.

*Speculum Ecclesiae de Missa*, lib. 1. Incipit: *Dicit Apostolus.*

*Speculum animae*, lib. 1. Incipit: *Audite Domine, & vide.*

*Postillam super Marcum*, lib. 1.

*De Trinitate*, lib. 1. M. S. in Bibliotheca Baronis Lumlei:

*Meditationem de Corpore Christi*, lib. 1. M. S. Cantabriae in Collegio S. Benedicti, codice 392.

*De Passione Domini*, lib. 1. Incipit: *Pasillus Aquila sanguinem.*

*Psalterium Meditationum Beatae Mariae*, lib. 1. Incipit: *Mente concipio.* Opusculum inscriptum: *Verba dicta à Christo*, habentur M. S. in Bibliotheca Vaticana.

*Questiones ordinarias*, lib. 1. Incipit: *Utrum Theologia ex duobus.*

*Sermones Dominicales* 25. lib. 1. Incipit: *Honestè ambuletis.*

*Collationes de omnibus Dominicis per annum*, lib. 1. M. S. Cantabriae in Aula Pembrochiana, codice 175.

*Officium SS. Trinitatis*, lib. 1. Quod approbatum à Summis Pontificibus, idem esse à quibusdam putatur, quod adhuc in Breviatio legimus, sed omnino diversum est. Incipit: *Sedenti super Thronum, & exat in antiquo Breviario Romano.* Qui legere voluerit, inveniet apud Franciscum Titelmanum, qui Commentarijs officium hoc mysterijs obscurum illustravit, vti superius monui, tomo 1. hujus Bibliothecae.

*De Ratione diei Dominicae*, lib. 1. Incipit: *Ecce charissime singulis festis.*

*De Vanitate rerum mundanarum*, lib. 1. Incipit: *Non est utique liber inutilis erit.*  
*De Vanitate faculi*, lib. 1.  
*De Peccatis Capitalibus*, lib. 1. Incipit: *Questio est de Peccatis Capitalibus.*  
*Lecturas Oxonienses*, lib. 1.  
*Quodlibeta Scholastica*, lib. 1. Incipit: *Utrum Deus predestinatus ab eterno.*  
*De Quodlibetis Imperfectis*, part. 2. vol. 2. Bibliotheca Bodlejana, cod. 563. 96.  
*Contra insipientem*, lib. 1. Incipit: *Perfectus omnis erit, si sit.*  
*De Perfectione Evangelica*, lib. 1. Incipit: *Quis dabit capiti meo aquam?*  
*Statuta Synodalia*, lib. 1. Incipit: *Ab exordio nascentis Ecclesie Christi.*  
*Constitutiones Provinciales*, lib. 1. Incipit: *Ne quis per ignorantiam se excuset.* apud Bibliothecam Hybernicam Collegij SS. Trinitatis, cod. 358. Hæc autem statuta, & Constitutiones scripsit maximè in Concilijs Radingi, & Lambethi celebratis. Titulus hic subijcere operæ pretium judicavit Uvadingus.  
*De Summa Trinitate, & Fide Catholica.* Ignorantia Sacerdotum.  
*De Consuetudinibus.* Quia incontinentiæ.  
*De Sac. Unctione.* Cum Sacri Chrismatis.  
*De Sacramentis iterandis.* Quod in constitutione.  
*De Filijs Presbyterorum.* Cum à Jure.  
*De Officio Archidiaconi.* Eisdem etiam.  
*De Officio Archipresbyteri.* Ignorantia Sacerdotum. De eo tom. 2. Bibliotheca Bodlejana, fol. 3.  
*De Postulando.* Veloces ad audiendum.  
*De Procuratoribus.* Ex horrenda.  
*De Judicijs.* Cuidam ruralium.  
*De Vita, & honestate Clericorum.* Quamvis Religionis.  
*De Clericis non residentibus.* Præterea  
*De Prabendis, & Dignitatibus.* Auditis fratres.  
*De Institutionibus.* Ex solito cursu.  
*De Locato, & Conducto.* Vendentes.  
*De Testamentis.* Religiosa sinceritas.  
*De Institutione Testamentorum,* habetur apud tom. 1. Biblioth. Bodlejane, fol. 148.  
*Parochijs, & alienis Parochianis.* Altissimus.  
*De Regularibus.* Sanctimoniales.  
*De Religiosis domibus.* Plures inveni.  
*De Jure Patronatus.* Per nostrum.  
*De Celebratione Missarum.* Sacerdotes.  
*De Baptismo, & ejus effectu.* Circæ Sacramentum.  
*De Custodia Eucharistie.* Dignissimum.  
*De Apostatis.* Præterea sunt nonnulli.

*De eo, qui furtivè ordines recepit.* Cum secundum,  
*De Privilegijs.* Sacramentum Pœnitentiæ.  
*De Purgatione Canonica.* Clerici pro suis criminibus.  
*De Pœnis.* Tantum invaluit.  
*De Pœnitentijs, & Remissionibus.* Cum salubriter.  
*De sententia excommunicationis.* Cum malum. Extant nonnullæ ex his Constitutionibus editæ Parisijs anno 1505. in fol. in Provinciali Guilielmi Linduvodij, & Londini 1557. in 8. Scripsit etiam:  
*Expositiones in Constitutiones Othonis, & Otoboni,* Cardinalium in Anlia Legatorum. M.S. Cantabrigiæ in Aula Pembrochiana.  
*De Confessione facta Fratribus*, lib. 1. Tandem quæ sunt. De quo argumento duas habuit Epistolas præciturus Uvadingus ejusdem M. SS. vnam ad unversos Christi fideles, alteram ad Magistrum Joannem Ranegham, Commissarium Cantuariensem.  
*Tractatum pauperis*, lib. 1.  
*Dialogum Francisci, & paupertatis*, lib. 1. Inter cetera.  
*Pro S. Bonaventura*, lib. 1.  
*Formula consistendi*, habetur M. S. in Bibliotheca Conventus Mediolanensis.  
*De Ministerijs Minorum*, lib. 1.  
*De eorum paupertate*, lib. 1.  
*Contra Richardum Clapuellum*, lib. 1.  
*Contra Priorum Cisterciensem*, lib. 1. Super tribus sceleribus.  
*Epistolarum ad Oxonienses*, lib. 1.  
*Itinerarium suam*, lib. 1.  
*Heresum à se damnatarum*, lib. 1.  
*Carminum diversorum*, lib. 1.  
*Apologeticum*, lib. 1.  
*Apologetiam Synodaliū statutorum*, lib. 1.  
*De Sphæra*, lib. 1. Corporum mundanorum.  
*Disceptationes Thomæ, & Pechami*, lib. 1. M.S. Oxonij in Collegio Mertonensi.  
*De Numeris tractatum.* Quia Domine. M.S. Oxonij in Collegio Lincolnensi.  
*De Mystica Interpretatione numerorum in Sacra Scriptura*, lib. 1. M. S. Ibidem codice 16. Id post hinc conati sunt Jodocus, Bongus, & alij.  
*Expositionem Regulæ S. Francisci*, lib. 1.  
*Canticum pauperum*, lib. 1. Confitebor tibi Domine.  
*De oculo morali, & naturali.* Hujus operis meminit Author lib. inscripti: *In cunabula Typograph.* sub titulo: *Joannes Pithsanus*, fol. 182.  
*Perspectivam communem*, lib. 1. Inter Phi-

Philosophicæ considerationes. M. S. Cantabrigiæ in Collegio S. Petri, & cum figuris per J. Geuricum emendata, & distincta prodijt Venetijs anno 1504.

*Perspectivam particularem*, lib. 1. Perspectiva cum sit vna.

*Notabilia Metaphysicæ*, lib. 1. Uno modo dicitur, quod.

*Mathematica rudimenta*, lib. 1. Scripsit dudum rogatus.

*Theoricam Planetarum*, lib. 1. Et alia plura. Cantuariæ è vivis excessit anno 1292. licet quidam asserant obiisse anno sequenti, & Miræus in suo Auctario, cap. 406. dicat vivere desijisse anno 1200. De illo plures apud Arturum ad diem 24. Aprilis. In Salicetana Bibliotheca hæc, ejus Simulachro laus defertur:

*La Fè tuva en ti vn crisi,*  
*Que con llamas apuraba*  
*Lo que de ella se esperaba.*

Confule Illust. Gonzalez, lib. 3. Historiæ Domine nostræ à Saliceto, pag. 686.

JOANNES PELLENS, Leodiensis, Vir doctus, & bonus, trium linguarum, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ peritus, Guardianus quondam Daventriæ, & Sac. Theologiæ Lector Lovanij: fuit silentij, & solitudinis amantissimus supra fidem, & alienus ab hominum consuetudine, semper libris, semper chartis affixus, scripsit:

*De Virtutibus Theologicis, Fide, & Charitate*, lib. 3. asservantur M. SS. Bruxellis. Obijt Antuerpiæ Confessarius Sororum S. Claræ, anno 1604. die 24. Septembris. Hæc Uvadingus.

JOANNES PELLICANUS DE BRUNDUSIO, eruditissimus Theologus, egregiusque Concionator, Provinc. S. Nicolai Regularis Observantiæ Pater, scripsit:

*Breves notitias in universam Sacram Scripturam.* Obijt anno 1608. Laudatur post Uvadingum à Jacobo Le-Long, pag. 897. suæ Bibliothecæ Sacræ.

JOANNES PEREGRINUS, Lusitanus, Minorita doctus, vernaculè scripsit:

*De Regimine Familiæ Seraphicæ*, vti ex Cardoso testatur D. Nicolaus Antonius in Appendicibus ineditis suæ Bibliothecæ Hispanæ apud Regiam Bibliothecam Marticensem.

JOANNES PEREZ LOPEZ, Hispanus, in Oppido Maræ, Tiraconensis Diocesis, & communitatis Bilibitanæ

natus, Lector Jubilatus, Philosophiæ, Theologiæ Scholasticæ, Dogmaticæ, & Expositivæ Scriptor publicus, Ex-Custos, Ex-Provincialis Minister, Ex-Diffinitor, & Ex-Procurator Generalis in Curia Romana, ac in Aragonia Archi-Præfulis Metropolitani Consultor, ac in Pontificio Sacello, apud SS. Innocentium XII. Evangelicus Orator, & Pater totius Ordinis perpetuus, publicæ luci dedit Latine:

*Scotum Philosophicum.* Barcinone per Antonium Ferrer 1687. tomis duobus in fol. Vidi.

*Commentarios in 1. & 3. Sententiarum.* Ibidem apud Martinum Gelabert 1690. tomis 2. in fol. Vidi.

*Singulare Certamen de pretioso Sanguine Christi.* Cæsaraugustæ typis Didaci de Larumbe 1699. in 8. Vidi.

*Theologicam fateram, seu Apologiam pro suis scriptis.* Gerundæ 1701. per Hieronymum Palol. Vidi.

*Apologeticum contra ventilabrum rationale*, cujusdam Alesiasticæ Episcopi, in fol.

*Allegationem Chronologicam pro Causa V. Servi Dei Fr. Petri Sellaras, Minoritæ.*

*Memoriale Sacrum in favorem Mysticæ Civitatis Dei, & V. Matris de Agreda.* Cæsaraugustæ apud Didacum Larumbe. Vidi.

Libellum inscriptum: *Ecclesiastico Principi.* Cæsaraugustæ 1671.

*Gladium Petri in vagina, & evagationum.* Lugduni ex typographia Michaelis Brok 1709. in 4. Vidi. Latino autem, & patrio idiomate:

*Orationes Sacras Panegyricas, & Morales.* Cæsaraugustæ 1702. litteris Emmanuelis Roman in fol. Vidi. Vernaculè demum:

*Vitam V. Petri Sellaras, ejusdem Instituti, ac Provincia.* Ibidem per eundem 1703. in 4. Vidi.

*Concionem de Immaculata Conceptione Virginis Mariae.* Ibidem 1678. in 4. Vidi.

*Orationem ad Fratres in Capitulo Provinciali congregatos.* Ibidem 1683. in 4. Vidi.

*Vitam V. Doctoris Subtilis*, opusculum sanè adamusim conscriptum. Cæsaraugustæ per Thomam Gasparem 1683. in 8. Vidi. Moritur anno 1724. apud suos tumulatus in Conventu S. Christophori de Alpartil. Laudibus ornat Emmanuelis Cæjetanus de Soufa in sua *Expeditione Historica S. Jacobi Majoris*, tomo 2. pag. 16.

JOANNES PEROTTAU, Regula-  
ris Observantiae, Gallus, edidit:

*De cultu, & laudibus Nominis Marię,*  
lib. 1. Flexiæ 1620. Ex Uvadingo.

JOANNES PERRINUS, Doctor  
Parisiensis, edidit, Uvadingo testante,  
tractatum:

*De dispensatione Ordinis Minorum Con-*  
*vent. anno 1495.* Sed eum carpsit acerri-  
mè Bernardinus Taruisinus, cognomen-  
to *Philosophus*, ejusdem Instituti, hæreti-  
cæ pravitatis Inquisitor in Provincia S.  
Antonij. Consule Tosignianum.

JOANNES PETIT, Gallus, Theo-  
logus Parisiensis, anno 1407. conscrip-  
sit:

*De justificatione Ducis Burgundie trac-*  
*tatum*; sed damnatur à Parisiensi Aca-  
demia, anno 1414. Inedita alia reliquit asser-  
vata in Parisina Bibliotheca S. Victoris, teste  
Dupino, quem consulas sæculo 15. tomo 1.  
pag. 289. & tomo 2. pag. 490.

JOANNES A. S. PETRO, natus in  
Urbe Caluensi Insulæ Corsicanæ, Regul.  
Observ. profectus ad Indias Occidenta-  
les, ita religiosè, & prudenter se gessit,  
ut ad regimen Cœnobij Limentis, alio-  
rumque Provinciæ duodecim Apostolo-  
rum in Regno Peruano adscitus, conitan-  
ter renuerit. Scripsit:

*Libellum de contritione*, mole parvum,  
sed virtute magnum, & proinde sæpè  
apud Indos, & Hispanos impressum, nem-  
pe Limæ, & Hispali, uti testatur Fr. Di-  
dacus de Cordova in Chronic. Provinciæ  
duodecim Apostolorum, lib. 6. cap. 7. pag.  
569. quem consulas post Uvadingum.

JOANNES PETRUS FORTIS,  
Venetus, Elegiaci carminis non ignarus,  
scripsit lingua Etrusca:

*Psalms Davidis, quos vulgò Pœnitent-*  
*iales vocant, & de laudibus montium*, de  
quo scripsit Franciscus Sanfonius, magna  
cum laude excellentis ejus ingenij. Obijt  
Venetis anno 1580. Hæc Tougnianus à  
Uvadingo exceptus.

JOANNES PHILIPPI, seu PHILIP-  
PUS apud Tosignianum, Gallus, bis Vi-  
carius Generalis Minorum Observant. pri-  
mum anno millesimo quadringentesimo  
sexagesimo septimo, secundum anno mille-  
simo quadringentesimo septuagesimo  
quinto, electus, scripsit:

*Tractatum de recurso ad amicos spiri-*  
*tuales pro relevandis Fratrum necessitati-*  
*bus*, qui ad Regulæ explicationem valdè  
conducit. Extat in opere inscripto: *Mo-*  
*num. Ordinis Seraphici*, à folio 103, juxta

editionem Salmantinam anni 1511. in 4.  
Vidi.

JOANNES A. S. PHILIPPO, His-  
panus, verbis ut vtar Fr. Tiburtij Navari  
in suo *S. Petro de Alcantara post mortem*  
*Redivivo*, cap. 16. fol. 75. in S. Didaci  
Vallisoletano, ac gravissimo Conventu  
nostræ S. Pauli Provinciæ strictioris Dis-  
calceatorum Observantiae, Seraphico Ha-  
bitu indutus, ad Discalceatos Philippina-  
rum Superiorum licentia se contulit, in-  
deque Missionibus Apostolicis deditus, in  
Japponium transivit. Annos post multos  
in prædicatione, & Gentilium conver-  
sione transactos gravi morbo afflictus, in  
montem Timitonguæ morbo cessit, cumque  
mortis suæ transitum adesse cognovisset,  
rogavit humiliter Dominum, ne eum, qui  
Sacramentis administrandis, indefessè la-  
boraverat, eorum participatione destitu-  
tum relinqueret. Exaudivit Dominus ora-  
tionem pauperis, voluntatem faciens ti-  
mentis ipsum; nam ad triduum vita pro-  
rogata, Sacerdotem Tertij Ordinis misit,  
qui Sacramenta omnia ei contulit. Postea  
quasi alterum Simeonem, Christus dimisit  
servum in pace anno 1628. die 22. Septe-  
mbris. Eodem anno, 20. Martij scrip-  
serat:

*Epistolam non indoctis humanæ sa-*  
*pientiae verbis, sed in virtute Spiritus*  
*Sancti, laudatam à Fr. Francisco à Sancta*  
*Agnete, part. 2. Chronic. Provinciæ S.*  
*Gregorij in Philippinis Insulis, lib. 7. cap.*  
*25. Eam vnà cum ejus actibus habes tom.*  
*2. Chronic. Provinc. S. Pauli, lib. 1. cap.*  
*6. num. 44. Consule Historiam Capituli*  
*Generalis Toletani anni 1633. fol. 48.*  
conscripam à Fr. Gaspare à Fonte, Mi-  
norita.

JOANNES PICARDUS, natione  
Gallus, Regul. Observ. alumnus, accu-  
ratè conscripsit opus prænotatum:

*Theaurus Theologorum*, nimirum è qua-  
tuor Ordinum Mendicantium, qui tùm  
extabant, Theologis, atque item è non-  
nullis alijs Doctoribus non regularibus  
numero triginta, eundem thesaurum co-  
llegit. Fuit autem opus dignum prælo ju-  
dicatum in Comitij Generalibus Mantuę  
celebratis anno 1503. Illud se vidisse, &  
evoluisse in Conventu S. Francisci ad mar-  
ginem Sabis, Provinciæ Flandriæ, testa-  
tur Henricus Uvillotus. Matrini in Biblio-  
theca S. Norberti vidi laudatum opus sub  
hoc titulo: *Theaurus Theologorum, qua-*  
*tuor libris Sententiarum correspondens,*  
*Doctorum, & Magistrorum in Sacra Pa-*  
*gina*

*gina professorum, decisiones complectens*  
*resolutive. & in pluribus probative modo*  
*competenti artem syllogizandi non ignoran-*  
*tibus.* Meli per Joannem de Castellionem,  
anno 1506. in 4. Ejus in laudem Joannes  
Gruy Scotus, Doctor Theologus, & Mi-  
norita, hoc præfixit Epigramma:

*Quis rogo tam nitidus, superas*  
*Tam cultus in oras,*  
*Summaque Doctorum venit*  
*In ora Virum?*  
*Hesperius, Gallus, Germanus, & Italus;*  
*Anglus,*  
*Armenus, Scotus, Persicus, Indus,*  
*Arabs.*  
*Cui tam multigenam soli licet esse?*  
*Joannis*  
*Picardi hoc virtus ingeniumque*  
*Facit.*

Extant quoque Picardi:

*Apologia pro mendicitate, & perfectio-*  
*ne Evangelica*, laudata à Fr. Petro de Al-  
va in Additionibus, tabulæ 2.

*Opus Resolutionum aurearum in libros*  
*Aristotelis.* Ex Uvadingo.

*Resolutiones aureę in Scotum, Petrum*  
*de Candia, & Dorbellum.* Ex eodem.

*Subsidium in Summam Angelicam.* Ex  
eodem. Hoc amplius habentur tom. 2.  
Bibliothecæ Barberinæ, pag. 206. sub no-  
mine Joannis Picardi.

*Notę in libros S. Bernardi.* Parisijs  
1615. in fol.

*Divi Anselmi, Archiepiscopi Cantua-*  
*rensis, opera omnia notis illustrata, & ali-*  
*quot novis opusculis aucta.* Colonia 1612.  
in fol.

*Authoris profunditatem, & ardorem*  
*Seraphicum*, commendat Illust. Tosignia-  
nus, lib. 3. Histor. Seraphica.

JOANNES PIATTI DE ALZA-  
NO, Italus, strictioris Observ. Reforma-  
torum in Neapolitana Provincia, Theo-  
logus, generalis Concinator, ac Refor-  
mata Provinciæ Bohemiæ Pater, vernaculè  
edidit:

*Sermocinationes pro agonizantium con-*  
*solatione.* Neapoli 1670. in 8. Vidi.

JOANNES RICAZO, Hispanus, ex  
Regul. Observ. Prov. Castellæ, Sacræ  
Theologiæ Professor, communem fecit  
à se habitam in populo gravis

*Orationem funebrem in Exequijs R. P.*  
*Fr. Francisci Faxardo, ejusdem Provinciæ*  
*Patris, &c.* Compluti per Josephum El-  
partola, anno 1727. in 4. Vidi. Publici

quoque juris fecit opusculum inscriptum:  
*Exercitium practicum virtutum.* Com-  
pluti 1730. in 8. Vidi. Vide tomo 1. ver-  
bo *Franciscus Faxardo.*

JOANNES PICQUETUS, Minorita,  
cujus auctoritate vicissim nititur Ar-  
turus, scripsit:

*Catalogum Virorum Illustrium Francis-*  
*canorum*, aded vsque mihi ignotum.

JOANNES DE PINEDA, Hispa-  
nus, Medinæ Campi natus, primò Com-  
postellanæ Provinciæ, in qua Guardia-  
num egit Salmantini Conventus, demùm  
Provinciæ Conceptionis Regularis Ob-  
servantiae, omnimodæ lectionis, & infat-  
tigabilis studij Vir, qui nullum visus est  
præterisse sacrum, aut prophanium Au-  
thorem, præsertim historicum, quem  
non legerit. Mirum est quomodo tot li-  
bros legenti superfuerit tempus, adscri-  
bendum sex millia octoginta viginti sex  
folia chartacea, aut tot volumina scriben-  
ti potuerit vacare ad legendum; scripsit  
enim:

*Monarchiam Ecclesiasticam Historia*  
*universalis totius Mundi in libros triginta,*  
*tomos quinque divisam*, in qua omnium  
Regnorum, & Rerumpublicarum origi-  
nes, Reges, & Principes diserte recen-  
set, ac veram Ecclesiæ Monarchiam ab  
Adam ad nostra tempora deductam firmi-  
tè, & constanter perseverasse demon-  
strat. Opus hoc Omnipotenti Deo, bo-  
norum omnium Authori, nuncupatum,  
ex omnium gentium Historicis compo-  
suit, in eo citatis, & collectis ultra mille,  
quadraginta Authoribus. Prodiit primùm  
Salmantica, secundo Barcinone, apud  
Jacobum Candrat, anno 1606. in folio.  
Vidi. D. Nicolaus Antonius, à vetustò  
Authore Bibliothecæ Hispanæ præmoni-  
tus, inquit infirmum huic straxisse Monar-  
chiæ fundamentum in Historia Pseudo-  
Berosi, aliorumque Authorum ab Anno  
Viterbiensi confictorum; sed quam ille  
fidem Beroso deberat non segnitè ex-  
pendit in operis principio. Ceterum opus  
Uvadingo judice, satis ingens est, & la-  
boriosum, magnamque prætulit facem  
optimis quibusque historicis, qui post  
illum scripsissent maxime Hispanis.  
*Agriculturam Christianam in Dialogis*  
*triginta quinque, binisque tomis dispartita-*  
*tam*, in qua quidquid ad animam Chris-  
tiane excellendam spectat, artificiosè mi-  
raque eruditionis, & rerum varietate in-  
textit. In prima parte quidquid ad instruc-  
tionem civilem, virtutesque politicas  
attitit.

tinet; argutis colloquijs, catenatisque inductionibus facere disponit. In secunda magis seriò de rebus sacris sermonem infiruit,

*De Præceptis Decalogi.*

*De Virtutibus Moralibus, & Theologicis.*

*De Peccatis.*

*De Symbolis Apostolorum, Nicæno, & Athanasij.*

*De Oratione Dominica.*

*De Salutatione Angelica.*

*De Vita, & Morte.*

*De Anti-Christo, Judicio Finali, penis Inferni, & Gloria Paradisi.* Prodierunt Salmantica apud Petrum de Adverca, & Didacum Lopes, anno 1589. in fol. Vidi.

*Vitam S. Joannis Baptiste*, satis doctè, & diffusè scriptam. Ibidem anno 1574. typis Gasparis de Portionarijs. Vidi. Opus est in tres libros distributum ad cujus calcem habes ligato sermone:

*Expositionem Salutationis Angelicae.* Prodiit quoque laudata *Vita*. Barcinone anno 1596. Salmanticae 1634. in 4. Reliquit etiam perplura alia, nec inutilia, quorum Catalogum subijcio:

*Cbiliadas universi* soluto, & ligato sermone Hispano tomis duobus in fol. Asservantur in Bibliotheca Matritensis Conventus Regularis Observantiae. Vidi. Primum exaravit anno 1564. & incipit: *Los tiempos*. Secundum elaboravit anno 1565. & incipit: *Reyno Longimano*.

*Hecatompeam* tomis duobus in folio. Utrumque vidi Medinae Campi in Bibliotheca Conventus Regularis Observantiae asservatum, & Latine conscriptum. Tomus primus amplectitur *Centuriam Conventuum Sacrarum à Dominica prima Adventus usque ad Resurrectionem Domini*, exclusivè. Posterior tomus continet *Centuriam aliam Sermonum de Tempore, ac de Sanctis, cum Expositione Evangeliorum, à Dominica Resurrectionis usque ad Dominicam primam Adventus*.

*De Virtutibus, & Vitijs*, tomum alium in fol. vernaculè, & ordine Alphabetico. Vidi, ac legi ibidem, sed absque fine.

*Adversus ambitiosos*, opus Hispanicè prenotatum: *Cbria Pbilolmica*.

*Contra peccata, & errores linguæ librum hujus nuncupationis: Clotalogia*. Alium prenotatum:

*Visio delectabilis*, carmine Hispanico, adjectis glossis.

*Miscellanea diversarum materiarum*, in ternaria distributa.

*De honorifico decessu D. Sueri de Quinones*. Salmanticae 1588. in 8. apud Corneliolum Bonardi, teste D. Nicolao Antonio, tomo 2. Biblioth. Hispanæ. Latino demùm sermone conscripsit eodem Pineda recensente.

*Alveolos quatuor de exceptionibus, seu locorum communium.*

*Pentalogum juniorum Predicatorum.*

*Commentaria in decem primos Psalmos Davidicos.*

*Commentaria in Threnos Jeremie.*

*Commentaria in libros Metaphysicales.*

*Commentaria in Symbolum: Quicumque vult.*

*Convivium Nobilium*, vti narrat Uvadingus. Decessit octogenarius circa annum 1590. jacetque in patrio suæ Provinciae Cœnobio. Inter alia vulgaria hujusce Authoris carmina, legimus ad Lectorem missa:

*Ya fenecida es à nuestra labor  
De treinta mil quotas, y quatro  
mas, &c.*

Ejus effigie adornatur celebris Bibliotheca Dominæ nostræ de Saliceto, appositæ hoc carmine:

*Eres con tu Monarquia  
Monarca de Historiadores;  
Pineda, y Piña de Autores:*

JOANNES DE PIZZANO, Anglus, quem perperam Cantuariensem Archiepiscopum, Tosignianus fecit, posteritati donavit:

*Commentaria super Sententias*. Habetur M. S. in Bibliotheca Conventus Assisij, Uvadingo teste.

JOANNES A PLAGIS, Lusitanus, Discalceatæ Provinciae Arrabidorum Minister, Vir, recensente Uvadingo, summa pietatis, & magni nominis inter domesticos, & externos, cum ageretur de concedendis Vicarijs generalibus pro Fratribus Cismontanis, & Ultramontanis, strictior. Observ. edidit libellum supplicem, Gregorio XV. sub quo hæc agebantur, porrigendum; quem inscripsit:

*Discursum, seu Tractatum, in quo probatur non expedire, quod Religiosi Franciscani Excalceati babeant Vicarios Generales, per quos scinderetur regimen Monarchicum Ordinis contra Regula Franciscana præceptum; cui addita est relatio, seu historia non adeò felicitis eventus institutio:*

tionis Vicariorum Generalium impetratorum in Concilio Constantensi, & insuper Apologia pro statu Observantiae, in qua ostendit non fuisse id eo admittas dispensationes; sed Fratres vivere vitam Regularem. Ulyssipone apud Petrum Cracesbeck, anno 1622. in 4. Vidi.

*Apologeticam de usu Syndicorum*. Ibidem apud Anton. Alvarez 1630. Præter hæc à Uvadingo narrata, & vulgata:

*Victorias Evangelicæ paupertatis*. Ulyssipone 1625. in 4. Ex-Pluteau in Catalogo AA. & Nicolao Antonio.

*De Oratione*, tractatum egregium, Romæ in Choro Eminentissimorum Cardinalium repositum, teste Georgio Cardoso, tomo 2. Agiologij Lusitani ad diem 4. Martij, pag. 50. littera O. Migravit ad Dominum sexagenario major, Ulyssipone anno 1637. Magnopere commendatur ab Illust. D. Fr. Thoma de Faria, libi 2.

„ Decad. cap: 10. *Dignus est*, inquit, qui  
„ hoc loco referatur, quem primo loco  
„ adducere debuissim Fratrem Joannem  
„ de Pietate, Capuccinum, qui natione  
„ Belga in Portugalliam venit, & arctissimi  
„ mundi vivendi modum amplectens, alium  
„ Franciscum vitæ austeritate, ac rigore  
„ refert. Cum Belgia ferè Calviniana, Lu-  
„ theri fecibus sit infecta, ipsiusque vel  
„ parentes, vel consanguinei eadem peste  
„ maculari deberent. Ille rarus Eidei Ca-  
„ tholicæ amplexator, ac propagator  
„ existit. Quid de ejusdem vitæ sanctimo-  
„ nia dicerem? Quid de suæ Regulæ ob-  
„ servatione infalibili? Quid de vigilijs,  
„ & disciplinis, jejunijsque assiduis? Quid  
„ de perenni quadam Oratione mentali ad-  
„ hæsiōe? Exemplar omnium virtutum,  
„ & cum prælaturam iniecit maximus Insti-  
„ tuti sui, ac observantissimus executor.  
„ Scripsit opera quadam in suæ Religio-  
„ nis augmentum, & conservationem, at-  
„ que alia digna quæ semper leguntur.

JOANNES A PLANO, Italus, Carpenis cognominatus (Carpenis Planus est locus Perusini agri) S. Francisci Apostolicus discipulus, Apostolus factus, Ruthenorum, & Tartarorum itinera multa dimensus incommodaque plura perpe-  
sus; Uvornatiæ, Spiræ, Coloniae, sermonibus ad populum habitis, multos ad poenitentiam convertit; Ordinemque suum in Bohemia, Hungaria, Dacia, Saxonia, Lotharingia, Hispania, alijsque in Regnis maxime propugnavit. Ab Innocentio IV. Romano Pontifice ad Regem Tartarorum legatus ad pacem cum Christi-

Tom. II.

fidelibus firmandam, lib. vnico descripsit:

*Mores, Ritus, & bella Tartarorum*, præmissa Epistola, quæ incipit: *Cum ex mandato Sedis Apostolicæ*. Sub titulo: *Itinerarij*, Gallicè, & Latine in lucem prodijt Parisijs anno 1634. in 8. Lingua Batavica vulgatum est cum alijs Itinerarijs Lugduni Batavorum apud Petrum Vandesta 1706. E vivis abiit circa ann. 1246. Pluribus de eo Arturus in Martyrologio Franciscano, & Oldoinus in de Scripturis Perusinis, pag. 188. Consule Acta Eruditorum Lipsiæ 1708. mense Martio.

JOANNES DE PLASENCIA, Hispanus (cujus elogium habes apud Martellum à Ribadeneyra, libi 3. luvæ Hist. Japon. cap. 3.) S. Jacobi Provinc. Regul. Observ. primum nomen dedit, inde ad Josephinam Discalceatorum Provinciam, tandem in Philippinas Insulas translatus (à quibus nunquam recessit) tertius fuit Custos novæ in illa tempestate Discalceatæ Prov. S. Gregorij. Dum vixit, veri Minoritæ, ac eximij fervoris in Divinis rebus, & animarum salute procurandis famam notissimam implevit. Scripsit (teste mihi Fr. Antonio de la Llave, tom. 1. Chronic. laudatæ Provinc. S. Gregorij in Philippinis, trienn. 4. cap. 27. (scripsit, inquam, opus mysticum sub titulo:

*La Santina*. Item idiomatibus varijs illarum Insularum.

*Catechismum*. Demùm ad preces D. Jacobi de Vera, Maniliensis Gubernatoris, compilavit.

*Statuta antiqua Indorum, quos Tagalos vocitant*. Hanc compilationem legi in memoratis S. Gregorij Chronicis ibidemque trienn. 4. cap. 1. nostri V. Authoris vitam.

*Artem, ac Dictionarium linguæ Tagalæ*, vti cum ejus vita recenset Fr. Jacobus à Castro, tom. 2. Chron. Provinciae Sancti Jacobi, pag. 150.

JOANNES DE PLOMENDA, Theutonicus, scripsit circa ann. 1330. attestante Joanne Rioche in Compend. Temporum, cap. 9. quid autem scripsit, non recenset.

JOANNES POLINUS. Vide inferius *Joannes de Quala*.

JOANNES PONCIUS, Hybernus Corcagiensis, Prov. Hybernæ strictioris Observ. & Collegij Lovaniensis Minorum Hybernorum alumnus, Ector emeritus, & in Romano Collegio S. Ildori Primarius Professor, Vir religionè, & virtutè omnibus gratus, & in humanioribus litteris non mediocriter versatus, eruditè conscripsit:



Gallia Cisalpina proprium habet Altare in Ecclesia Patrum Conventualium sola B. Joannis Parmensis imagine radijs ornata ab immemorabili decoratum, teste laudato Gubernatis ibidem pagina 123. Consule Arturum, præsertim ad diem 19. Martij.

**JOANNES DE QUIROS**, Hispanus, Regul. Observ. Provinciæ Bæticæ, Lector emeritus à Consilijs S. Officij, Pater, Indiarumque Vice-Commissarius generalis, eruditionis laude notus, edidit vernaculè:

*Rosarium immaculatum Virginis Mariae.* Super Evangelium *Confiteor tibi Pater*, ac super *Orationem Dominicam*. Hispani per Andream Grande 1650. in folio. Vidi.

*Ejusdem Rosarii* tomum 2. Ibidem apud Michaelem Aldabe 1651. in fol. Vidi. Pertractant de eo D. Nicolaus Antonius, ac Fr. Petrus de Alva in Militia.

**JOANNES RABASSEUS**, Gallus, ex Recollectis Prov. S. Dionysij, vii adnotat Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 26. Julij, §. 1. scripsit:

*Vitam S. Annae.* Insupèr ex Dupino, sæculo 17.

*Regulam devotarum animarum.* Floruit circa 1630.

**JOANNES** (olim FRANCISCUS) **DE RADA**, Hispanus, Aragonensis, Prov. S. Jacobi in Conventu Salmanticensi vsque adeò celebris S. Theologiæ Professor, vt à Clemente Octavo Romam evocatus sit, & adscriptus inter Consultores præcipuos delectos pro gravissima illa controversia de efficacia gratiæ, quæ inter Prædicatores, & Societatis Jesu Professores versabatur: dehinc factus Procurator Generalis Ordinis, mox electus est Archiepiscopus Tranensis in Apulia, anno 1605. die 17. Augusti, & anno sequenti die 16. Januarij Episcopus Patensis in Sicilia. Scripsit:

*Controversias Theologicas inter Sanctum Thomam, & Scotum, super quatuor libros Sententiarum*, in quibus pugnantes sententiæ referuntur, potiores difficultates elucidantur, & responsiones ad argumenta Scoti rejiciuntur. Opus in quatuor partes distinctum, non modò vtriusque scholæ Professoribus, verumetiam præclaris ingenijs apprime utile, & necessarium. Venetijs apud Joannem Guerijum, anno 1599. & alibi sæpè. Postremo Colonia Agrippinæ apud Joannem

Critium, anno 1620. 4. volum. in 4. seu folio parvo. Vidi. Obijt in Cœnobio Sancti Francisci de Paula in Calabria, diù Roma ad suum proficisceretur Episcopatum, anno 1608. Joannem hunc commendant Uvadingus, Nicolaus Antonius, & alij.

**JOANNES RAMIREZ**, Hispanus, Regul. Observ. Compostellanæ Provinciæ, scripsit:

*Expositionem Regule Seraphicæ*, quam ex Ludovico Mirandensi laudat D. Nicolaus Antonius, minimè verò Uvadingus, nec Historicus laudatæ Provinciæ.

**JOANNES REDALDUS**, Venetus, Prov. S. Antonij Regul. Observ. alumnus, edidit:

*Kalendarium ad annos centum, vsque univèrsæ Familiæ Minoritarum juxta Ritum Romani Breviarij.* Venet. anno 1573. in 8. typis Junctatum. Vidi.

**JOANNES REGINALDUS**, Provinciæ Franciæ Parisiensis olim Minister, scripsit:

*In Regulam Fratrum Minorum.* Uvadingo teste.

**JOANNES REITANUS**, Italus, Messanensis, à pusilla corporis molle Joannini nomine per Italiam notus, celeberrimus Ecclesiastes, qui in Provincia Sicula Minorum Conventualium Diffinitoris, & S. Officij Consultoris munera explevit, typis commisit Italicè:

*Orationem funebrem in Exequijs Philippi IV. Hispaniarum Regis.* Trani apud Hæredes Laurentij Valerij 1665. in 8.

*Panegyrica in solemnitate Ascensionis Domini, & Epistola deiparæ ad Messanenses.* Neapoli apud Andream Colichiam 1669. in 4.

*Conciones Panegyricas de S. Dominico, de S. Joanne Baptista, de S. Conrado, de S. Rosalia, de S. Augusta,* editas seorsum Florentiæ, Panormi, & alibi.

*Orationem funebrem in obitu Cesaris Maruli, Marchionis à Condagusta.* Consentiæ apud Joannem Baptistam Ruffum, anno 1666. in 4.

*De Ruina Turcarum discursum Academicum.* Venetijs per Franciscum Valvensem 1665. in 4.

*De Litteris Regina Angelorum ad Messanenses Orationem Panegyricam.* Monte-Leoni apud Dominicum Antonium Ferrum, anno 1668. in 4. Deceßit anno 1693. Ipsum pluribus laudat Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculiæ.

JOAN-

**JOANNES REJA A VALENTIA**, Hispanus, strictioris Observ. Discalc. Sacræ Theologiæ Professor in Provincia S. Gabrielis, evulgavit vernaculè eruditam:

*Orationem funebrem in Exequijs R. A. P. Fr. Joannis Duran del Montijo, laudatæ Provinciæ iteratò Patris, ac Diffinitoris generalis Ordinis.* Matriti anno 1731. in 4. Vidi.

**JOANNES RENAMMAN**, Uvadingo **RENNAMARA**, Minorita, Theutonicus, ab Illustrissimis Gonzaga, & Tosignano laudatus, circa annum 1460. quo clarebat, scripsit:

*Sermones Varios.*

*De Passione Domini.*

*Defensorium contra quosdam sui calumniatores, aliaque complura.*

**JOANNES A RESURRECTIONE**, Hispanus, Discalceatæ Provinciæ S. Pauli, Sacræ Theologiæ Lector, Diffinitor, ac Custos, Vir sanè doctrina, ac virtute clarus nonnullos *Morales tractatus*, M. S. reliquit, vnum, videlicet, *de Peccatis*, nonnullis additionibus locupletatum à doctissimo Viro, ejusdemque Provinciæ alumno Fr. Joanne ab Assumptione, Salmanticiæ typis dabat in 4. sub titulo: *Antorcha Moral*, Lucas Perez, typographus Universitatis, anno 1689. Vidi.

Alium *tractatum de Pœnitentia* utile valde pariter in publicum mittebat in fol. sub titulo: *Antorcha Moral, añadida*, Isidorus de Leon, Salmanticensis Universitatis typographus, anno 1703. Vidi. Pijssimè obijt Octoduri anno 1654. die 14. Martij, apud suos in Conventu S. Ludovici Episcopi tumulatus.

**JOANNES DE RIBAS**, Hispanus, ex Discalceata Provinciæ S. Gabrielis, sextus è duodecim Ordinis Patribus, qui ad Indos Novæ Hispaniæ transfretantes, primi illos Sacro Lavacro regenerarunt, Diffinitor Provinciæ S. Evangelij, & Guardianus Mexicanus, hæc Indis monumenta illorum lingua reliquit:

*Catechismum ad rudes illos Neophytos erudiendos.*

*Sermones Dominicales totius anni.*

*Dialogum, quo perfecti Christiani mores exprimentur.*

*Vitas Sanctorum Patrum è Latino in Mexicanum traduxit.*

*Vitas Patrum, & suorum sociorum, qui præcesserunt, ac quorum studio, & prædicationibus lux Christiana primum Mexicanis illuxit, lingua Mexicana composuit.* Tom. 11.

Tetzucano in Conventu curvatis propè lectulum genibus, sanctissimè decessit anno 1562. die 25. Junij. Consentiunt Uvadingus, Gonzaga, & alij apud partem primam meæ Bibliothecæ Minorum Discalceatorum.

**JOANNES RICCA**, Italus, Netianus, alijs Syracusanus, ex Minoritis Conventualibus, Sacræ Theologiæ Magister, scripsit, teste Uvadingo à Mongitore excepto:

*Commentaria in Magistrum Sententiarum.*

*Libros de Pœnitentia.* Citatur in Summâ Angelica, & à Rocho Pyrrho in notitia Syracusana. Floruit sub Martino Rege Siciliæ, anno 1396. Ejus cum laude meminit Hieronymus Rendaragusa, fol. 157. suæ Bibliothecæ Siciliæ.

**JOANNES RICCIUS**, Romanus, strictioris Observantiæ Provinciæ Romanæ alumnus, Sacræ Theologiæ Lector, struxit opus prænotatum:

*Apparatus ad imaginativam Doctoris Subtilissimi suscitandam, sive opus complectens principia Catholice scientiæ, ipsam scientiam, methodumque, ea omnia inquirendi, & componendi, prævium ad Analogias methodos, & loca Mathematica, quæ in libro Sentent. Quodlibetis, & Theorematum Joannis Duns Scoti continentur enucleanda.* Ticini Regij 1650. in 4. apud Joann. Andream Magrium. Vidi. Ejus in Prologo spem facit aliarum Incubationum dicens: *Quod si hæc pro voto arriserint, quam citissimè novos fructus propensioris mei laboris expecta.*

**JOANNES RICHARDI.** Vide verò bo Joannes Rigaldi.

**JOANNES RICUTIUS**, Vellinus, Camers (Uvadingo vtor) Vir sui temporis doctissimus, Lector Ordinarius, & publicus Viennæ Pannoniæ: naturalis, & Romanæ Historiæ peritissimus, in optimis quibusque Romanorum Authoribus apprime versatus, scripsit:

*Annotationes in Titum Livium, quæ ad veteres Romanorum Historias viam sternunt, possuntque esse multis administrulo.*

*Commentaria in Lucium Floram.* Prodicunt Argentorati apud Hervalium, anno 1528. & Colonia anno 1537.

*In Julium Solinum.* Excusa sunt Viennæ.

*In Plinij naturalis historia libros, primus attexuit Indices, vnum adhibuit vocum, & rerum: secundum Geographiam*

cum amplissimum, cujus fini hi versus subjunguntur.

*Terrarum partes, sylvas cum montibus, annes,*

*Aquarumque, & fontes, oppida, stagna, lacus.*

*Vim Cæli, variosque hominum si noscere ritus*

*Expetis, hæc mox te parva tabella docet.*

Impressi sunt cum ipso opere Pliniano Venetijs, anno 1517. apud Georgium de Rufconibus in fol.

*Commentaria in tabulam Cebetis. Crægovia 1555.*

*In Claudianum. Viennæ.*

*Annotationes in Fenestellam.*

*In Eutroptum Commentaria. Subindè ab ipso citantur in Annotationibus ad Florentum.*

*Commentaria in S. August. libros de Civitate Dei. Florebat anno 1528. teste Uvilloto.*

JOANNES RIDEVALLUS, alitè REDOVALLENSIS, seu DE RIDEVANS (à quibusdam Joannes Mosca vocatus) Anglus, quem Josephus Pamphilus, & alij faciunt Augustinianum, Uvillotus verò cum plerisque Minoritam, Sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, Vir omni virtutis, & eruditionis laude florens: Juvenis Latini sermonis elegantiam avidè didicit, matura ætate accuratè eadem studia revolvit, & per totam vitam impensè coluit, & quamvis provecioribus annis in Divinis Litteris fixum studium posuerit, ad humanas tamen animi gratia nonnunquam excurrere, & vetera repetere mirè gestivit. Atque ita factum est, ut vbique ministras illas scientias summæ scientiarum domiæ Theologiæ fecerit ancillari, & quasi detractis Ægyptiorum spolijs Templum Dei ornaverit. Nam Theologica ejus scripta Poesi, Historia, Rhetoricisque flosculis, tanquam quibusdam gemmis distincta splendent, & sua multiplici varietate lectoris animum mirificè oblectant. Multos eruditos Auctores, tum antiquos, tum recentes, tum sacros, tum prophanos, luculentissimis Commentarijs illustravit. Omnia quantum fieri poterat, vel ad virtutis amorem, vel ad vitij fugam convertere consueverat. Quod maximè palam fit in illis explanationibus, quas ad Mythologias Fulgentij composuit. Ubi confixit quædam picturas virtutum,

& vitiorum, sub imaginibus Deorum, & Dearum, quos olim Pagani superstitione colebant, quamvis in istis à quibusdam non probetur. Habemus igitur ex illius penu:

*Super Psalterium*, lib. 1. Ex Lelando cap. 282. & Jacobo Le. Long, pag. 797. suæ Bibliothecæ Sacræ.

*Super Cantica*, lib. 1. Incipit: *Diligenti discretione cautum est.*

*In Evangelium S. Joannis*, lib. 1.

*In Epistolas D. Pauli*, libros quatuordecim.

*In S. Augustinum de Civitate Dei*, libros 22.

*In Mythologias Fulgentij*, lib. 3. Incipit: *Intentio Venerabilis Viri Fulgentij, M. S. Cantabrigiæ in Bibliotheca publica.*

*Moralium expositionem in Metamorphosin Ovidij super fabulas ducentas, & octo decim.* Incipit: *In hujus expositionis &c.* M. S. ibidem.

*Lecturas Scripturarum*, lib. 1.

*Sermonum per annum*, lib. 1.

*Quæstiones ordinarias octo*, lib. 1. Incipit: *Primus articulus quæstionis.*

*In Valerium ad Rufinum de uxore non ducenda*, lib. 1. Incipit: *Loqui prohibeor, & tacere non.* Claruit anno 1330. Consentiant Uvadingus, & Angelus à S. Francisco in Catalogo Scriptorum Anglorum. Agitur quoque de eo tom. 1. Historiæ Universitatis Oxoniensis, lib. 1. fol. 57.

JOANNES DE RIERA, Hispanus, Vir pius, & doctus, Provinciæ Majoricæ, in doctrina, & præceptis Raymundi Lullij, cujus causam multis annis in Urbe defendit, versatissimus, scripsit:

*Doctum tractatum, in quo respondet omnibus, quæ hucusque objecta sunt doctrinæ Raymundi.* Palmæ Majoricarum 1627. in fol. Vidi. Obijt in hoc Collegio magna virtutis opinione, sepultus in Sacello S. Francisci. Ipsum commendavit Uvadingus, ac Nicolaus Antonius.

JOANNES RIGALDI, (Tosigniano, & Gonzaga perperam Richardi) Gallus, Episcopus Draconensis (non autem ille Osonæus, qui prohibitus est in Indice Romano) scripsit:

*Compendium Theologiæ*, elegans quiddè opus, libris septem distinctum, quo utebatur Uvadingus M. S. pulchro caractere, & minio, auratisque majusculis exaratum.

*Tabulam thematum pro diversis negotijs applicatam.*

*applicandorum.* Habetur in fine prædicti Codicis. Extat etiam idem *Compendium* in Bibliot. Galliarum Regia, codice, 1479. sub hoc titulo: *Joannis Rigaldi Ordin. Minor. Compendium Theologiæ Pauperum.* Alia sunt *Compendia Theologiæ*, sed distincta à laudato Rigaldi, qui floruit circa annum 1320. Confule Ughellum, tom. 8. Italiæ Sacræ in Episcopis Draconensibus.

JOANNES RIGANDUS, seu RIGAUDUS, natione Gallus, professione Minorita, Clementis V. Pont. Max. Pœnitentiarius, scripsit:

*Summam*, (seu *Formulam Confessionum*, uti ex Codice Naudæano recenset Philippos Labbe in sua nova Bibliotheca librorum M. S. edita Parisijs 1653. in 4. Consentiant Tosignianus, & Uvadingus.

JOANNES RIKELME, Hispanus; Hispanensis, Regularis Observantiæ Provinciæ Baticæ, Theologus emeritus, à Theologicis Censuris S. Officij, Pater Canariensis Prov. Humanis, ac Divinis Litteris expositus, edidit opus prænotatum:

*Nuntius pronubus.* In tres partes dividitur, quarum prima S. Joannem Baptistam commendat, in secunda exponit illud Matthæi: *Non surrexit major.* Tertia pars Moralis est, & appellatur ab Authore *Bucella charitatis.* Barcinone apud Joann. Nogue 1684. in 4. Vidi. Tractatum hujusce nuncupationis:

*Veritas pro modestia colenda, & vanitate ornatus extirpanda.* Neapoli apud Carolum Persile 1685. in 8. Vidi.

*Defensorium primæ partis operum V. Matris de Agreda.* Gadibus ex typographia Christophori de Requena 1697. in 4. Vidi. Item opus egregium, ac valdè eruditum Hispano sermone, sub titulo:

*Ad quid homo ratione pollet?* Hispani in Collegio D. Bonaventuræ 1687. in 4. Vidi.

*Vitas Sanctorum Joannis à Capistrano, Paschalis Baylon, ac B. Antonij Stronconio.* Gadibus per Bartholomæum Nuñez, anno 1691. in 8. Vidi. Obijt Gadibus anno 1713. prænuntiato sui transitus die, octavo nempe Immaculatæ Conceptionis Matris Admirabilis.

JOANNES RIMAN, adscribitur à nonnullis, Scriptoribus, sed perperam, fuit enim Typographus, minimè verò Scriptor.

JOANNES RIOCHE, Britanus, hujusque Provinciæ Minister Provincialis, edidit:

*Compendium temporum, & historiarum.*

*ab Ascensione Domini in Cælum, usque ad annum millesimum quingentesimum septuagesimum sextum.* Prodiit Parisijs anno prædicto in 8. ex officina Guilielmi Juliadi. Vidi. Rioche commendant Uvading. Gonzaga, Tosignianus, Alphonsus de Varea, tom. 2. sui *Universi*, fol. 444. & Soufay, tomo 2. suæ *Expeditionis Hispanica*, numero 136.

JOANNES A RIPPA, Tranfonum, sive a RIPIS, Picens, Minorita, Doctor difficilis nuncupatus, qui sub disciplina Doctoris Subtilis (fidem si facias Fr. Alphonsi Briceño in suo Apparatu Historico, pag. 122. ex Illust. Gonzaga.) ante annum ætatis trigessimum Doctoris gradum obtinuit, & legatione ad Græcos suscepta, in ijs ad Ecclesiæ unionem plurimum laboravit; scripsit:

*In aliquot Aristotelis libros, præsertim de Anima.*

*Quæstiones de Formalitatibus;*

*De Virtutibus.*

*De Vitijis.*

*In libros Sententiarum.* Injunctum est: *Amice ascende superius.* Habetur M. S. AC. filij in fol.

*Sermones de Tempore.*

*Sermones de Sanctis.* In Conventu Ripæ Tranfonis in lapide marmoreo hoc ei posuit monumentum Felix Perettus à Monte Alto, postea Sixtus V.

Joanni à Ripis, Ordinis Minorum, Theologo, & Philosopho clarissimo,

Qui annos plures

In publico Parisiensi Gymnasio docuit,

In Sententiarum libros

Accuratissima Commentarij edidit,

De Anima, de Vitijis, & Virtutibus, Aliaque ingenij sui monumenta,

Quæ temporum injuria,

Seu veterum incuria latent,

Seu perierunt, posteris reliquit.

Claruit sub Joanne XXII. Pont. Max.

Et Ludovico Bavaro imperante, Fra-



Frater Felix Perettus à Monte Alto,  
Agathensis Ecclesiæ Episcopus  
Ordin. Minorum Convent.  
Vicarius Generalis Apostolicus  
Provinciali suo reverentiæ ergo  
Posuit.

Consule Uvadingum, tom. 3. Annalium  
ad annum Christi 1319. & tom. 1. ad an-  
num 1250. & Tolignianum, lib. 3. Histo-  
riæ Seraphicæ, & Alva, col. 817. suæ Mi-  
litæ.

JOANNES RODILLO, Hispanus,  
Regularis Observantiæ Provinciæ Castel-  
lanæ, Sacræ Theologiæ Professor, publi-  
ci juris fecit vernacula:

*Concionem de S. Bonaventura.* Matriti  
per Antonium Gonzalez 1677. in 4. Vidi.

JOANNES RODINTOGNUS, Uvi-  
lloto RODINGCON, Anglus, Patria Lin-  
colnensis, (quem quidam immeritò Mo-  
nachum dixerunt Benedictinum) Francis-  
canis nomen dedit in Cœnobio Stanfor-  
diensi. Inter suos quidem virtutis, &  
eruditionis titulis emicuit. Joannes Ma-  
jor, libro primo, cap. 5. de gestis Sco-  
torum scribit eum Oxoniæ Philosophiam,  
atque etiam Theologiam didicisse, ad  
perfectam tamen utriusque professionem  
demum Parisijs pervenisse. In Anglia au-  
tem ad aliquot annos Ordinis sui Provin-  
ciale egit. Petrus Vicentinus, Ordinis  
Prædic. hoc in eo notat, quod mordicus  
tenuerit Deiparam Virginem in origina-  
li peccato fuisse conceptam. Cultiore  
linguæ Latinæ sermonem non magni fe-  
cit, scholastico, sicut illa ferebant tem-  
pora, contentus stylo, pluris æstimans re-  
rum solidam scientiam, quam inanem ver-  
borum ornatum. Scripsit:

*Super Magistrum Sententiarum*, lib. 4.  
Incipit: *Da mihi intellectum.* Habetur in  
Bibliotheca Vaticana M. S. ejus *Lectura  
super primum Sententiarum.*

*In textum Sententiarum*, lib. 1. Incipit:  
*Circa hanc distinctionem.*

*Determinationes Theologiæ*, lib. 1.

*Quæstiones disputatas*, lib. 1. Incipit:  
*Utrum Sacramenta novæ.*

*Quæstiones ordinarias*, lib. 1. Incipit:  
*Circa Dei potentiam.*

*Quæstiones extraordinarias*, lib. 1. In-  
cipit: *Utrum visio Divina.*

*Quodlibeta majora*, lib. 1. Incipit: *U-*  
*habetur tricesima septima.*

*Quodlibeta minora*, lib. 1. Incipit: *Se-*  
*cundum B. Augustinum.*

*Replicationes Scholasticas*, lib. 1. Belfor-  
diæ migravit ad Dominum, anno millesi-  
mo trecentesimo quadragesimo octavo.  
Uvadingus post Pisum, cum quibus Fr.  
Angelus à S. Francisco in suo Catalogo  
Scriptorum Anglorum.

JOANNES RODRIGUEZ DE EL  
PADRON, Uvadingo HERBON, His-  
panus, Regni Galliciæ in Hispania, Op-  
pido non ignobili, Provinciæ S. Jacobi  
alumnus, in Joannis II. Castellæ Regis  
aula à juventute instructus, ob insignem  
rei Poeticæ, & Historiæ peritiam Regi  
per quam charus, ejus Versificator, &  
Historicus renunciatus est. Aulicis amo-  
ribus implexus, Maciæ sui socij, inter pro-  
cos pertinacissimi, infans affectibus inter  
Hispanos celeberrimi, misera morte per-  
territus, & artificiosè à regia pedissequa  
delusus, Mundi pertesus, in seque rever-  
sus, Minorum subijt Institutum in Patria,  
vbi concessis facultatibus Cœnobio con-  
struendo, vitam duxit religiosissimam,  
Scripsit lingua vernacula:

*De Nobilitate.*

*De Inferno, sive de intolerabili pœna  
amoris*, opus metricum.

*Carmina varia.* Floruit sub annum  
1450. Vide Argotem de Molina apud  
Uvadingum, ejusque supplementa à Me-  
lisano edita ad annum 1450. Eum com-  
mendat Ernestus in sua Bibliotheca Ge-  
nealogica, fol. 238.

JOANNES RODRIGUEZ DE SO-  
BARZO, Hispanus, Esquivientis è Regi-  
no Toletano, Tertium S. Francisci Or-  
dinem professus, vernaculè edidit:

*Instructiōnem Tertiariorum S. Francis-*  
*ci.* Matriti ex typographia Regia, anno  
1655. in 8. Vidi. Promissit quoque teste  
D. Nicolao Antonio.

*Chronicon sui Ordinis.*

JOANNES RODRIGUEZ DE ZIS-  
NEROS, Hispanus, Castellanae Provin-  
ciæ Regularis Observantiæ Theologus,  
Diffinitor, Historicus, ac Provinciæ S.  
Jacobi Pater, Hispanicè edidit:

*Compendium Vitæ S. Francisci Solanti*  
Matriti in officina Viduæ Joannis Garcia  
1727. in 8. Vidi.

*Vitam V. Matris Sor. Hieronymæ à Jea-*  
*su Carrillo, Conventus Immaculatæ Concep-*  
*tionis de Priego Abbatissæ.* Matriti per  
Thomam Rodriguez 1727. in fol. Vidi.

*Orationem funebrem in Exequijs V. Ter-*  
*tariæ Elisabethæ à Jesu*, in 4. Vidi.

JOAN

JOANNES ROIARDUS, Alder-  
nandensis (minimè Antuerpensis) Flan-  
der, in Regno Scotiæ Commissarius Ge-  
neralis, suaque tempestate insignis Verbi  
Dei præco, stylo ferè scholastico scripsit  
tomos plures Sermonum sæpissimè cufos,  
nempe:

*Homilias in Epistolas, & Evangelia Do-*  
*minicalia, & festiuitates Sanctorum tem-*  
*poris æstivi.* Coloniae 1573. Præter ista à  
Uvadingo laudata, emisit:

*Ennarrationem Dominicæ Passionis.* An-  
tuerpiæ 1550. & 1560. in 8. Vidi.

*Soliloquium Deum precandi.* Antuerpiæ  
apud Joannem Stesium 1546. in 8. Vidi.

*Apologiam contra Zelotem.* Parisijs apud  
Audoenum Parvum 1544. in 8. Vidi.  
Obijt Brugis Flandorum anno 1547. apud  
suos sepultus in Navi Ecclesiæ. Eum com-  
mendant Sixtus Senensis, Dupinus, Va-  
lerius Andreas, ac Ludovicus Bail in sua  
Bibliotheca Concionatorum, nonnullas  
ex suis declamationibus coarctans, part. 3.  
cap. 102. pag. 448.

JOANNES DE ROMANONES,  
Hispanus, Provinciæ Castellæ Regularis  
Observ. filius, ad S. Evangelij Provinciam  
gradum fecit, in qua zelo animarum duc-  
tus scripsit, non tamen edidit:

*Sermones Mexicano idiomate.*

*Traclatus varios*, eadem lingua Mexi-  
cana quoque fecit:

*Stromata quadam Scripture Sacræ.* Agit  
de ipso cum laude Torquemada, tom. 3.  
lib. 20. cap. 63.

JOANNES ROTA, Hispanus, ex  
Seraphica Custodia Cataloniensi, Ma-  
riannæ Bibliothecæ adscribitur à nostro  
Alva, col. 829. & meritò; eos enim in  
Sacra Theologia progressus fecit, quos  
diligentiè ostendit mirandus eventus sæ-  
pissimè conscriptus, & à laudato Alva  
ibidem, cujus verba subjicio: *Cum anno*,  
*inquit, 1390. prædicasset in Ecclesia*  
*Gerundensi in Principatu Cataloniæ*  
*de Immaculata Virginis Conceptione, &*  
*propter hoc fuisset ab Inquisitore Ord.*  
*Prædicatorum ad judicium vocatus, ha-*  
*buit cum prædicto de mandato Regis*  
*Joannis Primi solemnem, ac publicam*  
*disputationem, qua finita Rex in sig-*  
*num victoriæ posuit super caput præ-*  
*dicti Joannis sertum viridè vernantium*  
*florum, sic insignitus vna cum Tubicæ*  
*nis fuit honorificè associatus per dictam*  
*Civitatem, aliasque Civitates, & Oppida*  
*circumjacentia præconè Regis clamante,*  
*quod nemini de cætero in omnibus Reg-*

*nis suis, & Dominijs liceret asserere, vel*  
*dogmatizare contra hanc doctrinam*  
*de Sancta, & Pura Conceptione B. Vir-*  
*ginis, &c.* Extat Historia ista in Legen-  
da Lombardica antiqua impressa Argenti-  
næ 1483. & Lovanii 1485. & Baileæ  
1486. & Hagenau 1501. & Ruremundæ,  
& in diversis locis manuscripta.

JOANNES ROUSSERUS, Gallus,  
Andegavensis, Provinciæ Turoniæ Pic-  
taviensis Diffinitor, & Conventus Ance-  
nisi Guardianus, scripsit:

*De statu, & origine Ordinis Minorum;*  
*necnon omnium Ordinum, tam Mendican-*  
*tium, quàm non Mendicantium, in quo*  
*tractatu non solum ea omnia, quæ ad*  
*dicti Ordinis Minorum veram, & genui-*  
*nam intelligentiam conducunt; sed & plu-*  
*rima alia, quæ omnes Monasticos Ord-*  
*ines concernunt clarissimè, & dilucidè*  
*collegit.* Parisijs apud Petrum Crocque,  
anno 1610. in 8. De eo Uvadingus, Du-  
pinus, & sæpè Arturus in Martyrologio  
Franciscano.

JOANNES DE ROXAS, Minorita,  
non rectè distinguitur à D. Nicolao An-  
tonio à Fr. Francisco Roxas, de quo su-  
perius tom. 1. hujus Bibliothecæ.

JOANNES DE RUPELLA, Gallus,  
vnus ex primis Minoritis Magistris Pari-  
sienibus, Halensis discipulus, Vir Evan-  
gelicus, atque excellentè doctus, qui  
interfuit solemnè disputationi habitæ Pa-  
risijs circa pluralitatem beneficiorum, de  
qua nos superius egimus, tom. 1. hujus  
Bibliothecæ, verbo *Alexander de Hales*,  
plura ejus ingenij, & pietatis monumen-  
ta reliquit. Sunt ergo ab eo:

*Postilla super Daniele.* M. S. in Biblio-  
theca Vaticana, Uvadingo teste.

*Commentaria in Evangelium Matthæi.*  
Habetur M. S. in Regia Galliarum Bi-  
bliotheca in fol. cod. 3842. Incipit: *Si-*  
*militudo vultus animalium, &c.* Et Oxon-  
nii in Bibliotheca Collegij Nov. cod. 192.

*In Epistolas Pauli* opus egregium RR.  
P. Fr. Joanni à Neapoli totius Ordinis  
Generali Ministro à Burgensi Ecclesia (in  
cujus Bibliotheca astervabatur) munificè  
oblatum, vti narrat Antonius de Lupiac  
in suo Compendio Historiali. Consule  
Fr. Petrum de Alva in Militia, col. 344.  
verbo *Dominicus Abbas de la Vid.*  
*In Apocalypsim*, ex Uvadingo.

*In quatuor libros Sententiarum.* Ex eo-  
dem, & Joanne Rioche in Compendio  
Historiarum, cap. 66. & Bullæo, tom. 3.  
Historiæ Universitatis Parisiensis in Cata-  
logo

Logo Illustrum Academicorum, pag. 694. recensente primum omnium dici qui libros Sententiarum Magistri Petri Lombardi commentati sunt.

*Summa Theologica.* Incipit: *Cum Summa Theologica disciplina divisa sit, &c.* Prior pars continet quaestiones 148. Altera, quaestiones 115. Habetur in Collegio Oxoniensi, cod. 581. num. 51. vti legitur parte 2. tom. 2. Bibliothecae Bodlejanæ.

*Summa quaestionum diversarum de Anima.* Ibidem, & in Bibliotheca S. Viatoris ad muros Parisenses, sub hoc titulo: *Summa Magistri Joannis de Rupella de Anima.* Incipit: *Si ignoraste, o pulcherrima mulieram, &c.*

*De divisione gratiae, & linea justitiæ.* Incipit: *Quoniam per divisionem.* Extat ibidem.

*Summa virtutum, & vitiorum,* quam testatur Uvadingus haberi M. SS. in Bibliotheca Vaticana, & Assisij in Bibliotheca Minorum; idemque opus esse potest cum *Summa de Malo*, quæ extat Cantabrigiæ in Bibliotheca Pembrochiana, cod. 78.

*Sermones de Dominicis, & Festis.* Asservantur inediti in Bibliotheca Abbatiae Clarevallis.

*Sermones Dominicales totius anni.* M. S. in Bibliotheca S. Benigni Divionensis, Ord. Sancti Benedicti sub finem codicis 178.

*Expositio in Regulam Fratrum Minorum,* superius laudata, verbo *Alexander de Hales.* Extat à fol. 20. libri inscripti: *Monumenta Ordinis Minorum,* juxta editionem Salmantinam anni 1511. Vixit usque ad annum 1271. quo in humanis esse desijt sepultus Rupellæ, teste Picquetto in Catalogo Virorum Illustrum. Pluribus de eo laudatus Arturus ibidem, & S. 3. æquæ S. Antonio verba excipiens:

*Hic* (inquit ab Alensi enarrationem sumens) *cum in Conventu Fratrum coepisset legere ordinatiè, & Universitas sibi Baccalaureum instituendum ex ordine ipso concessisset; sollicitus quem præsentare deberet, intrans Ecclesiam, orabat super ea re: & vidit ibi vnum Fratrem habitus sui orantem, & velut magnum luminis globum totam Cappellam Ecclesiæ (vbi orabat) illustrantem: quem expectans, & exeuntem intuens, cognovit eum esse Fr. Joannem de Rupella, de Provincia Aquitanicæ, scientia lucidum, & profundum. Ex tali signo à*

*Deo æstimans, Baccalaureum futurum; ipsum Cancellario pro Baccalatreo præsentavit. Qui postea factus Magister, maximus inventus est Prædicator; religiofitate, scientia, & discretione clarissimus. Tantaque vi ingenij præditus, ut priorum Magistrorum subtilitati adjiciens, prædicationi, & lecturæ in Theologia logica facultate, artem, & modos traderet exquisitos.*

JOANNES DE RUPESCISSA, (alius à Joanne de Rupescissa Episcopo Parisiensi) Gallus, Regular Minorum professor in Provincia Aquitanicæ, spiritu prophetico clarior, quam felicior, à Clemente VI. (minime ab Innocentio VI.) conjectus est in carcerem, quod vitia illius temporis aliquantò acrius pertingeret, & imminentiæ vindictæ Divinæ supplicia vehementius prænunderet. In vinculis scripsit:

*Epistolam ad quemdam Cardinalem de suis tribulationibus, & vaticinijs;* multa quidem vaticinatus est, quorum clarus eventus Divinum quidquam in homine latuisse probavit. Epistola hæc, seu opusculum per formam Epistolæ habetur M. S. in Bibliotheca Colbertina, cod. 4356. *Super quatuor libros Sentent.* Ex Trithemio.

*Commentaria in Oraculum Cyrilli quædam prædictionum.* Ex Uvadingo. Habetur in Regia Galliarum Bibliotheca opus inscriptum:

*Vade mecum in tribulatione impressum;* anno 1690. vna cum Fasciculo rerum cæpetendarum.

*De confectioe veri lapidis Philosophorum,* quem alij appellant: *De quintis essentis* in 4. Vidi in Bibliotheca Matriti Conventus Regularis Observantiæ sub FF. num. 4. absque loco, & anno impressionis. Incipit: *Natura, seu materia lapidis veri,* Gallicè redditum prodijt Lugduni 1549. in 8. Habetur M. S. Neapoli in Bibliotheca S. Severini alius.

*Liber de consideratione quinta essentia;* & incipit: *Deus dedit mihi,* &c. teste R. Patre Fr. Berardo de Montfaucon, Benedictino, cap. 21. sui Diarij Italici. Vixit sub annum 1360. teste Uvadingo, quem consulat tom. 4. Annal. ad annum 1357. Commendatur à Trithemio, Uvilloto, & alijs.

JOANNES LE SAFFE, Belga, Provinciae Sancti Josephi, edidit Gallicè ingeniosum opus, cui titulus.

*Hercules Christianus, ubi de vera potentia,*

*tia, & præstantia Viri Christiani pertractat.* Liliæ: Hæc Uvadingus.

JOANNES SALON, Hispanus, Valentinus Regularis Observantiæ, Vir Hebrææ linguæ, & Astrologiæ in paucis peritus, scripsit:

*De emendatione Romani Calendarij, & de Paschalis solemnitate ad propriam diem reductione,* quæ denique à Gregorio XIII. Pont. Max. summa prudentia, & diligentia restituta est, anno 1582. Præter hoc opus à Uvadingo laudatum, quod prodijt Florentiæ 1572. & Romæ 1576. emisit etiam:

*Speculum Astrologicum ad sanguinis missiones, ac Medicinæ usum.* Barcinone 1578. in 8. Commendatur post Nicolaum Antonium, in Bibliotheca Valentina, pag. 281.

JOANNES SALVATOR BAPTISTA DE ARELLANO, Hispanus, in Bætica Provincia Tertiaris Regularis, edidit vernaculè:

*Antiquitates, & præstantias Carmonæ, ac Historiarum Compendium.* Hispali anno 1628. in 8. teste nostro Alva, col. 831. suæ Militiæ. Consule D. Nicolaum Antonium, tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ, pag. 594.

JOANNES SALVATOR TRADOS, Hispanus, professione Minorita, laudatur à Georgio Cardoso in Agiologio Lusitano, tomo 3. die 26. Maji, litt. C. ob ita inscriptum opus:

*Dieta, ac facta Virorum inclitorum Ordinis Seraphici.* Prodijt Barcinone anno 1581. in 8. vt refert laudatus Alva, tabula 1. Recensente eodem Salvatore 1. parte hujus operis, edidit pariter librum:

*Illustrium Fæminarum Religionis Seraphicæ,* valde commendatum.

JOANNES DE SALZEDO, Minorita, Hispanus, scripsisse dicitur, testibus laudato Alva in Militia, col. 831. Marraçio in Appendice Bibliothecæ Marianæ, ac Martino Lippenio, tom. 2. Bibliothecæ Theolog. pag. 247. pro Immaculata Virginis Conceptione tractatum, cujus inscriptio est:

*An Seraphicæ militiæ labor in propaganda Immaculata Conceptione Mariæ, nova Christiana militiæ erectione, certa victoriæ spe coronetur, Marjæque originalis gratiæ utriusque militiæ conatibus proxime diffinibilis constituatur?* Vallisoleti anno Virginis Partus 1625. in fol.

JOANNES A SANTANO DE MEMBRIO, Hispanus, Provinciae S. Gabrielis Discalceatorum filius, Theologiæ

Sacræ Lector, & Custos; Vir doctus, ac pius vulgari lingua emisit:

*Ceremoniale Missarum* in 4. anno 1710. Matriti apud Didacum Martinez Abad. Vidi.

*Manuale Ecclesiasticum, & Regulare,* in 4. Salmant. apud Franciscum Garcia Honorato 1719. Vidi. Opusculum devotissimum.

*De auditione Sacri.* Matriti litteris Didaci Martinez Abad 1713. in 32. Vidi. Ineditum, sed prævijs ad prælum licentijs, reliquit:

*Ceremoniale Chorale.* Obijt anno 1720. JOANNES A SS. TRINITATE DE VALDEPEÑAS, Hispanus, Provinciae Discalceatorum S. Josephi alumnus, Sacræ Theologiæ Lector in celebri S. Petri de Alcantara, vulgò *de la Ambrosiana*, Conventu, in publicum misit Italico idiomate:

*Vitam V. Servi Dei Fr. Josephi de Turare, Confessarij,* laudatæ Provinciae filij, Censura R. A. P. Josephi Maria Sotomayor, Societatis Jesu clarissimi sodalis roboratam, ad Serenissimum Cosmam III. Magnum Florentiæ Ducem. Ejus Imperiæ prodijt in 8. ex officina Cajetani Tartini, anno 1718. & in 4. Lucæ anno 1727. Vidi.

*Elucidationem Indulgentiarum exercitio sancto Viæ Crucis à Summis Pontificibus concessarum.* Lucæ 1715. apud Dominicum Ciuffeti. Vidi.

*Tractatum de assignatione Visitatoris Fratrum Tertij Ordinis S. P. N. Francisci,* prælo datum Florentiæ anno 1722. Vidi.

*De Privilegijs Regularium post Tridentinum.* Lucæ 1723.

*Exhortationem pro Definitione dulcissimi Mysterij Immaculatae Conceptionis Deiparæ semper Virginis.* Liornæ apud Jacobum Valsiti 1719. in 4. Vidi. Latina lingua habet tomum in folio, sub titulo:

*Exercitium Angelicum,* prælo maturum, & fortè jam impressum. Ipsum, & alios quoque Scripturæ tractatus vidi in laudato de la Ambrosiana Conventu, ejusque Authorem studijs immersum, mansuetum, & humilem corde expertus sum ab. 1723. Publici quoque juris fecit:

*Exercitia divini amoris.* Lucæ apud Dominicum Marefandoli, anno 1727. in 4. Italicè. Vidi. Item aliam:

*Elucidationem Indulgentiarum Viæ Crucis.* Italicè. Lucæ apud Nicolaum Marefandoli in 8. anno 1715. Item, eodem idiomate:

*Compendium Vita V. Servi Dei Fr. Josephi à Turre, Discalceati Provincia S. Josephi filij.* Ex typographia Regiæ Celsitudinis Florentiæ anno 1716. in 8. Vidi.

*Dissertationem Regularem.* Militat in ipsa pro autoritate Guardianorum erga Militatorem Fratrum N. Tertij Ordinis. In lucem prodijt Florentiæ anno 1721. in 8. Latine autem in publicum missit tommum inscriptum:

*Concionator Ecclesiasticus, tractatus de Sacra Scriptura Scholasticè cum regulis, & præceptis ad conceptus ex illa edendos.* Florentiæ apud Michaelem Nestenum in 4. anno 1727. Vidi. Resolutionem Theologico Canonicam.

*De Sponsatione ad instantiam parentum cum impari conditionis puella initorum solubilitate.* Florentiæ apud typographiam Regiæ Celsitudinis anno 1722. in fol. Ad prælum omninò parata habebat anno 1727. idiomatibus varijs:

*De Deo Uno,* in fol. Latine.

*Lapidem Lydium novitatum Zarragæ,* in 4. etiam Latine. Rejicit exprofecto in hoc opere errores Francisci Ignatij Zarragæ, seu dellyamenta sui libelli inscripti: *Invisibilem Splendor,* cujus quoque meminit Author, fol. 442. sui *Concionatoris Ecclesiastici.*

*Declarationem mysticarum regularum V. Fr. Josephi à Turre,* superius laudati.

*Vitam ejusdem Servi Dei,* sermone Hispano, & diffusè.

*Vitam V. Fr. Alphonfi à Tarazona, Discalceate Prov. S. Josephi alumni,* deque egi tomo 1. hujus Bibliothecæ, pag. 52.

Hoc opus Italicè elaboratum publicavit Venetijs in suo *Legendario Franciscano* Fr. Petrus Antonius de Venetia Reformatus.

*Defensoria quedam sancti Exercitij Via-Crucis,* Italicè.

*Defensorium privilegij Regularium Ordinandorum,* Italicè idiomate. Item:

*Appendicem operum Illustrissimi Episcopi Nicolai Steni,* eadem lingua.

*De tribus causis pijs,* opuscula 3. Italicè.

*Refutationem quarundam propositionum,* libri inscripti: *El Cavallero convertido à la Religión Catholica.*

*Consilia varia, & Moralia,* Latine, & Italicè.

*Tractatus plures Scholasticos,* qui asseruntur in Bibliotheca Conventus laudati.

*Exercitia Religiosorum, ac Sacerdotum,* Italicè sermone.

*Historiolam FF. Discalceatorum exemplaritatatis notà insignitorum in laudato Cœnobio,* Hispanicalingua.

*Compendium Epistolarum S. Pauli,* Latine. Ineditum extrabat in Bibliotheca D. Laurentij Caramelli à Secretis magni Ducis Tusciæ.

*Tractatum in quò probare nititur S. P. N. Franciscum Angelum esse Apocalypsis, Italicè.* Asservatur in laudati Conventus Bibliothecæ.

*Questionem Utrum arte diabolica possit violari aliqua persona absque ullo peccato?* Inquisitori Generali Florentino: obtentum perans elaboravit, ejusque negativam resolutionem approbavit S. Congregatio Generalis Romanæ Inquisitionis. Vitam degit.

JOANNES SARRIA, Hispanus, Ecclesiastes, ac Custos Compostellanæ Provinciae Regul. Observantiæ ineditum reliquit vernaculè, & in fol.

*Historicum Compendium rerum Provinciae S. Jacobi.* Incipit: *Contrañables.* Asservatur Martini in Archivio Ordinis, pluteo 1. num. 8. Vidi. Hujusce extat:

*Concio de Immaculata Conceptione Virginis,* publici juris facta Salmanticæ, anno 1619. in 4. in libro R. P. Fr. Gasparis à Villachoaga. Vidi.

JOANNES DE SAXONIA, Alemanicus, ac Theutonicus etiam dictus, Minorita, quo sæpè vitur noster Baptista Trovamaia in sua *Summa*, edita anno 1481. typis Venetijs in 4. sub titulo: *Rosfella casuum,* & Minoritis adscribitur in sua Tabula Authorum; vtriusque Juris, ac Sacræ Theologiæ Doctor, perperam cum Scriptoribus Dominicantis connumeratus, opus egregium conscripsit, sub titulo:

*Tabula juris Canonici, & Civilis secundum ordinem Alphabeti.* Asservatur membraneum in fol. magno in Bibliotheca Ecclesiæ Hispanensis coronide imposito:

*Explicit Tabula juris Canonici, & Civilis edita, & completa per Fr. Joannem de Saxonia, Ord. Fratrum Minorum Doctorem juris utriusque cum XII. Collegij Doctoribus utriusque juris.* Vidi. Reliquit, & aliam

*Summam in utroque jure,* cujus mentionem faciens Bergomensis, lib. 13. ita inquit: *Joannes item de Saxonia, Ordinis Minorum, per hoc ipsum tempus, & ipse aliam Summam in utroque jure edidit, licet non ejusdem pretij cum Astiana. De alijs nihil vidi.* Ego autem vidi hoc ingens opus membraneum in fol. in Bibliotheca Pinciana Conv. Regularis Observ. S. P. N. Francisci, pluteo 27. & incipit: *Rogatus à Fratribus,* cujus initium assignaverat quoque

quoque Tosignianus. Ex quibus dilucidè infertur opus esse distinctum à *Tabula Juris Canonici*, cujus initium est: *Quoniam sicut dicitur.* Insupèr Uvadingo teste, sub titulo: *Summa Confessorum Joannis de Saxonia,* habetur in Biblioth. S. Francisci Alsisiatis liber magnus in fol. Exaravit etiam:

*Commentaria in Scripturam,* laudata in Gallico Dictionario Moreri, tom. 1.

*Sermones de Sanctis.* Ex Tosigniano; Gonzaga, & Uvadingo.

*Sermones de Tempore.* Ex eisdem.

*Glossas super consuetudines Turonenses;* Uvadingo teste.

*In Alkabitium,* opus commendatum tom. 1. Bibliothecæ Bodlejanæ, fol. 81. Insupèr apud tomum 2. Bibliothecæ Barberinæ, pagina 354. extant Joannis Saxonijs.

*Commentaria in Orationem Ciceronis pro Roscio.*

*Commentaria, & Orationes 2. de utilitate dicendi, & observandis legibus.* Basilæ 1536. in 8. Vivebat circa ann. 1350. De eo Joannes Rioche in Compendio Historiarum, cap. 16. Consule Fr. Petrum de Alva in suo libro Hispanicè prænotato: *Pleyto de Libros,* pag. 78. Trithemium, ac Dupinum, qui non rectè sæculo 14. ait laudatam *Summam* non inveniri. Lege Uvillotum, verbo *Joannes de Saxo.*

JOANNES SCALCUS, Antuerpiensis, Tertij Instituti S. Francisci, pietate singulari, prudentiæque laude eluxit, & scripsit:

*Xenium Evangelicum ad omnium Ordinum Christianos.* Antuerpiæ 1576. apud Antonium Tilenium.

*Orationem lugubrem de Antiochena seditione, & statuarum dejectione, Theodosio Imperante, ad Iconomachos Belgicos accommodatam.* Antuerpiæ anno 1573. in 8. De eo Bordonius, Uvadingus Vernonensis, ac Alphonfus de Barea, tom. 1. *Universt calamo delineati,* pag. 70.

JOANNES SCHEUBELIUS, seu SCHILBERT, Belga, Sacræ Theologiæ Professor, rerum Ordinis lectione instructus, Flandricè scripsit:

*Historiam S. Francisci,* excusam anno 1614. in 4. teste Martino Lippenio, tom. 1. Bibliothecæ Philosophicæ. Item ex Gallico in Latinum idioma convertit:

*Sacrum misericordie Palatium, varijs Sacræ Scripturæ locis, atque septem misericordie operibus, quasi peristomatibus exornatum,* à Nicolao Gazzao, ejusdem Instituti elaboratum, teste Uvadingo, ver-  
Tom. II.

bo *Nicolaus.* Prodiit Augusta: Trejuro- rum apud Joannem Schleuter, ann. 1618. in 8.

JOANNES A SECLI, Italus, Theologus insignis, secundus Provincialis Reformatæ Provinciae S. Nicolai in Apulia, & pluries in alijs Provincijs Commissarius Visitator, Vir fuit Seraphicæ Regulæ observantissimus. Scripsit vernaculè opera prænotata:

*Spiritualis similitudo.*

*Itinerarium Hierosolymitanum.*

*De S. Francisco de Paula* opusculum, & alia non pauca. Obijt in Conventu S. P. N. Francisci Civitatis Gallipolis, anno 1672. In sepultus aliquantisper manens ob magnum populorum concursum, maximè Civium Gallipolitanorum, qui tær, in Ecclesia, ejus habitum, vt particulam quis haberet, considerunt. Ex Fr. Francisco à Gioya in Descriptione laudati Conventus sui Provinciae S. Nicolai apud Archiviium Ordinis Matritense.

JOANNES SEGURA, Minorita, Hispanus, teste Alva, col. 832. suæ Militariæ, scripsit:

*Glossam in Certamine Granatensi pro Immaculata Conceptione Virginis Mariæ impressam cum alijs.*

JOANNES SEMUR, rectius SOMMUR, SOMMERIUS, vel SUMMER, Minorita, Anglus, Uvadingo vt vtar, alumnus Cœnobij ad Gualterij Pontem, vulgò *Bridge-walter*, quod est emporium in Comitatu Somerfetenfi ad Fluviolum fluminis ripas situm. In scholis Oxoniensibus, teste Lelando, bonis litteris operam dedit, tantosque in Mathematicis, & Philosophicis scientijs fecit progressus, vt ijs temporibus vix quemquam habuerit Anglia cum illo conferendum, neminem plane præferendum. Astronomiæ præ cæteris invigilavit, & partim ex probatissimis Authoribus, partim ex ingenio suo, sedulaque industria, monumenta in eo genere laudatissima deprompsit, quæ mandato Thomæ Heberi sui Provincialis, & rogatu Joannæ Principis Uvalliæ matris Regis Richardi, perpolivit, in bonum ordinem redegit, in lucem emisit. Scripsit igitur:

*Astrorum Canones,* lib. 1.

*De qualitate anni,* lib. 1.

*Kalendarij Castigationes,* lib. 1. Incipit *Corruptio Kalendarij.*

*Tertium Kalendarij,* lib. 1. Incipit: *In hoc opusculum Tertij.*

*De facultate Metrica,* lib. 1. & alia non pauca. Claruit ann. 1390. Hæc Uvadingus.

In Bibliot. Patavinā extant *Versus*, & *Kalendar.* teste Labbeo in nova Biblioth. M. S. Apud Biblioth. Cottonianam sub Vespasiano, cod. 7. num. 2. habetur *Fr. Joannis Somur, Ord. Minor. Algorithmus, & Kalendarium ad meridiem Universitatis Oxonię, unā cum tabulis Astronomicis, & quibusdam notitijs Historicis.* Et ibidem sub Faustina, cod. 2. num. 1. *Kalendarium tertium.* Habentur etiam ejus *Carmina* apud tomum 2. Bibliothecę Barberinę, pag. 398. Scripsit etiam:

*Chronica Conventus Ville Briggewater Comitatus Somersetensis.* Asservabantur in laudata Cottoniana Bibliotheca sub Domitiano, lit. A. cod. 2. num. 1.

JOANNES SENDIN CALDERON, Hispanus, ex Oppido Yepes Toletanę Diocesis, Castellanę Provincię Regul. Observantię, qui ad *Sacram Theologiam edocendam* (pręstat elogio vti sui Discipuli fidelis Fr. Joannis Bernique in Prologo ad Lectorem tractatum Theologicorum, de quibus inferiüs redibit sermo) in *Cenobio D. Didaci* assumptus in admirationem rapuit doctissimos Viros hujus celeberrimę Universitatis. Mirabantur siquidem in illo subtilitatem discursus, energiam, & claritatem in argumentis formandis, & maximę religiosam modestiam in difficillimis nodis difficultatum proponendis, ita vt in publicis concertationibus, vt ipsum audirent intenti omnes ora tenebant. Cępit in magno honore haberi non solum apud domesticos, sed apud extraneos, non tantum apud indoctos, sed apud doctissimos Viros, qui tunc in hac Universitate floruerunt, vti fuerunt RR. PP. MM. Beçerra, Bajona, Caro, Ribadeneyra, Herrera, Zayas, Belarde, Paula, vterque Villanova, non tantum apud Regulares, sed apud Sęculares Dynastas, & Regij Senatus Consiliarios. Sufficiat testimonium R. P. M. Fr. Gabrielis à S. Josepho ex illustrißima Familia PP. Carmelitarum Discalceatorum in libro, cui inscriptio est: *Statuta Eucharistica* qui ipsum, vt eximium Theologum omni exceptione dignum consuluit, & his encomiasticis verbis extollit: *Plures etiam consului, qui in partem affirmativam inclinarunt, & precipuę R. P. Fr. Joannes Sendin Seraphica Familię Provincialis, Theologusque insignis, qui hac Universitate per plures annos Theologiam professus est magno omnium Doctorum plausu.* Et postea: *Erant enim Qualificator ex pri-*

*marijs, & ideo frequenter de rebus Theologicis consulebatur.* Merito quidem, nam in omni Theologia insignis extitit. In Expositiva, testes sunt quędam Concioniones, typis mandata. In Dogmatica, ita testimonium perhibet tractatus doctissimus de Fide, præcipuę tamen dum sermonem instituit de motivis evidentis credibilitatis, quibus, vt ipsemet narrat, quendam Virum doctum hujus Universitatis in articulo mortis in fide nutantem, paratum verò veritatem amplecti, Deo adjuvante convicit, & in fide mirabiliter firmavit. Testimonium fuit quidam Legatus Regis Anglię peritissimus Hæretarcha, cum quo pluries de credibilitate nostrę Religionis, & incredibilitate aliarum sermonem habuit. Hunc ad certamen provocavit, hoc inuito pacto, vt qui conclusus maneret, Religionem alterius teneretur amplecti, suamque abjurare, verum ipsius sapientiam expertus, amplius ausus non fuit coram illo stare, veritus ne à veritate convinceretur. In eruditione Ecclesiastica, ita testantur eruditissimę notę ad secundum, & tertium tomum *Mysticę Civitatis Dei* descriptę à V. Abbatissa Maria à Jesu de Agreda. Insuper, & aliud duplex opusculum pro Conceptione Immaculata B. Marię Virginis. In Scholastica, testimonium perhibent tractatus hi Theologici, quos tibi, amice Lector, hic offero. In *Mystica*, sic clamant, & vocitant innumeri Viri, & Fęminę, quos in via spiritus mirabili dexteritate rexit. Ob has eximias dotes, vt sapientia ejus omnibus innotesceret, in Capitulo Generali Vallisoleti habito, anno Domini 1670. & in Congregatione Generali Toleti celebrata, anno 1673. Theses Theologicas habuit omnium PP. Religionis admiratione. Magnus fuit in sapientia, & omni eruditione, sed non minor in virtute, & pietate. Hęc laudatus Bernique. Sunt ergo à Sendin promptuario:

*Septem tractatus Theologici*, quos illustravit, ac communes fecit Fr. Joannes Bernique ejusdem Provincię alumnus. Compluti apud Franciscum Garcia 1699. in fol. Vidi. Eorum Catalogum subjicio: *Apologeticus, & Scotti doctrina vindex. De Prædicatis quidditativis Dei. De Sanctitate Divina, & virtutibus moralibus, prout ad Deum pertinentibus. De libero Arbitrio, ibique de Scientia media. De Gratia actuali.*

Quod-

*Quodlibeticus de altissimo Incarnationis Mystero.*

*De Fide Divina actuali.* Insuper: *Concio de S. Clara.* Compluti edita typis Francisci Garcia Fernandez 1667. in 4. Vidi.

*In Explicationem Brevis Alexandri P. VII. pro declaratione cultus datę ab Ecclesia universalis Deipara Maria Immaculate Conceptioni Compendium Historicum.* Martiti ex Regia typographia 1663. in fol. Vidi.

*De S. P. N. Francisco Concio.* Compluti in officina Marię Fernandez 1667. in 4. Vidi. Demum sub titulo *Annotatio- num*, eruditam valdę

*Apologiam pro libris V. Matris Marię Jesu de Agreda*, excusam sæpissimę cum eisdem in fol. in 4. & in 8. Alia non vidi. Obijt anno 1676. Ejus vitam conscripsit Fr. Lucas Yanguas, Historicus Castellanę Provincię, in suis Chronicis M. S. apud Archivium Matritense laudatę Provincię, à fol. 444. Commendatur à D. Nicolao Antonio, & Fr. Petro de Alva. Ejus Acta dedit vernaculę Fr. Eusebius Gonzalez, tomo 6. *Chronic. Ordinis*, lib. 3. cap. 23.

JOANNES DE SEPULVEDA, Hispanus, in Oppido Pozo-Blanco, Cordubensis Diocesis natus, Provincię Angelorum Regul. Observ. adscriptus, ac Sacram Theologiam docens, vernaculę scripsit:

*Sermones plures multiformes.* Habentur M. S. in fol. Hispali in Bibliotheca Conventus S. Antonij. Vidi.

*Historiam Apparitionis, ac Miraculorum Domine nostrę de Aquis Sanctis*, vernaculę. Extat ibidem in fol. Vidi. Hispanis quoque communem fecit:

*Tractatum verę salutis*, Italicę exaratum à Ludovico Cornaro, Veneto. Habetur ibidem M. S. in 8. Vidi. Claruit anno 1652.

JOANNES SERRANO, Hispanus, ex Provinciã Conceptionis Regul. Observantię, Guardianum agens Conventus de Paredes, vernaculę emisit:

*Instructionem Viduarum Christianarum.* Medinę anno 1554. in 8. apud Franciscum del Canto. Ex Nicolao Antonio.

JOANNES SERRANO, alter, Hispanus, ex Oppido de Alcazar, non longę à Vallisoletto, seu ex Alcazar de Consuegra, Toletani Archiepiscopatus, Carthaginensis Provincię Regul. Observ. alumnus, ac demum honorificis functus muneribus, ad Arcensem Ecclesiam assumptus edidit:

*Missa Sacrosancta, ac Cæremontarum, quę in ejus celebratione sunt, compendiosam expositionem.* Romę apud Stephanum Paulinum 1626. in 8. Vidi.

*De Immaculata, prorsusque pura Sanctissima semperque Virginis Genitricis Dei Marię Conceptione*, libros 5. Neapoli per Ægidium Longum 1635. in fol. Vidi.

*Adversus pestem vitij Concionum Quadragesimalium*, tomum primum. Cęsar-augustę anno 1653. formis Michaelis de Luna, in 4. Vidi.

*Adversus pestem vitij Concionum Quadragesimalium*, tomum secundum. Ibidem per Joannem de Ibar 1653. in 4. Vidi. Uterque prodijt studio Fr. Thomę Francęs, Minoritę. Vidi. Sub nomine Joannis Serrani extat apud tomum 2. Bibliothecę Barberinę, pag. 379.

*Repertorium Historiarum Gallicarum*, excusum apud S. Gervasium 1603. in 8. & Parisijs 1599. in 16. Obijt Illust. Serranus noster anno 1637. Agunt de eo Alva, Uyadingus, ac Nicolaus Antonius. Laudibus ornans suum laudatum Opus de *Immaculata Virginis Conceptione* accinebat ita D. Didacus Tassius, Canonicus Collegiatę Ecclesię S. Petri Montisquorum, Acernensis Diocesis.

*Conceptam vt Mariam primi sine labe parentis Dicis, vel nomen denotat ille tuum.*

*Ponderet, vt Natum, Genitricis quisque referret Laudes, ponit idem nomen ab arce Deus.*

*Est hoc Joannes, resonat, quod gratia, parçe Gratia, sit Virgo quod sine labe, niter.*

*Cognomenque tuum, si apte expectemus, id ipsum Ostendit nobis luce nitente, Pater,*

**SERRANUS**, nam quæque serant de laude Tonantis  
Matris, tu referas, ut fera nulla præeat.  
Seria cuncta doces, seriè sic dogmata tradis,  
Ambages abeunt, semita clara patet.  
Nec sero **SERRANE** seris, nam perficis omne;  
Nec quemquam hic aliud posse docere finis, &c.

**JOANNES DE SESTOLA**, Capucinus, natione Italus, Provinciæ Bononiensis Diffinitor, Serenissimæ Claudiæ Medices Archiducissæ Austriæ Confessarius, & à Sacris Concionibus; Vir, Genuenti teste, doctrina, vitæ integritate, spiritus fervore, ac plurimis alijs Evangelicis virtutibus insignitus, scripsit sermone Italico:

*Vitam A. R. P. Joannis Baptistæ Estensis Concionatoris Capuccini, olim Ducis Mutinæ, necnon ejus conjugis Isabelle filie Ducis Sabaudie.* Mutinæ apud Bartholomæum Solianum anno 1646. in 4. Vidi. Scripsit etiam, & edidit:

*Instructionem ad benè, beatèque moriendum, &c. Opus animarum curatoribus apprime necessarium.* Oeniponti apud Dandielem Agricola, anno 1633. in 4.

*Orationem de laudibus S. Caroli Borromæi ab eo habitam Faventiæ in Ecclesia Cathedrali die 4. Novembris, ibidem impressam* 1627.

*Orationem S. Apollinaris Episcopi, & Martyris, Civitatis Ravennæ Protectoris.* Ravennæ anno 1635. De hoc pijsimo Virro meminit Uvadingus, lib. de Scriptor. Ord. Minor. ac Torrecilla in suo Catalogo, pag. mihi 169. num. 392.

**JOANNES DE SYLVA**, Hispanus, Castellana Prov. Regul. Observ. eruditus Concionator, ac Regius Confessarius, publici juris fecit:

*De recta administratione temporalis, ac spirituali Indiarum,* opus in fol. Matrifi apud Viduam Ferdinandi Correa, anno 1621. Vidi.

**JOANNES SYLVENCENSIS**, Belgæ, hujusce Provinciæ Minorum Capucinorum Provincialis Minister, teste Miræo, sæculo 17. cap. 242. Flandricè divulgavit librum insignem, cui titulum præfixit:

*Regnum Dei intra vos est.* Item anno 1637. quo clarebat, scripsit:

*De sancta Communione.* Prætermittitur à Uvadingo, & Genuenti.

**JOANNES SOLANA**, Hispanus,

Castellanæ Provinciæ Regul. Observantiæ, Tertiariorum Minister in Complutensi Cœnobio, scripsit sermone Hispano:

*De Reformatione Status Ecclesiastici,* librum in fol. Vidi in Hispanensi Bibliotheca Conventus S. Antonij.

*De Plagis Hispanorum earumque remedijs,* opus egregium Philippo IV. Hispaniarum Regi nuncupatum. Asservatur ineditum in Regia Bibliotheca Matrifiensi, Authoris manu subscriptum. Vidi. Opus est in 4. & septem absolvitur tractatibus. Agit in primo de *Litanijs.* In 2. de *Solemnitatibus, ac Legibus.* In 3. de *Causis solitudinis multorum Populorum.* In 4. de *Exactoribus.* In 5. de *Peccatis Godorum, ac Hispaniæ vastatione.* In 6. de *Doctrinis Hæreticorum, ac Turcarum Armis.* In 7. de *Cautionibus adversum prædicta incommoda.*

**JOANNES DE SOLIS TRUXILLO**, Hispanus, Syngiliæ Malacensis Diocesis natus, Provinciæ S. Michaelis, Tertij Ordinis Diffinitor, ejusdem quoque, ac Provinciæ Granatenfis in Romana Curia Procurator, Vir in rebus gerendis prudens, & in dicendo præclarus, edidit Latino sermone:

*Opusculum de præcedenti debita suis alumnis supra Minimos.* Neapoli 1641. Vidi.

*Apologiam pro Tertio Ordine Franciscano.* Granatæ apud Franciscum de Ochoa 1677. in 4. Vidi.

*Memoriale Latinum V. Tertij Ordinis de Pœnitentia.* Asservatur ineditum in 4. in Hispanensi Bibliotheca Conventus Dominæ nostræ à Consolatione. Vidi. Demum opus egregium in tres tomos distributum, sub titulo:

*Thesaurus Bullarum, & rerum antiquarum Sacri Ordinis de Pœnitentia Tertij Ordinis S. P. N. Francisci.* Habetur ibidem. Antelodium primum tomi primii incipit: *Tanquam radicem.* Vidi. Obijt circa annum 1696. in Conventu Dominæ nostræ de Reme dijs Urbis Syngiliensis.

JOAN-

**JOANNES SOMERIUS.** Vide superius, verbo *Joannes Semur.*

**JOANNES SNELLINCK**, Mechliniensis, Provinciæ Germaniæ inferioris Prædicator, in Ordine Jubilarius, libellum aureum S. Petri Alcantaræ de *Meditatione, & Oratione* in Latinum translatum opera P. Antonij Dulcken Carthusiani in vernaculum sermonem vertit. Mechliniæ excusum anno Domini 1609. typis Henrici Faye. Hæc Uvadingus.

**JOANNES DE SORIA**, Hispanus, Carthaginensis Provinciæ Regul. Observ. Concionator, edidit:

*Enarrationem oriosam miraculi S. Antonij Patavini.* Oriolæ apud Vincentium Franciscum 1636. in 4. Vidi.

*Tractatum Apologeticum, in quo dilucide ostendit Ministrum Generalem Regulæ, ac strictioris Observantiæ esse legitimum successorem S. P. N. Francisci.* Habet:

*Voluere vis Summas? Soriam Summissa revolve;*

*Singula namque refert, mente, pique fide.*

*Voluere vis Soriam? Summas Summissa revolve;*

*Doctior esse satis Soria Summa tibi.*

Ineditum reliquit tomum in fol.

*De Theologia Regulari.* Asservatur in Bibliotheca Conventus Dominæ nostræ à Corpore Christi, in laudata Provincia.

**JOANNES STAFFORTUS**, in Occidentilibus Angliæ partibus versus Uvadium natus, ab Oppido natalitio, vnde & totus ille Comitatus nomen sortitus est, cognominatus. Hic finitis Philosphicis, & Theologicis studijs, vt Joannes Lelandus, & Rossus insinuant, patrijs Historijs illustrandis operam collocavit. Latino itaque sermone non ineleganter scripsit:

*Historiam Anglicam*, lib. 1. Vixisse creditur circa annum 1380. Consentiant Pitseus, Uvadingus, & Angelus à S. Francisco. Edidit insuper:

*De unitate Ecclesiæ Anglicanæ*, lib. 1. Londini anno 1556. Testatur Alphonsus Lallor, tom. 1. *Universi calamo delineati*, pag. 62. Alij autem librum adscribunt ipsum Joanni Standitio.

**JOANNES STANDIGIUS**, Anglus, Sacræ Theologiæ Doctor, Vir doctrina, pietate, fide, & Divinæ gloriæ zelo conspicuus. Hic deprehensus intolerabilibus abusibus provenientibus ex eo, quod Sacra Biblia in linguam vulgarem translata, Tom. 11.

tur, sed ineditus in Matrifiensi Archivio Ordinis. Vidi.

**JOANNES DE SORIA BUITRON**, Hispanus, Vir egregiè eruditus, ac Theologus Carthaginensis Prov. Regul. Observant. publici juris fecit opus prænotatum:

*Epilogus Summarum, sive amplissimum Compendium rerum omnium, quæ in universis materijs Theologiæ Moraliæ tractantur: primo in communi: secundo in particulari, resumptum ex Villalobos, cum alijs quibus additionibus.* Conchæ prodijt in 4. anno 1650. ex officina Salvatoris Viaderi Vidi, & Parisijs apud Simeonem Piget 1656. in 8. Vidi. Item edidit:

*Epilogum Vitæ, ac Miraculorum S. P. N. Francisci.* Conchæ per Salvatorem de Viader 1649. in 4. Vidi. In egregiæ Summæ laudem plura habes in ejus exordio, ex quibus carmina subjicio Fr. Francisci Magnesij;

passim in manibus muliercularum, & quorumlibet Idiotarum haberentur, & ab ijs temerè explicarentur, à quibus planè non intelligerentur, curavit regnantibus Philippo, & Maria, proponi in publicis Regni Comitij (Parlamentum vulgò dicitur), ne talis, & tanta irreverentia Divino Chirographo amplius fieri permitteretur, & ne factorum, futurorum, veterarum ad doctos mellicos suos Sacræ Scripturæ explicatio nes ridiculæ, & Cœlestibus Mysterijs prorsus indignæ tolerarentur; super qua re scripsit:

*De non edendis in vulgari Sacris Biblijs;* lib. 1. Incipit: *Questio movenda summo Regni Parlamento.*

*Ad Cardinalem Polum de unitate Ecclesiæ Anglicæ*, lib. 1. Extat Londini.

*Contra Barnes Hæreticum*, lib. 1. & alia plura. Diem suum obiisse dicitur anno 1556. Hæc Uvadingus. Vide Pitseum, & Angelum à S. Francisco.

**JOANNES STOBNICENSIS**, Polonus, à Uvadingo illaudatus (cujus cum laude meminit in suo opere de Illustribus Poloniæ Scriptoribus Author 32. pagina 90. Simon Staro Volscus) Vir in religione sincerus, in moribus probus, & in doctrinis solidè veritatus. Adolefcens prima

laurea Philosophica anno 1494. in Academia Cracoviensi redimitus, quarto post anno magisterij dignitatem promeruit, inque publicam professionem vocatus; ingenti discipulorum copia floruit; quibus in exhibenda doctrina benevolus, & in præstandis beneficijs facilis fuit; honestatis, tranquillitatis, concordiaque, necnon disciplinae publicæ, & domesticæ amator observantissimus. Magnum sui desiderium omnibus reliquit, imò & exemplum, cum rebus secularibus valere iussit, minimum se in Ordine Minorum de Observantia videre voluit, & Sacrum Habitum ipsorum indutus, multa innocentia, sanctitatisque opinione multos eum annos gessit, sodalibusque suis morum commendatione mirifice præluxit, quos etiam Sacris Litteris annos multos imbuit. Michaelis Parisiensis, Præceptoris olim sui, & Professoris in Academia Cracoviensi publici, scripta, in via Scotica conscripta typis publicis evulgavit: & quidquid ipse scripsit cum eadem subtili schola conclusit. Scripsit autem:

*Subtillimas in universam Philosophiam quaestiones.* Hæc laudatus Staro Volscus verbo tenus, ibidem subjungens Jacobi Vitellij Elogium:

*Mundi somnia vana mentientis,  
Umbram, & insatiationem iniquam,  
Blanda toxica, dulcia, & venena,  
Cum cognosceret ille Stobnicensis,  
Vitam se tulit ad quietiorem.  
Mundum deservit, ut Deo fruatur.*

JOANNES A SYDERNO, Italus, Capuccinus, Sacrae Theologiae Professor, & Provinciae Rheninae Minister, edidit: *Directorium Theologicum*, seu *Apolo-  
giam contra haereticos errores Armeno-  
rum.* Messinae apud Haeredes Petri Brae, anno 1645. De eo Genuensis post Uvadingum.

JOANNES SYNTHEN, Minorita, ut credo, scripsit librum *Grammaticalem*, nempe:

*Glossam super primam, & secundam partem Magistri Alexandri.* Argentinae per Joannem Parisiensem, anno 1599. in 8. Vidi in Bibliotheca Hispanensis Ecclesiae.

JOANNES TALECUTIO, seu DE TAGLIACOTIO, Regular. Observ. alumnus, sociusque S. Joannis de Capistrano, rudi quidem calamo, veridico tamen pectore descripsit:

*Victoriam Belgradi habitam.* Item ad S. Jacobum de Marchia missit:

*Narrativam Epistolam felicissimi obitus S. Joannis à Capistrano.* Ejus prima verba apud Amandum Hermannum in suo opere inscripto: *Capistranus triumphans*, sect. 29. cap. 5. fol. 630. sunt ista: *Admirabilem, & stupendam de Turcis victoriam divinitus habitam per merita, & opera Beatissimi Viri Fr. Joannis de Capistrano, R. P. stylo veraci, sed infimo ad mandatum tuae Paternitatis profecutus, pollicitus sum juxta tuum piissimum desiderium ejusdem Beatissimi Patris felicissimum transitum ex hoc mundo ad Caelum verius, quam ab alijs dici possit, etiam tuae Paternitati perstringere.* Hunc Talecutium Virum sanè probum, ac Religionis observantissimum commendat Angelus Episcopus Reatinus suis litteris, apud laudatum Hermannum ibidem, fol. 649. videndis. Consule Uvadingum, tom. 6. ad annum 1459.

JOANNES DE TERRONES, Hispanus, Provinciae Granatensis, Regularis Observ. edidit *Concionem* commendatam à Marratio in Bibliotheca Mariana, & Alva in Militia.

*De Immaculata Conceptione Virginis.* Granatae apud Martinum Fernandez, anno 1616. in 4.

JOANNES TERRONES, alter, ex Compostellana Provincia laudatur tom. 1. Chronicorum hujus Provinciae, pag. 125. ceu Author libri vernaculè editi, cujus inscriptio:

*Ars concionandi.* Editionem factam Granatae, anno 1617. recenset Uvadingus.

JOANNES TERZI, seu TERTIUS, Italus, Bergomensis, Sacrae Theologiae celebris Professor, ac Tridentini Concilij Theologus, Provinciae Mediolanensis Minorum Conventualium Provincialis Minister, Mediolani obiit anno 1572. sui cum desiderio, ea reliquit laudata monumenta à Donato Augustiniano, part. 1. suae Scenae Litterariae, fol. 211. videlicet:

*Explanationes in librum Proverbiorum, & in eundem Ethicas dissertationes.*

*Expositionem in librum Ecclesiastes, Job, & Tobiam illustratos.*

*Decisiones casuum conscientiae.*

*Fragmenta in Apocalypsim.*

*Dissertationes in Ecclesiasticum, habilitas in Templo primario Bergomensis.*

*Micas, quae cadunt ex mensa Domini, hoc est, Meditationes de Eucharistico Mys-*

*terio.* Omnia, sed Italicè, edita sunt. Commendatur à Nicolao Commeno, tom. 1. Historiae Gymnasij Patavini, lib. 3. cap. 21.

JOANNES THENAAD, Minorita, Gallus, Sacrae Theologiae Doctor, emisit vernaculè:

*Itinerarium Hierosolymitanum.* Parisijs in 8. Vidi Hispani in Bibliotheca Ecclesiae, sed anno, & Typographo minimè expressis.

JOANNES THEODORUS. Hunc Scriptoribus, nec sine capite adscribo; Dominicus enim Gubernatis, tom. 2. Orbis Seraphici, lib. 7. cap. 9. aliquos numerans ex varijs scientijs singularitè benemeritos ex Familia Cismontana, ita inquit num. 359. *Joannes Theodorus Lotharingus, vulgò dictus Lector Gallus, quantum fuerit scientiarum omnium excellentia, in Reformatiōne S. Didaci, Italia tota cognovit.*

JOANNES THOMAS BRAYDEN-SIS, Pedemontanus, ejusdem Provinciae Minorum Capuccinorum Concionator, Vir apud Genuensem eminentiori eruditione conspicuus, qui Philosophiae, ac Sacrae Theologiae explanationem per geminatum septennium præclarissimè exposuit, & religiosis virtutibus, Regularis-que Observantiae studiosus ad Guardianatus, & Disinctoriatu ministeria pluries fuit electus; scripsit, & magno studio laboravit:

*Integrum Cursum Theologicum secundum mentem Scoti pluribus novissimis quaestionibus illustratum, & integrum Cursum Philosophicum.* Habentur M. S. in Conventu ejus Patriae, ubi obiit devotissimè anno 1669. dum prædicta opera prælo pararet.

JOANNES THOMAS, Genuensis, in eadem Provincia Minorum Capuccinorum Concionator, Vir doctrina, & moribus clarus, ac Provinciae Corsicae Provincialis Minister, ineditum reliquit morte præventus, opus inscriptum:

*Genua liberata ad S. Bernardum claman.* Italico sermone exaratum asservatur in Bibliotheca Immaculatae Conceptionis Conventus Genuæ. Obijt anno 1681. De eo in Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum.

JOANNES TIRADO, Hispanus, Aragonensis, Prov. Regularis Observantiae filius, Vir pius, scripsit:

*Pro agonizantium consolatione*, librum semel, atque iterum excusum, semelque

atque iterum laudatum à Patre Hebrera; Chronologo laudatæ Provinciae. Autho-  
ris meminit D. Nicolaus Antonius.

JOANNES TIRADO, alter, Hispanus, Provinciae Angelorum, Regular. Observ. Concionator emeritus, Disinctor, & Historicus, emisit vernaculè:

*Vitam V. P. Fr. Joannis de la Puebla, laudatæ Provinciae Fundatoris.* Matriti, typis Thomæ Rodriguez, anno 1724. in 4. Vidi.

JOANNES TISSERANDUS ET TIRLANDUS, Gallus, quem constat vita, & virtutibus insignem, celeberrimum Concionatorem, ac eximium Doctorem in Alma Parisiensi Universitate fuisse, postquam Sixtus Quartus, anno 1481. indul-  
sit fieri officium de quinque Martyribus Marochiorum, hujus Ordinis sacris primitijs, Bernardo, scilicet, & locijs, scripsit:

*Historiam, & Officium eorumdem.* In publicum missit Bollandus, tom. 2. die 16. Januarij. Præter hoc opus, cujus meminit Uvadingus, scripsit:

*Adventuale cura Fr. Joannis à Monte, Minoritæ, editum Parisijs litteris Petri Vidove 1517. in 4. Vidi. In ejus laudem accinebat laudatus Monte:*

*Tisserandus adest quo declamante frivolum  
Deservit lussor; multaque Thais opus,  
&c.*

Habes hujus Joannis Sermones quinque excusos à fol. 994. operis inscripti: *Monumenta antiqua Seraphica.* Ex suis Concionibus Adventualibus nonnullas illigat Abbavilleus, part. 3. Bibliothecae Concionatoriae, cap. 76. pag. 357. præmissio hoc elogio: *Enituit potissimum cum exaltaret vocem suam quasi Tuba Caelestis, ut facinorosos quosque, & plures mulieres ad libidinem prostitutas ad poenitentiam converteret. Cujus insigne est testimonium, quod anno 1495. quo maxime vigebat famia concionum ipsius, novus ordo mulierum poenitentium Parisijs institutus sit.* Plura pluribus recenset Arturus, quem consulas die 7. Augusti à S. 7.

JOANNES TISSINGTONUS, Minorita, Anglus, Sacrae Theologiae Doctor Oxoniensis; & ibidem ejusdem facultatis Professor, & tandem Ordinis sui in Anglia Provincialis vsque ad mortem, Vie (ut Author est Lelandus; & post eum Uvillotus) pius, & eruditus, magna-  
apud

apud omnes auctoritatis: vnus erat ex illis primis Doctoribus, qui Oxonij anno salutis 1381. cum Gulielmo Bertono Academiae Cancellario Joannem Uvicleffum hæresis damnarunt, & iterum anno Domini 1392. cum Rege Richardo II. Episcopis, & Doctoribus interfuit Concilio Stanfortiensi, in quo prædicta hæresis cum omnibus sectatoribus publicè, solemniterque damnata est. Ubi etiam Vir strenuus palam demonstravit se tanquam alterum Davidem, inimicum esse inimicis Dei, eosque perfecto odio odisse, vti etiam egregia ejus contra illas perfidas sectas opera abundè testantur. Scripsit enim contra Uvicleffum:

*Scutum pro Eucharistia defensione*, lib. 1. quem eundem esse putant, qui M. S. habetur Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti, sub titulo:

*De Sacramento Altaris*, lib. 1.

*De Sacramentis*, lib. 1.

*Pro auriculari confessione*, lib. 1.

*Certamina Scholastica*, lib. 1.

*Contra confessionem Uvicleffi*, lib. 1. Incipit: *Semel confessus est*. Extat hujus libri mentio apud tom. 1. Bibliothecæ Bodlejane, fol. 174. Authorem commendat præter Uvadingum, quem excipit, Angelus à S. Francisco Pitteum excipiens, Illustr. Tosignianus, & Gonzaga, & Author Historiæ Universitatis Oxoniensis, tom. 1. lib. 1. fol. 76. Londini in suo Monasterio mortuus, & sepultus est anno 1395.

JOANNES A TOLETO, Hispanus, Provinciæ S. Josephi strictioris Observantiæ Discalceatorum alumnus, Vir Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ linguæ peritus, Poeta quoque non obscuri nominis, vti ejus prædicant, & testantur opera, scripsit ad Catholicum Hispaniarum Regem Philippum III. ligato sermone, & Hispano idiomate:

*Super Psalmum VIII.*

*XXVI. Epitapha pro Immaculata Virgini Conceptione*, eruditione eximia. Produxitque è sua Poetica vena:

*Satyrica carmina adversus Traditorem.*

*Super Psalmum 23. in laudem S. Paschæ.*

*Super Psalmum 116. Hispanè, ac Latine.* Incipit: *Magnificus super laudes.*

*Pro anima ad Dominum in Religione conversa super Psalmum 23. Hispanè.*

*Super Psalmum 136. Latine.* Incipit: *In clyta dum memini deserta pergamam Sion.*

*Elegiacum carmen de S. P. N. Francisco*

*Instituto*, sub typo horti amœni, atque fructiferi. Incipit: *Dum Pater Omnipotens Cælos, Terrasque creavit.*

*Soliloquia quinque de ejusdem Religiosi conversione*, Hispanicè. Tandem fuso, ac erudito calamo ad Comitem de Priego Didacum Pimentel, vernaculo sermone scripsit:

*Descriptionem Conventus, ac Montis S. Michaelis, Oppidi de Priego, Provinciæ Discalceatorum S. Josephi.* Mitto minutorum; puta epigrammata, varijque generis carmina Italicè, quoque ac Græcè. Unico volumine in 4. contenta, asservantur in Bibliotheca. laudati Conventus de Priego; sub litt. H. num. 150. Vidi.

JOANNES DE TORDESILLAS, Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Conceptionis Lector emeritus, publici juris fecit eruditam

*Concionem de Verbi D. Incarnatione.* Seagobiæ habitam. Edidit Vallisoleti Antonius Figueroa 1706. in 4. Vidi. Chronica suæ Provinciæ parans ad plures abiit anno 1729.

JOANNES DE TORQUEMADA; Hispanus, Provinciæ S. Evangelij Regul. Observantiæ Minister Provincialis, edidit vernaculè opus egregium inscriptum: *Monarchia Indiarum in 22. libros, & tres tomos in fol. distributum*, continent Ritus, originem, bella, Colonias Indiarum Occidentalium, modosque, quibus in Hispanorum devenerunt potestatem: Hispani per Mathiam Clavijo 1605. & novissimè Matriti. Vidi.

*Vitam V. Fr. Sebastiani Apparitio, Minorita.* Prodiit primò in Collegio S. Jacobi de Tlatilulco, anno 1600. typis Didaci Lopez Davalos. Secundò Hispani 1605. in 8. Vidi. De eo Ventancurt in Catalogo AA. laudatæ Provinciæ, ac D. Nicolaus Antonius, post Uvadingum.

JOANNES DE LA TORRE ET CASTRO, Hispanus, Rivogianensis, Mexicanæ Provinciæ S. Evangelij filius, Apostolicus Concionator, Provinciæ Burgensiss Pater Ex-Commissario Generali Provinciarum Novæ Hispaniæ ad Ecclesiam Niceraguensem assumptus, emisit vernaculè:

*Sermonem S. P. N. Dominici.* Mexici anno 1656. in 4.

*Alium in die Octava Dedications Templi Mexicani.* Ibidem 1656. in officina Viduæ Bernardi Calderon, in 4.

*Alium de solemnij juramento in gratiam Immaculæ Conceptionis ad Universitatem Me-*

Mexicanam. Ibidem 1655. in 4. Regali. Vidi. Obijt anno 1662. Commendatur à Marraccio in Bibliotheca, Alva in Militia, & Augustino Ventancurt in Chronicis Provinciæ S. Evangelij, fol. 142. num. 35.

JOANNES DE LAS TORRES, Hispanus, Regul. Observantiæ Castellane Provinciæ, Commissarius Curie Regiæ, Vir sanè pius, ac doctus, publici juris fecit vernaculè:

*Vitam S. Elisabeth Regine Lusitanie.* Matriti ex Regia officina 1625. in 8. Vidi.

*Commentaria in Tertiam Regulam S. Francisci, vna cum Sacris Colloquijs.* Secunda editio facta est Matriti typis Regni 1631. in 8. Vidi. A fol. 135. habes:

*Expositionem Doctrina Christiana, juxta editionem Matritensem*, apud Thomam Juncti 1623. in 8. Hujusce Joannis minimè verò alterius Tertiarij, vt perperam distinguit D. Nicolaus Antonius, fœtus est liber inscriptus:

*Esca anima.* Matriti ex officina Theresiæ Juncti, anno 1625. in 16. & hæc est septima editio. Vidi. Demum vernaculè emisit:

*Sulatum Devotorum Immaculæ Conceptionis Virginis.* Cæsaraugustæ 1620. in 4. Vidi.

JOANNES TORRES, alter, Hispanus, Provinciæ Burgensis Regul. Observantiæ, Lector bis Jubilatus, Pater, Supremæ Inquisitionis Qualificator, ac Ordinis Diffinitor Generalis, scripsit vernaculè tomum in fol. nempe:

*Propugnationem operum V. Matris Mariae Jesu de Agreda.* Extat Matriti apud officinam Caulæ laudatæ Matris. Vidi.

JOANNES TORRES, alter, Hispanus, ex Mexicana Provinciæ S. Evangelij, Lector emeritus, typis dedit:

*Concionem de S. Joanne Baptista.* Mexici 1712. apud Viduam Michaelis de Ribera in 4. Vidi.

*Aliam de Seraphico P. N. S. Francisco.* Ibidem in 4. Vidi.

JOANNES E TREVIO, insigni Ducatus Spoletani Oppido ex Provinciæ S. Francisci, Procurator Generalis Ordinis, ac Generalis Vicarius in toto Regno Siculo, scripsit:

*Compendium Theologiæ*, quod M. S. extat Trevij.

*Orationes, sive Homiliæ viginti quinque S. Joannis Chrysostomi. Græcæ fecit Latinas.* Habuit coram Sixto IV. orationem:

*De Humana felicitate*, anno 1427. Idus Martij, assumpto themate: *Resplenduit facies ejus sicut Sol*, & alteram coram eodem:

*De animarum immortalitate*, anno 1473. Non. Decembr. propositis illis verbis: *Beatus, qui non fuerit scandalizatus in me.* Simil cum prædictis orationibus Chrysostomi fuerunt impressæ Romæ in domibus Philippi de Lignamine, Messanenensis, anno 1473. in fol. teste Uvadingo. Imprimendum curavit:

*Mare magnum* in fol. vti narrat Tosignianus. Floruit anno 1478.

JOANNES TRIGOSUS, Minorita, apud Fr. Petrum de Alva, col. 840. suæ Militiæ laudatur ex quodam opere, quod nos vidimus, cujus inscriptio est:

*Seminarium rerum predicabilium ex S. Bonaventura.* Parisijs 1613. in 12.

JOANNES A TRINITATE, Hispanus, Salmantinus, Theologiæ Professor, ac nostræ S. Pauli Discalceatæ Prov. Pater, Commissarius Visitator Provinciæ S. Didaci in Bætica, S. Petri de Alcantara, Granatensis, necnon S. Gabrielis Extremaduræ, sui que Capituli Præses, adeò in scientia profecit, vt Philosophiam ad mentem N. Ven. Subtilisque Magistri interpretatus integrum cursum Artium quinque tomis posteris dederit cum Fratre Joanne à Nativitate, Villa-Castinensi, cujus memoriam fecimus. Præter hæc Philosophica, edidit:

*Compendium Vitæ V. Patris Fr. Didaci de Llanos à Matre Dei.* Prodiit Salmantice, anno 1713. in capite libri ab ipsomet Llanos conscripti, sub titulo: *Arts Mystica.* Confule tomum primum hujus Bibliothecæ, pag. 302. verbo *Didacus à Matre Dei.*

JOANNES A TRINITATE, alter, Hispanus, in Oppido la Calzada, Diocesis Abulensis ortus, Theologiæ Sacræ Lector emeritus, semel, atque iterum Discalceatæ Provinciæ S. Gabrielis in Extremadura Provincialis Minister, Commissarius Visitator Sanctarum Provinciarum Carthaginensis, Angelorum, S. Jacobij S. Josephi, S. Pauli, & Algarbiorum in Lusitano Regno, religiositate, omnigenaque doctrina conspicuus, hæc utilitatis memoria monumenta reliquit Latina lingua.

*Expositionem Constitutionis Gregorij XV. contra Confessarios sollicitantes in Confessione.* Hispani ann. 1643. in 8. Vidi. Opus, & Authorem commendat D. Franciscus.

ciscus Barredo Canonicus Magistralis Caurientis, apud meam Bibliothecam Minorum Discalceatorum, part. 1. pag. 152.

*Tractatum de casibus reservatis in Ordine Minorum*, Hispanicè. Hunc Joannes de la Haye, Authoris discipulus, latinum fecit, ac prælo subjecit Parisijs ann. 1617. Vidi.

*De transformatione anime, super cap. 8. Cantorum*. Ulyssipone 1633. typis Laurentij Craesbeck in 4. Vidi.

*Chronica Provincia S. Gabrielis*. Hispaniæ 1652. in fol. Vidi.

*Apologias duas pro Discalceatis*. Prodi-erunt in 4. sermone Hispano. Utramque vidi, ac legi. Primæ memoriæ facit Fr. Antonius Truxillo, tom. 2. Chronicorum ejusdem Provinciae, lib. 8. cap. 24.

*Pro vera filiatione S. Petri de Alcantara Apologiam*, impressam in 4. Vidi. De ea Fr. Martinus à S. Josepho, tom. 2. Chronic. Prov. S. Josephi in fine. Alia vidi hujus Authoris *Opuscula Apologetica* in Archivo suæ Provinciae, & in Bibliotheca Conventus Emeritensis Dominæ nostræ de la Antigua. Obijt anno 1645. die 29. Septembris.

JOANNES TRUXILLO, Hispanus, Ecclesiastem agens in Hispelensi Conventu S. P. N. Francisci, communes fecit:

*Orationem funebrem in obitu D. Nicolai Alvarez de Toledo, Comitiss Stabilis Navarrae*. Hispani per Franciscum Garay, 1710. in 4. Vidi.

*Orationem funebrem in Exequijs Caroli II. Hispaniarum Regis*. Gadibus apud Christophorum de Requena 1701. in 4. Vidi.

JOANNES Á TURRI. Vide superius Joannes de la Torre.

JOANNES A TURRIBUS. Vide superius Joannes de las Torres.

JOANNES A VACALLO, Italus; strictioris Observantiæ Reformatorum, Lector, ac Generalis Concionator Provinciae Mediolanensis, scripsit Latinè, & in fol.

*Historicam descriptionem Provinciae Reformatae Mediolanensis*, ab ejus initio usque ad annum 1654. Incipit: *Cum per memorabilem*. Vidi Matriti in Generali Archivo Ordinis.

JOANNES VALENSIS, alijs UVALENSIS, GALENSIS, GUALENSIS, ET VALEIX, Anglus, Cenobij Uvignoniensis alumnus, Uvadingo judice, in-

distinctus à Joanne Gualensi, Doctoratibus laurea, autoritate Pontificia donatus, anno 1368. à Bernardo de Guafconibus Tusciae Ministro, Vir fuit devotissimus, pietate, oratione, suavitatem eloquij, ac doctrina insignis, qui *Arbor Vita* passim appellatus, viginti plus, minusve volumina, probatis Authoribus recensentibus apud Uvadingum, in lucem emisit. Plures ejusdem lucubrationes affert Pitseus à Uvadingo exceptus, sed nonnullas quatuor, aut quinque titulis, quæ sanè opera distincta non sunt. Ab illius equidem prompтуario educta, edita, & inedita subijcio.

### Opera excusa;

*Margarita Doctorum*. Lugduni, studio Theologi Minoritæ Fr. Petri Artivabensis, anno 1511. in 4. Vidi Zamoræ in Bibliotheca S. Hieronymi. Sub laudato titulo continentur:

*Communiloquium* in 7. partes distributum. Incipit: *Quoniam Respublica*. Prodiit etiam Argentinae 1489. in fol. in die S. Urbani, teste Mattaie de Vitis Typographorum, fol. 211.

*Compendiloquium* in 7. partes distributum. Incipit Prologus: *Cum ex vita infidelium*.

*Breviloquium* in quatuor partes divisum. Incipit: *Cum vanti sint*.

*Dietarium*, seu de *Vita Religiosa*. Incipit: *Quoniam omni negotio*.

Prima pars Communiloqui est de constitutione Reipublicæ, & membris suis, & de instructione, & informatione personarum, quæ sunt membra ejus singillatim, & absolute, sicut Principis, qui est ad modum capitis, & sic de alijs.

Secunda pars est de connexion distorum membrorum, scilicet, Principis ad Subditos, & è converso, & sic de alijs, & de eorum instructione ex proprijs quibuslibet.

Tertia pars est de admonitione hominum quantum ad ea, quæ sunt communia omnibus, qualia sunt differentia ætatis, scilicet, pueritia, senectus, paupertas, opulentia, & sic de alijs. Et hæc tres partes sunt specialiter de admonitione Laicorum.

Quarta pars est de admonitione Ecclesiasticorum, secundum differentias statuum, & graduum.

Quinta pars est de admonitione Scholasticorum.

laicorum, sive philosophantium.

Sexta pars est de admonitione Religiosorum, sive Monasticorum.

Septima pars est de admonitione communi, & de morte; ut sint parati homines ad mortem, & de partibus sibi spectantibus.

*Compendiloquij* prima pars est de Philosophia in generali.

Secunda de hoc nomine Philosophus, & de professione Philosophorum.

Tertia de successione Philosophorum illustrium, & principalium, ac de vita eorum.

Quarta de vita quorundam aliorum Philosophorum famosorum, ac dictis eorum.

Quinta de multiplicibus perfectionibus Philosophicis.

Sexta de tribus sectis principalibus Philosophorum.

Septima de septem artibus, scilicet, trivialis, & quadrivialis in generali.

Octava de Poetis, & Apologorum inventoribus.

Nona de abutentibus ipsa Philosophia.

Decima de locis, in quibus studia Philosophiæ specialiter floruerunt.

In Breviloquio agit de sapientia Sanctorum, & de virtutibus antiquorum, Principum, & Philosophorum.

Ordinarij vitæ Religiosæ primam partem appellat *Dietarium*, secundam verò *Locarium*.

Hæc omnia comprehendit sub titulo *Margarita Doctorum*, quæ ita explicat: *In præmissorum igitur collatione possum ego dicere ex veritate, quod ait B. Gregorius in fine Pastoral. ex sua humilitate: Dum, inquit, monstrare qualis esse debet Pastor in vigilo, pulchrum deipinxit hominem plerumque fœdus.*

Prodiit etiam, Uvadingo teste, Venetijs 1496. Item Parisijs 1516. in 4. sub titulo: *Summa Collationum*, & habetur M. S. in pluribus Bibliothecis. Hispani in Bibliotheca Ecclesiæ vidi *Communiloquium* in fol. pulcherrimis caracteribus in pergamento exaratum, & in membranarum CC. habuit Antonius Augustinus, Episcopus Tarraconensis, uti narrat in sua Bibliotheca edita Tarracone, anno 1586. in 4. *Breviloquium* habetur Salamancae in Majori Collegio Sancti Bartholomæi M. S. in 8. Vidi. *Dietarium*, sive *Ordinarij vitæ Religiosæ* extat in Bibliotheca *Almensis Abbatis*, teste Sander,

tom. 2. Bibliothecæ Belgicæ M. SS.

*De dictis, & factis Philosophorum* recensum fuit Romæ studio Uvadingi.

*Tractatum de Penitentia ejusque partibus, unà cum Ordinario vitæ Religiosæ*, typis Moguntinis dedit anno 1673. Fr. Franciscus Haroldus Minorita. Vidi.

*Collectio Epistolarum Decretalium Romanorum Pontificum*, ab Antonio Augustino, unà cum tribus alijs antiquis collectionibus, edita Herdæ, anno 1576. in fol. apud Petrum Robertum, & Joannem à Villanova, Romæque apud Dominicum Basan 1583. in 4.

*Expositiones*, seu *Moralitates fabularum Ovidij*. Parisijs 1509.

In 4. *libros Sententiarum*, lib. 4. Lugduni, anno 1511. teste Martino Lippenio, tom. 2. Bibliothecæ Philosophicæ, pag. 1394.

*De oculo morali* (perperam à Raynaldo cuidam Raymundo adscripto) & *spirituali*. Viterbij 1656. in 12. Prodiit Italicè Venetijs, anno 1496. teste Uvadingo, quem consulat.

*Florilegium de vita, & dictis Philosophorum*. Romæ editum studio ejusdem Uvadingi 1655. in 8. D. Antonius Augustinus, Episcopus Tarraconensis, anno 1586. habuit in membranarum annorum CL. forma minori quadrati, uti recenset in sua Bibliotheca superius laudata, sed sub titulo: *Manipulus florum ex varijs Scriptoribus*. Extat M. S. in Bibliotheca Scorialis, & Cantabrigiæ in Bibliotheca Universitatis cum hac inscriptione: *Manipulus florum, quem inchoavit Joannes Gualensis, qui floruit 1260. quem ejus morte imperfectum absolvit, & locupletiorum reddidit Thomas de Tribernia, qui claruit anno 1290.* Pro anno 1260. substituit 1360. sin autem tres fuerunt Gualenses Minoritæ, & Scriptoris, sed ex temporum confusione eorum quoque opera discriminatim notari nequeunt. Primus Joannes Gualensis, qui ex titulo præjacto, Pitseo, & Uvilloto floruit anno 1260. Secundus, quem Londini docentem anno 1360. invenit Uvadingus in Regesto Vaticanano. Tertius Joannes Gualensis, cuius comitatu dignabatur B. Bernardinus Feltrensis, qui ad Dominum migravit anno 1494. juxta Acturum in Martyrologio Franciscano ad diem

29. Septembris.

\*\*\*  
\*\*\*

Opera



## Opera inedita.

In Bibliotheca nostra Aræcœli in Urbe, Uvadingo teste, extat opus non contemnendum, ac varium de re publica, re historica, & Theologica ita inscriptum:

*Summa collectionum.* Incipit: *Cum collectionis hujus, qua potest dici Summa collectionum, sint septem partes.* Habetur etiam Salmanticæ in Majori Collegio S. Bartholomæi in fol. armario 326. & ad calcem post hæc verba: *Et sic est finis*, ita legitur: *Explicit Summa Collationum (Collationum, inquit, minimè Collectionum) à Magistro Joanne Gualensi, Ordinis Fratrum Minorum composita.* Vidi, & sanè, Collationes scripsisse narrat Ulyssiponenſis inferiùs adducendus.

*Summa justitiæ, vel tractatus de septem Vitis,* habetur Cantabrigiæ in Collegio S. Petri, & Oxonij in Collegio Oxoniensi, & incipit: *Summa justitiæ Christi fidelium.* Ex Pitseo.

*Possilla in Evangelium Joannis,* sub initio: *Numquid ad præceptum tuum elevabitur Aquila?* In Bibliotheca Aræcœlitana Urbis, teste Uvadingo.

*In Apocalypsim S. Joannis.* Incipit: *Legimus apud Eusebium.* Consentient Pitseus Balleus, & Le-Long, pag. 796. suæ Bibliothecæ Sacræ.

*In Epistolas S. Pauli.* Ex eodem Le-Long ibidem.

*In Mythologicum S. Fulgentij,* lib. vnus. Ex Pitseo.

*Sermonum de Tempore,* lib. 1. teste Illustrissimo Ulyssiponenſi, parte 2. Chron. Ord. lib. 3. cap. 5.

*Sermonum de Sanctis,* lib. 1. Ex eodem, & Pitseo, quo teste habentur ejusdem Valentis.

*Breviarium præceptorum.* Mediolani in Bibliotheca PP. Conventualium.

*Legiloquium de mandatis Divinis.* Incipit: *Scribam eis multiplices.*

*Moniloquium,* seu *Colloquium* in quatuor libros distributum. Cantabrigiæ in Collegio S. Petri, & Aula Pembrochiæ. Incipit: *Cum almus Christi Confessor Franciscus.*

*Tractatus de penis Inferni.* Mediolani in Bibliotheca Conventualium.

*Pastoralia.* Incipit: *Licet B. Gregorius admoneat.*

*De origine, progressu, & fine Mahumetis, & quadruplici reprobatione prophetia*

*ejus.* Incipit: *Ad ostendendum quod Mahumetis, &c.*

*Rudimentum doctrinæ.* Habetur in Bibliotheca Conventualium Mediolani.

*De Disciplina.* Incipit: *Disciplinam ad mentem instruendam.*

*De Correctione.* Incipit: *Probata virtus.*

*De Exhortatione.* Incipit: *Qui exhortatur in doctrina.*

*De Cognitione vitæ.* Incipit: *Quontam omni negotio.* Insupèr reliquit:

*De Relationibus,* lib. 1.

*De Visitatione Infirmorum,* lib. 1.

*De Pœnitentia,* lib. 1.

*De Esse, & Essentia,* lib. 1.

*In Valerium,* lib. 1.

*Collectionum versuum,* lib. 1. Cantabrigiæ in Collegio S. Petri.

*De Diversis Rebus,* lib. 15. Demùm teste laudato Ulyssiponenſi, scripsit opus egregium:

*De Perfectione Evangelicæ.* Mitto ejus *Additiones, & Indices.* Fr. Petrus de Alva in Militia laudat, col. 847. opus aliud cuius initium:

*Adduxit in agrum asservatum in fol. in Monasterio S. Crucis Colonienſi.* Obdormivit in Domino dicens: *Ad Patriam perego,* Parisijsque sepelitur, in cujus tumba, arbor exaratur. Pluribus de eo Arturus, quem consulas in Martyrologio Franciscano die 14. Januarij.

JOANNES DE VALENCIA, seu VALENTINUS, Hispanus, Minorita, laudatur à Uvadingo, volum. 7. Annal. ad annum 1440. eo quod opus scripserit:

*Doctrinale salutis nuncupatum.* Eiusdem tamen de Scriptoribus agens non meminit.

JOANNES VALERO PRADAS, Hispanus, strictioris Observantiæ Discalceatorum Provinciæ S. Joannis Baptistæ; Guardianum agens Oriolensium Conventus, edidit à se habitam ad Oriolensem Ecclesiam:

*Orationem Eucharisticam in laudem Dominiæ nostræ de Monserrate.* Murcia per Michaellem Lorente, anno 1679. in 4. Vidi.

JOANNES VALLO A JUVENATIO, Italus, eruditissimus Vir, Lector Generalis, Provinciæ S. Nicolai Minister; & Definitor Generalis apud Conventuales electus anno 1535. scripsit:

*Lecturam absolutissimam super Formas Scoti.* Florentiæ apud Georgium Marefcotti, anno 1580. Venetijs 1588.

typis Francisci Senensis in 8. Vidi. Unde cum textu Syrræti industria Fr. Joannis de Barraud, Minoritæ, prodijt Parisijs ex officina Gulielmi Bichonij, anno 1585, in 8. Vidi.

*Summam de regimine vitæ humanæ.* Venetijs 1496. & Parisijs 1511. in 8. De eo Gonzaga, Uvadingus, ac Bonaventura Fallano de Memorabilibus Minoritis Provinciæ S. Nicolai, part. 2. cap. 3. §. 10.

JOANNES DE VARALLO, Minorita, Italus, scripsit:

*Relationem suæ Reformatæ Provinciæ Mediolanensis,* laudatam à Fr. Petro de Alva in Militia, col. 848.

JOANNES VARGAS, Hispanus, Regul. Observantiæ, Provinciæ S. Michaelis Pater, publici juris fecit vernaculè:

*Orationem in Exequijs D. Margaritæ Austriacæ Hispaniarum Regine.* Matriti per Ludovicum Sanchez 1612. in 4. Vidi.

JOANNES VARRO, Anglus, Minorita, præclarus nostri V. Doctoris Subtilis Magister, scripsit:

*Super 4. libros Sententiarum,* testibus Marraccio, & Daza apud Militiam, col. 848. *Alia* quoque scripsisse narrat Illustr. Ulyssipon. parte 2. Chron. Ord. lib. 1.

JOANNES VASCO, Minorita, laudatur à Jacobo Le-Long, pag. 798. suæ Bibliothecæ Sacræ, seu Author operis egregij inscripti:

*Biblia Melificata.* Incipit à primo Regum, & habebatur in Bibliotheca Regniæ Sueciæ, codice 1425. & in Vaticana. Claruit anno 1595.

JOANNES VAZQUEZ, Hispanus, ex Canariensium Insula, ac Civitate Palmensis, Provinciæ S. Didaci Regul. Observantiæ Concionator, anno 1710. Scripsit:

*Vitam S. P. N. Francisci,* Heroico carmine. Apud se, sed inedita erat anno 1728. quo clarebat. Ex relatione laudatæ Provinciæ.

JOANNES DE VEGA, Americanus, Limensis Cœnobij, ac Provinciæ Regul. Observantiæ filius, edidit in eadem Urbe:

*Artem, seu rudimenta Grammaticæ,* teste Fr. Didaco de Cordova in Chronic. Provinciæ XII. Apostolorum, lib. 6. cap. 7. & Uvadingo, à Nicolao Antonio excepto.

JOANNES VERRI, Italus, Bergomensis, ejusdemque Provinciæ Regularis Observantiæ Lector Generalis, ac Minister, scripsit:

*Ann. 11.*

*De Potestate Sacerdotum Regularium in Seculares quoad forum conscientie, & administrationem Sacramentorum.* Prodiit in lucem, & laudatur in Syllabo AA. præfixo Amphiteatro Legali Augustini Fontana edito Romæ 1688. Edidit etiam opus prænotatum:

*Theoropædica mentalitèr orandi, ad junctio exercitio ante, & post Communionem faciendo.* Oeniponti apud Danielem Agricolam 1629. Clarebat anno 1664. De eo Donatus, parte 2. Scenæ Litterariæ Bergonensis, fol. 34.

JOANNES VICENS, Hispanus, ex Provinciæ Majoricarum Regul. Observantiæ laudatur à Fr. Andrea Noguera in sua inedita Historia laudatæ Provinciæ apud Archivium Ordinis Matritense, eo quod publici juris fecerit:

*Libellum ad exercitium spirituale Viæ Crucis.*

JOANNES VIGERIUS, Italus, Ligur, post officium Magistris generalis Conventualium factus Episcopus Chienſis, edidit:

*Lecturam in librum primum scripti Oxoniensis Scoti.* Venetijs apud Joannem de Tridino, anno 1517. in fol. Vivebat anno 1533. De eo pertractant Tosignianus, Uvadingus, Oldoinus in Athenæo Ligustico, & alij.

JOANNES VINCENTIUS ALISERIOUS, Siculus, Panormitanus, Tertij Ordinis Regularis Theologus datissimus, versatissimus in Græcis, Hebraicisque litteris, ac celebris Concionator, sui Ordinis Procurator Generalis, & S. Officij Consultor scripsit, non autem edidit:

*De Sacramento Altaris,* stylo elegantissimo, vti narrat Bordonius in Chronic. Tertij Ordinis, cap. 25. exceptus à Montigore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

JOANNES VINCENTIUS FERREIRO, Italus, Tertiarius Regularis Provinciæ Siculæ, Vir nobili genere clarus, virtutibus, miraculis, prophetiæ dono, ac virginali puritate clarior, inedita reliquit:

*Mathematicum* varia volumina.

*Vitam S. Christinæ,* vernaculè.

*Vitam S. Annæ,* Latinè.

*Glossas quasdam in Psalmos.*

*Sermonum* nonnullos libros.

*Compendium Summæ D. Thomæ.* De ijs ejusque actibus fuscè agit Fr. Dominicus Maria Passini ejusdem Instituti tomo integro vitæ suæ Italicè publicatæ Panormi 1699, typis Josephi Gramignani in 4. Legi. Obijt Panormi vbi natus erat die 5.

Februarij anno 1662. ætatis suæ 72. Religionis 36.

JOANNES VITALIS, Hispanus, diversus à Joanne Vitale, Gallo, Cardinali, pius Minorita, Parisiensis Doctor, & doctrina inclutus, quem citat Abulensis in Prolegomenis Scripturæ, cap. 1. scripsit:

*Defensorium*, seu *Apologiam pro immunitate Virginis Mariæ à peccato originali*, opus in 5. libros divisum, studioque Fr. Petri de Alva (quem consulat in Militia, col. 852.) editum Lovanii anno 1665. in 4. magno. Vidi.

*Concionem pulcherrimam de Conceptione Beatissima Virginis*, exaratam anno 1389. Incipit: *Tota pulchra*. Habuit in pellicea charta laudatus Alva, & extare in Codice Thuano, num. 264. asserit Philippus Labbeus in sua nova Bibliotheca MM. SS. librorum, part. 1. pag. 29. Floruit circa annum 1390. vt ex Joanne Eusebio Nierembergio, testatur Marracius in Appendice Bibliothecæ Marianæ.

JOANNES VITALIS E FURNO, Gallus, Parisiensis Doctor, Provinciæ Aquitanicæ Minister, S. R. E. Cardinalis S. Sylvestri, & Martini in Montibus Tit. Equitij, & deinde Episcopus Cardinalis Albanus à Joanne XXII. creatus, sub quo suscepit causam suorum consodalium de paupertate Christi tuenda, reliquit post se:

*Speculum morale totius Sacrae Scripturæ*, in quo vniversa fermè loca Veteris, & Novi Testamenti mysticè explanantur. Lugduni 1563. in 4. regali, & Venetijs apud Floravantem 1594. in fol. & ibidem 1603. apud Minimam Societatem in 4. Vidi.

*Commentaria in Proverbia Salomonis.*

*In quatuor Evangelia.*

*In Apocalypsim.* Quæ Uvadingo teste, apud Patres Dominicanos Bononiæ extabant, & cura Cardinalis Sarnani prodierunt Venetijs. Incipiunt: *Spirita magno vidi*. Habentur M. SS. apud Conventuales Alsifij, & non semel laudantur à Fr. Joanne de la Haye in Indice AA. quibus confirmat suos conceptus in *Exodum*, & in *Apocalypsim*.

*Super Psalmos 51. 67. & 114.* Bononiæ, teste Martino Lippenio, tom. 2. Bibliothecæ Theologicæ, pag. 605.

*In quatuor libros Sententiarum.* Habentur M. S. in Bibliotheca Vaticana.

*De Conceptione B. Virginis*, lib. 1.

*De Paupertate Christi, & Apostolorum.*

*Sermones in diebus solemnibus habitis.* Ex Frizonio in sua Gallia Purpurata, & Eysengrenio.

*Commentarios Conclonatorios* anniversaria notatione, ex qua, vt Uvadingus inquit, præcipuè optima concionandi ratio in Quadragesima eruitur, ad reformandos Aulicorum mores, præsertim Ministrorum Curia Romanæ.

*Quodlibeta Theologica.* Ex Uvadingo.

*De tuenda sanitate, & morborum remedijs digressionem*, quæ prodijt Moguntia. Alia scripsit, quæ ad notitiam meam non devenere, vt in limine primæ editionis sui *Speculi* factæ anno 1513. in fol. typis Joannis Moylin monuit etiam Petrus Michael Carbonellus Ferrandi Secundi invictissimi Aragonum Regis Archivarius, cujus elogium subijcio: *Non memini*, inquit, inter tantos Sacrarum Scripturarum libros impresis litteris scriptos me vnquam conspexisse librum profectò, tam animabus salutiferum, & Christianæ Religioni proficuum, quam hunc memoratu dignum, propter ejus Authoris excellentiam, qui Joannes Vitalis appellatur, natione Galli, quippe, qui Ordinis fuit Seraphici Franciscici Frater, Vir doctissimus, & ante ingressum sui Ordinis Theologus non minus sanctitate, quam scientia clarus, Historiographus, in Divinis Scripturis eruditissimus, subtilis, & disertus, eloquio, vita, & consuetudine integerrimus, & apprime devotus, Evangelicæ paupertatis ardentissimus, ac nulli sui temporis secundus, Aquitanicæ Provincicæ Minister. Novissimè autem per Summum Pontificem Clementem V. ad Cardinalatus apicem evectus reliquit acutissimi ingenij sui egregia opera, scilicet, supra scriptis Sententiarum lib. 4. De Conceptione Immaculatæ Virginis Mariæ Dei Matris humillimæ librum 1. necnon memoratum librum prius nominatum omnibus Divini Verbi præconibus utilissimum, in quo Sacram Scripturam ferè totam Veteris, scilicet, & Novi Testamenti in sensu mystico, & figurato juxta Alphabeti ordinem: mirum in modum exposuit. Alia etiam nonnulla opera scripsisse fertur, quæ huc usque ad notitiam meam non venerunt. Quis enim quæso piè Lector, dicito, fuerit eo doctior oratione, doctrina, & eloquentia amplior, ac Historia illustrior, Philosophia, & disputatione vberior, vbique promptus, & facilis? &c.

Confule Ferdinandum Ughellum; tom. 1. Italiae Sacrae, in Episcopis Cardinalibus Albanensibus. Meritò de eo apud Petrum Antonium de Venecia, tomo 2. sui Hortuli Seraphici, pag. 399.

*Vitalem dixere Orbi, quod pectore sacro Multa docens, vita munera contulerit.*

Obijt Avenione, sepultus apud Minores, adjecto hoc Epitaphio:

Hic jacet

Reverendissimus in Christo Dominus

Fr. Vitalis, Ordinis Minorum

Bonæ memoriæ

Episcopus Albanensis, S. R. E. Cardinalis,

Qui obiit die XVI. Mensis Augusti,

Anno Dominicæ Incarnationis M. CCC. XXVII.

Cujus anima requiescat in pace.

JOANNES VITURIDANUS, natione Helvetius, Minorita, in Cœnobio S. Mariæ propè Vitodurum, vt rerum suo tempore gestarum notitia ad ferros vsque nepotes pertingeret, exaravit:

*Historiam suorum temporum*, quam ab anno 1215. ad annum 1348. perduxit. Ea vsi sunt plures in Historijs suis condendis, & extabat M. S. in Bibliotheca S. Galli in Helvetia. Edità habetur tomo 1. libri inscripti: *Accessiones Historicae*, excusit Lipsiæ typis Nicolai Forsteri 1698. in 4. Confule Acta Eruditorum Lipsiæ mente Martio, anno 1698. Vossium lib. 3. de Historicis Latinis, cap. 9. & Bibliothecam Tigurinam, pag. 175. Floruit circa annum 1350.

JOANNES DE VRIVIESSA, rectius BRIVIESCA, Hispanus, dignitate Sacerdos, Tertij Ordinis Franciscani expressè alumnus, ac vitæ sanctitate celebris

*Vitam suam conscripsit*, Hispanicè, sed Divino sale conditam. Eam nonnullis adjectis publici juris fecit D. Ludovicus Vazquez, Ecclesiæ Abulensis S. Vincentij Parochus. Prodiit Matrili ex officina Francisci Nieto, anno 1664. in 4. Vidi. Obijt Segobia, & in Sacello Tertij Ordinis requiescit. Confule tommum primum Chronico. Prov. S. Pauli, lib. 2. num. 229. & lib. 4. num. 90.

JOANNES AB ULMO. Vide superius, verbo *Joannes del Olmo*.

JOANNES UVALLIUS, Anglus, ex Minorita, ac Parisiensis Theologo Uvignienensis Episcopus, recensente Angelo Tom. II.

à S. Francisco in Catalogo Scriptorum Anglorum,

*Multis libris editis nomen suum posteritati commendavit.* Idem habet post Pitseum Harpsfeldius Hist. Angl. sæculo 13. cap. 23. Claruit anno 1316.

JOANNES UVALNODORFIUS, natione Germanus, professione Minorita, officio Ardenacensis Concionator, edidit vernaculè:

*Explicationem Passionis Jesu Christi Domini nostri.* Coloniae anno 1582.

*Tractatum de Justificatione impij*, Latine.

*Conciones plures.* Ex Uvadingo, & Tosigniano.

JOANNES DE UVERDENA, Theutonicus, non rectè Hieronymianus adscriptus à Ludovico Bail, parte 3. suæ Bibliothecæ Conclonatoricæ, cap. 84. testibus Pissano, Tosigniano, Uvadingo, & Alva, Minorita fuit, ac *Vir*, Trithemio vtor, in *Scripturis* Sanctis studiosus, & eruditus, ac veterum lectione dives, atque in naturali Philosophia sufficienter doctus, ingenio excellens, sermone scholastica simplicitate compositus, Declamator Sermonum popularium suorum tempore celeberrimus. Scripsit inter cætera ingenij sui monumenta Prædicatoribus Verbi Dei necessaria valde opuscula quibus nomen suum ad notitiam posteritatis transmissit. E quibus extant

*Sermones de Tempore duplices*, lib. 2. *Induamur, &c.*

*Sermones de Sanctis duplices*, lib. 2.

*Sermones etiam per Quadragesimam*, lib. 1. br. 1. Cetera verò, quæ composuit ad notitiam nostram minimè venerunt. Hæc Trithemius. Perperam Ludovicus Dupinus, natione Gallus, sæculo 14. cum operibus perditis prædicta opera connumerat, ex quibus aliqua deprompta habebat apud Bibliothecam Concionatoriam Ludovici Bail Abbavillæ, natione Galli, pag. 388. merito cum multis suggillantis titulum: *Dormi securè*, quo laudati sermones prænotantur. Ad rem ergo deveniens editiones eorum subjungo.

*Sermones de Sanctis*, prodierunt Lugduni 1488. ex officina Nicolai Philippi, in 4. Regali. Et post alias editiones revisi emmendati, ac notis illustrati à R. P. Fr. Rodolpho Elutio, Ordinis Prædicatorum, Coloniae anno 1612. in 8. Vidi.

*Sermones Dominicales*, excusi sunt etiam Lugduni anno 1488. & ibidem apud Hæredes Simonis Vincentij, in 4. In hac editione quam vidi, minimè invenitur quædam propositio circa Conceptionem S. Annæ, rectè à non paucis suggillata; vnde immeritò Authori adscribitur. Prodierrunt insuper ejus Conciones Parisijs ex typographia Joannis Barber, anno 1507. & in fol. parvo Argentinae 1521. & alibi. Vidi. Floruit circa annum 1330.

JOANNES UVINCHELSÆUS, Anglus, Oxoniensis Doctor, Vir integritate vitæ conspicuus, & in omni, tum sacra, tum prophana Philosophia insignitè doctus, jam senex ad Christianam perfectionem aspirans, apud Salisburiam Institutum D. Francisci miro fervore amplexus est; sed adhuc Novitium, eodem anno quo Sæcularem statum cum Religione mutavit, nempe 1326. etiam ex hac vita ad meliorem commigravit. Posteris reliquit:

*Super Logicam Aristotelis*, lib. 1;

*Quodlibeta Theologica.*

*Lecturas Scholasticas.*

*Sermones de Sanctis*. Consentiant Pitæus, Uvadingus, & Angelus à S. Francisco.

JOANNES UVICHINGHAMUS, Anglus, testibus Pitæo, Uvadingo, & Angelo à S. Francisco, Minorita factus Norvviçi, & successu temporis Cantabrigiam profectus, in Philosophia, & Theologia multum proficiens, scripsit:

*Sermones de Tempore*. Incipiunt: *Hymniamini sub potenti.*

*Disputationes rerum difficillimarum*, & id genus plurima. Claruit anno 1362.

JOANNES UVOLFIUS, Germanus, strictioris Observantiæ Reformatorum, Provinciæ de Tirol dictæ, edidit vernaculè opus prænotatum:

*Schola Meditationum*. Ex Felice Reinuccio in Descriptione Latina ejusdem Provinciæ, quæ inedita asservatur in folio, Matrili in Ordinis Archivio. Legi.

JOANNES XIMENEZ (quem non rectè Uvadingus eundem cum Joanne Ximeno existimavit) Hispanus, Xericensis in Bætica, Discalceatæ Provinciæ S. Joannis Baptistæ Theologus, ac tertio Provinciae lis Minister, à Confessionibus Marchionum de Pohar, Fundatorque celeberrimæ Congregationis S. Philippi Nerij in Valentina Civitate, Vir fuit, tum vitæ sanctimonia, tum doctrina illustris, ad gravissima Ordinis dubia solvenda, non semel consultus, & spiritualis animarum profectus Præceptor insignis. Scripsit (vixit nam pro bono publico quamprimum prodeant) non pauca, & tanto Authore digna. Sunt autem:

### Edita:

*Exercitia Divina Nicolai Eschij*, opus Hispanicè redditum Valentia 1609. Matrili 1613. in 16. Hispani 1614. & 1621. apud Gabrielem Ramos in 16. Cæsaravgustæ, typis Joannis de Ibar, Sancto Petro Arbues nuncupatum, anno 1668. Vidi.

*Chronica S. Paschalis Baylon* sermone Hispano. Valentia 1601. in 8. & alibi sæpè in 4. Vidi. Latine excerptissere Continuatores Bollandi, tomo 4. à pag. 49. in mense Majo.

*Expositio Regula Seraphica*, vernaculè: Valentia apud Joannem Christophorum Garriz 1611. in 16. Deindè auctior prodijt à morte Authoris in eadem Urbe, ex officina Patritij Moi 1622. & Barcinonè 1629. in 16. Vidi.

*Exercitia spiritualia*. Valentia 1622. in 16. Vidi.

*De Oratione Mentali* libellus in 8. ibid. excusus, anno 1627. Vidi. Correctam, & illustratam edidit etiam

*Historiam Imaginis Christi Crucifixæ*, elaboratam à V. Fr. Antonio Joanne Andreu à S. Josepho. Valentia 1625. in 4. Habemus ejusdem ingenij, ac pietatis.

Ine-

### Inedita:

*Commentaria in Logicam Aristotelis; etque Philosophiam.*

*Summam Theologicam in primam, & tertiam partem D. Thome.*

*De Raptibus, & Revelationibus*, scho- lastica methodo.

*Artem methodicam curationis animarum*; Sub hoc titulo agit *De Sacramentis in generaliter*, & singillatim *de Baptismate, & Penitentia. De Contractibus. De Authoritate Confessariorum.*

*Summam Theologiae Moralis*, Indicibus locupletatam.

*Ordinem Judicalem*, in 8.

*Commentaria in Job.*

*Commentaria in Cantica.*

*Commentaria in Apocalypsim:*

*Chronica V. Fr. Antonij Sobrino, ejusdem Provinciæ.*

*Chronica V. Fr. Andrej Hybernon, ejusdem Instituti*, de cujus Canonizatione impræsentiarum agitur.

*Concionum multiplicium* 22. volumina in 4. quæ jussu RR. P. Fr. Archangeli de Melsina asservantur in Bibliotheca Conventus Montis Sion de Torrente. Ex præfactis operibus plura vidi in laudata Provincia, eorum quoque rationem reddunt Josephus Chatino in Chronico. M. S. ejusdem Provinciæ, fol. 910. & Antonius Pannes, quem contulas part. 2. suorum Chronico. cap. 11. Obijt diem suum Ayora, ejusdem Regni Valentia, die 23. Februarij 1628. ætatis suæ 67. ac Religionis 52.

JOANNES XIMENEZ DE ZALAMEA, Hispanus, Prov. S. Michaelis Regul. Observ. Theologus, Minister, & à Theologicis Censuris S. Officij, vernaculè emisit eruditam valdè Orationem *De Immaculata Conceptione Virginis Mariæ*, laudatam à Marracio, in sua Bibliotheca, & in Militia Fr. Petri de Alva. Matrili ex Regia typographia, ann. 1653. in 4. Vidi.

JOANNES XIMENO, Hispanus, Franciscanus Excalceatus, Valentinae Provinciæ S. Joannis Baptistæ, Professor Theologiæ; Magister morum, vitæque spiritualis probatus, ac Inquisitorum Murciae Urbis Consulor, edidit:

*Examen casuum occurrentium in articulo mortis*. Valentia 1636. in 8. typis Joannis Baptistæ Marzal. Vidi.

Tom. II.

*Manuale Theologicum, & Juridicum; contra Lupanaria à Principibus permissa.* Anocæ 1619. Ex Nicolao Antonio. Inedita reliquit:

*Practicam Regularem vernaculè in 4. Examen peculiarium Revelationum V. Matris Sor. Franciscæ Lopez à Sanctissimo Sacramento*, Hispanicè in 8. Extant in Archivio laudatæ Provinciæ. Vidi. Floruit circa annum 1650.

JOANNES DE ZAMARA, Lusitanus, Prov. Portugallia Regul. Observ. Minister, publici juris fecit:

*Librum de Præconijs Hispania, Uvadingo notum.*

JOANNES DE ZAMBRANO, Hispanus, Theologus emeritus, ac Provinciæ S. Michaelis Regul. Observ. Minister, prælo dedit à se habitam in populo gravi:

*Orationem funebrem in Exequijs Francisci de Fanesio, Ducis Parmensis.* Matrili anno 1727. in 4. Vidi.

JOANNES DE ZAMORA, Hispanus, ex Carthaginensi Provincia Regul. Observ. publici juris fecit:

*Ceremoniale Romanum*, à Clemente Octavo specialitè approbatum. Burgis in Officina Joannis Baptistæ Varesej, anno 1603. in 4. Vidi.

*Kalendarium perpetuum ad usum Fratrum Minorum*. Ibidem, ac eisdem formis in 8. Vidi. Hujusce, ni fallor, est opus prænotatum:

*De compensationibus*, opus Joanni Zamorano adscriptum, excusumque Lugduni, apud Laurentium Arnaud 1676. in 4. apud Bibliothecam Josephi Renati.

JOANNES DE ZAYAS, Hispanus, Castellanae Provinciæ Regul. Observantiæ alumnus, ac Theologus Complutensis exaravit opus egregium ad Uvadingum transmissum, nempe:

*Supplementum Chronicorum Ill. D. D. Francisci Gonzaga, ex diversis Archivij, librisque collectum, in his scilicet, quæ ad suam spectabant Provinciam.*

JOANNES DE ZEITA, Lusitanus, Ulysiponensis, ex Algarbiorum Provinciæ, Regul. Observ. Theologiæ Lector emeritus, insignisque Ecclesiastes, ingenij, (ita eum commendante D. Nicolao Antonio) doctrinæque fama clarus, totoque oris, & corporis gestu, veluti ad eloquentiæ faciem conformatus; singulari quadam dextertate, & vehementia in arguendis hominum moribus utebatur,

V 3

tam

the Scholasticæ, quædam Expositivæ Theologicæ aptissime gnarus. Edidit Lalmand.

Quadragesimam primam Crætionem in locum Christi, & Christiparæ, vni cum exercitijs super Evangelij Ordinationis huiusmodi. Ulyssipone, typis Petri Craebbeck 1619. in fol. Vidi.

Quadragesimam secundam Crætionem in ventum, & Quadragesimam Eboracensem per Laurentium Craebbeck 1625. in fol. Vidi. In Castellonem verò sermone à Joanne de Navac. Olerdenti. prodiit Vallidolæ, anno 1618. Deinde Hispani quædam reddidit Ferdinandus Columbus, Angustinianus, publicavitque Martini 1629. in 4.

Sermones in Christo Domino; Virgini Mariæ, Sanctis, etiam cum 16to Crætionibus de Difantibus, alijsque ceteris de Eucharistia. Ulyssipone apud Laurentium Craebbeck 1634. in 4. Et Castellonè opera Ludovici Anguliniani, Carlarugoniz 1635. in fol. Vidi.

Sermones de Sanctis Ordinis Seraphicæ, Augustinæ, Mercedariorum, etiam de Crætionibus de Sancta Eucharistia. Ulyssipone in typographia Laurentij Craebbeck, anno 1635. in 4. Vidi.

Sermones in Iuvenibus de Fide. Eboracensi apud Ludovicum Craebbeck 1621. in 4. Vidi. In exordio Crætionem hanc de Sanctis Minoribus legitur venturum carmen, quod pascide iustitior.

Quis iterum vixit, moritur consumptus ab igne?

Unicus est Phoenix (voce Ceira) ferunt.

Nasceris heus moriens (potius tibi fortè triumphus

Mors fuit) & vivis cum cinerescis humi.

Quid prodest morti, miseram consumere vitam;

Si manet in factis, altera vita, tuis.

Vivus, eras fulgens fuggehos stella per astra;

Mortuus, in ignis. Solus ad lazar eris.

En geminos Ceirus, cunctis die charta diebus

Pro Ceira nostro, quem abulit vna dies.

De eo Dupius, Alta, Uvadingra, & alij. floruit circa annum 1600.

JOANNES DE ZELAYA, Miraculæ, Hispanus, à Nicolao Antonio laudatus, scripsit:

Quædam in intentionum Sententiarum Uvadingra notas.

JOANNES ZUAZO, Hispanus, Medice Campiti Venet. Cassida nobilissima lingue situs, emissa professione in Vallidolanæ Conventu Regularis Observantia vitam penitentiæ regulam iuxta Zelavæ fructibus dicitur primè institutus ac Provinciam S. Gabrielis Eboracensem, ac in Italiam profectus ad Capucinorum familiam transijt. Postea Tezra Sancta perustrata, ac Memphis, ita Capucin profectus, ibidem ab Christifidei Saracenis ammittam, flagellis caesus, fame, ac sitis consumptus fuit, cujus caput ve-

neris in Basilica S. Marci multis claruit miraculis. Ineditis reliquit

Levitationes naves ut Evangelij flammam lucis in unam mentem, quas publicè prædicavit Joannes, tom. 2. Annal. ad annum 1542. & 1544. Triumphavit, anno 1551. Plura de eo tunc etiam prædicavit in ma. Bibliothecæ Minorum Ducalium, pag. 10. In Martyrologio Franciscano die 2. Januarii, §. 5.

JOANNES ZUAZO, Italus, ex Equitibus S. Sacerdotum. Lucis Sanctis reverè consultatus, in publicum misit opus Italice inscriptum:

Il decantissimo viaggio di Comisalemme. Romæ apud Zanatum 1537. in 4. cum Iconibus. Vidi.

JOANNES DE ZUMARRAGA, Hispanus, (nominè à Nicolao Antonio, nec in Catalogo Uvadingilianiatus) Cant-

taber, ex Oppido Durango oriundus, Seraphicæ Religionis nomine dato in Conventu de Aranzazu; Provincie Cantabrie, Regularis Observantia, gradum fecit ad Religiosissimum Coenobium de el Abrojo, Prov. Conceptionis, Regularis Observantia, & in eadem, monastica observantia, mirabili vitæ exemplo, ac muneribus Definitoris, ac Provincialis Ministri conspicuus, ad Mexicanam Ecclesiam, ad instantiam Caroli V. Imperatoris assumptus, extrâ Pontificalia munia nil prorsus immutavit. Verè primus fuit Ecclesie Mexicanæ Antistes, Indorum Pater, dilectusque Deo, & hominibus. Scripsit, ac Hispanicè evulgavit:

Doctrinam brevem Christianam, ad parvulorum utilitatem, Mexici, typis Joannis Crómberg, anno 1543. in 4. Vidi.

De rebus Mexicanæ Conversionis Epistolam ad Generale Capitulum Tolosæ celebratum anno 1532. Hispanicè editam à Egidio Gonzalez Davila, pag. 26. sui Theatri Ecclesie Mexicanæ, ibidem quoque mentionem agente duarum aliarum Epistolarum ejusdem Antistitis, quæ Abulæ asservabantur, missis alijs. Edidit etiam;

De decem Præceptis, de confessione, ac de arte bene moriendi; opuscula Joannis Gerson, Hispanicè reddita. Mexici eisdem typis anno 1544. in 4. Vidi.

Processionale Dionysij Riquel Castellane versus, nonnullis argumentis adjectis, publicavit ibidem. Ex relatione Cantabricensis Provincie. Ineditos reliquit:

Tractatus de Rebus Nova Hispania, vti narrat Herrera ex Antonio de Leon in sua Bibliotheca Occidentali, fol. 75. Demùm typis mandavit:

Doctrinam Christianam Historica methodo efformatam à Fr. Petro Cordubensi, Ordinis Prædicatorum. Mexici 1544. in 4. Vidi. Mexici, Octuagenario major, in illis verbis: In manus tuas Dñe commendo spiritum meum, animam exhalavit anno Virginie Partus 1548. Fertur ejus corpus adhuc esse à corruptione immune, & integrum, Deumque per illud, ejusque annullum, multa edere mirabilia. De eo & copiosissimè plures scripserunt, ex quibus Arturus in Martyrologio Franciscano, ad diem 14. Junij (objit 12. ejusdem mensis) à §. 2. Vide D. Egidium Gonzalez præcitatum sequentis Epitaphij Authorem, quod æquè, ac jucundè hic exscribo:



Deo Servatori  
Illustrissimus Dominus  
F. JOANNES

A Zumarraga,  
Natione Cantaber

A  
Carolo Augusto,

Ob eximiam  
Morum puritatem

Magni habitus,

Et ab eodem primus Episcopus,  
Et Archiepiscopus Mexicanus

Designatus,  
Oves

Sibi

Sibi creditas ad semitas ritè  
Et rectè faciendas,  
Tanquam bonus Pastor  
Doctrina, & exemplo  
Pavit,  
Pauperibus largus sibi parcus.  
Quievit in somno pacis  
Anno ætatis LXXX.  
M. DXXXVIII.

JOANNES ZUUVIGNEUS, Pro-  
vinciæ Burgundiæ alumnus, scripsit:

*Lecturam super Sententias*, vti narrat  
Fr. Bernardus Sannig in Synopsi Histo-  
rica Scriptorum, apud tomum 1. suæ  
Scholæ Philosophicæ Scotistarum.

JOANNETINUS NIÑO, Hispanus;  
ex Oppido Fermofelle, Zamorensis Dico-  
cesis, Compostellanæ Provinciæ Theo-  
logus emeritus, ac Pater, à Secretis Mini-  
stri Generalis, apud Supremi Senatus Pa-  
tres, qui Religionem tuentur Censor  
Theologus, & à Confessionibus Serenif-  
simæ Margaritæ Austriacæ, aliàs *de Cru-  
ce*, Excalceatæ Regij Monasterij Matri-  
tensis, prælo dedit:

*Aporifmos Prælatorum*, & *Subdito-  
rum*. Barcinone, apud Sebastianum Ma-  
thevat 1629. in 16. Vidi.

*Acta V. Anna Maria à S. Josepho, Dis-  
calceatarum Salmanticensium*. Salmanticæ  
apud Tabernier, anno 1623. in 4. Hispani-  
cè. Vidi. Vide superius tomo 1. hujus  
Bibliothecæ, verbo *Anna Maria*.

*Vitam Christi ex Latino sermone Fr.  
Londulphi de Saxonia, Carthusiani, Caste-  
llanè versam*. Ibidem apud Antoniam Ra-  
mirez 1623.

*Franciscana Chronica Illustrissimi Ulyf-  
sionenfis recognita*, & in altam methodum  
*reducta*. Ibidem eisdem typis 1626. tom.  
2. in fol. Vidi. Palenciæ in Bibliotheca  
Conv. S. P. N. Francisci asservatur M. S.  
tomus in 4. magno horum Chronicorum.  
Vidi.

*Expositionem Capituli 4. Regule Sera-  
phicæ*, vernaculè. Ibidem 1623. in 4.  
Vidi.

*Tractatus varios ad Gregorium XV.* &

*Hispaniarum Regem Philippum III. de tea-  
bus sui Instituti*. Legi. Eorum meminit  
Gubernatis, tomo 2. Orbis Seraphici.  
Demùm, ex Fr. Jacobo de Castro, tom.  
1. Chronic. Provinciæ Sancti Jacobi, pag.  
125.

*Tractatum Apologeticum in Germani-  
cum Aicorumum*.

*Sanctorale Seraphicum*. Prodiit Salmanti-  
cæ ad calcem Tractatum III. D. D. Fran-  
cisci de Sosa, vti superius monui, sed sup-  
presso nomine Authoris. Consule meam  
Apologiam Hispanicè prænotatam: *Serios  
Dilemmas*, impressam Matrili, anno 1732.  
in 4.

*Tractatus varios*, qui habentur M. S.  
Salmanticæ in Bibliotheca Monasterij S.  
Antonij, in quo, humilibus exercitijs de-  
ditus, obiit circa annum 1630.

JODOCUS AB ALMARAS, Bra-  
bantus, natus in Pago Londerseel, Ter-  
tij Instituti Franciscani Minister Zeppen-  
rensis, & Sororum Tertij Ord. in Steynart  
Confessarius, scripsit:

*Varias spirituales Meditationes*.

*De frequenti usu SS. Sacramenti Eucha-  
ristiæ*, per quæstiones.

*Tractatum de Virtutibus Theologicis*.  
De eo Uvadingus, Bordonius, ac Joan-  
nes Maria Vernonenfis in Annalibus Ter-  
tij Ordinis, Syllabo primo Scriptorum  
sui Instituti, Valerium Andream excipien-  
tes.

JODOCUS A CASTRO, Germa-  
nus, Bruxellensis, Ecclesiastes facundis-  
simus in Provincia Germaniæ inferioris,  
ejusque Custos, & iterùm Provincialis  
Minister, edidit:

*Concionam super Evangelia Dominica-  
lia*

*Ha partem hyemalem*. Antuerpiæ ex Offi-  
cina Plantiniana Moreti 1633. in 4. Vi-  
di.

*Partem æstivam Concionum Dominica-  
lium*, adjectis octo Concionibus de *Sacra-  
tissima Eucharistia*. Ibidem, etiam in 4.  
Vidi.

*Decachordum Morale de decem Virtuti-  
bus Immaculatæ Virginis Annunciatæ*, per  
*tractatus*, & *discursus prædicabiles distinc-  
tum*. Ibidem 1638. tomis duobus in 4.  
Prælo etiam destinaverat:

*Conciones de Sanctis*

*Sermones Quadragesimales*. Hactenus  
non vidi; spem verò illorum fecit in Pro-  
logo ad Lectorem suarum Concionum  
Dominicalium. Pertactant de eo Uva-  
dingus, & Alva in Militia, verbo *Judo-  
cus*, col. 881. Obijt Mechliniæ ann. 1634.  
die 18. Aprilis, cujus opera commendans  
Godefridus Uvreys Pastor B. Mariæ Me-  
chlinensis cantabat ita:

*A Castro, tu Castra facti: tua Concio  
Castrum est,*

*Fundatum in petra, quæ petra Christus  
Erat, &c.*

JODOCUS RYCH, alijs RIQUE,  
Belga, Mechliniensis omnium primùm  
missus ad Indicum Cœnobium Minorita-  
rum in Quito, anno Virginici Partus 1534.  
scripsit:

*De Moribus incolarum insignem Episto-  
lam*, à Uvadingo laudatam ex Sedulio ad  
caput 3. Vitæ S. Francisci, post Valerium  
Andream in sua Bibliotheca Belgica.

JODOCUS SCAILLETE, natione  
Belga, professione Minorita, Latino ser-  
mone edidit Bruxellis:

*Compendium Genealogicum Domus Gan-  
davenfis*, cui plurima Hispaniæ stemmata  
Gandavenfi sanguinis nexu juncta immis-  
cuit, vti narrat Gerardus Ernestus in sua  
Bibliotheca Historico-Chronologica, D.  
Josepho Pellicer adhærens, fol. 155. suæ  
Bibliothecæ.

JONSELMUS, seu JONZELMUS  
DE CANOVA DE CUMIS, Italus,  
Custos, cum esset Cumanus edidit à Fr.  
Philippo Calerio, Minorita, concinna-  
tum:

*Compendium Postilla Epistolarum, ac  
Evangeliorum*. Lugduni apud Jacobum  
Junti, anno 1541. in 8. Vidi.

JORDANUS DE SANTAREN,  
Lusitanus, Minorita, inedita reliquit in  
suo Conventu Scalabitano:

*Proverbia Seneca* laudata ex Cardoso à  
D. Nicolao Antonio in suis Appendicibus  
M. S. apud Regiam Bibliothecam Matri-  
tensem. Floruit anno 1500.

JOSAPHAT ROTHOMAGENSIS,  
Gallus, ex Capuccinis Provinciæ Norma-  
niæ, ejusque Minister, Vir doctus, ac re-  
ligiosis moribus ornatus, edidit Gallicè:

*Orationem in funere R. P. Honorati Bou-  
chart, Capuccini, sanctitate, & miraculo-  
rum gratia illustris*. Parisijs anno 1624.  
Genuensi teste.

JOSEPHA A S. CLARA, Hispana,  
Abbatissa Monialium Clarissarum Cœno-  
bij de Alegria, Cantabricæ Provinciæ,  
ineditum reliquit volumen ingens

*De Rebus Mysticis, ac ejus Vita*. Ex re-  
latu laudatæ Provinciæ.

JOSEPHUS ACCETA, minimè  
AVETA, Andriensis Apulus, Provinciæ  
S. Nicolai, Regul. Observantiæ alumnus,  
egregiusque Poeta, scripsit:

*Vitam, & miracula S. P. N. Francisci*,  
opus in decem libros distinctum carmine  
heroico Latino. Ex Uvadingo, & relatu  
Fr. Bonaventuræ à Fassano, parte 2. *Me-  
morabilem* laudatæ Provinciæ, cap. 3.  
§. 10.

JOSEPHUS EGIDIUS TABOADA,  
Hispanus, Compostellanus, in Re-  
gularem Observantiam in Patria admis-  
sus, præter eximiam eruditionem, sum-  
mumque ingenium, Vir fuit vitæ integri-  
tate insignis, ambitionis contemptor egre-  
gius, Lector bis emeritus, suæ Compos-  
tellanæ Provinciæ Ex-Minister, & Pro-  
vinciarum Castellæ, ac S. Michaelis Pa-  
ter. Morte præventus dumtaxat edidit:

*Expositionem Constitutionis Gregorij  
XV. adversus Confessarios sollicitantes*. Salm-  
anticæ ex officina Mariæ Estevez, anno  
1712. in 8. Vidi.

*Eucharisticam Orationem pro natali Se-  
reniss. Principis Asturum Ludovici Ferdin-  
andi*. Compostellæ per Antonium de Al-  
demunde, anno 1707. in 4. Vidi. Reliquit  
M. S.

*Consultationes Scholasticas, Morales,  
Canonico-Regulares*.

*Cursum Philosophicum*, qui Zamoræ  
habetur in Bibliotheca Conventus Regul.  
Observ. Vidi. Ad plures abiit circa ann.  
1722. Laudatur tomo 1. Chronic. suæ  
Provinciæ, lib. 3. cap. 6. pag. 126.

JOSEPHUS AB ÆGYPTO, Lusita-  
nus, emeritus Concionator Provinciæ  
Portugalliæ Regul. Observ. publici juris  
fecit vernaculè:

*Vitam S. Josephi filij Jacob, sub titulo: Infans Peregrinus.* Ulyssipone in typographia Muticæ, anno 1721. in 4.

*Thesaurum Spiritalem Seraphicum.* Ibidem apud Mathiam Ferreyra, anno 1621. in 4.

*Seruiam Seraphicam.* Connimbricæ per Benedictum Seco 1716. in 8. Hujusce meminit Fr. Ferdinandus à Solitudine, tomo 5. CHRONIC. laudatæ Provincie.

JOSEPHUS DE AGRISUELA, Hispanus, Valentiniæ Provinciæ Regul. Observant. Theologus Jubilatus, & à Theologicis Censuris Sanctæ Inquisitionis, communem fecit vernaculè, eruditam

*Concionem de S. Didaco ad Capitulum Toletanum Ordinis habitam.* Extat à fol. 369. Historia ejusdem Capituli excusæ Matriti anno 1682. in 4. Vidi.

JOSEPHUS ALASANZ, Hispanus, ex Aragonensi Provinciæ Regul. Observ. vti habeo ex relatione ejusdem Provinciæ apud Archivium Ordinis Matritense, varia opera exaravit, maximè

*Commentaria in Epistolas Sancti Pauli.* Inedita, sed ad prælum matura erant anno 1653. quo floruit. Laudatur à P. Hebrera, tabula 5. Chron. & in exordio *Vite B. Agni.*

JOSEPHUS ALEM, Compostellanæ Provinciæ alumnus, ineditum reliquit in 4.

*Cursum Philosophicum,* merito asservatum in Bibliotheca Zamorensis Conventus Regul. Observantiæ. Vidi.

JOSEPHUS ALMOROX, Hispanus, Discalceatæ Provinciæ S. Josephi, mysticis studiis deditus, emisit sermone patrio opus inscriptum:

*Tres via perfectionis,* in 8. Ex relatu laudatæ Provinciæ. Prodiit, sed suppresso nomine, Matriti ex typographia Didaci Martinez, anno 1700. quo Author clarebat.

JOSEPHUS ALVAREZ DE LA FUENTE, Hispanus, Matritensis, Castellani Provinciæ Regul. Observant. Ecclesiastes generalis, ac Regius, Vir herclè in rebus Historicis eruditus, & mihi perquam familiaris, sermone Hispanico evulgavit opus perutile, cujus inscriptio: *Succesio Pontificia,* in 8. volum. in 8. distinctum. Matriti apud Laurentium Franciscum Mojados 1731. Vidi Censuris munere; pariter quoque:

*Diarium Historicum Politico-Canonicum, & Morale,* opus eruditum in 12. tomos in 8. distributum. Prodiert pri-

mus, secundus, tertius, & quartus tomus ex officina Thomæ Rodriguez Frias, anno 1732. Reliqui ad prælum maturi deinceps typis mandantur. Prælo insuper, vitam comite, subjiciet à se conscripta:

*Theatrum Ecclesiarum Cathedralium Hispaniæ, quæ in præsentia non sunt,* tom. 2. in fol.

*Historiam Chronologicam Cardinalium Ordinis Minorum,* tom. 1. in 4.

*De Canonizatione Sanctorum,* Theologicè, & Historicè.

*Acta, & Vita V. Fr. Joannis de Zamarraga, Minoritæ, primi Antistitis Mexicani.* Omnia vernaculè.

JOSEPHUS ANGLES, Hispanus, Valentinus, Compostellanæ Provinciæ Regul. Observantiæ filius, cujus hic elogium adscribere placet è Bibliotheca Hispanica D. Nicolai Antonij, *eximia doctrina* Theologicæ, vitæque ad religionis, amulsi formata: meritò à superioribus, obrinuit, vt excipiendis confessionibus, Virginum Deo sacrarum in Matritensi, Excalceatæ Reformationis præficeretur, Monasterio, Sardinia quoque Provinciæ ejusdem Ordinis Commissarium, Generalem egit, Romæque præceptor, rem Alexandri Cardinalis Montalti Sixti V. Pont. Max. ex sorore pronepotis, Boslanus demum in eadem Insula Sardinia Episcopus creati promoterit. Utriusque hic Philosophiæ, Sacraque Theologiæ eximius Professor, omnium scientiarum, & virtutum genere ornatissimus, quomodo audit à non nemine quum, eum familiarem habuit, lucubrationibus suis studiosos moralis Theologiæ, non parum juvit. Hactenus Nicolaus Antonius perpetam subjungens scripsisse in

*primum Sententiarum,* & in *tertium,* quamvis Uvadingus id nescierit. Nec me latet Fr. Matthæum à Sossa in Catalogo AA præfixo suis Commentarijs in lib. 1. Sententiarum asserere: *Scriptisse in 4. libros Scoti lucidissimos Flores Theologicos,* verum, ni falior, dumtaxat emisit:

*Flores Theologicarum Questionum in secundum librum Sententiarum.* Post alias editiones, Matriti ex typographia Petri Madrigal, anno 1586. in 4. tomis 2. Sixto V. Pont. Max. nuncupatis. Vidi.

*Flores Theologicarum Questionum super quartum librum Sententiarum.* Correctior, & auctior editio, quam vidi, facta est Burgis typis Philippi Junctæ 1585. tomis duobus in 4. Commendant valdè Flores istos illustrissimus Gonzaga in suo Catalogo,

gò, necnon Sedulius apud Uvadingum, hic. Floruit circà annum 1580. Pluribus de eo in Bibliotheca Valentina, pag. 203.

JOSEPHUS ANTONIUS HEBERRA, Hispanus, in Oppido Ambel, Tyratonensis Diocesis natus, Aragonensis Provinciæ Regul. Observantiæ, Concionatoris Generalis, ac Diffinitoris muneribus functus, ejusdem suæ Provinciæ, ac Regni Aragonensis Historicum, Secretarium Generalem Ordinis, necnon Commissarium Visitatorem Compostellanæ Provinciæ fecit. Vir fuit ingenio, ac eruditione præstans, vti ejus testantur lucubrationes. Habemus nunc ex illius pen-

*Viridarium eloquentiæ,* Hispanico idioma. Cæsaraugustæ apud Hæredes Didaci Dormer 1677. in 4. Vidi.

*Opuscula Poetica,* scû *Triumphum Jutorum,* ligato sermone Hispanico. Ibidem per Hæredes Petri la Naja 1679. & 1708. per Didacum de Larumbe in 4. Vidi.

*Vitam S. Antonij Patavini.* Prodiit Cæsaraugustæ supposito nomine Authoris ex typographia Paschalis Bueno 1683. in 8. Vidi. Item vernaculè volumen prænotatum:

*Demonstrationes Regni Aragonum, ob primum connubium Caroli II. Hispaniarum Regis.* Ibidem 1679.

*Vitam S. Sigismundi Regis, & Martyris.* Cæsaraugustæ typis Paschalis Bueno, anno 1686. Vidi.

*Sex Tabulas Chronologicas suæ Provinciæ.* Ibidem per Emmanuelem Roman 1687. in chartis expansis. Vidi.

*Historiam Sanctorum Martyrum Minoritarum Joannis Perusini, ac Petri de Saxoferrato.* Ibidem ex officina Paschalis Bueno 1690. in 8. Vidi.

*Effigiem Historicam pro Civitate Cæsaraugustana in connubio secundo Caroli II. Hispaniarum Regis.* Ibidem anno 1690.

*Vitam V. Matris Emmanuela de Olcinellas, ex Tertiarijs Cænobij Sancti Angeli Custodis in Oppido Exea Aragonensis Regni.* Cæsaraug. per Paschalem Bueno, anno 1695. in 4. Vidi.

*Vitam B. Agni ejusdem Instituti, ac Provinciæ Marrochensis Ecclesiæ olim Antistitis.* Ibidem apud Bueno. 1697. in 4. Vidi.

*Exemplarem vitam V. Matris Mariæ, Marchionissæ de Camarasa, Clarissæ, Fundatricis, & Abbatissæ Granatensis Conventus S. Angeli.* Cæsaraugustæ per Dominicum Galcon, anno 1700. in 4. Vidi.

*Vitam Illust. D. D. Martini Garcia, Episcopi*

*Barcinonensis.* Ibidem, ac eisdem typis anno 1700. in 4. Vidi.

*Descriptionem Historico-Panegyricam Sylvæ, ac Cænobij Domina nostra de Monlora, Recollectorum ejusdem Provinciæ.* Ibidem apud Dominicum Galcon 1700. in 4.

*Conciones Panegyricas de S. Gaudioso Episcopo Tyrasonensi, & de S. Tecla V. & Martyre.* Ibidem, ac eisdem formis 1701. in 4.

*Chronicorum Provinciæ Aragonum,* tomo primum. Cæsaraugustæ per Didacum de Larumbe 1703. in fol. Vidi.

*Chronicorum ejusdem Provinciæ,* tom. 2. vbi plura de Aragonensi Regno. Ibid. ac litteris Larumbe 1705. in fol. Vidi.

*Vitam S. Gaudiosi Episcopi Tyrasonensis.* Ibidem apud Galcon 1710. in 4.

*Celebres Demonstrationes Cæsaraugustanorum ob translationem SS. Sacramenti ad novam Basilicam Domina nostræ del Pilar,* opus posthumum excusum Cæsaraugustæ in officina Hæredum Emmanuelis Roman 1719. quo in suo Cæsaraugustano Monasterio decessit è vivis die 30. Maji. Laudibus ornat Emmanuel Cajetanus de Sousa, in sua *Expéditione Hispanica,* tom. 2. num. 526.

JOSEPHUS AB APOCALYPSI, Lusitanus, Provinciæ Portugalliæ, Regularis Observantiæ Lector emeritus, emisit:

*Orationem in laudem Sancti Joannis à Cruce Divorum numero adscripti à Benedicto XIII. Pont. Max.* Ulyssipone ex typographia Petri Galtraon, anno 1728. in 4. Commendatur à Fr. Ferdinando à Solitudine in Chronicis memoratæ Provinciæ, tomo 5.

JOSEPHUS AB ASSUMPTIONE, Hispanus, Vallisoletanus, Discalceatæ Provinciæ S. Pauli, celebris Ecclesiastes, ac Diffinitor, emisit:

*Orationem funebrem in Exequijs Antonij Martini Alvarez de Toledo, Ducis de Alva.* Salmanticæ anno 1711. in 4. Vidi. Penès se habet inedita

*Concionum,* tomos 5. in fol. Alphabetica methodo concinnatos.

*Elucidationem Salutationis Angelicæ ex penu Sanctorum Patrum depromptam,* Latinè.

*Concordantias Sacra Pagina, & Sanctorum Patrum,* eodem idioma:

*Super Canticum Salve Regina ad mentem SS. Patrum, & in laudem Purissimæ Virginis,* titulo: *Posteria* insignitæ, ac mi-

miraculis claræ Abulæ, in Conventu S. Antonij laudatæ Provinciæ, Latine.

*De mirandis Beatissime Virginis à Porta dicte Vernaculè.*

*Sermocinationis in verba vita S. P. N. Francisci: Magna promissimus, &c.* Hispana lingua, & alia Concionatoribus utilis. Utinam pro bono publico quamprimum prodeant. Etiam modo vitam agit.

JOSEPHUS DE AVALOS, Hispanus, ex Provincia Bætica Regul. Observ. Sacram Theologiam docens, edidit vernaculè:

*Expositionem Regula S. Clara, ac Conceptionistarum.* Hispani typis Lucæ Martini de Hermosilla 1688. in 8. Vidi.

JOSEPHUS DE AZEVEDO, Hispanus, Compostellanæ Provinciæ Regul. Observantiæ, præclarè elaboravit:

*Cursum Philosophicum*, qui M. S. asservatur Zamoræ in Bibliotheca Conventus S. P. N. Francisci, in 4. Vidi.

JOSEPHUS DE BALVERDE, Hispanus, Theologus, Granatensis Provinciæ Regul. Observ. emisit à se habitam in Toletanis Comitij Ordinis:

*Orationem in laudem S. P. N. Francisci*, excusam cum alijs Matriti anno 1582. in 4. Vidi.

JOSEPHUS BARCINONENSIS, Hispanus, Tarraconensis, genere clarus, primùm Regularis Observantiæ, deinde Provinciæ Laletanæ, Minorum Capuccinorum, Vir fuit prudens, ac primus Capuccinus qui in Hispania Orationem quadraginta Horarum sermonibus celebravit. Ineditum reliquit:

*Librum Sermorum de Tempore*, asservatum in Barcinonensi Cœnobio Montis Calvariæ, teste Genuensi. Sanctimoniam fama obiit in eodem Monasterio anno 1584. Ejus vitam conscripsit Boverius tomo 2. Annalium.

JOSEPHUS BATTLE, Hispanus, Laletanus, ad Regularem Observantiam in eadem Provincia ingressus, per disciplinarum gradus ad culmen sapientiæ ascendens, muneribus quoque Concionatoris, Historici, Diffinitoris, Commissarij Provincialis, ac Theologi apud Fidei vindices functus, ad formandos Divini Verbi Declamatores, scripsit, ac edidit opus prænotatum:

*Mysticus Ezechiel* quindècim Conciones Missionarijs valdè utiles, & vnicam de Assumptione Deiparæ semper Virginis amplectens. Barcinone per Franciscum Guasch, anno 1700. in 4. Vidi. Insuper vulgavit:

*Itinerarium Anima piæ.* Ibidem, ac eisdem typis anno 1699. in 4. Vidi. Demùm opus inscriptum:

*Excitator Confessarij, ac Pœnitenti;* Barcinone 1692. in 4. litteris Martini Gerlabert. Vidi. Exponit Decalogum.

*Chronica sue Catalaunensis Provincia* in duas partes in fol. distributa. Asservantur inedita in Archivio Barcinonensis Conventus S. P. N. Francisci.

JOSEPHUS BARCINONENSIS, Vide inferiùs *Josephus à Faventia.*

JOSEPHUS DEL BATERNO A SANCTO JOANNE, Hispanus, olim in Discalceata Provincia S. Petri Alcantarensis Neapolitana, Sacræ Theologiæ Lector, ac Diffinitor, deinde suæ Provinciæ S. Josephi Custos, Commissarius Visitator Provinciæ S. Pauli, totius Ordinis Generalis Diffinitor, ac Vir profectò cuius virtus nec vno animarum zelo, nec iteratis erga Deiparam pietatis argumentis constitit, minimè pœnitenda edidit opuscula. Scripsit:

*Expositionem Orationis Dominicæ, adjectis Meditationibus*, sermone Hispano: Matriti typis Joannis Garcia Infanzon 1705. Vidi.

*De origine jejuniij perpetui in honorem Immaculatæ Conceptionis, ac de origine casusdam Marianæ Imaginis ab Igne dicte, que in Oppido Baterno Toletani Archiepiscopatus colitur.* Matriti 1706. ac 1704. Obijt Matriti in Regali Conventu S. Egidij, circa annum 1708. exemplaritas nota.

JOSEPHUS BERGAIGNE, Antuerpiensis, strictioris Observant. Provinciæ Germaniæ inferioris Theologus, ac Minister Provincialis vigesimo octavo ætatis anno nondùm expleto, qui & Visitatorem Apostolicum, Diffinitorem Generalem Ordinis, Belgicarum Provinciarum, ejusque adnexarum Commissarium Generalem laudabiliter peregit, Vir fuit pius, doctus, mitis, affabilis, atque ad res magnas pertractandas miræ dexteritatis, & prudentiæ, cuius opera Catholicis Hispaniarum Rex Philippus IV. sæpissimè vsus apud Belgas, Batavos, ac Germanos ad variosque Principes legatus, ac demùm Episcopus primùm Buscoducensis, deinde Archiepiscopus, & Dux Cameracensis, S. Romanij Imperij Princeps, & Comes Cameratiij. Scripsit:

*Apologiam adversus litteras Geraldæ Molitoris, Prædicantis Religionis Evangelicæ Reformata.* Augustæ Trevirorum sumptibus

sumptibus Egidij Immendor anno 1625. in 4.

*Apologiam ad Imperatorem Ferdinandum Tertium*, pro conservatione veterum Religiosorum in suis antiquis domibus.

*Instructionem ad Virgines nobiles recentè conversas à Calvinismo*, contra famosum libellum ad easdem datum à quibusdam hæreticis. Colonia apud Henticum

Grith 1631. Moritur partès agens Regis Catholici in confessu Monasterij Uvestohaliæ anno 1647. die 24. Octobris. Eum commendat Uvadingus, Ludovicus Moteri in suo Dictionario, Dupinus, sæc. 17. Ejus funebre Epicedium habes apud Samarthanos, tomo 1. Galliæ Christianæ, de Archiepiscopis Cameracensibus, §. 83.

### Ecclesia Cameracensis

Optimo Pastore orbata, spe maxima erepta,  
Nova viduitate afflicta, novis curis agitata,  
De successore anxia, de libertate sollicita,  
Præsuli meritissimo justa persolvens,  
Monumentum marens posuit.  
Luge viator, si pacem amas, & precare,  
Ut homo pacis requiescat in pace.

JOSEPHUS BERGOLINUS, Italus, Montenoventis, ex Minoritis Conventualibus, Sacræ Theologiæ Magister, edidit: *Dialecticam S. Scripturæ testimonijs, à SS. PP. doctrinis illustratam, in qua una cum Sacrarum Litterarum intelligentia. Artem inveniendi, construendi, prosequendi argumenta, atque Hereticorum Sopsismata cognoscendi.* Romæ typis Bernabo, anno 1707. in 4. Vidi.

JOSEPHUS DE BERNA. Vide inferiùs *Josephus Cameracensis.*

JOSEPHUS DE BOLAÑOS, Hispanus, Discalceata Provinciæ S. Josephi alumnus, Theologiam docens in Conventu S. Petri de Alcantara Etruriensi, vulgò *de la Ambrosiana*, in publicum misit Italicè:

*Via-Crucis illuminata.* Lucæ apud Nicolaum Mariscandoli, anno 1713. in 8. Secundò anno 1720. studio Fratrum Reformatorum Sabaudiensium. Vivit Author munere fungens Confessarij D. Caroli Hispaniæ Infantis Ducis Parmensis, hoc anno 1732.

JOSEPHUS BONA, Hispanus, Turialego natus, in Aragonensi Provincia Regul. Observantiæ clarus Ecclesiastes, tantummodò typis dedit:

*Orationem in laudem S. Catharina Bononiensis novissime Sanctorum Catalogo adscripta*, sub titulo: *Sol-novus Italia: Cæsaraugustæ per Didacum de Larumbe, Tom. II.*

anno 1714. in 4. Vidi. E vivis decessit eodem anno.

JOSEPHUS BONAVENTURA, Italus, ex Comitibus Vallispergiæ, & Minoritis Conventualibus, Vir eruditus conscripsit vernaculè:

*Vitam Arduini Marchionis de Furea, necnon vitas nonnullorum Comitum Vallispergiensium.* Extabant M. S. in Bibliotheca Excell. Caroli ab Ecclesia in Suprema Curia Taurinensi Præsidis, anno 1667. vti narrat Andreas Rossotus in Syllabo Scriptorum Pedemontij.

JOSEPHUS BRANCHAM, Italus, Syracusanus, professione Minorita, Latine vulgavit opus prænotatum:

*Analytica Demonstratio in qua ostenditur immunitatem, tam personarum, quam rerum Ecclesiasticarum esse de Jure Divino.* Romæ apud Paulinum 1607. in 4. apud Bibliothecam Tellerianam, pag. 172. De eo Dupinus, sæc. 17.

JOSEPHUS BRIZ ALBORNOZ, Hispanus, Theologus, Carthaginensis Prov. Regul. Observ. edidit:

*Orationem funebrem in obitu Mariannæ Engratia, Marchionissæ de los Velez.* Murcia apud Michaellem Lorenz 1686. in 4. Vidi.

JOSEPHUS DE BRUNIS, Venetus, Regul. Observ. Prov. S. Antonij, Concionator, candidè, & sincerè describens quidquid diù desiderabatur sciri de omni-

nibus ad Sanctam Jerusalem, Ordinemque Seraphicum spectantibus, edidit:

*Reductorium Jerosolymitanum*, sub cuius inscriptione continentur:

*Numerus locorum Fratrum D. Francisci de Observantia.*

*Admirabilis devotio Sanctuarior. quam plurimum.*

*Multitudo precipuarum Reliquiarum, copioque Indulgentiarum à diversis Summis Pontificibus concessarum.*

*Generosa condonatio privilegiorum multorum quibus gaudent in primis Guardianus Sacri Montis Sion, deinde Fratres omnes ei humiliter subiecti.* Venetijs per Joannem Baptistam Bonsad 1616. in 8. Augusti 1651. in 8. Commemoratur, post Uvadingum ab Alphonso Lassor, tomo 1. sui *Universi*, fol. 499. & Alva, qui eum nuncupat *Josephum de Brinis*, col. 865. suæ *Militiæ*.

JOSEPHUS CAGLIOCA, Italus, Provinc. Siculæ Minorum Conventualium Doctor Theologus, ac Pater, S. Officij Consultor, Vir ingenio, ac eruditione præstans, publici iuris fecit:

*Defensionem Immaculatæ Conceptionis Matris admirabilis.* Messanæ 1643.

*Manifestationes Historicas Prov. Sculæ Minorum Conventualium.* Venetijs typis Petri Turrini 1694. in 4. Italicè.

*Defensionem litterarum à Regina Angelorum ad Messanenses scriptarum.* Ibidem, sermone Italico. Ineditum, sed ad prælum maturum reliquit opus insigne in 4. tomos partitum, cujus inscriptio:

*Catholica pugna Inquisitorum Apostolicorum.* Laudatur à P. Vincentio Coronelli, tomo 7. Bibliothecæ Universalis, col. 243.

JOSEPHUS CAMARATENSIS, (mendose à nonnullis dictus de *Berna*, & *Taberna*) Italus, natione Siculus, Panormitanæ Provincie Minor. Capuccinor. Sacerdos, & Genuensi teste, vulgare sanctimonie simulachrum, edidit:

*Symphoniam sacra lectionis*, id est, *Libellum de Sacrarum dictionum prolatione.* Messanæ apud Hæredes Petri Brex 1656. Rhelij typis Jacobi Matthæi 1646. & Petrus eodem anno in 8.

*Tractatum de arte bene moriendi*, Italicè. Messanæ apud Jacobum Matthæi, anno 1646. in 8. & ibidem 1652.

*Tractatum de Sacris Ritibus, tam ad celebrationem Missæ, quam ad recitationem Officij Divini, & alias functiones Ecclesiasticas spectantibus.* Panormi apud Do-

minicum de Anselmo 1669. in 4. Edidit etiam Italicè:

*Dictionarium Etruscum.* Neapoli apud Dominicum Anselmum 1666. in 4.

*De quatuor Novissimis Meditationes.* Panormi 1665. in 12. & ibidem, post alias editiones sextò prodijt 1670. & Messanæ typis D. Antonij Massei 1704. in 12.

*Viam dolorosam Christi Domini.* Panormi apud Petrum de Isola 1665. in 8. & 1667. & 1692. & Neapoli apud Michaelem Mutium 1693. in 12.

*De Maria Dolorosa.* Neapoli apud Anselmum 1673. & apud Constantium 1695. in 12.

*Corollam centum Rosarum*, id est, *centum Capuccinorum toto mentis consuetudine Crucifixum, ac Matrem Dolorosam complectentium.* Neapoli apud Petrum de Isola 1676. in 8. Ad æternitatem evolavit Panormi anno 1677. De eo laudatus Genuensis, & futsius Mongitori, tomo 1. Bibliothecæ Siculæ.

JOSEPHUS A CAPRIOLA, Italus, ex Provincia S. Francisci Minorum Capuccinorum, Vir in mechanicis artibus peritus, evulgavit Italicè opus prænotatum:

*Temporis mensura*, in quo agit de modo fabricandi horologia cujuslibet generis. Patavij apud Andream Gattellum, anno 1663. Ex Genuensi, pag. 199. suæ Bibliothecæ Scriptorum Capuccinor.

JOSEPHUS CARAVANTES, Hispanus, Capuccinus, primitus Aragonensis, deinde Bæticæ Provincie, Apostolicus Missionarius, qui in Occidentales Indias à Summo Pontifice, & Rege Catholico specialitè deputatus, in Provincijs de Carcas, Carazas, & Eumanan in infidelium conversione, ac postea Hispaniæ maximè in Galliciæ Regno in peccatorum reductione plurimum infudavit, Vir fuit sanè Apostolicus, cujus Acta vernaculè emisit Didacus Gonzalez de Quiroga, Matri anno 1698. Habemus ejus ingenij, ac pietatis monumenta:

*Relationem progressus, & fructuum Missionum Fratrum Minorum Capuccinorum Provincie Bæticæ in Indijs Occidentibus.* Hispali apud Joannem Gomez, anno 1666. Insupèr:

*Missionum praxim* tomis duobus in 4. in quibus continentur 39. Conciones, & plura Missionarijs perutilia. Prodijt primus Legione ex officina Viduæ Augustini de Valdivieso 1674. Secundus Matri ex typographia Andree Garcia, anno 1678. Vidi.

*Alphabetum puerorum*, tomis 2. anno 1688. Præter hæc à Genuensi laudata, edidit:

*Lectiones Doctrinales, ac Dominicales Conciones totius anni*, in duos tomos distributas. Matri sumptibus Francisci Lasso, anno 1704. in 4. Vidi, & primam editionem ibidem factam anno 1687. Obijt, haud sine sanctitatis opinione, circa annum 1690.

JOSEPHUS CARLINUS, Capuccinus, à Genuensi illaudatus, scripsit:

*De Origine Capuccinorum*, opus citatum in Martyrologio Franciscano, die 3. Augusti, §. 6.

JOSEPHUS CARON, Minorita, attestante Arturo in Martyrologio Franciscano ad diem 31. Augusti, §. 29. scripsit:

*Querimoniam novæ Franciæ.* Insupèr, ex Catalogo Bibliographiæ Anissonianæ edito anno 1726. edidit:

*Controversias Fidei contra Judæos, & Hæreticos.* Parisijs 1660. in 8.

JOSEPHUS CHATINO, Hispanus, ex strictiori Observant. Valentini Regni, Concionator, jusis obtemperans sui Provincialis Ministri Fr. Joannis Olarte, absolutè conscripsit anno 1626.

*Chronica sua Discalceatæ Provincie S. Joannis in Valentia Regno.* Inedita assertantur in 4. in Archivio laudatæ Prov. Vidi.

JOSEPHUS LECLERC DE TOMBLAY, Gallus, Parisiensis, Vir generis nobilitate, doctrinæ præstantia, ac animi pietate magnus, in sua Parisiensi Provincia Minorum Capuccinorum Diffinitor, ac Turonensis Provincie Minister, qui dilatandæ vbiq; Fidei, & Religionis Catholicæ studiosissimus, & Acatholicorum acerimus hostis, Monasterium Benedictinatum sub titulo *Montis Calvaria* fundavit; prælo etiam mandavit Gallico sermone minimè poenitenda. Ea sunt:

*Introductio ad vitam spiritualem per facilem quandam Orationis methodum pro omni anima devota, & religiosa.* Pictavij apud Franciscum Lucam 1626. tomis 2. in 8. Parisijs typis Joannis Fovet 1630. in 4.

*Praxis interior precipuarum vitæ Christianæ exercitiorum juxta methodum Orationis Mentalis*, ab eo traditam. Ibidem 1632. in 4.

*De Perfectione Seraphica.* Opus est mysticum in primis vtile Minoritis. Parisijs per Sebastianum Cremonis 1634. in 4.

Tom. II.

*Tractatus de tribus generibus vitæ spiritualis, & tribus votis Viri Religiosi.* Niofii 1646. in 8.

*Epistole spirituales, quas cum alijs ejus pietatis opusculis edidit Franciscus Andegavensis Capuccinus*, vna cum ejus vita: Paris. 1645. in 4. typis Dionysij Thierry. Obijt in Foro-Sempronio anno 1557. De eo cum laude, qui de rebus Gallicis scripserunt sub Ludovico XIII. à cuius Consilijs fuit; Genuensis, Uvadingus, ac Dupinus in Supplemento.

JOSEPHUS CODICIS, rectius CORDICIUS, Siculus, ex Oppido Montis S. Juliani, Regul. Observ. Professor, Vir doctrina insignis, qui septennio Theologiam docuit Parisijs, vbi & Doctoris lauream accepit, edidit, vt testatur Uvadingus, ac Rochus Pirrus apud tom. 1. Bibliothecæ Siculæ:

*Commentaria in Logicam Aristotelis.* Obijt Neapoli 1545.

JOSEPHUS A COLLEAMATO, Capuccinus, natione Picenus, ac ejusdem Provincie alumnus, Vir, vt vno verbo dicam, verus S. P. N. Francisci imitator, teste Genuensi, M. S. reliquit:

*Historiam de origine, & progressu Reformationis Capuccinorum in Prov. Marchiæ.* Obijt sanctissimè Forosempronij anno 1557. Confule Arturum ad diem 28. Junij in Martyrologio Franciscano.

JOSEPHUS COLLESSANENSIS, Siculus, ex familia Seminaria ortus, Concionator, ac Lector generalis, à confessionibus Monialium Neapolitani, ac Regij Monasterij Sanctæ Claræ, ac Vicarius Provincialis suæ Provinc. Siculæ strictioris Observ. Reformatorem, Vir pro difficillimis negotijs ad loca Hierosolymitana tuenda, Orator missus Hierosolymam, Bethleem, Nazareth, ac Constantinopolim; inedita reliquit sermone Italico:

*Acta, ac Vitas Fratrum, ac Tertiariorum clarorum suæ Provincie Vallis Dæmonis*, apud Archivium Cœnobij Portus Salvi Messanæ, vt ex Tognoleto narrat Mongitori, tomo 1. Biblioth. Siculæ.

*Relationem suæ Reformatæ Provincie*, cujus meminit Fr. Petrus de Alva, columnæ 865. suæ *Militiæ*. Clarebat anno 1667.

JOSEPHUS A COMO, Italus, celeberrimus Concionator, ac suæ Mediolanensis Provincie Regul. Observantia Pater, edidit vernaculè:

*Quadragesimale.* Venetijs anno 1665. typis Pauli Baglioni in 4. Regali. Vidi.

*Dominicale per annum*, adjectis copiosis

X 2

lis



Indicibus. Ibidem per eundem 1670. in 4. Vidi. Immeritò Capuccinis adscribitur ab Alphonso Laffor. tomo 2. sui *Universi calamo delineati*, fol. 397.

JOSEPHUS A CONCEPTIONE, Lusitanus, ex Tertiarijs Regularibus ejusdem Regni, Lector emeritus, & Pater, ac à Theologicis Censuris Sancti Officij, vti ex relatu laudatæ Provinciæ didici, emisit vulgari lingua:

*Historiam Trium Ordinum S.P.N. Franciscæ*, in tres tomos in fol. distributam. Ulyssipone anno 1715.

JOSEPHUS A CONCEPTIONE, alter, natione Hispanus, ex Oppido *Medina del Campo*, sanguine clarus, Discalceatæ Provinciæ S. Pauli alumnus, Verbi Evangelici celebris Declamator, Guardianum agens Cœnobij Immaculatæ Conceptionis in Oppido Peñarandino Diocesis Salmatinar, ex speciali devotione, qua Angelorum Regnam semper est profecutus, in ejus honorem scripsit:

*Historiam celeberrimæ Imaginis Immaculatæ Virginis à Rosa*, & à Choro miraculis claræ in laudato Monasterio, in 4. Eam exscripsi tomo 1. Chronic. Provinciæ Sancti Pauli, lib. 2. cap. 12. Typis dedit:

*Compendium Vita S. Barbara*, Hispanico idiomate.

JOSEPHUS CORDICIUS. Vide superius *Josephus Codici*.

JOSEPHUS DE CORUORLAN, Hispanus, Carthaginensis Prov. Regul. Observantia Theologus, Diffinitor, ac S. Officij Qualificator, edidit:

*Allegationem juridicam pro V. Tertio Ordine Franciscano*, Murcia apud Vincentium Llofriu 1691. in fol. Vidi.

*Orationem* in solemnii professione cujusdam Clarissæ habitam, sub titulo: *Clementia Penitentia*. Compluti in typographia Universitatis 1674. in 4. Vidi.

JOSEPHUS A COUTE, Lusitanus, Ordinis Christi alumnus, necnon in Tertio Ordine Franciscano, apud Ulyssiponensem Conventum Dominæ nostræ à Jesu, Diffinitoris munere functus, Historicum Academicum laudati Regni agens, emisit ligato sermone:

*Vitam Sanctæ Quiteria*. Ulyssipone per Josephum Lopez Ferreyra 1715. in 8.

*Garmina Epithlamica*. Ibidem in Officina Musica 1729.

*Epitalamium Regale* in laudem D. Joannis V. ac D. Mariannæ Austriacæ Regum Portugalliar. Ibidem. Ad prælum matura

alia non pauca habebat anno 1730. præcipue, vernaculo sermone,

*Vitam S. Elizabeth Portugallia ejusque Sponsi D. Dionysij*.

JOSEPHUS A CRUCE, Hispanus, ex Regul. Observ. Castellanae Provinciæ, Sacrae Theologiæ professor in Complutiensi S. Didaci Cœnobio, cujus eruditionem non vulgarem facile ostendunt illæ celeberrimæ Conclusiones Theologicæ Compluti propugnatae, ac ibidem excusa in charita expansa, anno 1661. quarum octava assertio hæc erat: *Deipara in primo instanti Conceptionis naturalis non contraxit maculam originalem, non solum definita est ab Ecclesia in Concilio Generali, sed à Summo Pontifice ex Cathedra, absque Concilio proximo definita est, &c.* Contule *Militiam* Fr. Petri de Alva, col. 865. Extat laudati Josephi, celebris

*Concio de S. Didaco*, edita Compluti in officina Mariæ Fernandez, anno 1661. in 4. Vidi.

*Tractatus varios* scripsisse audio, hæc tenus mihi ignotos.

JOSEPHUS DE CUELLAR, Hispanus, ex Discalceata Provinciæ S. Josephi, Sacrae Theologiæ Lector, ac Regius Concionator, Theologicum Cursum, juxta mentem, & Ordinem V. Doctoris Subt. Scoti digestum typis mandavit tomis duobus in 4. Continet primus, tractatus.

Super Prologum Doct. Subt.

*De Intellectu Divino.*

*De Voluntate Divina.*

*De Visione Beatifica.*

*De Distinctionibus.*

*Conciliationes*, adjectis nonnullis de *Scientia Media*. Agit in 2.

*De Trinitate.*

*De Angelis.*

*De operibus 6. dierum.*

*De Homine*. Matriti, apud Antonium Marin 1725. Vidi. Scripsit etiam Latinè:

*Vitas quorundam sue Provinciæ alumnorum exemplaritate vite insignium* ad Capitulum Generale Ordinis Romæ celebratum, anno 1723. missas. Vidi. Ad plures abijt anno 1731. cum Fratribus Regularis Observantia Castellanae Provinciæ connumeratus.

JOSEPHUS DE LAS CUEVAS, Hispanus, professione Capuccinus, laudatur ex Algecira à Fr. Martino de Torrecilla in suo Catalogo, ceu Author cujusdam libri completentis sermone Hispano:

*Meditationes, ac Glossas super Officium Divinum.*

JOSEPHUS DE CURTIS, Siculus, Messanenensis, strictioris Observantia Reformatorem alumnus, ad eliminandam potiùs melancholiam, quam, vt ingenij sui vires detegeret, vti inquit Mongitori, tom. 1. Bibliothecæ Siculae, edidit Italicè.

*Dramma musicale in laudem S. Basilie Virg. & Martyris*. Venetijs per Joannem Jacobum Hertz, anno 1661. in 12.

JOSEPHUS DIDACUS DE SANTA LUCIA, Hispanus, Cæsaraugustanus, Aragonensis Prov. Regularis Observantia Theologus emeritus, ac Custos, Archiepiscopatus Cæsaraugustani Synodalis Examiner, S. Inquisitionis in rebus Fidei Censor, Provinciarum quoque Canariensis, ac Cantabricensis iterato labore Visitator, & Pater, eruditus valdè sermones patria lingua conscriptos publici juris fecit, numpè:

*Orationem funebrem in obitu Comitissæ de Contamina*. Cæsaraugustæ per Jacobum Magellon 1692. in 4.

*Orationem funebrem in Exequijs D. Mariæ Ludovica de Saboya, Hispaniarum Reginae*. Ibidem, typis Didaci de Larumbe, 1714. in 4.

*Concionem de S. Ignatio, Societatis Jesu Fundatore*, ad Collegium Cæsaraugustanum habitam, excusamque ibidem à Paschale Bueno 1716. in 4.

*Orationem funebrem in Exequijs V. Clarissæ Hiacynthæ de Atondo*. Ibidem apud Petrum Carreras 1717. in 4.

*Orationem in solemnii commemoratione Defunctorum*. Ibidem, per eundem 1720. in 4.

*Orationem funebrem panegyricam in obitu V. P. Fr. Antonij Arbiol, ejusdem Instituti, ac Provinciæ*. Cæsaraug. litteris Francisci Revilla 1726. in 4. Vidi. Scripsit etiam propè diem eundem.

*Quadragesimale* in folio. Vidi M. S. Matriti in Officina Causæ V. Matris Mariæ Jesu de Agreda, anno 1731.

JOSEPHUS A DOMINA NOSTRA, Lusitanus, Provinciæ Portugallia Regularis Observantia alumnus, ac celebris Ecclesiastes, vernaculè emisit:

*Panegyrim in laudem S. Joannis à Cruce recentè canonizati*. Ulyssipone in Officina Musica, anno 1728. in 4. Vidi.

*Panegyrim de S. Jacobo à Marschia Gathalogo Sanctorum adscripto*. Ibidem per Bernardum à Costa 1727. in 4. Vidi.

*Tom. II.*

*Panegyricam Concionem de Imagine Crucifixi, à Remissionibus*. Ibidem apud Josephum Antonium de Sylva 1731. in 4. Vidi.

JOSEPHUS DONDORIUS, Italus, Patrius Pistoriensis, Minorum Capuccinorum, Provinciæ Tusciae Theologus, & Concionator, rerum antiquarum Patriæ suæ solertissimus indagator, ex collectis monumentis Ecclesiarum, & locorum piorum opus confavit, & inscripsit:

*Pietas Pistoriensis*. Morte sublatus Joseph, R. D. Franciscus, ex fratre nepos, Decanus Cathedralis, & Vicarius Generalis Pistoriensis imprimi curavit anno 1656. Sæpiùs hunc librum citat Pagnotius de *Maria Triumphante*. Authoris præcipue meminit Fr. Antonius Terrinca, partè 3. sui *Theatri Tusciae*, tit. 1. pag. 206.

JOSEPHUS DE DREUX, sive DRUJENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Parisiensis Provinciæ Concionator, Vir exquisita eruditione, ac vitæ integritate clarus, opusculum edidit prænotatum:

*Thronus Dei in anima justis, seu idea perfectæ Abbatisse in vita sancta, & præclaris gestis D. Magdalena de Sordis Abbatisse Regij Monasterij S. Pauli Bellovacensis*. Parilijs 1668. in 8.

*Concionem funebrem in obitu R. P. Fr. Josephi de Morlais Concionatoris Capuccini*. Parilijs apud Dionysium Thierry, 1622. Ex Genuensi in de *Scriptoribus Capuccinis*.

JOSEPHUS DULAC, Hispanus, Laletanae Provinciæ Regul. Observ. Lector emeritus, ac Custos, opus condidit Concionatoribus perutile, cujus inscriptio:

*Mariale Hispanum*. Barcinone apud Joannem Jolis, anno 1680. in 4. Vidi.

JOSEPHUS EXIMENO, Hispanus, Valentinus, Valentinae Provinciæ Regularis Observantia, Concionator, ac Custos, recognovit, additionibus quoque locupletavit:

*Vitam V. Fr. Nicolai Factoris Minoritæ*, à Fr. Christophoro Moreno ejusdem Instituti conscriptam. Prodiit Barcinone ex Officina Sebastiani Cormellas 1618. in 4. Consule Bibliothecam Valentinam, pag. 101.

JOSEPHUS DE FALCES, Lector Jubilatus Prov. Burgensis Regul. Observ. Ex-Custos, & in Romana Curia, pro Causa V. Matris Mariæ à Jesu de Agreda Procurator, typis commisit:

*Discursum Apologeticum enervantem Sententiam Doctorum à Sacra Facultate Patissiensis deputatorum, & Censuram ejusdem facultatis nomine evulgatam denigrantem aliquas propositiones primi tomi Mystice Civitatis Dei, &c. Gallicè redditi à R. P. Thoma Grosset, ex Hispano V. Matri Mariæ à Jesu Agrediens. Opus à Complutensi Academia commendatum, anno 1699. die 31. Octobris. Prodiit Salmanticæ anno 1697. in 4. Vidi.*

JOSEPHUS A FERNO, Italus, Provincia Mediolanensis Minorum Capuccinorum filius, ac Bononiensis Vicarius Provincialis, demùmque Generalis Diffinitor, Vir Theologia apprime excultus, quem Authorem, & Institutorem fuisse volunt vtilissimæ Orationis 40. Horarum, ac Religionum S. Pauli decolati, & Clericorum Regularium de Somascha nuncupatorum, fidelissimum coadjutorem, typis edi curavit:

*Methodum, seu instructionem celebrandi devotè, & cum fructu supra dictam 40. Horarum Orationem.* Mediolani anno 1571. Ibidem miraculis clarus ad Cœlum evolavit, anno 1556. cujus gesta habes apud Boverium, tom. 1. Annalium. Pluribus de eo Arturus in Martyrolog. Francisc. Nonis Januarij. Confule Spondanum ad annum 1556.

JOSEPHUS FERRER, Hispanus, Valentinus, ex Discalceata Provincia S. Joannis Baptistæ, Theologus, Ex-Diffinitor, ac Vicarius Provincialis, Vir præstantis doctrinæ, in lucem edidit:

*Logicæ, Metaphysicæ, & Physicæ Summulisticum Prælidium.* Valentia in officina Josephi Esparza 1636. in 4. Vidi.

*Parum Evangelicam, seu Commentaria in 4. Evangelia.* Tomus primus de prælijs Evangelicis, & de primis Christi Mysterijs, prodiit Lugduni ex typographia Philippi Borde, anno 1661. in fol. Vidi.

*Panegyrim de Purissima Conceptione Virginis.* Granatæ typis Francisci Sanchez, anno 1651. in 4. Vidi. Eisdem inedita, prælo autem digna asservata vidi Valentia in Bibliotheca Conventus S. Joannis à Ripa monumenta non pauca. Ea sunt:

*Tractatus in Evangelia Sanctorum, Latine in 8.*

*Pharetram Concionum, Latine volum. 2. in 8.*

*Seruum Concionum predicabilium, Latine in 8. vol. 2.*

*Concionum de Sanctis. Volumina 2. in 8; Epitome Concionum Dominicalem.*

JOSEPHUS FRANCISCUS POSADA, Hispanus, ex Compostellana Prov. Regul. Observ. Novitiorum moderator, generalis Ecclesiastes, ac Guardiani munere functus, ex Lusitanico Fr. Emmanuelis à Conscientia Congregationis Oratorij, Hispanum fecit opus inscriptum:

*Corona Angelica S. Michaelis Archangeli, adjectis devotis opusculis.* Prodiit Salamantice ex officina Honorati 1724. in 16. Edidit insuper vernaculè:

*Coronam novam Angelicam tripartitam,* In prima, publici juris fecit:

*Doctrina Christiana Expositionem.*

*Stationem ad S. Michaelem.*

*Conscientia examen.*

*Viam Crucis.*

*Rosarium, ac Coronam Immaculatæ Regine Angelorum.* In secunda agit

*De Dignitate, & Obligatione Ecclesiasticorum, adjectis devotis opusculis ad eos spectantibus.* Amplicè tur tertia

*Virtutes Viri Religiosi, additis Absolutionibus, &c.* Ibidem ex officina Viduæ Gallardo 1732. in 8.

JOSEPHUS GARCIA A CONCEPTIONE, Hispanus, Theologus, Discalceata Provincia S. Didaci in Batlica, ac ejusdem Diffinitor, Vir sanè doctus, emisit vernaculè:

*Historiam Betblemiticam, id est, Vitam exemplarem V. P. Petri à S. Josepho de Ventancurt, Fundatoris Betblemitici Instituti, in Occidentalibus Indijs.* Hispali apud Joannem de la Puerta, anno 1723. in fol. Vidi.

JOSEPHUS GAVARRI, rectius GAVARRE, Hispanus, Barbastrensis, ex Aragonensi Provincia Regul. Observantia, Apostolicus, ac celebris Concionator, in publicum misit vernaculè:

*Exhortationem ad vitæ spirituales sequelam.* Gadibus 1675. per Barthol. Nuñez in 4. Vidi.

*Instructiones ad usum Concionatorum, & Confessariorum.* Barcinone apud Antonium la Caballeria 1677. in 8. Hispali 1673. Vidi.

*Selectas Notitias Confessarijs peritiles.* Ibidem typis Antonij Feiter, anno 1677. in 8. Vidi.

*Conciones Dominicales Doctrinales.* Matriti ex officina Antonij Gonzalez 1679. in 4. Vidi.

*Sermones Apostolicos Doctrinales, adjecta*

*jeffa. methòdo efformandi Apostolicas Missiones.* Casaraug. per Gasparem Thomam Martioez 1685. in 8. Obijt anno 1689.

JOSEPHUS GERUNDENSIS, Hispanus, ex Minoritis Capuccinis Laletanzæ Prov. emisit vernaculè opus valdè eruditum:

*De Extensione Ritus S. Narcisi Episcopi Gerundensis, & Martyris.* Gerundæ anno 1691. in fol. Vidi.

JOSEPHUS GIACOLONE A PANORMO, Italus, professione Minorita, patrio sermone conscripsit librum inscriptum:

*Granditas Seraphica Religions.* Panormi anno 1654. in 4. Laudatur in Militia Fr. Petri de Alva, col. 865.

JOSEPHUS GRANDES, Hispanus; Theologus Jubilatus, ac Custos suæ Burgensis Prov. Regul. Observ. cultoribus Virginis præcipuè Concionatoribus, donavit:

*Coronam Gloriosam Deiparæ 12. lapidibus pretiosis ornata.* Matriti apud Thomam Rodriguez 1728. in 4. Vidi. Insuper tomum prænotatum:

*Maria Spes nostra.* Ibidem, per eundem anno 1730. in 8. Vidi.

JOSEPHUS DE GRAUX, Hispanus, Provincia Aragoniæ Minor. Capuccinor. Minister Provincialis, & Generalis Commissarius, ob ejus doctrinam, integritatem, & gravitatem à Genuensi laudatus, scripsit Hispanica lingua:

*Expositionem Regule Fratrum Minorum.* Prodiit Casaraugustæ anno 1652. in 8.

JOSEPHUS DE HERRERA, Hispanus, Reg. Observ. Prov. Conceptionis, Lector emeritus, ac Diffinitor, conscripsit:

*Orationem funebrem ad Capitulum Generale Ordinis habitam, publici juris factam à fol. 322. Historiæ Capituli Toletani, Matriti editæ anno 1682. in 4. Legi.*

JOSEPHUS AB HISPALI, Hispanus, Castellanzæ Provincia Minor. Capuccinor. alumnus, Regiusque Ecclesiastes, plura, & profecò erudita conscripsit. Ea sunt:

*Evangelicarum Concionum de Christo, Christipara, & Sanctis, tomj 2. in 4.* Prodiit primus Matriti sumptibus Matthæi de la Bastida 1680. Secundus ibidem ex Officina Gregorij Rodriguez 1687. in 4. Vidi.

*Multiplicium Concionum partes duæ,*

Ibidem apud Hæredes Gabriellis de Leon 1694. & 1697. in 4. Vidi.

*Super Psalmum Miserere, orationes septem.* Matriti ex typographia Infanzon 1681. in 4. Vidi.

*Vita V. Fr. Bernardi de Corleon, Hispanicè reddita.* Ibidem per Gregorium Rodriguez 1684. in 4. Est editio 2. Vidi.

*Tractatus ad animarum directionem, ex Italico in Hispanum versus.* Matriti 1697.

*Historia S. Annæ, quam M. S. in 4. Vidi Matriti in Bibliotheca Cœnobij de la Paciencia, vbi asservatur. Demùm:*

*Tomj 6. Concionum multiplicium, in 4.* Asservantur inediti ibidem. Vidi.

JOSEPHUS AB HISPALI, alter, Hispanus, ex Batlica Provincia Minorum Capuccinorum, à Sacra Congregatione de Propaganda Fide in Americam, & Regnum de Caracas missus, & pro salutæ animarum suæ vitæ prodigus, cum se moriturum intelligeret, scripsit breve, sed lectione dignissimum opusculum, nimirum

*Clamores Capuccini infirmi ad omnes Concionatores.* In lucem prodiit post ejus mortem Hispali, ex typographia Didaci Lopez de Haro 1724. in 4. Vidi.

JOSEPHUS DE HOYOS, Hispanus, ex Discalceata Mexicana Provincia S. Didaci, Verbi Divini Declamator, Diffinitor, & à Theologis Censuris S. Officij, emisit vernaculè:

*Concionum Panegyricarum, tom. 1. in 4.* Matriti apud Emmanuelem Ruiz de Murga 1705. Vidi.

*Novendiale Sacrum S. Petri Alcantarensis.* Ibidem. Vidi.

JOSEPHUS A JESU, Hispanus, strictioris Observantiæ Discalceatorum in Valentina Provincia S. Joannis Baptistæ alumnus, Sacræ Theologiæ Lector, celebris Concionator, ejusdemque Provincia Historicus, publici juris fecit:

*Panegyricam Concionem de S. Blasso.* Casaraugustæ, ex officina Paschalis Buegi, anno 1700. in 4. Vidi.

*De Immaculata Conceptione Virginis, aliam Valentia typis Regijs 1698. in 4. Vidi.*

*De eodem Myfterio, aliam.* Casaraugustæ per Paschalem Bueno 1690. in 4. Vidi.

*De Conversione S. Pauli Apostoli.* Ibidem 1700. in 4. Vidi.

*De S. Francisco de Paula, aliam.* Ibidem anno 1700. in 4. Vidi.

*De S. Catharina Virgine, & Martyre, aliam,*

aliam. Ibidem 1692. in 4. Emisit insuper:  
*Historiam Sacrarum dierum pro Canonizatione S. Paschalis Baylon*, sub titulo Hispanico: *Cielos de Fiesta*. Prodiit Valentia ex typographia Francisci Mestre, anno 1692. in 4. Vidi.

JOSEPHUS A JESU MARIA, Lusitanus, Discalceatæ Provinciæ Arrabidorum alumnus, & Theologus, edidit vernaculè:

*De Directione Monialium*, in 8.

*Conciones varias* in 4.

*Exorcismorum*, lib. in 8. Excusa extant, ad manus autem meas hæcenus non devenere.

JOSEPHUS A JESU MARIA, alter, Hispanus, ex Oppido Utiel Conchenfis Diocesis, Provinciæ S. Josephi Discalceatorum, Theologus, Custos, à Vicarius Provincialis, necnon Commissarius Visitator Neapolitanæ Provinciæ S. Petri Alcantarenfis, Guardianum agens in Monasterio de la Ambrosiana, elaboravit:

*Tractatum Spiritualium, de virtutibus, contemplatione, &c.* libellum, editum Neapoli typis Dominici Antonij Parrino, anno 1702. Vidi.

*Expositionem brevem Regula Seraphica, adjecta expositione Doctrinae Christianæ.* Ibidem, ac eisdem typis. Vidi.

*Concionem Eucharisticam pro natali Principis Hispaniarum Ludovici Primi, in laudem S. Josephi.* Matriti, apud Emanuelelem Ruiz de Murga, anno 1708. in 4. Vidi.

JOSEPHUS LEALIS, Italus de Verona, Minorita, scripsit:

*Pædias Scotificas in Philosophum*, laudatas à Fr. Bernardo Sannig in Synopsi Historica Scriptorum, præfixa tom. 1. suæ Scoticæ Philosophiæ.

JOSEPHUS DE LEON, Hispanus, Granatensis Prov. Regul. Observ. Theologus, ac Pater, necnon à Secretis Ordinibus, vernaculè exaravit:

*Vitam S. Joannis à Capistrano.* Granatæ apud Antonium de Torrubia 1696. in 4. Vidi.

JOSEPHUS DE LEONISSA (olim EUFRANIUS) natione Italus, Provinciæ S. Francisci Minorum Capuccinorum, Vir tanta virtutum, ac signorum copia refulgens, vt in Romana Curia instantè agatur de illo adscribendo in numerum Sanctorum, emisit:

*Preparationes ad benè moriendum.* Romæ anno 1602. Insuper;

*Opusculum de Protestationibus frequenter faciendis, ab ijs qui pia morti obeunda se preparant.* Circumfertur ad finem Paradisi Interioris à P. Paulo Manafæo compositi Brixia 1610. & alibi. Obijt sanctissimè anno 1612. Illius vitam habes apud Boverium, tom. 2. Annalium. Consule Arturum ad diem 20. Decembris in Martyrologio Franciscano, & Genuensem; pag. 203.

JOSEPHUS DE LEBRISA, Hispanus, ex Provincia Bætica Minorum Capuccinorum conscripsit vernaculè:

*Excellentias Sancti Michaelis Archangelii*, sub titulo: *Aquila coronata.* Hispali per Didacum Lopez de Haro 1728. in 4. Vidi.

JOSEPHUS LLORIS, Hispanus, ex Discalceata Valentina Provinciæ S. Joannis, Concionator, ac Diffinitor, perutilem edidit

*Concionem de Domina nostra de los Desamparados, in ejus celebri translatione;* Valentia anno 1692. in 4. Vidi.

JOSEPHUS DE LLOSA, Hispanus, strictioris Observantiæ Discalceatorum Prov. Sancti Joannis in Valentino Regno, Theologus, Diffinitor, ac Commissarius Provincialis, communem fecit celebrem

*Concionem de S. Paschale, ejusque Canonizatione.* Valentia prodijt cum alijs, ex officina Francisci Mestre 1692. in 4. Vidi.

JOSEPHUS LOPEZ, Hispanus, Sacrae Theologiæ Lector, ac Pater Discalceatæ Prov. S. Petri Alcantarenfis in Regno Granatensi, typis commisit:

*Orationem funebrem Panegyricam in obitu V. P. Fr. Francisci Sanz* ejusdem Institutii. Granatæ per Alphonsum Fernandez 1725. in 4. Vidi.

JOSEPHUS A LORETO, Lusitanus, Lector emeritus, ac Diffinitor Provinciæ Portugalliæ Regular. Observantiæ, publici juris fecit:

*Panegyrum in laudem Sanctorum Ludovici Gonzaga, & Stanislai Kostka Sanctorum Catalogo recentè adscriptorum.* Ulyssipone anno 1728. Laudatur tomo 5. Chronic. suæ Provinciæ.

JOSEPHUS DE LOSSADA, Hispanus, ex Regno Gallaciæ, professione Laicus in Compostellana Provinciæ Regularis Observantiæ, Terra Sancta illustrata, scripsit oculatus testis opus inscriptum:

Via

*Via dolorosa Jerosolymitana*, Hispanicè. Salmantica, typis Francisci Garcia Honorato 1724. in 8. Vidi.

JOSEPHUS A S. LUDOVICO, Capuccinus, minimè distinguitur à Josepho Hispalensi superius laudato.

JOSEPHUS LURUS A. JESU MARIA, Hispanus, Theologus, ac Minister Prov. Bæticæ Regul. Observ. annotationibus illustravit:

*Opera V. M. Mariae de la Antigua.* Est tomus in fol. M. S. apud Bibliothecam peculiarem Cœnobij S. Antonij Hispalensis, in Camera Ministri Generalis repositus. Vidi.

JOSEPHUS MALDONADO, Hispanus, Americanus, avis tamen Hispalensibus editus, è Provinciæ Quitensi, cujus erat alumnus cum suffragio veniens ad Capitulum generale Ordinis anno 1618. celebratum, moram ab hoc tempore in Castellana Provinciæ Regularis Observ. trahens, Commissarij quoque Generalis hujus Familiæ, & Confessarij Margaritæ Austriacæ munere functus, vna cum doctissimis Viris, Fratribus Petro de Alva, ac Petro de Balbas, opus egregium conscripsit inscriptum:

*Armamentarium Seraphicum, pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis.* Matriti 1648. in fol. Vidi. Vernacula autem lingua elucubravit solus opus prænotatum:

*Abditus secretus anima in quo Defunctorum vita eorumque gloriosa sepulchra deteguntur.* Cæsaraugustæ per Didacum Dormer 1649. in fol. Vidi. Est opus mysticum Directoribus animarum valdè vtile, ijs quoque, qui Deo vivere volunt.

*Additiones ad tractatum Ludovici de Molina de Primogenijs Hispaniarum.* Matriti per Julianum de Paredes 1667. in fol. Ex Bibliotheca Josephi Renati, littera I.

*De auctoritate Commissarij Generalis Indiarum.* Matriti 1649. in fol. Vidi. Ejus cum laude meminit D. Nicolaus Antonius, tomo 2. Biblioth. Hispanæ, pagina 619.

JOSEPHUS MANUEL AB AUORRA, Hispanus, professione Minorita, librum edidit sub hoc titulo:

*Servitus Jesu, Mariae, & Josephi*, intitulata: *Boni Pastoris Grex.* Cæsaraugustæ anno 1654. in 16. & in 24. Lege *Militiam* Fr. Petri de Alva, col. 868.

JOSEPHUS MARTINEZ, Hispanus, Provinciæ S. Michaelis Regul. Observantiæ Ecclesiastes, & Pater, publici

juris fecit, quod viderim, vernaculè:

*Orationem habitam in collocatione novi Altaris, in Conventu S. Francisci de Frexenal.* Hispali per Thomam Lopez de Haro 1679. in 4.

JOSEPHUS A S. MARIA, Hispanus, ex Mantua Carpentanorum, strictiorem Observantiæ Discalceator. in Provinciæ S. Pauli professus, Vir spiritualis, ac eruditus evasit, duosque evulgavit devotissimos tractatus, nempe:

*De Usu, & frequentia Augustissimæ Eucharistiæ.*

*De modo audiendi Sacrum.* Floruit anno 1630. Consule tomum 1. Chronicorum laudatæ Provinciæ, lib. 1. num. 316.

JOSEPHUS A S. MARIA, alius, Hispanus, ex Bætica, ac Discalceata Provinciæ S. Didaci, Philosophiam docens eruditione claruit; morte autem præventus, egregium opus Latinum, & in folio omnibus titulis absolutum ineditum reliquit, sub titulo:

*Pentalpha S. Francisci.* Asservabatur in Conventu S. Josephi de San Lucar in eadem Provinciæ. In eadem, nonnulla, sed carptim legi in Bibliotheca Conventus Sancti Christi de Lopera.

JOSEPHUS A S. MARIA, alter, Hispanus, ex Aragonum Provinciæ ad Provinciam S. Gregorij Discalceatorum in Philippinis Insulis translatus, ac Diffinitoris munere functus, typis dedit in Manilensi Cœnobio:

*Tractatum de Tertio Ordine Franciscano, ejusque Sanctis.* Ex Fr. Antonio de la Llave in Chronicis Provinciæ S. Gregorij, triennio 10. cap. 3.

JOSEPHUS A S. MARIA, alter, Hispanus, Discalceatæ Provinciæ S. Gabrielis Pater, ac Provinciarum S. Josephi, & S. Pauli Commissarius Visitator, Vir profectò doctus, Practicam criminalem publicavit sub titulo:

*Tribunal Religiosorum.* Hispali apud Ferdinandum Rey, anno 1617. in 4. Vidi. Vernaculè etiam emisit:

*Apologeticum tractatum de usu, & frequentia Sacratissima Eucharistiæ.* Matriti ex officina Viduæ Alphonsi Martini 1616. in 8. Vidi. Mortem latus aspexit 6. Januarij 1621.

JOSEPHUS MARIA, Hispanus, Baccinonensis, Concionator Capuccinus, Seraphicas virtutes S. Bonaventuræ præclamanans, metro, tum Saphico, tum Asclepiado:

*Hymnos quatuor* conscripsit. Habes in

EXOR.

exordio tomi tertij Philosophici Fr. Hiacynthi Olpenis Capuccini, editi Barcinone 1691. in 4. Insuper:

*Multiplicia carmina in laudem D. Bonaventurae.* Extant in capite tomi 2. laudati Olpenis ibidem excusi. Legi.

JOSEPHUS MARIA A CENTO, Italus, Bononiensis Provinciae Minorum Capuccinorum, Vir, apud Genuensem, in Arithmeticis, Astronomicis, ac Mathematicis satis versatus, Italicè edidit pro Horologium efformatione opus inscriptionum:

*Recta linea Geometrica.* Forolivij apud Joannem Cimmatum 1667. in 4. Insuper:

*Memoriale Geometricum.* Mutinae apud Andream Casianum 1664.

*Epitome Arithmeticum.* Mutinae anno 1664. in 4.

JOSEPHUS MARIA FONSECA AB EBORA, Lusitanus, Lector emeritus, S. Inquisitionis Consultor, S.C. Confessor. Votans, Episcoporum Examinator, Ordinis Discretus, in Romana Curia Commissarius generalis, & impresentia Ultramontanae Familiae Commissarius generalis locupletiores, & auctiores emisit:

*Annales Ordinis Minorum à R. P. Fr. Luca Uvadingo editos,* sed in 12. tomos in fol. distributos: Prodiit tomus primus Romae ex typographia Rochi Bernabo, anno 1731. Secundus ibidem anno 1732. Vidi.

JOSEPHUS MARIA MALACRIA, Siculus, strictioris Observantiae Reformatorum, Provinciae Siculae Theologus, ac Minister Provincialis, necnon ad Regni Neapolitani Pro-Regem Orator, Italicè scripsit:

*Super septem Psalmos Pœnitentiales,* in 8. Ineditum extat vti ex Tognoleto testatur Mongitore, tomo 1. Bibliothecae Siculae. Decessit Neapoli anno 1671.

JOSEPHUS MARIA MOZZARELLUS, Italus, Ferrariensis, Comitatus Francisci Mozzarelli filius, primitus Societatis Jesu alumnus, deinde in Bononiensi Provincia Minorum Capuccinorum. Theologus, ac Diffinitor, singulari apud omnes doctrinae opinione praevalgens, edidit:

*Volumen satis copiosum eruditum Compendiosum ad Philosophiam spectantium.* Romae apud Anthazum Viottium 1662.

*Orationem in funere R. A. P. Fr. Joannis Baptistae Estensis, Capuccini, olim Ducis Mutinae.* Prodiit Mutinae ex typographia Ducali, anno 1644.

*Sermones alios,* quos singulatim editos vidit Genuensis, apud quem laudatur à Libanoro, lib. de Viris Illustribus Ferrariensibus. Obijt devotissimè anno 1659.

JOSEPHUS MARIA DE NOVARIA, Italus, professione Capuccinus in Mediolanensi Provincia, Vir Regul. Observantiae laude notatus, ac rerum Patriae suae diligens scrutator, sub nomine Philippi Bagliotti, ad instantiam Civitatis Novariae typis commisit, Italicè idiomate:

*Vitam S. Gaudentij Episcopi Novariensis.* Venetijs anno 1678. Insuper scripsit, ut testatur Genuensis.

*Veram ideam Sacerdotis Apostolici expressam in vita S. Laurentij Presbyteri, & Martyris.*

*Delicias Seraphicas Sacri Montis Ortonis S. Francisci.* Clarebat anno 1680.

JOSEPHUS MARIA A S. STEPHANO, Capuccinus, natione Galius, Apostolicus Concionator in Lugdunensi Provincia, Gallicè emisit volumina duo praenotata:

*De Adoratione Sanctissimi Sacramenti Altaris.* Lugduni 1683.

*Memoriale precipuarum Regularum spiritualium.* Ibidem. Vivebat anno 1690. Pertractant de eo Genuensis, & Dupinus, saec. 17.

JOSEPHUS MARIA TRAINITUS, Sicius, ex Tertiarijs Regularibus, Vir Sacris Litteris, Morali Theologia, & Canonico Jure instructissimus, praeco dedit:

*Responsum pro actu Justitiae punitivae exercito per Superiorem in Subditum,* à 22. Theologis, tum Regularibus, tum Saeularibus valde commendatum. Messanae typis Victorini Maffei, anno 1711. in 4.

*Colloquia ad Ecclesiasticam Ordinationem.* Ibidem per Vincentium de Amico 1713. in 12. Praeco demum parabat, vti Mongitore testatur in Appendicibus ad tomum primum suae Bibliothecae Siculae.

*Confessorium existentium in necessitatis articulo.*

*Quaestiones Canonicae, & Morales. Disquisitiones Biblicas, & Morales.*

*Dominicale totius anni,* Italicè, eodemque sermone:

*Poemata multiplicia.* Vivebat anno 1714.

JOSEPHUS A MATRITO, Hispanus, strictioris Observantiae Discalceatorum Provinciae S. Josephi, ejusque Pro-Minister, & Romae olim à Secretis Procuratoris Generalis Discalceatorum, ac Recollectorum, Sacram Theologiam docens

in Conventu S. Petri Alcantarensis de la Ambrosiana, non procul à Florentina Urbe, Italicè idiomate communem fecit:

*Vitam S. Matris Clarae Virginis.* Lucæ per Sebastianum Dominicum Capurri, anno 1727. in 4. Vidi.

*Novendiale mystico-paenegyricum S. Josephi, una cum novem Concionibus ejusdem Parisissimi Patriarchae,* in 4.

*Devotum Novendiale S. Joannis de Deo,* in 8.

*Triumphum S. Annae, una cum novem ejusdem Sanctae Concionibus, suaque Novena,* in 4. Ex Hispano Italicè reddidit opus egregium Hispanicè praenotatum:

*Molina de Oracion.* Tandem, Latinè ad praelum maturam habebat anno 1707. in fol.

*Apologiam contra quendam Parochum ruralem asserentem esse ab Ecclesia damnatum dicere: B. P. N. Franciscum esse Angelum Apocalypsis.* Adhuc vivit Guardianum agens in laudato Cenobio.

JOSEPHUS A MATRITO, alter, Hispanus, in Castellana Provincia Minorum Capuccinorum Sacrae Theologiae Professor, ac Regis Catholici Caroli II. Concionator, Vir in perorando facundus, & elegans, transtulit ex Latino in Hispanum idioma:

*Quartam, & quintam partem Chroniconum Minorum Capuccinorum,* ex Annalibus Fr. Zachariae Boverij, nonnullis adjectis. Tomus primus prodiit Matrili ex typographia Bernardi de Villadiego, anno 1690. in fol. Tomus secundus ibidem anno 1691. in fol. Vidi. Edidit etiam:

*Conciones plures de Sanctis.* Matrili apud Antonium Bedomarum 1669. & 1672.

*Epicidium Sacrum in Regalibus Exequijs Serenissimae Claudiae Feliciae Austriae Imperatricis, coram Rege Catholico.* Ibidem 1676. in 4. Vidi.

*Sermones 40. super Psalmum Miserere.* Matrili tomis 2. in 4. ut Genuensis testatur.

*Orationem in laudem Dominae nostrae à Destitutis.* Ibidem anno 1686. in 4. Vidi. Hujus meminit cum laude Fr. Martinus à Torrecilla in suo Catalogo AA. pag. 165.

JOSEPHUS A MATRITO, alter, Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Josephi, Theologus, ac Diffinitor, Vir candidae mentis, ingenio autem pollens subtili, claro, facillique ad scribendum, juxta scholasticum rigorem condidit, sed

Hispanicè opus Theologicum Apologeticum, praefixoque hoc titulo:

*Defensa de Doctos,* emisit Matrili in 8. 1731. Vidi.

*Apologiam pro vera filiatione S. Petri de Alcantara,* sub titulo Hispanico: *Examen de la verdad.* Matrili per Antonium Martin 1732. in fol. Vidi.

*Pro defensione Indulgentiae Portiunculae tractatum Apologeticum.* Ineditum reliquit in fol. Vidi in Matrileni S. Aegidij Regali Conventu, in quo morte praecipitur anno 1732.

JOSEPHUS A MEDINA, Hispanus, Laetanae Provinciae Regul. Observantiae alumnus, Lector emeritus, Ex-Minister, à Synodalibus Examinibus Barcinonensis Episcopatus, & Theologicis Censuris S. Officij, emisit vernaculè:

*De Superioribus Regularibus,* opus egregium tripartitum. Agit in prima de Regulari Observantia, & animarum directoribus. In secunda de modo visitandi, adjectis quibusdam asceticis Concionibus. Amplectitur tertia sex colloquia communia vtilia valde. Barcinone per Jaimum Suria, anno 1705. in 4. Vidi.

JOSEPHUS A MILONICO, Italus, qui abdicato Canonicatu, inter Donatos, seu Oblatos Provinciae Basilicatae in Regno Neapolitano se enumerare voluit, librum composuit:

*De Arte Grammatica, ac elegantijs linguae Latinae.* Ex Maximo à Pisticio in Historia Latina laudatae Provinciae, apud Archivium Ordinis Mattinense.

JOSEPHUS DE MONTEYS, Hispanus, ex Regul. Observantiae Provinciae Catalaunensis, eruditus Ecclesiastes, Guardiani munere functus opus perutile publicavit, nempe:

*Sermocinationes 24. de Via-Sacra.*

*Sermocinationes 41. pro Habitu Religioso si in vestitione.*

*Tres Conciones paenegyricas, ac duas pro electione.*

*Themata multiplicia quadragesimalia.* Prodiierunt haec, sub titulo communi: *Via-Sacra,* Barcinone ex officina Martini Gelabert, anno 1699. in 4. Vidi.

JOSEPHUS MONTES, Aragonensis Provinciae Regul. Observantiae Concionator, ac Sacrae Theologiae Moralis Lector, publici juris fecit:

*Sacrum opus Historico-Positivum in perenne monumentum Beatissimi Rochi. Capisargustae apud Didacum de Larumbes de*

de anno 1713. in 4. Vidi. De eo cum laude Fr. Petrus Polo, tomo 2. die 16. Augusti.

**JOSEPHUS DE MORLAIS**, Gallus, in sua Britanniae Provincia Minorum Capuccinorum, praeter multiplicis doctrinae praestantiam, à fructuosa, ac eloquenti concionandi methodo commendatus scripsit, ac edidit, teste Genuensi:

*Orationem in funere Dominae de Joinville*, in 4.

*Directorium Christianum, &c.* in 4.

*Preparationem ad sanctam mortem*, in 8. Laudatur etiam in Catalogo Fr. Martini de Torrecilla, pag. mihi 165.

**JOSEPHUS DE NAGERA**, Capuccinus, natione Hispanus, Castellanae Provinciae alumnus, ac Missionarius Apostolicus, qui in Regnum Ardensè in Africa, & Guinea destinatus, Infideles multos ad Christianam Fidem reduxit, Hispanico idiomate conscripsit:

*Speculum mysticum* ad Dei notionem; praximque virtutum perutile. Matrili apud Lucam Antonium de Bedmar, anno 1672. in 4.

*Dialogicum Compendium ejusdem speculi*, ligato sermone, ad calcem habes. Vidi.

**JOSEPHUS NAVARRO**, Hispanus, Discalceatae Provinciae S. Joannis Baptistae in Valentino Regno filius, Commisionarius Provincialis nostrarum Sinicae Missionis, primò in Fokien, deinde in Provincia Kuantung Evangelium annuncians, pulcherrimam à fundamentis Basilicam in Urbe Kuntan erexit, numerosam quoque Christianitatem per triginta circiter pagos diffusam, suo Apostolico fovens spiritu, tres alias Ecclesias aedificavit, anno 1700. eodemque anno typis mandandum habebat opus egregium inscriptum:

*Historica notitia Dei, & Fidei mysteriorum, à creatione mundi*, teste Fr. Petro de la Piñuela in suo Catalogo Missionariorum Sinensium edito anno 1700. Typis quoque maturam servabat anno 1725. quo vitam ducebat:

*Vitam S. P. N. Francisci* Sinicis caracteribus. Ex relatu laudatae Missionis.

**JOSEPHUS A NEAPOLI**, Italus, Theologus, ac Diffinitor Provinciae Terracinae laboribus perutilibus illustravit, ac edidit opus elaboratum, à Fr. Antonio Palumbo, cujus inscriptio:

*Familiare Regularium*. Neapoli apud Felicem Mosca, anno 1706. in 4. Vidi.

**JOSEPHUS DE NIEVES**, Hispanus, Provinciae Carthaginensis Regul. Observantiae filius, ex Apostolicis Concionatoribus Collegij S. Antonij Provinciae Baticae, Author est libri inscripti:

*Soliloquia Doctrinalia, ac morales discursus super Doctrinae Christianae textum*, in gratiam Rectorum animarum, Hispanice. Valentiae 1729. post primam editionem Matrili factam typis Viduae Joannis Garcia Infanzon 1724. in 4. Vidi.

**JOSEPHUS A NOVIS**, Capuccinus, qui in Genuensi Provincia plurimum Coenobiorum Guardianum egit, Italico sermone scripsit:

*Methodum ad conscientiam examinandam*. Genuae per Antonium Georgium Franchellum, anno 1686. in 8. Praelo etiam paratum reliquit Italicè opus praenotatum:

*Instructio recentis Confessarii*, ex Latino Joannis Gasparis Mergentheimensis ejusdem Instituti, sed adjectis alijs tractatulis de scrupulis, Indulgentijs, & propositionibus damnatis. Ex Genuensi.

**JOSEPHUS OCCA**, Hispanus, Discalceatae Provinciae S. Joannis Baptistae in Valentino Regno, in Provinciam S. Gregorij Philippinaram translatus, & in Sinas ann. 1689. profectus, Apostolico ministerio se dedicans, communes fecit Sinicis caracteribus:

*Multiplices tractatus doctrinales*. Ex relatu Missionariorum Sinensium, ac Provinciae S. Gregorij. Pertractat de eo Fr. Petrus de la Piñuela in *Catalogo Missionariorum Sinensium*, impresso anno 1700. in 4. Num. enim 37. ita inquit: P. Fr. Joseph Occa, Hispanus, eodem tempore Sinas advenit in Provincia Xan-tung per aliquot annos magno labore, & animarum lucro in Vineam Domini laboravit, postea in Provincia Kuang-tung descendit, in qua Urbis Chao-cheu Christianitates administrat, tres Ecclesias erexit.

**JOSEPHUS OLLERIENSIS**, Hispanus, Capuccinus, in Valentina Provincia Sanguinis Christi Theologus, ac Diffinitor, emisit opus praenotatum:

*Hagiographia Prolegomena, seu Proemialia in universam Sacram Scripturam*. Valentiae ex typographia Vincentij Cabrera, anno 1700. in 4. Vidi. Hujus meminit Jacobus Le-Long in sua Biblioth. Sacra, fol. 888.

**JOSEPHUS OXIBIENSIS**, Ligur, Provinciae Genuensis Minorum Capuccinorum

alumnus, Vir apud Genuensem, multarum virtutum, praesertim humilitatis, abstinentiae, atque zeli Apostolici ornamento insignitus, scripsit:

*Tractatum de Triumphanti Resurrectione Jesu Christi in tres partes distributum*, in 8.

*De Sacro Monte Alvernia tractatum unicum tripartitum*, in quo ad formam Meditationum agit de Sacris Stigmatibus Seraphici P. Nostris. Sanctimoniae apud omnes fama clarus obiit Genuae anno 1591.

**JOSEPHUS A PANORMO**, Siciliae, Provinciae Reformatorum Vallis Mazariae Theologus, qui eandem Provinciam Provincialis munere rexit, vernaculè emisit:

*Concionum de S. P. N. Francisco*, sub titulo Italicè: *Le Grandezze della Seraphica Fenice Francesco Santo*, volumen in 4. Panormi apud Petrum de Isola 1654. Decessit in Patria in Coenobio S. Antonij Patavini anno 1665. Laudatur in Bibliotheca Sicula D. Antonij Mongitore.

**JOSEPHUS PEREZ MONROY**, Hispanus, Compostellanae Provinciae, Regul. Observantiae alumnus, Sacrae Theologiae Lector in Legionensi Coenobio, perutile opusculum conscripsit, ac Latine edidit hujusce inscriptionis:

*Vera lex, & praecipua norma optimi Christiani Judicis, tam Secularis, quam Ecclesiastici, necnon cujusvis Patris Familiae, juxta infalibiles Divinae Scripturae Regulas*. Legione ex typographia D. Sufanae de Estrada, anno 1729. Vidi.

**JOSEPHUS PERGOLINUS**, Italus, Montenoviensis, ex Minoritis Conventualibus, Sacrae Theologiae Magister, emisit:

*Dialecticam Sacram Sacrae Scripturae testimonij, ac Sanctis PP. doctrinis illustratam in sex libros divisam*, Clementi XI. Pont. Max. nuncupatam. Romae 1707. in 4. typis Bernabò. Vidi. Laudatur à Le-Long, pag. 898. suae Bibliothecae Sacrae.

**JOSEPHUS PICCOLOMINEUS**, Italus, Senensis, Minorita Conventualis, Sacrae Theologiae Magister, edidit:

*Exercitia spiritualia pro Chordigeris Confratribus*, vti post Uvadingum narrat Fr. Antonius Terrinca, part. 3. Theatri Prov. Tusciae, pag. 206.

**JOSEPHUS A PURIFICATIONE**, Lusitanus, Ulyssiponenlis, Sacrae Theologiae

Professor in Discalceata Arrabidosorum Provincia, edidit patrio idiomate:

*Concionem de Resurrectione Salvatoris*. Ulyssipone, typis Antonij Pedroso anno 1706. in 4. Vidi.

*Concionem de Spiritu Sancto*, ibidem, apud Philippum de Soufa anno 1700. in 4. Vidi.

*Aliam in pervigilio Nativitatis Domini*, ibidem per eundem 1699. in 4. Vidi.

*De Ascensione Domini*, ibidem, ac eisdem litteris 1705. in 4. Vidi.

*Panegyrim in laudem gloriosissimi Patriarchae S. Josephi*. Ex eadem typographia 1698. in 4. Vidi. Ineditum reliquit tomum in fol. sub hoc titulo:

*Speculum Theologicum in omnes tractatus Sacrae Theologiae distributum*. Habetur in Bibliotheca Ulyssiponenlis Monasterij S. Petri Alcantarensis.

**JOSEPHUS DE QUIROGA**, Hispanus, Lector emeritus, ac Diffinitor Granatensis Provinciae Regul. Observ. publici juris fecit Hispano sermone:

*Tractatum spiritualem de Oratione vocali* bipartitum. Granatae per Franciscum de Ochoa 1673. in 8. Vidi. Insuper emisit Latine Quaestionem istam:

*Quomodo Regulares se gerere debeant in mortis articulo circa paupertatis votum*. Cordubae apud Didacum de Valverde & Leyva, anno 1692. in 12. Vidi.

**JOSEPHUS R.** Gallus, ex Regulari Observantia vernaculè scripsit, ac edidit librum praenotatum:

*Nuntius totius boni*. Paris. apud Engelbertum de Marnes in 8. absque anno editionis. Vidi Hispani, in Bibliotheca Magni Coenobij Regularis Observantiae asservatum.

**JOSEPHUS RESENGHINUS**, Italus, Casalensis, Provinciae S. Didaci Regul. Observantiae alumnus, edidit Italica lingua:

*Meditationes, seu Scalae Jacob*, Mediolani, Uvadingo teste.

*Scalam Templi Salomonis*. Genuae apud Josephum Pavonum 1623. Ex Andrea Rossoto in Syllabo Scriptorum-Pedemontij, litt. I.

**JOSEPHUS RETANA**, Hispanus, Matritensis, strictiorem Observantiam professus in Discalceata S. Gabrielis Provincia, ac Sacrae Theologiae Professor, morte praeventus, ineditos, sed ad praelum maturos, licentijs quoque, & Censuris munitos reliquit:

Concionum tomos 4. in 4. Hispanicè prænotatos: *Primavera Espiritual. Verano Espiritual. Otoño Espiritual. Invierno Espiritual.* Claruit in fine sæculi præcedentis.

JOSEPHUS RICCHARDUS, Siculus, Alcarensis, ex Minoritis Conventualibus, S. Theologiæ Magister, ac celeberrimus Concionator edidit:

*Orationem in festivo gaudio pro invocatis Joannis Casimiri nativi Suecici Regis in Polonia Regem electione dignissima.* Venetijs, typis Francisci Milfchi 1648. in 4. Eum commendat Mongitore in sua Bibliotheca Sicula ex Joanne Franchino, & Philippo Cagliola. Obijt anno Virginei Partus 1652.

JOSEPHUS ROSCIOLUS DE COROMMANIS, Italus, Patria Perusinus, Vir (Oldoinum excipio, pag. 195. sui Athenæi Augusti) è Franciscana Familia, pietate pariter, & doctrina clarus, Evangelij Præco, dum Venetijs Concionibus publicè haberet ad Populum, accidit, ut primaria quædam ejusdem Urbis Matrona morbo afflicta hunc vehementer etiam, atque etiam rogaret, ut ad se quamprimum veniret, cujus votis cum annuisset, non modò morbum, quo affligebatur, sed etiam illius causam aperuit; credebatur enim illa mulier, Divina se ira ægrotare, quia penès se conservabat sacrum lapidem quo Christus Puer circumcisus fuit in Templo, in quo pretiosissimi ejus sanguinis gutta ad hunc usque diem apparet. Quem lapidem mulier Patri obtulit, ut digniori eum in loco collocaret, ne debito honore fraudaretur. Accipit Joseph vltro oblatum lapidem, detulitque Perusum circa annum salutis 1530. Ecclesiæque S. Francisci in Monte sacra dono dedit; vbi primo cujuslibet anni die frequens Populus cultum, honoresque adhibet; quo exacto in veneratione toto anni cursu est in Sacello ejusdem Ecclesiæ ab Alexia nobili Familia erecto. Posteritati tradidit Josephus iste:

*Concionum* volumen I. necnon aliud *Theologicum*, vti ex Jacobillo de Scripturibus Umbriæ, & alijs asserit laudatus Oldoinus.

JOSEPHUS DE RUBEIS, natione Italus, professione Minorita, vernaculè scripsit:

*De Partu Deiparæ semper Virginis.* Neapol: anno Virginei Partus 1650. in 16.

Ex tomo 4. Bibliothecæ Marianæ, quæ inedita aservatur Matriti in Bibliotheca Conventus Regul. Observantiæ sub G. H. à num. 147.

JOSEPHUS A S. CRUCE, Hispanus, ex Provincia S. Michaelis, Regul. Observantiæ, ejusque Historicus, ac Difinitor publici juris fecit:

*Chronica Provincia S. Michaelis.* Matriti ex officina Viduæ Melchioris Alegre, anno 1671. in fol. Vidi.

*Orationem funebrem in ostium translatione Discalceatarum Cœnobij Castrorum Julij.* Matriti 1672. in 4. Vidi. Ligato sermone Hispano communem fecit insuper:

*Philomenam S. Bonaventuræ.* Hispani, typis Joannis Cabezas 1675. in 8. Vidi. Ineditum demùm reliquit:

*Librum Memorialem rerum suarum Provincia.* Habetur M. S. in 4. in Bibliotheca Zafrensis Conventus S. Benedicti ejusdem Provinciae sub littera E. num. 31. Vidi.

JOSEPHUS SANZ, Hispanus, Regul. Observ. Provinciae Castellanae Theologi, Provincialis, ac Commissarij Generalis Indiarum numeribus functus, Vir fuit, in quo nescias, an morum suavitatem, an vitæ sanctimoniam, an eruditionem, prudentiam, atque sui contemptum, primùm admireris, typis commisit:

*Concionem habitam Feria 4. Dominica 3. Quadragesima.* Compluti ex typographia Universitatis 1677. in 4. Vidi.

*Concionem habitam Dominica quinta Quadragesima.* Ibidem. Vidi.

*Panegyrum in laudem Dominae nostræ à Prælijs.* Ibidem in 4. Alias singillatim edidit perutiles conciones, quas hætenus non legi. Abijt bonus odor Christi Matriti, apud suos sepultus anno 1722.

JOSEPHUS SANZ, alter, Hispanus, in Oppido Plasencia Cæsaraugustanae Diocesis natus, Deo se in Provincia Aragonensi, Regularis Observantiæ sacravit, ex qua, per gradus Lectoris emeriti, Regij Concionatoris, ac Custodis, ad Ecclesiam Caetanam, Puteolanam, & Caphaludentem ascendit. Prælo mandavit sermone Hispano:

*Tractatum Juridicum, & Canonicum super validitatem professionis Sororis Elisabethæ à S. Brunone, & Mancho, Cœnobij Purissimæ Conceptionis de Alagon alumnae.* Cæsaraugustæ 1678. in fol. Ex prælo laudatæ Provinciae.

JO:

JOSEPHUS SERON, Hispanus, ex Oppido Xella, Cæsaraugustani Archiepiscopatus, Regul. Observantiæ Provinciae Aragonum, Novitiorum Moderator, & Sacrae Aragonensis Inquisitionis persona honesta, Hispanè edidit:

*Ceremoniale Missale.* Cæsaraugustæ per Jacobum Magallon 1696. in 8. Vidi. Obijt anno 1702.

JOSEPHUS SERRANO, Hispanus, in Oppido de Herrera, Cæsaraugustanae Diocesis natus, Concionator, & Historicus sacrae Aragonensis Provinciae Regul. Observ. communem fecit vernaculè:

*Panegyrum in laudem S. Georgij Martyris.* Cæsaraugustæ 1683. per Paschalem Bueno in 4. Vidi.

JOSEPHUS SIMON PALLARES, Hispanus, Valentinus, hujus Provinciae Regularis Observantiæ alumnus, Concionator, & à Secretis, Guardiani quoque, ac Vicarij Regalis Cœnobij Sanctissimæ Trinitatis munere functus, vernaculè emisit opus prænotatum:

*Dux spiritus.* Valentia per Silvestrum Esparza 1634. in 8. Adjecit:

*Tractatum de Anti-Crisi, & tribulationibus illius tempestatis.* Vidi. De eo Uvadingus, Nicolaus Antonius, ac pag. 219. Valentinae Bibliothecæ.

JOSEPHUS A SPIRITU SANCTO, Hispanus, Beneventi Legionensis Diocesis natus, in Discalceata S. Pauli Provincia, Sacrae Theologiæ professor, Vir etiam humanioribus litteris excultus, nonnulla conscripsit, ex quibus in vulgus dumtaxat exierunt:

*Statio ad mirandam Imaginem Purissimæ Virginis de la Porteria,* quæ in Abulensi Conventu S. Antonij miraculis resplendet diebus istis. Matriti anno 1726. & iterùm ibidem.

*Carmina,* Hispanicè dicta: *Paranomasias.* Habentur fol. 221. libri Hispanicè prænotati: *Sagrada Metrica Lid.* Compluti excusi, anno 1730. in 4. Vidi. Adhuc vivit. Ineditos, & fermè ad prælum maturos habet Latine:

*In Sacras Commutationes,* opus Panegyrico-Morale tripartitum.

JOSEPHUS TABERNA, vide superius, verbo *Josephus Cameracensis.*

JOSEPHUS TORRE, Hispanus, Cæsaraugustanus nobili genere natus, Regularis Observantiæ, Aragonensis Provinciae, ac Regius Ecclesiastes, typis olim dederat vernaculè opusculum in 8. sub titulo:

*Peritia ab antiquis celebrata.* Cæsaraugustæ Tom. II.

gustæ per Joannem de Ibar 1654. Diem clausit extremum Matriti 1674.

JOSEPHUS TORRES PEZELLIN, Hispanus, Regul. Observ. Mexicanæ Provinciae, Concionator, ac Commissarius Visitator Tertiatorum emisit Hispanicè idiomate:

*Panegyricam Concionem de S. Clara.* Mexici apud Michaellem de Ribera 1701. in 4. Vidi.

*Aliam habitam in renovatione Mexicana Basilicæ S. Jacobi.* Ibidem, typis Joannis Josephi Guillena 1701. in 4. Vidi.

JOSEPHUS TORRUBIA, Hispanus, strictiorem Discalceatorum Observantiam professus in Granatensi Provincia S. Petri Alcantarensis, deindè Discalceatæ Provinciae S. Gregorij in Philippinis Insulis aggregatus, publici juris fecit:

*Ceremoniale Missale, & Chorale.* Manilae prodijt ex Officina Conventus, anno 1728. in 4.

*Rituale in gratiam Indorum,* etiam in 4. ad prælium maturum habebat anno 1729. Ex relatu laudatæ Provinciae.

JOSEPHUS A TRINITATE, Lusitanus, Regul. Observ. Provinciae Algarbiorum, Terræ Sanctæ Generalis Commissarius, ex multiplicibus fragmentis Francisci Antonij à Plagis, de quo superius tom. 1. hujus Bibliothecæ, sermonem instituitus, opus perutile concinnavit, ac vernaculè edidit, sub titulo:

*Servitia Spiritualis 12. Conclonum Doctrinalium.* Ulyssipone ex typographia Josephi Manescal 1722. in 4. Vidi.

JOSEPHUS A TRINITATE, alter, Hispanus, Gallæcus, ex Recollectedis, Compostellanæ Provinciae, Difinitor, ac Vir Mysticus, Guardianum agens Conventus S. Laurentij ejusdem Provinciae vulgavit Hispanicè:

*Orationum, ac Exercitiorum Spiritualium,* volumen in 8. Compostellæ per Joannem Baptistam, anno 1673. Vidi.

JOSEPHUS A TURRI DE SPIRITU SANCTO, natione Hispanus, professione Minorita, Discalceatus, munere Concessionarius, alumnus celebris Provinciae S. Josephi, ac in Conventu Etrusco S. Petri Alcantarensis, vulgò *la Ambrosiana,* virtutibus, ac signis præclarus, egregia conscripsit:

*Opuscula, quibus iter ad Christianam vitam, ejusque perfectionem demonstrat.* Prodierunt Hispanicè, vna cum ejus vita, Matriti ex officina Hieronymi Rojo 1728.

in 8. & Italicè, Lucae 1728. Vidi. Vide

superius, verbo Gaspar à Spiritu Sancto, & verbo Joannes à Sanctissima Trinitate, Valdepenas. Ad Cælum evocatus 23. Octobris, anno 1715. honorificè tumulatur in laudato Coenobio, cujus corpus inanimè, ac flexibile semel, & iterùm sanguinem fudit.

JOSEPHUS VAZQUEZ, Hispanus, Compostellanæ Provinciæ Minister, Lector emeritus, celeberrimi Uvadingi Magister, ac Procurator generalis, Vir ob zelum justitiæ tribulationibus vexatus, adhibitis alijs Viris doctis, & prudentibus insignem obtulit Philippo III. Regi Catholico, ejusque Consiliarijs.

*Traëtatum pro defensione Doctorum Ordinis S. Francisci, præcipuè Halensis, Scotti, & Seraphici Doctoris*, quo pervicit, ut meritò affirmat Uvadingus, ut Salmantina Academia minimè adigeret Sac. Theologiæ Professores ad S. Augustini, & Angelici Præceptoris dumtaxat sectandas doctrinas. Matrili per Ludovicum Sanchez 1628. in fol. Vidi. De eo cum laude agitur tomo 1. Chronic. Provinciæ Sancti Jacobi, lib. 3. cap. 6. pag. 124.

JOSEPHUS VELASCO, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Sancti Evangelij, celebris Concionator, edidit à se habitam

*Concionem de Immaculata Conceptione Matris Admirabilis*. Prodiit anno 1679. in 4. teste Fr. Augustino Ventancurt in Historia laudatæ Provinciæ.

JOSEPHUS DE VILLALVA, Hispanus, Apostolicus Concionator in Castellana Provinciæ Regular. Observantiæ, scripsit:

*Adversus luxuriosum cultum tractatum*. Excusum vidi in fol. sed absque loco, & anno, & habetur Hispani in Bibliotheca Coenobij S. Antonij, & Matrili in Bibliotheca Conv. Regul. Observ.

JOSEPHUS DE VILLALVA, alter, Hispanus, ex Burgenfi Prov. Regul. Observ. Verbi Dei Apostolicus Præco vernaculè emisit perutile opus, cujus inscriptio:

*Lucerna spiritualis, ac Divina Pharus*. Matrili apud Viduam Francisci Nieto, anno 1673. in 4. Vidi.

JOSEPHUS DE VILLAOSLADA, Hispanus, Ecclesiastem agens in sua Carthaginensi Prov. Regul. Observ. opusculum edidit:

*De celebri Indulgentia Portiuncule*, idiomate Hispano. Prodiit Murciæ anno 1686. Ex relatu laudatæ Provinciæ.

JOSEPHUS A VIRGINE, Hispanus,

Segoviensis, strictiorem Observantiam Discalceatorum professus in Provincia S. Pauli, & officio Concionator, zelo animarum ductus ad Discalceatam S. Gregorij in Philippinis Insulis gradum fecit, & ibidem scripsit:

*Artem cantus Gregoriani*, idiomate Castellanicum. Ad prælum erat in 4. anno 1727. me Matrili monente Fr. Josepho à S. Ella hujus Provinciæ Pro-Ministro, anno 1729.

JOSEPHUS XIMENEZ, seu XIMEN, Hispanus, Minorita, scripsit, Nicolao Antonio laudante

*Vitam V. Fr. Nicolai Factoris*. Barcinone 1618. in 4.

JOSEPHUS XIMENEZ SAMANIEGO, Hispanus, in Najarenfi Civitate in lucem editus, Regul. Observantiæ Prov. Burgenfis, Vir, tum alta generis nobilitate, tum doctrinæ excellentia, tum in agendis prudentia, morum suavitate, atque inculpata vitæ conspicuus, Lectoris Jubilati, Custodis, Ministri Provinciae, Theologi pro Immaculata Conceptione in Regio Concilio, ac Commissarij Generalis Cismontanæ Familiæ muneribus haud sine laude functus, Romæ anno 1676. ferme omnium suffragijs in Ministerium generalem, ac demùm ad Placentinam Ecclesiam assumptus, typis commisit vernaculè:

*Vitam V. Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti*. Matrili per Bernardum de Villadiego 1668. in 4. Vidi. Ibidem in folio ex typographia Sanctæ Cruciatæ 1677. Vidi.

*De Primatu Doctoris Subtilis*, opus Apologeticum, in quo dilucidè ostendit Scotum nostrum Principem locum habere in laudabili defensione Immaculatæ Conceptionis Regine Sanctorum omnium. Cæsaraugustæ apud Joannem de Ibar, anno 1668. in 4. Vidi.

*Vitam V. Matris Sor. Joanna à Jesu Maria*. Matrili 1673. in 4. Vidi.

*Synodum Placentinæ suæ Diocesis*. Matrili ex officina Melchioris Alvarez, anno 1692. in fol. Vidi. Latine.

*Statutorum generalium Ordinis compilationem*, emisit Matrili typis Joannis Garcia Infanzon 1684. in 4. Insupèr, vernaculè scripsit:

*Vitam V. Matris Mariae Jesu de Agreda*, cujus egregium opus *Mystica Civitas Dei* prænotatum, operosè illustravit. Habentur vna cum prædictis tomis Mysticæ Civitatis Dei sæpissimè excusis. Ediderat etiam:

*Orationem doctrinalem super Evangelium vineæ ad Burgensem Ecclesiam habitam*. Prodiit Burgis anno 1666. in 4. Vidi; & ni toto Cælo fallar, cedro digno est.

JOSEPHUS XIMENO, Hispanus, in Oppido Paniza Cæsaraugust. Diocesis natus, Aragonensis Prov. Regul. Observ. alumnus, eruditusque Concionator, prælo mandavit

*Panegyrum in laudem S. Emerentianæ Virginis, & Martyris*. Cæsaraugustæ per Didacum de Larumbe, anno 1717. in 4. Vidi.

JOSEPHUS DE ZISNEROS, Hispanus, Regul. Observ. Provinciæ Conceptionis, ejusque Pater, apud Fidei vindices Theologus Censor, necnon Provinciarum Peruvienfium generalis Commissarius, publici juris fecit:

*Discursum in publico Actu Fidei Limæ celebrato anno 1636. die 23. Januarij*. Excudit Limæ Hieronymus Contreras, anno 1639. in 4. Vidi.

IRÆNEUS AVALLONENSIS, Gallus, Provinc. S. Ludovici Minorum Capuccinorum filius, Vir sanctis moribus exornatus, & per plures annos adversum Hæreticos Apostolicarum Missionum superior prælis submissit,

*Libros tres Controversiarum contra Calvinistas, Hugonotos, & Anabaptistas*. Logduni tom. 3. in 4. anno 1626. Insupèr:

*Librum Apologeticum in quo explicat rationes, quæ moverunt Dominos de Passades, & de Mazel, nobiles Gallopolitanos, & alios nobiles ad Veritatem, & Fidem Catholicam in suis manibus publicè professendam, abjurata primum heresi Calvinistica. Cui accesserunt etiam Propositiones ejusdem Patri Irænet, Responsiones cujusdam Ministri Hæretici, & contra Responsiones ejusdemmet Patris*. Ruefsij apud Stephanum Andream, anno 1623. in 4. De eo post Uvadingum, Fr. Dionysius Genuensis in sua Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum.

IRÆNEUS AUGENSIS, (Uvadingo, & alijs DEU) Gallus, Patria Normannus, Tertij Ordinis Provinciæ Sancti Ivonis Minister Provincialis, edidit:

*Viam veram Cæli pro ijs qui in mundo degant*. Parisi. 1639.

*Cantica spiritualia super vias Purgativam, Illuminativam, & Unitivam ad dirigendam animam ad Deum*. Ibid. 1639.

*Exercitia hominis Christiani, quibus Tom. II.*

*disponitur ad Confessionem, & Communionem*. Ibidem 1642.

*Radios Solis Justitiæ in Sacramento Altaris*. Ibidem 1644.

*Exercitia militis Christiani*. Ibid. 1644. *Solitudinem decem dierum*. Ibid. 1647. Ex Uvadingo. Insupèr ex Dupino, sæculo 17.

*Juvenum Effigiem*, Gallicè. Ibidem 1647. quo florebat. Demùm recensente Vernonenfi in Syllabo Authorum apud tomum Annalium Tertij Ordinis, aliam item opera utilitati publicæ consecravit, quæ pietatem perinde, ac animi solertiam probant. Ex his habes opus Gallicè scriptum, prænotatum:

*Perfectio Christiani ad exemplar perfectionum Deiparæ semper Virginis*. Parisi. 1654. in fol.

*Librum Exercitiorum, & devotionum pro omnibus diebus hebdomadæ in favorem Confraternitatis Domine nostræ de Nazareth*. Parisijs 1649. in 16. Utrumque laudat Fr. Petrus de Alva in Militia, columna 873.

IRÆNEUS DEU, seu EDEU. Vide immediatè verbo *Ireneus Augensis*.

ISAAC OXOVIENSIS, natione Gallus, professione Capuccinus, officio Concionator, munere Diffinitor, Latinitati donavit:

*Consultationes Theologicas, & spirituales Christiani vitæ fidelis, de excellentijs Dei*, Gallico idiomate primò editas, & sæpius jam typò vulgatas per Fr. Ludovicum Argentanensem ejusdem Instituti, Augustæ Vindel. sumptibus Joannis Caspare, anno 1701. in 4. Vidi.

ISIDORUS GUTIERREZ, Hispanus, in Oppido Biar Valentini Archiepiscopus natus, strictiorem Discalceatorum Observantiam in Valentina Provinciæ Sancti Joannis amplexus, cum Apostolici Concionatoris, Diffinitoris, ac Custodis munijs fungeretur, doctè, ac piè scripsit vernaculè:

*Traëtatum Archiconfraternitatis Chordigerorum S. Francisci à Sixto V. P. Marci instituta*, cui accessere tractatuli

*De Via Crucis.*

*De septem Doloribus Immaculatæ Virginis Mariae, ejusque dulcissimi, ac gloriosissimi Sponsi; missis alijs devotis exercitijs, quæ faciliè pietatem Authoris demonstrant*. Valentia per Didacum de Vega 1699. in 16. & typis Josephi Garcia, anno 1703. Vidi.

*Expositionem apertam Doctrinæ Christianæ*

*langue adjectis exemplis.* Valentia per eundem 1701. in 8. Præter ista laudata pag. 221. Bibliothecæ Valentinae, Hispanæ edidit:

*Historiam Virginis de Loreto* miraculis claræ in suamet Provincia. Prodiit in Portu Ilicitano ex typographia Andreae Clementis, anno 1715. in 4. Vidi.

*De Excellentissimis Missæ libellum excusum Oriolæ* 1714. in 16. Vidi.

*Vitam S. Paschalis.* Valentia ann. 1702. in 8. Vidi.

*Directorium V. Tertij Ordinis Franciscani.* Ibid. apud Joannem Sancho 1704. in 8.

*Rosarium Virginis.* Ibidem anno 1705. in 8. typis Didaci de Vega. Vidi.

*De Animabus Purgatorij,* volum. in 8. Oriolæ anno 1705.

ISIDORUS HISPALENSIS, Hispanus, ex Capuccinis Provinciae Baticæ, Concionator, ejusdemque Prov. Historicus, publici juris fecit sermone Hispano:

*Vitam V. Fr. Pauli Gaditani Capuccini,* sub titulo: *Naves Occidentis.* Excudit Gadibus Christophorus de Requena 1702. in 4. Vidi.

ISIDORUS DE LEON, Hispanus, Capuccinus, Castellanae Provinciae filius, Vir doctus, ad perpendiculum concinnavit totius Mysticæ Theologiæ Compendium in tres tomos distributum, sub hoc titulo:

*Mysticum Cælum,* Hispanicè. Matrili prodijt primus ex officina Rochi Rico 1685. secundus 1686. tertius 1687. in 4. Vidi.

ISIDORUS A S. MICHAELE, Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Petri Granatensis, Sacræ Theologiæ professor, ac Diffinitor, Vir in Divinis Scripturis assiduè legendis, meditandisque mirum in modum exercitatus, præclara edidit ingenij doctrinæque monumenta. Hæc sunt:

*Observationes Genealogicae, Panegyrica, Mystica, Dogmaticæ, & Morales super caput primum Matthæi.* Neapoli ex nova typographia Dominici Antonij Parrino 1704. in fol. magno. Vidi.

*Certamen Historicale Panegyricum ad bonorem Beatissimæ Virginis Mariæ, ejusque fidelissimi Doctoris Joannis Dans Scotti Minorum Magistri.* Ibidem typis Felicis Mosca 1701. in 8. Vidi.

*Vitam V. Fr. Sebastiani de Apparicio Minorita, de cuius Canonizatione agitur:*

Prima editio facta est Neapoli anno 1695. in 4. Secunda Romæ, & Latino idiomate 1699. Vidi.

*Historiam S. Michaelis Archangeli.* Neapoli per Dominicum Antonium Parrino 1706. in 16. Vidi.

*Vitam S. Petri Alcantarensis, adjectis Meditationibus suis.* Murciae per Josephum Diaz in 16. Vidi.

*Historiam animæ, & vitæ hominis ab initio mundi,* opus minimè poenitendum in 6. tomos in 8. distributum. Prodiit primus Granatæ ex typographia Sanctissimæ Trinitatis, anno 1721. Secundus Murciae apud Josephum Diaz 1720. Tertius Granatæ 1721. Quartus ibidem 1722. Quintus ibidem 1723. Sextus ibidem 1723. Vidi. Insuper, valdè vitæ opus, cujus titulus:

*Splendores veritatis, ac Divini amoris scintilla.* Neapoli apud Felicem Mosca 1698. & Murciae typis Josephi Diaz 1717. in 12. Vidi. Loquitur cum Divo Augustino vsque ad paginam 168. primæ partis. In secunda ejusdem operis parte, recenset concisè *Vitam, ac Virtutes S. Petri de Alcantara.* Insuper super capitales Sacræ Paginæ textus metricè epilogum facit meditationis occurrentis. Exemplum adduco. Fol. 68. super illud Psalmi 50. *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies,* pangit:

*Mi Dios, sin cessar padezco  
Por el estado en que estaba;  
Primero por lo que amaba,  
Aora por-lo que aborrezco:  
Ya qual prodigo parezco  
Ante Vos arrepentido,  
Y espero ser recibido;  
Pues humilde à vn Padre apelo;  
Que jamás negò consuelo  
A vn corazon dolorido.*

In debitum Authoris applausum habes *heroica carmina* Fr. Joannis de Mora ejusdem Instituti, in limine laudatarum *Observationum in cap. I. Matthæi.*

ISIDORUS NIOSTENSIS, Gallus, Provinciae Turonensis Minorum Capuccinorum Theologus, ac Minister, in Fidei controversijs versatus, ac morum integritate insignis, vernaculè edidit opus inscriptum:

*Missionarius Controversista,* tom. 3. in 4. Consentiant Genuensis, Torrecilla, ac Dupinus in Supplemento.

ISIDORUS PERUSINUS, Regula-

ris Observ. Vir in Jure Canonico non mediocriter versatus, tractatum scripsit:

*De Restitutionibus,* quem apud se olim habuisse fassus est Fr. Lucas Uvadingus, in suo Catalogo. Ejusdem meminit Jacobillus de Scriptoribus Umbriae, apud Oldoinum pag. 197. *Athenai Perusinorum.* Florebat anno salutis humanæ 1560.

ISIDORUS ROTA, Venetus, Regul. Observ. alumnus, ac Verbi Divini Præco, postillavit:

*Orationes peregrinas Illust. D. D. Francisci Panigrola,* tabulaque adjecta in publicum misit Venetijs, typis Joannis Baptistæ Ciotti 1599. in 8. Vidi.

ISIDORUS DE SEVILLA, seu HISPALENSIS, Hispanus, Capuccinus, & Historicus, anno 1729. ad prælum parabat:

*Chronica suæ Provinciae Baticæ Immaculata Conceptionis.*

ISIDORUS SICLENSIS, Siculus, ex Familia Spinelli, professione Capuccinus, & Poeta non vulgaris, in laudem S. Guilielmi:

*Poema Sacrum,* conscripsit Italicè inscriptum: *La nuova settimana divisa in sette giornate.* Recenset vitam, ac miracula ejusdem Sancti. Prodiit, sed sub nomine Julij Xifi fratris sui, Panormi ex typographia Alphonssi Isola, anno Virginei Partus 1632. in 12. Laudatur à D. Antonio Mongitori, tomo 1. Bibliothecæ Siculæ.

ISIDORUS DE VELASCO, Hispanus, Provinciae Baticæ Regul. Observ. Theologus, & Historicus communem fecit à se habitam:

*Orationem pro triumphis Philippi V. Regis Catholicæ.* Hispani apud Joannem Franciscum Blas 1704. in 4. Vidi.

ISRAEL ERLANDI, quem alij Franciscanum, alij Dominicanum faciunt, Episcopus Arosiensis, scripsit:

*Vitam, & miracula Sancti Eriki Regis Sueciæ.* Prodiit Holmiæ ex officina Nicolai Mantuff, anno 1675. in 8. Obijt anno 1291. Illaudatur, & in Catalogo, & in Annalibus à Uvadingo, nec vlla ejus mentio extat apud Uvite. in Catalogo Episcoporum Minoritarum.

JULIANUS BISUNTINUS, Burgundus, Provinciae Comitatus, Minorum Capuccinorum Concionator, Vir pius, nec vulgari præditus eruditione compilavit, ac teste Genuensi, typis dedit:

*Librum Miraculorum Beatissimæ Mariæ, cujus Imago colitur in Graycensi Cæ-*

nobio Patrum Capuccinorum, in 8.

JULIANUS A CAVALINA, in tractu Mugelli Tusciæ, ejusdem Provinciae Regul. Observantiæ alumnus, teste Fr. Antonio Terrinca, parte 3. sui *Theatri Provinciæ Tusciæ,* scripsit anno 1498. quo ipse octogenario major erat:

*Originem Conventus S. Bonaventurae Nemoris de Mugello.* Insuper scripsit *Vitam V. Claræ Uvaldina,* laudatam ab Arturo in Martyrologio Franciscano die 27. Februarij, & in Gynæceo eadem die, §. 6.

JULIANUS DE CHUMILLAS, Hispanus, Regul. Observantiæ Carthaginensis Provinciae Lector emeritus, ac Pater, necnon Commissarius Generalis Indiarum, hujusque Cismontanæ Familiæ, Vir profectò spiritualis, & apprime doctus, vernaculè edidit:

*Constitutiones pro Discalceatis Franciscanis Hispanensis Cœnobij Sanctæ Mariæ à Jesu.* Hispani 1687. in 4. Vidi. Emisit etiam:

*De autoritate Commissarij Generalis Indiarum,* tractatum Apologeticum. Matrili in fol. Vidi. Obijt ibidem anno 1696. die 9. Decembris.

JULIANUS GINART, Balearius, Regul. Observ. ejusdem Provinciae Majoricarum Theologus, ac S. Officij Qualificator, edidit:

*Opus Morale* bipartitum typis traditum Palmæ Balearium 1652. apud Hæredem Gabrielis Guasp. Moritur anno 1644.

JULIANUS GONZALEZ, Hispanus, ex Carthaginensi Provinciae Regul. Observantiæ Theologus, ac Generalis Concionator, vernaculè communem fecit eruditam

*Panegyrim in laudem Venerabilium Plagarum S. P. N. Francisci.* Murciae per Michaellem Llorente 1674. in 4. Vidi.

JULIANUS MONCEAU, natione Gallus, professione Minorita, sermone patrio evulgavit:

*Concionum de Sanctis, & eorum Regna,* tomos duos in 8. Parisijs anno 1616. & 1617. Marracius in Appendice ad Bibliothecam Marianam, & Alva, col. 882. suæ *Militia.*

JULIANUS MONTEFUSCUS, Siculus, Regul. Observantiæ alumnus, licetis mandavit:

*Vitam S. Coni. V. ex Josepho Perdicarone* in Vitis SS. Siculorum, recenset D. Antonius Mongitori, tom. 1. Biblioth. Siculæ.



JULIANUS TEUTONICUS, seu DE SPIRA, Sacello, & Musica Gallorum Regis Praefectus, Ordinem Minorum amplexus, composuit, Uvadingo teste: *Mensuras, & modos canendi Divina Officia.* Insupèr:

Degerat in terris vitam Julianus honestam:  
Ossa tegit marmor, spiritus astra tenet:  
Cui placuit vivo Sanctissimus Ordo Minorum,  
Est Coelo, & Terris, nunc sibi firma quies.  
Fertilem ingenio tulit hunc Germania Patrem:  
Ast Aquilæ functum corpus in Urbe jacet.  
Dites hunc omnes repetunt, clamantque miselli,  
Subsidium hic miseris, divitibusque salus.

Consule Arturum in Martyrologio Franciscano die 9. Februarij, §. 1. 2. & 3. Ejus adornatur effigie celebris Bibliotheca Dominæ nostræ de Salizeto.

JULIANUS PASTOR, Hispanus, Cannaverensis, Conchensis Diocesis, dum adhuc juvenis egregiam litteris operam daret, divinitus excitatus ad strictiorem Franciscanorum Discalceatorum Observantiam complectendam, Seraphicum è manibus illustrissimi Martyris S. Joannis de Prado in S. Didaci Hispanensi Conventu Provinciae eidemmet Sancto Sacrae suscepit habitum. Tanto exinde spiritus fervore viam perfectionis ingressus est, ut brevi totius religionis, devotionis, atque sanctitatis specimen dederit. Magnum Parentem Augustinum summoperè colens, de verbo ad verbum cuncta ejus opera semel, bisque libros de Civitate Dei, & legit, & memoriae mandavit. Nec frustra Apostolicis se totum Missionibus dedit, faciliter, ac gloriose decertans Judæis, Hæreticis, cum Christi Catholicam Fidem suscipere, tum ferventissimis Concionibus, tum solidis argumentis, quamplures coegerit. Urque non solum verbo, sed opere, Judæorum errores eliminaret, totum unicum scripsit:

*De adventu Messiae, principalibusque Articulis Fidei Catholice Romanae.* Memoratur à Fr. Francisco à Jesu Maria, part. I. Chron. laudatæ Provinciae S. Didaci in

*Totum Officium S. P. N. Francisci, tam in littera, quam in cantu, lectionibus exceptis.* Ex Alva, & Uvilloto, qui scribit obijisse miraculis clarum, atque Aquilæ (alij volunt Parisijs) sepultum, inciso Saccophagò hoc epitaphio:

Bætica, lib. 7. cap. 10. num. 131. & ibid. cap. 8. num. 76. Conscriptit quoque:

*Epistolas gravissimas, ac spiritu Dei reafertissimas.* Laudantur à laudato Fr. Francisco à Jesu Maria in suo tomo inscripto, Hispanicè: *Mission Historial de Marrucos*, lib. 5. cap. 9. fol. 446. Pauca excerpta habes in Chronicis ejusdem Provinciae, pag. 853. A peccato lethali, ut fertur, immunis, pronuntiatoque suæ mortis die ad illa verba: *Subvenite Sancti Dei*, ad Astra migravit 31. Decemb. anno 1662. Consule partem primam meæ Bibliothecæ Minorum Discalceatorum, pagina 161.

JULIANUS DE RUERE. Vide inferius, verbo *Julius II.*

JULIANUS VARROCHIUS, Florentinus, Provinciae Tusciæ alumnus, Philosophiæ, Dialecticæ, Astronomiæ, & eloquentiæ studijs egregiè decoratus, sed Sacrae Theologiæ Doctor celeberrimæ opinionis, plura scripsit excellentis ingenij sui opuscula, sed extant dumtaxat quædam ejus:

*Annotationes in Dialecticam Aristotelis*, testibus Fr. Antonio Terzina, parte 3. *Theatri Tusciæ*, pag. 266. & Uvadingo, post Michaellem Pocciantum in Catalogo Scriptorum Florentinorum. Obijt Florentiæ, & in medio ampli Templi S. Crucis humatus est sepulchro marmoreo, quod adhuc visitur, hoc inciso epitaphio:

Julianus Verrochius,  
Theologus insignis hic sepultus est;  
Antonius de Medicis  
Ejusdem Ordinis Theologus,  
Et Etruriæ Provinciæ Minister,  
Ne jaceret incultus,  
Qui magnum ornamentum ætati suæ fuerat  
Decenti hoc monumento donavit.  
Vixit ann. XLII. Menses VIII. Dies X.  
Obijt MCCCCXIII.

JULIUS ANTONIUS CATALANUS A S. MAURO, Italus, Provinciae S. Nicolai Minorum Conventualium Minister, sermonem injucundum de forma Habitûs Franciscani inlittuens, edidit Italicè opus prænotatum:

*Fumus Terrestris Paradisi.* Florentiæ apud Amatorem Malsi 1652. in 4. Vidi.

JULIUS ARIGONIUS, Italus, Cremonensis, ex Minoritis Conventualibus, litteris commisit:

*Vitam Sor. Diomiræ Bina de Assiso, Tertij Ord. S. Francisci, virtute, & pietate insignis*, quam Marcellino Cardinali Lantæ Episcopo Tuderino Ordin. Min. Conventualium Protectori dicavit. Habuit, sed ineditam Uvadingus. Authoris mœnuit Vernonenfis in Annalibus Tertij Ordinis, syllabo 2. AA.

JULIUS BERNARDINI DE CAPUA, Doctor Theologus Conventualis, Vir scientiæ, & virtutibus conspicuus, scripsit copiosum:

*Tractatum de Ideis Divinis*, laudatum à Fr. Vincentio Coronelli, tomo 4. Biblioth. Univers. num. 3657. ex Francischino in sua Bibliothophia.

JULIUS BURGO PATAVINUS, Minorita doctus, laudatur ab Arturo in Martyrologio Franciscano ad diem 8. Novembris, §. 11. cœu à quo prodijt:

*Subtilis Doctoris elogium* in fronte matris magni Scoticæ subtilitatis excusum.

JULIUS A CORRIGIO, Minorita, Italus, recensente Uvadingo. post Fosignianum, edidit:

*Commentarium ad Symbolum Apostolorum.*

*Dialogum de Sacramento Altaris.*

JULIUS DURNIANUS, Italus, Ferrariensis, recensente Fr. Bonaventura Baronio, tomo 1. Opusc. parte 14. §. 1. scripsit:

*Super Formalitates Doctoris Subtilis.* Fortè indistinguitur à Julio Pruniano de quo inferius.

JULIUS FRANCISCUS CONTI, Italus, Reformatæ Provinciae Brixienfis alumnus, ac eruditus Concionator, Latine emisit opus, cujus inscriptio:

*Aquila magnarum alarum Augustissima Eucharistia.* Venetijs anno 1710. in fol. Vidi. Agit quoque de *Sancta Cruce.*

JULIUS JORNATA DE POPULO ANXIANENSE, Neapolitanus, ex Minoritis Conventualibus, Sacrae Theologiæ Magister, ac Divini Verbi eximius Præco, in *Scotica opinionis defensionem*, edidit:

*Quæstionem de principio individuationis.* Theate, apud Isidorum Facium 1597. in 4. Commendatur in Neapolitana Bibliotheca D. Nicolai Toppi.

JULIUS MAGNANUS, Minorita, scripsit:

*Historiam illustrium Patrum Ordinis Minorum*, laudatam in Martyrologio Franciscano, die xxij. Augusti, §. 4.

JULIUS PRUNIANUS, Italus, Ferrariensis, ex Minoritis Conventualibus, Vir doctus in omnibus ferè scientijs, Alphonfi Ferrariensis Ducis, cui gratissimus erat Confessarius, & Eleemosynarius, necnon Senensis Inquisitor minime poenitenda scripsit, quæ inedita, Uvadingo teste, asservantur in Bibliotheca Ferrariensis Conventus. Sunt ergo ex ejus præstanti calamo:

*Commentaria in Porphyrium.*

*In Prædicamentis, & Posterioribus Arist.*

*In universam Philosophiam.*

*In formalitates Scoti.*

*Commentaria in Ecclesiastem, Italicè.*

*Super Symbolum Apostolorum.*

*Homilia diversa.*

*Diversarum materiarum*, liber. Obijt in Patria anno 1595. Laudatur à Jacobo Le-Long, pag. 914. suæ Bibliothecæ Sacræ.

**JULIUS SECUNDUS**, prius dictus **JULIANUS A RUERE**, Savonensis, Sixti IV. ex fratre nepos, ex Cardinali Otfienti Summus Pontifex creatus anno 1503. Kal. Novembris, Ordinis Minorum Protector; imò si Gabrieli Fabro fides habenda sit, etiam olim in Cœnobio Perusino per aliquos menses Novitius Minorita, quem insuper Tertiatorum Franciscanorum Regulam professum, narrat, alijs misis, Fr. Clemens Ledesma in suo *Compendio Tertij Ordinis*, pag. 20. Germanos fratres Minoritas habuit, Bartholomæum Episcopum Ferrariensem, ac Patriarcham Antiochenum, & Clementem Grossum Ruverum Episcopum Misinatensem inter Cardinales conscriptum, primò sub titulo S. Clementis, ac deinde XII. Apostolorum. Hic ergo Pontifex Maximus, maxima erga B. Virginem pietate affectus Religionem instituit sub titulo *Conceptionis*, cui etiam:

*Regulam propriam* constituit, simul statuens ut quamvis hujus Religionis Moniales Regulam S. Claræ non profiteantur, sed propriam à se illis datam, tamen subiectæ sint Fratribus Minoribus, ideò quia tam indefesso studio, & vigilantia, puritatis, & innocentia Dei-Genitricis defensores existunt. Consule Ægidium Lusitanum, tract. *de Concept. Virg. Mariæ*, quæst. 6. artic. 2. & Marracium in *de Pontificibus Marianis*, cap. 79. pag. 162. Conscripsit etiam ex officio

*Litteras Apostolicas, & Constitutiones Ecclesiasticas*, quæ leguntur tomo 7. Conciliorum Binij, & in Collectione Constitutionum Romæ 1679. edita. Extant Petri Andreæ Bononiensis Commentaria in *Extravag.* Julij II. super electione Simoniacæ Papæ. Decessit Romæ die 21. Februarij, anno 1513. Consule Ciacconium apud quemplura in ejus laudem cecinit Petrus Magnus, quorum initium:

*Julius baid vili Ligurum  
Virtute secundus, &c.*

Agitur quoque de eo in Bibliotheca Pontificia, in *Militia* R. P. Fr. Petri de Alvas & in Annalibus Minorum, ad ann. Christi 1503.

**JULIUS DE VENETIJS**, Italus, Regul. Observantiæ Provinciæ S. Antonij, Lector Jubilatus, iteratò Provincialis, & Commissarius generalis Terræ Sanctæ, edidit:

*Chronologiam Historico-Legalem Ordinis Seraphici*, ab anno 1633. usque ad annum 1718. Venetijs per Antonium Bartoli 1718. in fol. Vidi.

**JULIUS A VESUNTIONE**, Capuccinus, natione Burgundus, ejusdem Provinciæ Diffinitor, ac Sacræ Theologiæ professor; quem, præter Sacrarum Litterarum præstantiam, vitæ integritas, morum gravitas, animi candor, & non vulgaris in Deum pietas ornaverunt, edidit Gallicè:

*Meditationes. Vesuntione anno 1688.* in 8. Genuensi teste.

**JUNCTA DE BEVEGNATIS**, Italus, ex Meunia Umbriæ Oppido, alijs autem Cortonensis, Provinciæ Tusciæ alumnus, Vir doctissimus, varijsque donis cœlestibus ditatus, Beatæ Margaritæ Cortonensis in sanctarum numerum solemnium ritu novissimè relatæ, à Sacris Confessionibus.

*Vitam, ac Revelationes diffusè scripsit.* Ineditam habuit Uvadingus. Latine evulgatam habes apud Godefridum Henschenium, in *probatis Sanctorum Vitæ*, tom. 3. ad diem 22. Februarij, adjectisque Commentarijs. Floruit anno 1298. Consule Terrina, part. 3. Theatri Tusciæ, pag. 207. & Uvadingum in Annal. ad annum 1297.

**JUNIPERUS DREPANENSIS**, Siculus, strictioris Observantiæ Reformatorum, Provinciæ Panormitanæ Theologus, Provincialis Minister, ac Lateranensis Pœnitentiarius, Vir doctus, Latine emisit:

*Disputationes Commentarias pro Juris Pontificij defensione, in novam Urbanæ VIII. extensionem revocatoriæ Constitutionis omnium Privilegiorum viva vocis oraculo factorum Gregorij XV.* Lugduni, scriptibus Laurentij Durand, anno 1637. in 4. Vidi. Præter hoc epus à Uvadingo laudatum, evulgavit eodem sermone:

*De Casibus reservatis, seu de Regularium Prelatorum jure reservationis juxta formam Clementis VIII. super casuum reservatione.* Venetijs apud Turrinum, an-

no 1652. in fol. Vidi. Extat hujus Authoris opus ineditum in 4. Duci *de San Lúcar* dicatum, cujus inscriptio:

*Emblemata civilia*, apud Bibliothecam Marchionis de Monte Alegre editam Martiri anno 1677. in fol. Parte 3. fol. 117. Reliquit etiam M. S. hæc alia, in Bibliotheca Sicula D. Antonij Mongitori laudata, nempè:

*De Immunitate, & Libertate Ecclesiastica*, tomum in fol.

*Totius Theologiæ Moralis omnium Controversiarum securiores sequendas Conclusiones*, in fol. Obijt in Ministeriata suæ Provinciæ anno 1648.

**JUNIPERUS MANESSERIUS**, Italus, Regul. Observ. Pedemontanæ Prov. S. Thomæ elaboravit:

*Descriptionem ejusdem Provinciæ.* Præ manibus habuit Fr. Petrus de Alva, ipso met teste col. 886. suæ *Militie*.

**JUNIPERUS PARASCUNDOLUS A NEAPOLI**, in Neapolitana Provincia Terræ laboris strictioris Observ. Reformatorum alumnus, S. Theologiæ Lector generalis, generalis Ordinis Diffinitor, ac Supremæ Inquisitionis de Urbe Consul-tor, publici juris fecit Latino idiomate,

*Spicilegij Evangelici ex Sanctorum Patrum, gravissimorumque Scriptorum messe collecti per omnes Quadragesimæ dies distributi, Concionatoribus, Sacraque Scriptura Professoribus profuturi*, partem primam. Neapoli per Honophrium Savium, anno 1647. in fol. Vidi.

*Spicilegij Evangelici partem secundam.* Ibidem ex eadem typographia 1652. in fol. Vidi. In limine tomi primi habetur fuffum Authoris elogium, Epigramma quoque quad subijcio:

*Desine Pieria crinem tibi cingere  
lauro,*

*Nunc alia crines intege, Musa,  
juba.*

*Junipero Sacri mutetur Laurea  
Pindi,*

*Vicit hic Hæme tuas, vicit hic  
Hæbre comas.*

**IVO ANTONIUS TURPIN**, Minorita, teste Fr. Petro de Alva, col. 1486. suæ *Militie*, publici juris fecit:

*Cosmographiam Seraphicam.* Romæ anno 1651. in 4.

**IVO EBROICENSIS**, Gallus, Provinciæ Normandiæ Minor. Capuccinorum, Apostolicus Missionarius apud no-

vam Galliam Americæ, vernaculè publicavit:

*Relationem sui itineris ad Regnum Marangoni, cui adjunxit Historiam de moribus illarum Nationum.* Rothomagi anno 1654. in 4. Ex Genuensi.

**IVO MAGISTER**, Gallus, ex Regul. Observ. Sororum Annuntiationis Cœnobij Bituricensis à Confessionibus, pro restituenda regulari disciplina in Gallia, compilavit opus inscriptum:

*Ocularia, & Manipulus Fratrum Minorum.* Parisijs, typis Michaelis Sonnij 1582. in 8. Vidi.

**IVO PARISIENSIS**, Gallus, Capuccinus, suæ Parisinæ Provinciæ Diffinitor, Vir profectò inter peritissimos Scriptores recensendus, de universa Ecclesia, & maxime de cunctis Ordinibus Mendicantibus optimè meritis contra quandam Galliæ Episcopum, qui multis, & suæ dignitati, ac honori indecorosis scriptis in Religiosorum statum longa annorum ferie inveni non cessavit; quamvis aliquot ejus libri publicè proscripti legabantur à Sacra Congregatione Indicis, Gallico idiomate evulgavit:

*Felices eventus pietatis, seu Triumphum vite Religiosæ adversus illam impugnantes.* Parisijs sæpè prodijt anno 1638. in 4. & in 8. & in 16. tomis duobus. Commendat & merito hoc egregium opus Arturus in Prologo ad Martyrologium Franciscanum.

*Declarationem quarundam propositio-num ex prædicto suo opere non adeò sincerè extractarum.* Ibidem 1630. in 4. Minime defuerunt, qui libellis insanis denuò conati sunt utrumque impugnare opus; sed obstructum est os loquentium iniqua, per Arrestum enim Senatus consulti Regij Galliarum, anno 1633. publico instrumento confectum publicè ejusdem libelli fuerunt proscripti; operaque laudata P. Ivonis deinceps ex mandato speciali Majestatis Christianissimæ serio examinata, roborata fuerunt à tribus Professoribus Sacræ Theologiæ Parisiensis Academiæ, quorum publicum testimonium exscriptum habes apud Fr. Dionysium Genuensem in sua Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum, pag. 209. Eodem teste, scripsit etiam:

*Theologiæ naturalis*, tom. 4. Agit in primo: *De Existentiâ Dei, & Creatione Mundi.* In secundo: *De Immortalitate Animæ, de Angelis, & Dæmonibus.* In tertio: *De perfectionibus Divinis in particulari, de*

*Providentia Dei, & Justitia.* In quarto: *De Religione, quod Christiana Religio sit vera, & de ejusdem Myſterijs.* Parisijs apud Dionysium Thierry 1638.

*Moralis Christiana,* tomos 4. in 4. In primo tomo agit: *De Morali Christiana in univ'erſum, & in particulari de Officijs hominis erga Deum.* In secundo: *De directione vite singularis.* In tertio: *De vita publica, economica, & politica.* In quarto: *De usu bonorum, & malorum, ubi etiam agitur de gratia contra Novatores.* Parisijs 1641. 1643. & 1645. Vidi.

*Progreſſus Divini amoris,* tom. 4. in 8. Agitur in primo: *De Divino amore nascente.* In secundo: *De Divino amore patiente.* In tertio: *De Divino amore operante.* In quarto: *De Divino amore fruente.* Parisijs apud Thierry, anno 1644.

*De Pateſtate Romani Pontificis, adverſus Hæreticos,* tom. 2. in 4. anno 1643.

*Tractatum de differentia actuum humanorum.* Ibidem 1645. in 8.

*De Agente Dei in humanis, qui cenſuram exercet in rebus Eccleſiaſticis, Politicis, & economicis.* Per eundem 1646. in 4.

*De Operibus Miſericordiæ in genere, & in ſpecie,* eiſdem typis 1650. tom. 2. in 4.

*De vanis peccantium excuſationibus, quæ omnes ſingillatim diſſolventur.* Ibidem anno 1662. in 4.

*De perfectione Religioſa.* Per eundem 1649. in 4.

*Inſtructiones Religioſas ex Chronicis, & Annalibus Fratr. Minor. excerptas.* Ibidem 1661. in 4.

*De Inſtitutione, & Officio veri Religioſi.* Rhedonis 1653. in 8.

*Tractatum de neceſſitate, in quo docetur ab omni neceſſitate morali expedita liberatas.* Ibidem 1654. tom. 2. in 8.

*Regulas morales cum ſuis exceptionibus.* Parisijs 1680.

*Pœnitentem Chriſtianum.* Ibidem 1680.

*De Principe, & Viro Nobili Chriſtiano.* Ibidem 1679. in 8.

*Magiſtratum Chriſtianorum.* Ibidem.

*De falſis Mundi opinionibus.* Ibidem in 8. Hæc omnia ex Gallico in Latinum ab eodem Authore converſa prælo etiam ſubmiſſa fuerunt Parisijs apud Thierry, anno 1677. Inſupèr Latine evulgavit:

*Digeſtum ſapientiæ, in quo habetur ſcientiarum omnium rerum Divinarum, & humanarum nexus, & ad prima principia reduçtio ſub combinatis terminis Art.*

*is Lulliana, ſub quibus tractantur omnes quaſtiones Morales, Politicæ, & Theologicæ.* Opus egregium in 4. tomos diſtributum, quorum in primo agit de principijs abſolutis. In ſecundo: *De relativis.* In tertio, & quarto continetur *Supplementum omnium materiarum.* Tres primi prodierunt Parisijs ex typographia Thierry 1659. & locupletiores 1661. in fol. Tomum quartum in fol. cudit Lugduni Laurentius Aniſſon 1672. in fol.

*Jus naturale rebus creatis à Deo conſtitutum,* anno 1658. in fol.

*Fatum Mundi, ſeu totius Mundi Hoſcopum.* Rhedonis 1656. in fol.

*Differtationem de libro, cujus titulus eſt: Astrologia novæ methodus ad ampliſſimos Viros Senatus Britannicæ Armoricæ.* Parisijs 1659. in fol. Multis verbo, exemplo, & ſcriptis ad ſancta ſtudia provocatis ad plures abiit Parisijs circa annum 1690. Pertranſant de eo Uvadingus, & omnes ferè moderni Gallicæ Scriptores.

IVO TRECORENSIS, Gallus, Capuccinus, Provinciæ Britannicæ alumnus in Paleſtina, & Syria Apoſtolicus Miſſionarius, multis Infidelium, & Schiſmaticorum Chriſti Eccleſiæ aggregatis, Arabicæ ſermonè conſcripſit:

*Flores Hiſtoriarum ex omni materia, & ex omnibus Myſterijs Fidei noſtræ ad convincendos, & convertendos Hæreticos Schiſmaticos, & Turcas.* Tom. 1. in fol.

*Reſurrexerunt peccatorum, methodo prædicabili,* tom. 1. in 4.

*Conciones modo doctrinali contra peccata, quæ committuntur ordinariè in Syria, ac Paleſtina, cum Doctrina faciendæ Populo omni tempore à Paſtoribus, & Miſſionarijs,* in 4.

*Duodecim Portas, in quibus dignoſcitur, & oſtenditur quæ falſa ſunt, à Creatione Mundi uſque ad iſta tempora, & quæ ventura ſunt in Judicio, & poſt Judicium,* in fol.

*Meditationes Chriſtianas pro quolibet die menſis, adjecto tractatu de moribus Chriſtianorum,* in 4.

*Tractatum de peccato mortali,* in 8.

*Doctrina S. Caroli Borromæi, exemplis modo concionatorio illuſtrate,* tomum in 4.

*Nutritum animæ extractum ex viſitatione Terræ Sanctæ,* in 8.

*Concionum pro tempore Adventus,* tomum in 4.

*Concionum pro tempore Quadrageſimæ,* tomos 2. in 4.

*Concionum de SS. Apoſtolis,* tom. 1. in 4.

*Concionum de Beatiffima Virgine Maria,* tomum 1. Teſtatur Genuenſis in ſua Bibliotheca.

JUSTINIANUS TURONENSIS, Gallus, Provinciæ Turonicæ Minor. Capuccinor. filius, Vir Apoſtolicæ zelo clarus, quo per 25. annorum ſpatio, hæud ſine fructu, Miſſionibus Apoſtolicis vacavit in Paleſtina, ſcripſit, recensente Genuenſi, Latine, Arabicè, & Armenicè:

*Librum controverſiarum pro convincendis Infidelibus, & Schiſmaticis.*

*Catechiſmum idioma Arabico.* Superpreſſo imò ficto nomine D. Michaelis de Febure, edidit Italicè:

*Theatrum Turcicum,* in quo mores 14. Nationum exponit. Romæ apud Tinaſium 1657. in 8. Additionibus locupletatum, Mediolani, apud Hæredes Antonij Malateſta, anno 1681. in 4.

JUSTINUS A NURSIA, Capuccinus, Italus, ex Prov. S. Franciſci, Vir à Novitorum educatione, aſſidua oratione, aliſque virtutibus commendatus, aliqua exaravit ſpiritualia opuscula, ex quibus, tacito nomine, prodijt Venetijs, anno 1593.

*Libellus de Oratione Mentali,* vti narrat Genuenſis. Obijt anno 1594. miraculis, ac ſpiritu prophætico illuſtris. Conſule Boverium, tom. 2. Annal. ad annum 1594.

JUSTUS BONAFIDES, Italus, Picens, Prov. Marchiæ Minor. Capuccinor. Provincialis Miniſter, Vir pietate, ac doctrina conſpicuus, edidit Italicè:

*Gratum tributum Domine univerſi oblatus,* opus cultoribus Virginis perutile, & in tres libros diſiſum. Paduæ, 1661. in 4.

*Tractatum de Sacramento Pœnitentiæ, in quo inſtruantur Fideles, ut Sacramentum hoc cum fructu recipiant.* Maceratæ apud Joannem Carbonum, anno 1626. in 16.

*Soliloquia Sacra, & devotiſſima.* Ibidem 1626. in 16. Guardianum agens in Conventu Firmiano obiit anno 1631. Ejus cum laude meminit Marracius, Genuenſis, Dupinus in Supplemento, ſed præcipuè Matifconenſis ejus geſta deſcribens ad prædictum annum, tom. 3. Annal. Capuccinor. §. 36.

JUSTUS A MONTE ULMO, Italus, ex Minoribus Capuccinis Picens Prov. Theologi, Provincialis Miniſter, ac Diffinitoris generalis muneribus cum laude functus, ac in Sacris Litteris inſignitè verſatus, zelo altiffimæ paupertatis ductus, ſcripſit, Genuenſi teſte;

Tom. II.

*Expoſitionem in Regulam Minorum.* Inſupèr edidit:

*Hymnos ſacros in laudem Matris admirabilis, ac ejus Sponsi gloriſſimi S. Joſeph,* adjunctis devotis orationibus. Venetijs anno 1629. Laudatur à Pagnotio, lib. de Maria Triumphante, Corona 3. cap. 65.

JUSTUS REDN, Germanus, Reſortatorum Prov. Tyrolis D. Leopoldi, Provincialis Miniſter, ac Sacrorum Canonum eruditus Lector, publici juris fecit:

*Opus Canonico-Politicum de Electione, & Electionis Preſide,* in tres tomos in folio diſiſum. Auguſtæ Vindelicorum, ſumptibus Georgij Schluter 1721. Vidi.

JUSTUS DEL ROSA, Florentinus, Tertij Ordinis Franciſcani Sectator, & Baſilomaſucij Nucerni diſcipulus, ac individuus Comes ad mortem viſque, anno 1377. ſcripſit:

*Vitam tanti ſui Magiſtri,* Vicentiæ evulgatam à Henrico de S. Urſo, anno 1500. Conſule Terrina, part. 3. Theatri Tuſciæ, pag. 207. & Uvadingum, tom. 4. Annal. anno 1377. num. 23.

JUVENALIS ANANIENSIS, Allemanus, Prov. Tyrolenſis Minor. Capuccinor. Theologus, ſemelque, & iterum Miniſter Provincialis, Vir, tum morum integritate, tum eruditione præcellens, Latine no idioma emiſit:

*Manuductionem Neophyti, ſivè claram, & ſimplicem inſtructionem Novitij Religioſi.* Auguſtæ Vindelicorum 1680. in 8.

*Immediatum Chriſti Crucifixi internum Sacrum Magiſterium.* Ibidem 1686. in 4. Vidi.

*Artis magnæ ſcientiæ breviffimam Synopſim,* in 8. Typis quoque evulgavit: Compoſitiones V. Fr. Thomæ Bergomenſis, Laici, Capuccini, ſub titulo Italicæ:

*Fouco di Amore, ſeu Ignis Amoris.* Ibidem apud Simonem Uzhneider 1682. Inſupèr adverſus quendam Scheiblerum Hæreticum, & in miraculorum gratiam, Latine edidit:

*Neceſſariam deſenſionem contra injuſtum aggreſſorem.* Ibidem anno 1682. in 4. Hunc commendant Juvenalem, Genuenſis, ac Dupinus, ſæculo 17. Vivebat anno 1690.

JUVENALIS A LUGDUNO, Gallus, ſtrictioris Obſerv. Recollektorum, communem fecit Latine,

*Hiſtoricam deſcriptionem Conventuum FF. Minorum Recollektorum, Provincia ſue S. Franciſci in Gallia.* Avenione, apud Jacobum Dupezier 1678. in 8. Vidi.

Z

JU

JUVENALIS DE TERRANOVA, Lemovicensis, Regul. Observ. alumnus, à Uvadingo, & à Vernoniensi, tomo Annual. Ordinis Tertij Franciscani, syllabo secundo AA. laudatus, scripsit, ac evulgavit:

*Theatrum Minoriticum* compendiaria serie dispositum, omnium Vitorum, ac

Mulierum in triplici Ordine Franciscano sanctitate, & doctrina insignium. Ruesij apud Hæredes Stephani Andreæ 1646. in fol. Accessit vera, fidelis, & legitima Relatio originis, progressus, ac presentis status totius Religionis Seraphicæ Fr. Minor. S. Clara, & Tertiariorum de Penitentia, tam Sæcularium, quam Regularium.

## K

KILIANUS KAZEMBERGER, strictioris Observantiæ alumnus in Recollecta Provincia Argentinæ, Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, ac Diffinitor elaboravit:

*Supplementum Theologiæ Moralis Decalogalis R.P. Fr. Patritij Sporer, de Legibus, ac statu Clericali Religioso, ac Laicali, necnon de Censuris, & Irregularitatibus.* Venetijs apud Nicolaum Pezana 1726. in fol. Vidi.

*Supplementum Theologiæ Moralis ejusdem de Sacramentis, Baptismi, Confirmationis, & Extrema-Unctionis, de In-*

*dulgentijs, & Jubilæo.* His accessere: *Centifolia Theologica, & Alphabetica Ballarum Pontificalium.*

*Propositiones damnatæ ab Alexandro VII. Innocentio XI. Alexandro VIII. & Clemente XI.* Ibidem, ac eisdem typis in fol. Hæc omnia prodierunt ibidem in tertia editione omnium operum laudati Fr. Patritij Sporer, quem quæras inferius in hac Bibliotheca. Edidit etiam Germanicè:

*De Seraphica Religione,* volumen in 8. annq 1729. vti legitur in Catalogo Joannis Andreæ de la Haye edito Ingolstadtij, anno 1729.



## L



LUDOVICUS, Galliarum Rex optimus Tertij Ordinis Minor. jubar, quem sanctitate, ac miraculorum gloria illustrem Bonifacius Octavus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit, & cujus miranda acta describunt innumerum Authores in Martyrologio Franciscano ad diem 25. Augusti, §. 1. & sequentibus ab Arturo aducti, Scriptoribus, & meritò adscribitur; ejus enim sunt:

*Pragmatica-Sanctio*num, quam habes tom. 3. Bibliothecæ Veterum Patrum editionis Coloniensis.

*Memorable cum Raymundo Tolosatum Comite foedus.* Extat ibidem tom. 6.

*Epistola diffusa de sua captivitate, & liberatione.* Habes apud Melissanum in Supplementis Uvadingi, ad annum Christi 1250. num. 5. Incipit: *Ad decus.*

*Institutiones Sanctissimæ sub mortem*

*Philippo primogenito collecta, & testamentum.* Habentur in Collectione *Scriptorum Historia Franciæ* Andreæ Duchésnij, tom. 5. apud Uvadingum ad annum salutis 1270. apud Surium tom. 4. Illust. Cornejo tom. 2. lib. 2. cap. 16. Hispanicè, quodque, ac Gallicè apud eos, qui ejus vitam exararunt, quorum Catalogum recenset Arturus ibidem, maximè §. 46. *In Testamentum* ipsius sex libros composuit Thevenellus editos Luretiae anno 1627. Meditationes in *eius vitam* excusæ fuerunt Parisijs anno 1631. Sedulius quoque Commentarijs illustravit. Bonifacius VIII. Papa Conciones duas habuit in ejus Canonizatione; Joannes Morellus tres Hymnos; Urbanus VIII. antequam Summi Pontificatus apicem conscenderet Poemam verè Panegyricam; V. Laurentia Strozia Dominicana Hymnum, Fr. Guilielmus Esbran, Minorita, carmen sapientum ejus in laudem cecinerunt ab Arturo ibidem exscripta à fol. 375. Subjicio Jacobi Bidermani sequens epigramma;

Inter Idumæ Ludovicus damna potitas  
Ut Cruce barbaricas audijt esse manus:  
Liligeri abiciens in honora cacumina ferti;  
Et trabeam, & Tyrio vellera pota cado,  
Quid Pastana juvent mea me violaria? dixit:  
Quid mea gemmato nobilis Aula tholo?  
In miseris squalet si Crux mea sordibus; inter  
Eoas vertex dum meus ardet opes?  
Initor; i Regum decus, i grave dedecus Aurum;  
Nunc alio cultu Regia vestis eget.  
Ite Palatini laquearia gemmea tecti,  
Tecta cruce capta Sardonychata decent:  
Mutentur gemme, vt vinculis, & vincula gemmis;  
Detur Gemma cruci, sed mihi Vincla crucis.

LACTANTIUS ARCTARIUS, Calaber, Ceroponitanus, ex Minoritis Conventualibus, Theologus, ac insignis Concionator, vernaculè emisit:

*Conciones à se habitas.*

*Poemata vernacula, & Latina:*

*De Monarchia Ecclesiastica, lib. 2:*

*Tom. II.*

*De Prædestinatione, lib. 1:*

*Repertorium SS. PP.*

*Artem concionandi.*

*Conceptus Quadragesimales.* Fides sit apud Tolosianum, & Uvadingum. Insuper, ex Antonio Teisserio in suo Catalogo evulgavit:

Z 2

Ora

*Orationem habitam in obitu Cardinalis Silleti.* Neapoli per Horatium Salvionum 1786. in 4. Demùm gravissimam:

*Orationem habitam in Synodo Metropolitana Regiensi.* Ibidem eisdem typis 1775. in 4. ex Nicolao Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana, littera L.

**LACTANTIUS DE INTERAMNIA**, Italus, Provinciæ S. Francisci Minorum Capuccinorum alumnus, Vir mente, & corpore purus, ac dono lachrymarum decoratus, ineditum reliquit:

*Volumen Epistolarum Moralium, & spiritualium varij generis*, asservatum in Conventu Fuderti, quo cursum felicissimè consumavit anno 1619. De eo Genuensis, & tomo 3. Annalium Matiscoensis.

**LADISLAUS A GÉSNONO**, natione Pannonius, insignis Concionator, atque Vir sanctissimus (quem malè Hungara, Asturus, & alij à Ladislao Hungaro genere Schyta, minimè distinguunt) pluribus patris miraculis, plura quoque

*Opuscula*, devotionem excitantia, quæ hodie extant, reliquit, tum Latino, tum Polonico sermone. Edidit insuper:

*Rythmos propriam conversionem, ac vitam concernentes.* Fragmentum subijcio, quo constat Minoriticum induisse habitum ad annum 1462. diè 1. Augusti, quo die mundo natus erat:

*Anno Christi milleno quadin sexin secundo,*

*Ad vincula S. Petri accepi vincula claustris:*

*Me Petrus genuit in Gésnono, Petrus, & Almus*

*Claustro me clausit, vinclaque meae tulit:*

*Grates Deo reddo, cantando cum Cytharista,*

*Dirupisti me vincula, alme Deus:*

*Gratias sit misero, ut persolvam vota mea,*

*Ut benè persolvam, gratia sit misero.*

Marracius in Appendice ad suam Marianam Bibliothecam, eum appellat *Gielnovum* (vti in suis Religiosis Marianis, cap. 10.) subjungens etiam edidisse

*Sermones Rythmos, & Cantinelas plures in laudem Deiparae semper Virginis*, ad Dominumque migrasse anno 1505. diè 4.

Maji. Demùm, ex Haroldo ad annum 1505. §. 13. scriptos reliquit

*Sermones de Tempore, ac de Sanctis.* Certam deinde normam præscripsit recitanda *Corona Deipara Virginis*, quam Christi Passionis Mysteriorum, & dolorum, gaudiorumque ipsius Virginis meditatio committatur. Actum est de ejus Canonizatione, eum quoque in totius Regni, ac specialem, Civitatis Varaviensis, Patronum, Poloni elegere, cujus Imago radijs ornata, ac intus cernitur in lapide apposito ad dexteram Aræ majoris, ab anno 1572. in Conventu S. Annæ ejusdem Urbis.

**LADISLAUS MARSOMI**, Provinciæ Poloniæ alumnus, doctrina, ac sanctitate clarus scripsit, recensente Uvadingo:

*Carmina super Magistrum Sententiarum.* Insupèr, attestante quoque Jacobo Le-Long, pag. 848. suæ Bibliothecæ Sacræ, exposuit

*Vetus, & Novum Testamentum.* Obijt Marsomi anno 1508.

**LAMBERTINUS PANARIENSIS**, Minorita, Authore mihi Thomasio, pag. 63. Bibliothecæ Patavinæ, edidit

*Postillas super Ecclesiastem.* Consentit Jacobus Le-Long in sua Biblioth. Sacra, pag. 818.

**LAMBERTUS BENOIST**, Minorita, Belga, emisit in charta expansa

*Appendicem de Immaculata Conceptione Virginis*, exscriptam à nostro Alva, col. 898. suæ Militiæ.

**LAMBERTUS DE ESPES DE GRACIA**, Hispanus, Cæsaraugustæ natus, Regul. Observ. Provinciæ Aragonum alumnus, ac Definitor, ad prælum paratum habebat vernaculè volumen inscriptum:

*Exercitia spiritualia*, dum Fr. Didacus Murillo Catalogum texeret Cæsaraugustanorum scriptis clarorum, vi observavit Nicolaus Antonius, tom. 1. Bibliothecæ Hispanæ. Consule laudatum Murillo in sua Historia Dominæ nostræ del-Pilar, tractatu 2. cap. 51. fol. 443. Obijt anno 1619.

**LAMBERTUS MASPURGENSIS**, Germanus, ex Minoritis Capuccinis Provinciæ Baviaræ, Ecclesiastes, ac Diffinitor, Vir in Sacrarum Litterarum intelligentia admodum versatus typis dedit

*Libros quinque Controversiarum contra Lutheranos, & Calvinistas.* Monachij 1684. Vivebat anno 1690. Ex Genuensi, ac Dupino, sæculo 17.

LAM-

**LAMBERTUS PEVEE**, Minorita, Belga, inter alia, quæ ad manus meas non devenere, opus egregium condidit sub titulo:

*Gloria Immaculata Virginis Mariæ totius Ordinis Seraphici Patrona, varijs Sacra Scriptura lectis, & Chronicis adumbrata, & 23. Anagrammatibus prorsus puris, ex Angelicæ Salutatione integra, prout ab Ecclesia recitanda proponitur deductis, exornata.* Excudit noster Alva à col. 893. suæ Militiæ Universalis.

**LAMBERTUS A S. TRUDONE**, Belga, strictioris Observ. Reformatorum Provinciæ Principatus, Vir pietate, & doctrina non ignobilis, olim Prov. Germaniæ inferioris alumnus elucubravit, recensente Uvadingo,

*Speculum Ordinis Minorum, seu varia Ordinis monumenta.*

*Varias doctrinæ Resolutiones in Regulam Fratrum Minorum, luce dignas.*

*Tractatum de congruo, & licito modo, quo Minorita recurrere possunt ad pecuniarum subsidium.*

*Coronam Beatissimæ Virginis Mariæ*, in qua ad singulas vices, quibus recitatur Salutatio Angelica, adhibetur metrum Latinum, in quo pars aliqua Vitæ Christi,

aut B. Virginis ordinatè ad memoriam revocatur, hoc præfixo titulo: *Vita, & Passio Domini nostri Jesu Christi, necnon Sanctissimæ Matris Domine nostræ: sua per Coronam recitandæ, & contemplandæ.* Claruit circà annum 1600. Luadatur à Marraccio part. 2. suæ Bibliothecæ Marianæ.

**LAMBERTUS UVILLOT**, patruus Fr. Henrici Uvillot superius laudati, Vicius, Biezensis in Arthesia, Namurcensis, & Leodiensis Guardianus, pietati in seipsum aliisque promovendæ summopere studuit, pijs opusculis componendis totus intentus. Prodiit vnum, ait Uvadingus, quod prænotavit:

*Varij fidei Sponsæ affectus, quibus erga Sponsam Redemptorem dulcissimum varietè illa fertur, quos quatuordecim iconibus expressit, adjunctis ex Sacra Scriptura proprijs sententijs, quæ cujuslibet imaginis significationem referant, libellum que explicationis adjunxit.* Obijt Leodij ex adverso majoris Aræ tumultus. Mariori, quo tegitur, hæc incissa sunt. In capite duarum lucernarum figuris hæc verba adjecta leguntur: **LAMPADES EJUS IGNIS, ATQUE FLAMMARUM.** In corpore lapidis hæc:

Religiosissimo in Deum  
Theotocon Mariam Sacerdoti

Ecclesiastæ ardentissimo

P. Lamberto Uvillot hujus Conventus

Cœnobiarchæ Meritissimo

Discipuli moesti posuerunt.

Obijt octavo Kal. Majas

Anno M. D. LXXIX.

Inferius vero ista: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut ardeat.*

**LANDULPHUS CARACIOLUS**, nobilis Neapolitanus, Minorita, Doctor Parisiensis, Scoti Auditor, Regni Siciliae Logotheta, primùm Episcopus Stabiarum in Regno Neapolitano, deinde Archiepiscopus Amalphitanus, minimè penitenda scripsit, ex quibus extant:

*Commentaria Moralia in 4. Evangelia.* Neapoli 1637. in 4. vi recenset Jacobus Le-Long, pag. 667. suæ Bibliothecæ Sacrae Tom. II.

cræ. Asservantur M. S. in Conventu S. Francisci Amissiensis.

*In quatuor libros Sententiarum.* Extant Patavij in Bibliotheca S. Antonij, & aliud exemplar Cantabrigiæ in Archivio Collegij Caij, & alibi, vt refert Bunderus, fol. 422. Neapoli in Bibliotheca S. Laurentij, ait Nicolaus Toppi in sua Neapolitana Bibliotheca, habentur pluteo 16.

*Commentaria in 2. Sententiarum absq. initio, expliciunt vero ita: Explēt. s. d. h. l. a. questionum super 2. Sententiarum. s. d. h. l. a.*

Z 3

UNA

*landum Patrem Landulphum de Neapoli Sacre Theologie Doctorem, de Ordine FF. Minorum.* Ejus Commentaria in primum Sententiarum, teste Bundero, pag. 422. suæ Bibliothecæ Dominicanæ incipiunt: *Nolite multiplicari loqui sublimia.* Ex ejus Commentarijs in tertium Sententiarum quamplures auctoritates exscribit Episcopus Azernensis in suo Elucidatio Conceptionis, part. 2. Demum ejus

*Commentaria in 2. Sententiarum edita sunt in fol. Initium: Fundamentum primum faspis.* Est editio antiqua, quam vidi in Bibliotheca Hispanensis Ecclesiæ, & Valentis in Bibliotheca PP. Dominicanorum.

*Possilla in Scripturam, quæ extat Patavij.* Præcipue verò:

*In Zachariam.*

*In Epistolam ad Hebræos,* recensente post alios Le-Long, pagina 667. suæ Bibliothecæ Sacræ, & Fabiano Justiniano in suo Catalogo.

*Sermones de Tempore,* quorum Prologus incipit: *Sincera charitatis, &c. Fratris Monaldo de Persijs, Ordinis Fratrum Minorum professori in Romana Curia, Fr. Landulphus de Neapoli Religionis ejusdem, Sacre Theologie Doctorem exiguus, æternæ paternitatis dulcedinem.* Eos invenit M.S. noster Alva apud Canonicos S. Crucis Colonis in 4. num. 30. Et in Bibliotheca Toletana S. Joannis Regum, capta AA. num. 55.

*Tractatus de Conceptione Virginis.* Citatur à Episcopo Azernensi in suo Elucidario Conceptionis passim, maxime verò part. 2. columna 2. inquit: *Landulphus Neapolitanus hanc conclusionem tenet, & acerrime defendit, & tractatum de hujusmodi materia composuit, &c.*

*Sermones de Exaltatione S. Crucis.* Habentur M. SS. in Bibliotheca Vaticana.

*Oratio ad Papam nomine Regine Siciliæ.* Extat ibidem. Demum ex Uvadingo, Uvillor, & alijs:

*Quolibet Theologica.*

*Collationes spirituales.* Sedit annos propè viginti, obiitque, nomen, & laudem affecutus docti, pii, ac Sancti Pastoris circa annum 1350. Pluribus de eo Arturus ad diem 1. Martij, §. 2. in Martyrologio Franciscano.

LANDULPHUS N. incerti nominis, ignotaque Patriæ, teste Uvadingo ex Uvillor, scripsit:

*In primum Sententiarum.* Eumque citat

inquit, Author Summæ Angelicæ. Sed pace utriusque Viri, Landulphus in Summa Angelica allegatus minime distinguitur à Landulpho Archiepiscopo, de quo immediatè egi.

LANDULPHUS N. alter, etiam absque cognomento, qui floruit ann. 1462. scripsit.

*In secundum Sententiarum.* Fides sit apud Eysengrenium, & Uvadingum.

LAUDANTIUS ALCIDES, Messanensis, ex Minoritis Conventualibus, Sacræ Theologiæ Doctor, Difinitoris generalis munere functus, Italicè edidit:

*Conciones Sacras Panegyricas.* Messanz apud Vincentium Amicum 1686. in 8. Vivebat anno 1714. Meminit Antonius Mongitore, tom. 2. suæ Bibliothecæ Siculæ.

LAURENTIUS ACCHERUNTIA, seu ACCERENZA (de quo Fr. Bonaventura à Fassano in suis Memorabilibus Provinciæ S. Nicolai, parte 2.) bis Provincialis Visitator in Provincijs S. Angeli, ac Terræ-Laboris, Definitor Generalis Ordinis, necnon Pœnitentiarius Apostolicus, & Apostolicus Visitator in Provincijs Mediolani, & Genæv, ineditum reliquit:

*Commentarium super tertiam Sententiarum Scoti,* cujus M. S. adseruatur in Bibliotheca Conventus Aquæ vivæ Provinciæ S. Nicolai Regul. Obiit.

LAURENTIUS APONTE, Neapolitanus, Minorita. Hæc Crovæus in suo Elencho in *Sacram Scripturæ* impedito Londini in 8. anno 1672. pag. 240. subdens: Ejus in Matthæum Commentaria lit. & moral. exc. fol. Lugd. 1641.

*In Sapientiam Salomonis,* fol. Parisijs 1629. Et ad oram hæc habet: Obijt Compluti 1639. æt. s. 64. Cæterum Crovæus dilucidè fallitur; non enim *Aponte* professionem inter Franciscanos emisit, sed inter Clericos Minores.

LAURENTIUS AURELIANENSIS, Gallus, Concionator Provinciæ Turoniz Minorum Capuccinorum, & à Confessionibus Capuccinarum Aurelianensis Monasterij, Vir devotis moribus instructus, prælo dedit, recensente Genuensi, opus sic inscriptum:

*Mors mystica, seu mors vitæ propriæ animæ per voluntariam ipsius demissionem in manum Dei.* Paribus tribus. Parisijs ann. 1684.

LAURENTIUS BORDOGNA, Italus,

his; Bergomensis, strictioris Observantiæ alumnus, Vir pius, & doctus, ac Divini Verbi Concionator excellens, edidit: ut in sua Scena Scriptorum Bergomiensium, testatur Donatus Calvo:

*Martiale.* Obijt 1646. Laudatur à Mariano in Append. ad suam Bibliothecam Marianam.

LAURENTIUS BOURGOINUS, Doctor Parisiensis *Scholæ*, ac *Indolibus* exornavit opera omnia S. Augustini, uti excusa extant: De eo Uvillorus, ac Antonius Daza, part. 4. Chron. Ordinis, lib. 3.

LAURENTIUS BRANCHATUS, Italus, strictioris Observantiæ Reformatorum Provinciæ Terræ-laboris, tria volumina edidit:

*De Deo Trino, & Uno.*

*De Angelis.* Evulgata fuerunt Neapoli, teste Fr. Dominico Gubernatis, tom. 2. Orbis Seraphici, lib. 7. cap. 9. num. 359.

LAURENTIUS BRANCATIUS DE LAURIA (quod Oppidum est Lucaniæ) Vir doctrina conspicuus, & à virtutibus religioso Viro dignis, clarus, primitus inter suos sodales Conventuales Provinciæ S. Nicolai laurea donatus, deinde Romæ ab Alexandro VII. cui sicuti Clementi IX. ac X. gratissimus fuit, ornatus, ac demum Bibliothecæ Vaticanæ primus Custos, & S. R. E. Cardinalis, posteritati dedit multas, ac egregias elucubrations, quarum Catalogum subijcio:

### Opera impressa.

*Commentaria in 4. libros Sententiarum Subt. Doct.*

Tomus primus, in quo disputatur de *Sacramentis in genere, de Baptismo, & Eucharistia.* Romæ ex typographia Hæredum Manelphij, anno 1653. in fol. Vidi.

Tomus secundus, in quo continentur *Disputationes 24. de Pœnitentia Virtute, & Pœnitentia Sacramento.* Ibidem typis Angeli Bernabò 1656. in fol. Vidi.

Tomus tertius de *Sacramentis Confirmationis, Ordinis, Extremæ-Uncionis, & Matrimonij.* Ibidem apud Vitalem Mascardum 1662. in fol. Vidi.

Tomus quartus de *Novissimis Paradiso, Inferno, Purgatorio, Limbo, seu statu parvulorum.* Ibidem per Hæredes Corbelleti 1665. in fol. Vidi.

Tomus quintus, in quo de *Virtutibus Cardinalibus, & virtute heroica.* Ibidem, ac typis eorundem 1668. in fol. Vidi.

Tomus sextus de *Virtutibus Theologicis in genere, de Fide propagata, & propaganda Missionarijs, Martyrio, Hæresi, & Pœnis Hæreticorum.* Ibidem ex typographia S. Congregationis de Propaganda Fide 1663. in fol. Vidi.

Tomus septimus de *Spe, Charitate, Donis Spiritus Sancti, Beatitudinibus, Gratiæ habituali, Gratijs gratis datis, & specialiter de Miraculis.* Romæ apud Hæredes Corbelleti 1676. in fol. Vidi.

Tomus octavus de *Incarnatione.* Ibidem, ac eisdem typis 1682. in fol. Vidi.

*Epitome Canonum Conciliorum Generalium, & Provincialium, Decreti Decretalis, Epistolarum Decretalium, & Constitutionum Pontificiarum usque ad Alexandri VII. annum 4.* Romæ typis Mascardi 1659. Venetijs per Milochium 1673. Colonia 1685. Vidi.

*Opuscula octo de Oratione Christiana, ejusque speciebus in Tyronum orantium gratiam.* Romæ typis Corbelleti 1685. in 4. Vidi.

*Opuscula tria de Deo quoad opera prædestinationis reprobationis, & gratiæ actualis, ad commodum Tyronum S. Augustini doctrinæ studiosorum.* Romæ typis eisdem 1687. Vidi in 4.

*Vita armonice composita juxta quatuor Evangelistas.*

*Compendium Cardinalis Baronij.*

*Compendium Nicolai de Lyra.* Hæc tria typis mandata sunt studio P. Comandæ Conventualis Parochi Romani Conventus SS. Apostolorum, teste Coronelli, tom. 6. Bibliothecæ Universalis, num. 2829.

*Dissertationes variae.* Romæ ex typographia Nicolai Angeli Tinaij in fol. Vidi. Dissertationes istæ sunt octo:

1. *De Privilegijs, quibus gaudent Cardinales in proprijs Capellis.*

2. *De Optione sex Episcoporum S. R. E. Cardinalium.*

3. *De Pactionibus Cardinalium, quæ vocantur Consilii Capitula.*

4. *De Sacro Viatico in extremo vita periculo certantibus exhibendo.*

5. *De Potu Chocolatis.*

6. *De Regulis SS. PP.*

7. *De Benedictione Diaconali.*

8. *De Altarium consecratione, Devota laudis ad Sanctissimam Trinitatem oratio.* Romæ 1695. in 12.

\*\*\* \*\*

## Opera inedita.

*De Jurisdictione S. Officij*, tomos 3.  
*Vota pertinentia ad S. Officium*, volumin. 8.

*Theologia Scholastica*, tomos 4. quibus, Authore Fr. Angelo Vulpes. Minorita, numerus tomorum 16. ejusdem Theologiae completus est.

*Concordantia Evangeliorum.*

*De Examine Episcoporum varis.*

*Opuscula demum alia eruditissima*, sed incompleta, vti recenset laudatus Coronelli, & Gregorius Josephus Eggs in sua Bibliotheca Purpurata, nec mirum, triennio enim vidit, ac legit omnia Concilia Generalia, & Provincialia, Jus Canonicum, tres tomos P. Salleles, tomos quatuor Bullarum Romanarum, tomos 12. Cardinalis Baronij, libros quatuor Damasceni de Fide Orthodoxa, vique ejus verbis utar agentis de operibus S. Augustini: *Opera*, inquit, *in partes undecim* :: in mea Basilienensis editione anni 1506. *divisa, verbatim usque ad octavam legi, studui, & in compendium Alfabeticum mea manu redigi.* Annos æternos in mente habens læthaliterque decumbens, gravi Purpuratorum mærore, interroganti Malpighio Pontificis Medico de valetudinis statu: *In statu se esse*, respondit, *expectantis beatam spem, & adventum gloria Magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi.* Denique omnibus munitis Sacramentis ad Cœlestia migravit die vltima Novembris 1693. Sepultus in Basilica duodecim Apostolorum, cum hac brevi inscriptione: OSSA FR. LAURENTIJ BRANCATI DE LAURIA. Modestissimam quam suo lapidi sepulchrali designaverat vivens, subijcio:

Offa Fr. Laurentij Brancati  
Card. de Laurea Ord. Min. Cony:  
Olim Tutelaris  
Postea Titularis  
Hujus Basilicæ  
Sanctorum XII. Apostolorum  
Orate pro eo.



Merito R. P. Fr. Hyacinthus Serri, Doctor Sorbonæ Ordin. Prædicatorum in funebri ejus Oratione, parte 3. *Ite nunc*, exclamabat, *quos scientiarum tantum gloria movet, ac delectat, prædicare quam volentis Sacra Theologia reconditissimam eruditissimum, Pontificij, Casareique juris studium ingens; Asceticæ scientia peritiam nulli non impari; Scripturarum, ac PP. lectionem immensam; Historia autem prophæta, tum sacra plenissimam cognitionem: ego vnanime pijs ejus manibus humilitatem gratulor, &c.* Laudatur tomo 2. *Expositionis Hist. panice S. Jacobi*, num. 67.

LAURENTIUS BRIXIANUS, Minorita, testibus Uvadingo, & Sannig in suis Catalogis, edidit:

*Tractatum de Formalitatibus Scotti.*

LAURENTIUS A BRUNDUSIO, Italus, Provinciæ Venetæ Minorum Capuccinorum alumnus, ejusdemque, ac Genuensis, & Etruriæ Provincialis Minister, Vir non solum inter sodales, verum etiam ob ejus eximias virtutes, ac zelum Propagandæ Fidei, Principibus, Regibus, ac Christi Vicarijs charissimus, totique Orbi penè notus, & miraculorum gloria illustris, pro quibus, ejusque vita, autoritate Ordinarij, Neapoli fabricati sunt processus; plura pijsimè scripsit, è quibus, vt oculatus testis, hæc recenset Fr. Dionysius Genuensis, pag. 215. suæ Bibliothecæ. Extant igitur:

*Expositio in Ezechielem.*

*Sermones de Tempore.*

*Epistole quatuor pro perfectâ Seraphicâ Regula Observantia.*

*Tractatus de modo concionandi, in quo assignantur multe Regule novis Prædicatoribus necessariae.* Eum commendant apud laudatum Genuensem, Dominicani Fernandez, Lopez, & Gravina, missis Domesticijs. Ulyssipone, dum apud Regem res gravissimas ageret migravit ad Dominum, anno 1619. die 22. Julij, eoque defuncto, vivax in ejus reliquijs gratia sanitatum permanit. Ejus funera, vti narrat Genuensis, in omnibus ferè Europæ Civitatibus solemniter, & devotè celebrata; per pluresque annos Veronæ commemorata sunt, in hujus enim Civitatis nomine, & in grati animi obsequium epitaphium hoc, tumulo appositum recensetur:

Laurentium Brundusium  
Divini eloquij Concionatorem  
Ex Ordine Seraphico  
Capuccinorum  
Nostra tempestate primarium  
Nihil terreni habentem  
In terris commorantem aspeximus.  
Ad Coelum nunc translatum intueamur  
Cujus intanminati mores  
Vita irreprehensibilis  
Mors Religiosissima  
Innumera miracula  
Fama sanctissima  
Sunt in causa, vt Pastor Summus  
Inquisitione non levi præambula  
Palam profiteatur  
Ejus nomen inter Divos referre,  
Quod nunquam tam citò evenisse  
Nos monumenta docent  
Hunc itaque Patronum apud Deum eligamus,  
Ut petitionum nostrarum  
Compotes fieri certò certius sperare  
Possimus.

LAURENTIUS CARDOSO, seu CARDUSIUS, Italus, Lucensis, strictioris Observantiæ Provinciæ Tuscianæ, titulis præclare meritis, Vir sana eruditione, & multa in Deiparam semper Virginem devotissime decorus, posteris transmisit sermone Italico opus prænotatum:  
*Villa Regia Mariæ Virginis.* Venetijs 1630. toms 2. Testatur ex Marracio Fr. Petrus Alva, col. 908. suæ Militiæ. Scripsisse *Opuscula alia* non spernendæ lectionis recenset Fr. Antonius Terrinca, part. 3. tit. 1. pag. 207. sui Theatri Tuscianæ.

LAURENTIUS A CASAMAXIMA, Italus, Regularis Observantiæ Provinciæ

S. Nicolai, anno 1645. quo clarebat, ad prælum maturum habebat opus inscriptum:

*Mortuorium sacrum Jesu, & Mariæ,* Italicè. Ex Bonaventura de Fasano in *Historia M. S.* laudatæ Provinciæ, & part. 2. Memorabilem ejusdem Provinciæ impresse Barij in 8. anno 1656. quo Author vivebat.

LAURENTIUS COLTRI, Italus, ex Minoritis Capuccinis, à Genuensi illaudatus, professione Laicus, opus mysticum edidit, ac perutile in duas partes distributum, Italicè idioma. Ejus inscriptio:

*Viridarium anima.* Amplectitur vtraque

que pars colloquia ad contemplationem spectantia. In fine partis primæ habes ligato sermone:

*Coronam dulcissimi nominis Jesu.* Colloquio 22. part. 2.

*Glossam super sequentiam Defunctorum, dies ira,* ligato quoque sermone. Prodiit Venetijs ex typographia Joannis Francisci Valvasensis 1652. in 16. Vidi.

**LAURENTIUS A CONCHA,** Hispanicè *Carnes*, Hispanus, Minorita, teste Nicolao Antonio, ex Uvadingo emissit:

*Homilias varias in Evangelia.* Matriti 1602. in 4.

**LAURENTIUS CORBOSA,** Etruscus, hujusque Provinciæ alumnus anno 1627. evigilavit:

*Lectiones 46. super Psalmum 86. & super caput 24. Ecclesiastici.* Ex laudato Terrinca. Ibidem, & Uvadingo.

**LAURENTIUS CORRADUCIUS,** Minorita, Italus, Patria Fabrianensis, exaravit:

*Conciones ficticias.*

*Conciones feriales.* Vidit Tosignianus M. S. Fabriani in Conventu S. Francisci, ubi extare testatur etiam Uvadingus.

**LAURENTIUS COZZA A S. LAURENTIO,** Italus, Regul. Observantiæ Provinciæ Romanæ. Vir singulari prudentia, suavitate, ac eruditione præditus, qui muneribus Lectoris Jubilati, Guardiani Montis Sion, totiusque Terræ Sanctæ Custodis, Sacræ Congregationis Indicis Consultoris, Qualificatoris Supremæ Romanæ Inquisitionis, ac demùm Ministerii Generalis totius Ordinis summa cum laude functus, tam bene de Ecclesiâ

meritus exitit, ut eum Benedictus XIII. Pont. Max. in Collegium S. R. E. Cardinalium cooptaverit; publici juris fecit:

*Historiam Polemicam de Græcorum schismate ex Ecclesiasticis Monumentis,* opus egregium excusum Romæ in officina Georgij Placho, annis 1719. ac 1720. voluminibus 4. in fol. Vidi.

*Commentaria Historico Dogmatica in Librum S. Augustini de Heresibus ad quod vult Deum.* Ibidem typis ejusdem anno 1707. voluminibus 2. in fol. Amplectitur hæreses à Simone Mago, usque ad Marcionem. Vidi.

*Tractatum Dogmatico-Moralem de Festis Ecclesiasticis,* tripertitum. Ibidem per eundem 1724. in fol. Vidi.

*Vindicias Areopagite, una cum antiqua Ecclesiâ discipulis circa varios Ritus, & Apologia Joannis Novij pro scriptis Areopagitis.* Ibidem apud eundem 1702. in 4. Imperiali. Vidi.

*Dubia selecta emergentia circa sollicitudinem in confessione Sacramentali.* Romæ per eundem Plachum 1709. in 8. Vidi. Adjecta habes nonnulla Decreta ad S. Officium pertinentia, necnon damnatas propositiones à Martino V. & Clemente XI.

*Vitam S. Dionysij Areopagite cum annotationibus pro Parisiensis Episcopatu.* Prodiit una cum ejus *Finâtiis.* Mentionem de tanto Viro facit Jacobus Le-Long, pag. 88. suæ Bibliothecæ Gallicæ, sed fuisse Fr. Franciscanum à Jesu Maria in suo *Patrimonio Seraphico*, lib. 5. cap. 4. Plura suppeditat ejus sepulchrale elogium, quod Romæ in Aracoelitana Ecclesiâ incisum extat, ut sequitur:

D. O. M.

Laurentio tit. S. Mariæ de Araceli Presb. Card. Cozza  
Ordinis Minorum

Eximie Religionis, doctrinæ, ac prudentiæ Viro,  
Ob rem pro Cath. Ecclesiâ in Oriente præclarè gestam,  
Ac Apostolicæ Sedis jura vindicata

In Urbe claro,

De litteraria Republica

Plurimis sacre eruditionis voluminibus editis

Optimè merito;

Morum suavitate, ac rerum agendarum peritia

Omnibus accepto,

Qui

In Franciscano sodalitate

Per omnes honorum gradus, probatus;

Pluribus Magistratibus

Ac Hierosolymitana præfectura

Magna cum laude functus

A Clemente XI. P. M. Gismontanæ Fratrum suorum

Familiæ

Regimini admotus

In vniuersis deindè sui Ordinis Comitijs

Romæ anno M. D. CC. XXIII. habitis,

Præsidente Innocentio XIII. Summ. P.

Supremus totius Franciscani Coetus

Moderator renunciatus;

Demùm à Benedicto XIII. P. M. inter S. R. E.

Cardinales

Omnium bonorum plausu cooptatus

Mox magnæ spei ereptus publico ferè luctu

LXXV. annis natus diem extremum clausit:

Anno Christi salutis M. D. CC. XXIX.

Alexander Cardo Falconerius ex test. fiduciali hæres:

Quadraginta annor. amico

Ingenti animi mærore

M. P.

LAURENTIUS DE LA CUEVA,  
ex Minoritis Hispanis, versibus dedit vul-  
garis linguæ:

*Conversionem Beatissimi P. N. Francisci.*  
Compluti apud Joannem Garciam 1619.  
in 8. Ex Nicolao Antonio, tom. 2. Biblio-  
thecæ Hispanæ, pag. 2.

LAURENTIUS FASSANO VIO-  
LA, Neapolitanus, Reg. Observ. Prov.

Terræ-Laboris, recensentibus Uvadingo;  
ac Nicolao Toppi in suis Syllabis, edi-  
dit:

*Arcana ferè omnia, tum Theologiæ, tum  
Philosophiæ, questionis disputatas, & vlti-  
mas voluntates Subtilissimi Doct. Joannis  
Scoti.* Neapoli apud Tarquinium Lon-  
gum 1618. in 4. Vidi.

*Tractatum de adjuvandis infirmis ad pie-*



que pars colloquia ad contemplationem spectantia. In fine partis primæ habes ligato sermone:

*Coronam dulcissimi nominis Jesu.* Colloquio 22. part. 2.

*Glossam super sequentiam Defunctorum, dies ira,* ligato quoque sermone. Prodiit Venetijs ex typographia Joannis Francisci Valvasensis 1652. in 16. Vidi.

LAURENTIUS A CONCHA, Hispanicè *Guena*, Hispanus, Minorita, teste Nicolao Antonio, ex Uvadingo emisit:

*Homilias varias in Evangelia.* Matrili 1602. in 4.

LAURENTIUS CORBOSA, Etruscus, hujusque Provinciæ alumnus anno 1627. evigilavit:

*Lectioes 46. super Psalmum 86. & super caput 24. Ecclesiastici.* Ex laudato Terinca. Ibidem, & Uvadingo.

LAURENTIUS CORRADUCIUS, Minorita, Italus, Patria Fabrianaensis, exaravit:

*Conciones festivas.*

*Conciones feriales.* Vidit Tosignianus M. S. Fabriani in Conventu S. Francisci, ubi extare testatur etiam Uvadingus.

LAURENTIUS COZZA A S. LAURENTIO, Italus, Regul. Observantiæ Provinciæ Romanæ. Vir singulari prudentia, suavitate, ac eruditione præditus, qui muneribus Lectoris Jubilati, Guardiani Montis Sion, totiusque Terræ Sanctæ Custodis, Sacræ Congregationis Indicis Consultoris, Qualificatoris Supremæ Romanæ Inquisitionis, ac demùm Ministeriatus Generalis totius Ordinis summa cum laude functus, tam benè de Ecclesia

meritus exitit, vt cum Benedictus XIII. Pont. Max. in Collegium S. R. E. Cardinalium cooptaverit; publici juris fecit:

*Historiam Polemicam de Græcorum schismate ex Ecclesiasticis Monumentis,* opus egregium excusum Romæ in officina Georgij Placho, annis 1719. ac 1720. voluminibus 4. in fol. Vidi.

*Commentaria Historico Dogmatica in librum S. Augustini de Hæresibus ad quod vult Deum.* Ibidem typis ejusdem anno 1707. voluminibus 2. in fol. Amplectitur hæreses à Simone Mago, vsque ad Marcionem. Vidi.

*Traclatum Dogmatico-Moralem de Festiis Ecclesiasticis, tripartitum.* Ibidem per eundem 1724. in fol. Vidi.

*Vindicias Areopagite, vna cum antiqua Ecclesia disciplina circa varios Ritus, & Apologia Joannis Novij pro scriptis Areopagiticis.* Ibidem apud eundem 1702. in 4. Imperiali. Vidi.

*Dubia selecta emergentia circa sollicitudinem in confessione Sacramentali.* Romæ per eundem Plachum 1709. in 8. Vidi. Adjecta habes nonnulla Decreta ad S. Officium pertinentia, necnon damnatas propositiones à Martino V. & Clemente XI.

*Vitam S. Dionysij Areopagite cum annotationibus pro Parisiensi Episcopatu.* Prodiit vna cum ejus *Vindicijs.* Mentionem de tanto Viro facit Jacobus Le-Long, pag. 88. suæ Bibliothecæ Gallicæ, sed fultè Fr. Franciscus à Jesu Maria in suo *Patrimonio Seraphico*, lib. 5. cap. 41. Plura suppeditat ejus sepulchrale elogium, quod Romæ in Aracclitana Ecclesia incisum extat, vt sequitur;

D. O. M.

Laurentio tit. S. Mariæ de Araceli Presb. Card. Cozza  
Ordinis Minorum

Eximiæ Religionis, doctrinæ, ac prudentiæ Viro,  
Ob rem pro Cath. Ecclesia in Oriente præclarè gestam,

Ac Apostolicæ Sedis jura vindicata

In Urbe claro,

De litteraria Republica

Plurimis sacræ eruditionis voluminibus editis

Optimè merito;

Morum suavitate, ac rerum agendarum peritia

Omnibus accepto,

Qui

In Franciscano sodalitate

Per omnes honorum gradus, probatus;

Pluribus Magistratibus

Ac Hierosolymitana præfectura

Magna cum laude functus

A Clemente XI. P. M. Gismontana Fratrum suorum

Familiæ

Regimini admotus

In vniversis deindè sui Ordinis Comitijs

Romæ anno M. D. CC. XXIII. habitis,

Præsidente Innocentio XIII. Summ. P.

Supremus totius Franciscani Coetus

Moderator renunciatus;

Demùm à Benedicto XIII. P. M. inter S. R. E.

Cardinales

Omnium bonorum plausu cooptatus

Mox magnæ spei ereptus publico ferè luctu.

LXXV. annis natus diem extremum clausit.

Anno Christi salutis M. D. CC. XXIX.

Alexander Cardo Falconerius ex test. fiduciali hæres:

Quadraginta annor. amico

Ingenti animi mærore

M. P.

LAURENTIUS DE LA CUEVA,  
ex Minoritis Hispanis, versibus dedit vulgari lingua:

*Conversionem Beatissimi P. N. Francisci.* Compluti apud Joannem Garciam 1619. in 8. Ex Nicolao Antonio, tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ, pag. 2.

LAURENTIUS FASSANO VIO-  
LA, Neapolitanus, Reg. Observ. Prov.

Terræ-Laboris, recensentibus Uvadingo;  
ac Nicolao Toppi in suis Syllabis, edit:  
dit:

*Arcana ferè omnia, tum Theologiæ, tum  
Philosophiæ, questionis disputatas, ac  
vltimas voluntates Subtilissimi Doct. Joannis  
Scotti.* Neapoli apud Tarquinium Longum 1618. in 4. Vidi.

*Traclatum de adjuvando infirmis ad pie*

*merendum*, quem prænotavit: *Lumen agonizantium*. Ibidem 1617. in 8.

LAURENTIUS FORESTANUS A PESCIA, Italus, ex Minoritis Conventualibus, vernaculè condidit:

*Praxim Arithmetice, ac Geometrie*. Venetijs per Gregorium Variscum 1603. in 4. Vidi.

LAURENTIUS FRAGUAS, Hispanus, strictioris Observ. Discalceatorum in Mexicana Provincia alumnus, Theologus, ac Diffinitor, vernaculè evulgavit:

*Panegyrum de Consecratione Templi S. Antonij Patavini*. Mexici typis Josephi Bernardi de Hogal 1725. in 4. Vidi.

*Asceticam Concionem in professione Sor. Angela Coleta, Montalls Capucinae*. Ibidem apud eundem 1720. in 4. Vidi. Aliam valdè eruditam sub titulo:

*Geminata idea Sacerdotum, ac Religiosorum*, ad Illust. D.D. Fr. Gasparem Garcia Tyrasonensem Episcopum. Ibid. per Joannem de Ortega 1721. in 4. Vidi.

LAURENTIUS A S. FRANCISCO, Hispanus, strictioris Observantia Discalceatorum Provincia S. Didaci in Batica, Novitiorum Moderator, ac demùm Diffinitor, in publicum misit vernaculè opus piissimum, ac tripartitum, præfixo titulo:

*Theaurus Cælestis, ac Divinus ad redemptionem, & consolationem animarum vivorum, ac defunctorum*. Prodiit tertio in Urbe Gaditana, ex officina Laurentij Machado 1655. in 4. Vidi. De eo pluribus in mea Bibliotheca Minorum Discalceatorum, ac non rectè iteratò, sub nomine *Francisci à S. Laurentio*.

LAURENTIUS GUARDIOLA, Hispanus, Lector emeritus, ac Historiographus Valentinae Provinciae Regularis Observantia, communem fecit:

*Panegyrum de Immaculata Conceptione Virginis*. Valentia per Silvestrum de Elparza 1644. in 4. Vidi. Laudatur in Bibliotheca Valentina ex nostro Alva, & Marraccio.

LAURENTIUS GULIELMUS DE TRAVERSAGNIS, Ligur, Patria Savonenfis, ex Minoritis Conventualibus, Sixti IV. æmulator, & alumnus, religioso Viro indignum reputans, inter otia torpere, calamo manum admovens, hujusmodi sui ingenij monumenta reliquit, scilicet:

*De Retborica pro Junioribus*.

*Correktorium vite humanae*.

*Dialogum de vita aeterna, ac vera felicitate*

*citata in tres libros divisum*. Terquinius etiam libris, Christum quinquies, nempe:

*De Sapientia.*

*De Fortitudine.*

*De Justitia.*

*De Clementia.*

*De Amore*, triumphantem expressit. Insuper, metro herdoico.

*De pudicitia B. Mariae Virginis*. Extant hæc omnia Saonæ apud Minores, teste Tosigniano, & Uvadingo. Decessit anno 1495. De eo pertractat Illustrissimus Briatius in suis Monumentis Subalpinae Provinciae Divi Thomæ, pag. 291.

LAURENTIUS HAAS, natione Belgica, professione Minorita, librum edidit sub hoc titulo:

*Privata, Poeticaque ad Capitolium Lectio, pro gloriosissima Dei Mariæ Immaculata Conceptione*. Antuerpiæ 1660. in 4. Insuper:

*Carmina elucidantia Imaginem quamdam Immaculatae Conceptionis Reginae Angelorum*. Lovanii 1663. in charta expansa. Consule Fr. Petrum de Alva, col. 910. suæ Militiæ, & Marracium in Appendice ad suam Marianam Bibliothecam.

LAURENTIUS LUCENSIS, Italicus, ex Minoritis Capucinis Provinciae Etruriæ, Sacrae Theologiae professor, Diffinitor, ac celebris Concionator, evulgavit vernaculè:

*Concionum Quadragesimalium*. Tomum in 4. Florentiæ apud Hippolytum de la Nave 1676.

*Concionem pro celebratione primæ Missæ novi Sacerdotis*. Lucæ per Hiacyntum Paci 1671.

*Triginta Conciones 40. Horarum, & pro omnibus Sabbatis Quadragesima*, laudatas à Genuensi. Insuper ex Fr. Antonio Terzina, pag. 207. sui Theatri Tusciae.

*Conciones pro Adventu*. Sermones IX. pro expectatione Partus Virginis. Obijt anno 1678.

LAURENTIUS LUCIANUS, Minorita, Italicus, vernaculè emisit quamdam specialem

*Relationem de Immaculata Conceptione Virginis*, vt ex Marraccio recenset Fr. Petrus de Alva in Appendice suæ Militiæ Univers. col. 1521.

LAURENTIUS DE LUNA, Hispanus, Apostolicus Concionator ad Indos missus præclaram Concionem habuit in Sancta Fide de Bogota.

*De Beatificatione S. Ignatii*. Asservatur

tur M. S. in 4. in Hispanensi Bibliotheca Collegij S. Hermenegildi. Vidi.

LAURENTIUS LUPUS, Hispanus, Regul. Observantia Castellanae Provinciae, sermone Hispano publicavit:

*Compendiosam explicationem Rubricarum Breviarij, & Missalis Romani*. Matriti ex typographia Regia 1632. in 8. Vidi. Inedita reliquit:

*Concionum volumina*, vt ex Chronicis laudatæ Provinciae recenset Nicolaus Antonius, tom. 2. suæ Bibliothecæ Hispanæ.

LAURENTIUS MARIA, Capucinus, Genuensis, ejusdem Provinciae Theologus, ac Provincialis Minister, Vir doctrina, ac religiosi moribus candidus, qui Romæ, ac pluribus Italiae Urbibus, clarus eloquio fuit, edidit vernaculè:

*Concionem habitam ad Senatum Republicæ Lucensis Sabbato ante secundam Dominicam Quadragesimæ*. Lucæ per Hiacyntum Paci, anno 1670. Alia non recenset Genuensis.

LAURENTIUS MASSORILLUS, UMBER, Fulginas, Regul. Observ. Provinciae S. Francisci, Vir pius, ac eruditus Poeta evigilavit, opus prænotatum:

*Aureum Sacrorum Hymnorum* Rodulpho Pio Cardinali dedicatum. Sunt lib. 4. in quibus præcipuorum Sanctorum laudes exhibentur. Fulginei apud Joannem Simonem, & Vincentium Cantagallos 1547. in 4. Claruit anno 1560. De eo Uvadingus. In Militia Univers. col. 910. exscripsit Fr. Petrus de Alva *carmina hæc in laudem Immaculatae Conceptionis Deiparæ semper Virginis*.

*Ornatam teneros animam inspiravit in artus.*

*Nec tamen antiquam contraxit origine noxam.*

LAURENTIUS A MONTE POLLTIANO, Italicus, Provinciae Tusciae Minorum Capucinorum alumnus, & in Provincia S. Francisci, & Aprutiorum Minister Provincialis, scripsit ad Novitiorum instructionem, quorum educationi per plures annos sollicitè præfuit:

*Tractatum de externa hominis compositione, & hominis interioris abnegatione ex opusculo S. Bonaventurae depromptum*. Vidit M. S. Genuensis, qui subdit magna cum sanctimoniam fama cursum consumasse in Civitate Pennæ, anno 1601.

LAURENTIUS PANORMITANUS, strictioris Observantia Reformatorum Provinciae Siculae, Vir sanguine clarus, ac doctrina illustris librum exaravit:

Tom. II.

*De casibus conscientie*, prout ex Petro Tognoleto narrat Antonius Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculae. Vivebat anno 1667.

LAURENTIUS PARISINUS, ejusdem Prov. Minorum Capucinorum, Ecclesiastes, pluries Diffinitor, ac Theologiae Mysticae Magister eximius, duo piissima volumina conscripsit prænotata:

*Palatium Divini Amoris inter Jesum, & Animam Christianam, in quo quævis persona, tam Secularis, quam Religiosa vivere, & invenire potest regulas Deum, & proximum perfecte amandi*. Parisijs 1614. apud Carolum Castellanum. Secundò, & auctior facta est ibidem per Dionysium de la Nove 1626. in 4.

*Peristromata Divini Amoris, seu Pastora Domini N. Jesu Christi secundum Historiam Evangelicam veritatem in quatuor libros divisa, dolores Christi internos, centum & quatuor contemplationibus comprehensos, continentes*. Ibidem apud Viduam Nicolai Buhon 1631. tomis 4. in 16. Ex Uvadingo, & Genuensi. Extat hujusce honorificæ mentio apud Cardinalem de Bona de Mystica Theologia, cap. 5. & sequentibus. Floruit circa annum 1630.

LAURENTIUS A S. PAULO, Sueco dictus à natione, consanguineus Christianæ ejusdem Regni Catholicae Reginae Legatione facta ad Lusitaniam Regem hæreticum abjuravit, mundoque nuntium mittens, Reg. Observ. Prov. Portugalliaë nomine dato, in ea scripsit opus prænotatum:

*Confessio veritatis Ecclesie Catholicae*, excusum Colonia anno 1652. in 8. typis Cornelij ab Egmond. Vidi. Romæ missus edidit opus piissimum, cui titulus:

*Peregrinatio Sancta*. Romæ impressum 1658. Vidi. Insuper Vitam S. Petri Alcantarenfis inscriptam:

*Portentum Penitentia*. Ibidem 1669. in 4. sumptibus Angeli Bernabò. Vidi. Ad ejus calcem extat opusculum de S. Petro de Alcantara reditico, à Fr. Tiburtio Navarro Recollecto Gallia, elaboratum. Demùm opus eruditum, sub titulo:

*Scala pietatis tribus gradibus Virtutum Theologialium*. Romæ typis Bernabò 1668. in 8. Vidi. Gradu primò agit de *Fide Sacramentorum, ac de sanctis spectantibus ad septem Sacramenta* 13. considerationibus. Gradu 2. & 3. pertractat:

*De Beatitudine.*

*De Bonis operibus, ac eorum necessitate*

*De Conversione Infidelium.*

*De Cultu Sanctorum.*

Aa

Bb

*De Purgatorijs.*  
*De Sacramentalibus.*  
*De Consecratione.*  
*De Indulgentijs.*  
*De Temporum ordo.*  
*De Fructibus Cb. oratorij.*  
*De Ecclesia, ejusque Hierarchia.*  
*De Vita activa, & contemplativa.*  
*De Quatuor Novissimis.*  
*De Oratione Vocali, & Mentali.*  
*De Symbolo Apostolorum, & alijs.*  
*De Oratione Dominica.*  
*De Salvatione Angelica.*

*De Missa Sacrificii.* Hominem commendat, & non gratis Fr. Ferdinandas a Soledade, tom. 5. Chronicorum leatere Provincie.

**LAURENTIUS DE PERTUSIO,** Gallus, ex Minoribus Capuccinis. Provincie S. Ludovici Theologus. Definitor, ac Decem Provincialis Minister. Vir literis, ac prudentie nomine tractatus. Gallie scriptis, prout testatur Genovesis.

*Vitam V. Sacerd. Dei Fr. Bernardi a Corleone, Capuccini, de rebus Canonizatione legitur Roma. Parisijs 1684.*

**LAURENTIUS PORTEL,** Lusitanus, in Oppido Portel natus. Provinciae Algarbionum Regul. Observantia Theologus, ac Pater, Vir doctrina conspicuus, ac pius, Sacramenti Penitentia Minister, ac Regularibus traditus.

*Responsionem aliquorum ad eum moralem spectantem pro eorum ad peritiam Regulares, ac etiam Seculari, volumine duo in S. Ulyssipone anno 1620. Lugduni 1633. 1640. & 1642. typis Guiberti, & 1644. ac 1652. sumptibus Arnold. & Lovanii apud Joannem Billium 1655. Vidi.*

*Dubia regularia, sive accuratam brevemque discussionem circa religiosem personam, ac familiam, ac etiam circa Sacramentum regularum confessiones secularium cohabitacionem.* Ulyssipone 1678. in 4. Lugduni per Amatum Canet 1674. & 1625. apud Laurentium Arnold cum *Auditionibus*, tom. 2. in S. Regali. Vidi.

*De impijs factis in Templo Salomonis.* Ulyssipone 1677. in 4.

*De forniculis, & opinione ubi eligenda.* Ibidem cum precedenti, ac sequenti.

*Exhortationes Monasticæ Religiosæ personis necessarias, & secularibus proficiant.* Ibidem apud Petrum Craesbeck 1677. in 4. Vidi. Hæc Latine, Germane autem Francice.

*De triplici voto solenni Ulyssipone formis ejusdem Petri Craesbeck 1626. in 4. Vidi.*

*Expositionem casuum reservatorum.* Ibidem per Georgium a Costa, anno 1671. Commendatur a Uvadingo, & Dupino, fzo. 17. Fr. Petrus de Alva, col. 917. Inq. Maria testatur habuisse integram manuscriptam, et proprio caractere, & nomine Portel in fol. *Repositum circa Consecrationem Desparis.* Ibidem Anthonij Cospiator Nicolai Antonius. tom. 2. Inq. Bibliothecæ Hispanæ, pag. 7. esse.

*Sermones totius anni de Portel, excusos Antwerpæ 1651. Vidi et no 1640.*

**LAURENTIUS A PURIFICATIO.** NE. Lusitanus, Concionator Dilcalcaza Provincie S. Antonii Brabantis, editum.

*Ceremonial ad vitam Prætorum inq. Provincie Ulyssipone apud Emmanuelm, & Josephum Ferreys, anno 1708. in 4. Vidi.*

**LAURENTIUS** quidam ignot cognominis, incertique Patriæ quem admodum Concionatorem appellat et Uvilingo Uvadingus, in eadem reliquit.

*Possibilia pro Consummatione æternæ, et alijs que pro humilibus observantur in Bibliotheca Minorum Uvadingæ.*

**LAURENTIUS ROCHE,** Hispanus, Reg. Observ. Provincie Majoritatis S. Quis Qualificator, ac Provincialis Minister, commune fecit Latine.

*Promptuarium Moraliæ exhortationum, ac exhortationum.* Pamplione apud Martinum Gregorium a Zabala 1677. in 8. Vidi.

**LAURENTIUS DE SCHNEFF,** Capuccinus, Provincie Austria Concionator. Vir pius, ac doctus, Genuesi typis, typis dedit.

*In Christo, & Animæ patientia, opusculum in 8.*

**LAURENTIUS SPATHA,** Bononiensis, Sac. Theologiae Magister, et Minister Generali Minorum Conventuum Episcopus Calventis, Vir quidem, veneratione Uvadingus, probis moribus distinguit litteris agragis ornatus, scripsit.

*Etusuationes in primum Sententiarum Sæculi, laudatas etiam a Sannig in Synopsi.*

*Constitutiones quasdam sui Ordinis.* Obiit Neapoli sepultus in Ecclesia S. Clara.

**LAURENTIUS DE TOLEDO,** Hispanus, Concionator, ex Minoribus Capuccinis Conventus del Prado in Castellana Provincie concinnavit vernacule.

*Carmina varij generis, excusa cum alijs Compluti anno 1730. in 4. Vidi.*

**LAURENTIUS A TRINITATE,** Hispanus, Concionator Provincia S. Michaelis Regul. Observantia emisit:

*Panegyricum de Sanctissimo Sacramento Eucharistia.* Salmantica apud Melchiorem Estevez 1678. in 4. Vidi.

**LAURENTIUS A VALICO,** Italus, Sacra Theologiae professor inter Observantes Provincie Tusciae edidit, teste laudato Terrinca ibidem:

*Commentaria in Summulas Petri Hispani.*

*Examen ordinandorum.* Florebat anno 1640.

**LAURENTIUS VILLAVINCEN-**TIJ, Minorita, Italus, prælo dedit:

*Sermones pro toto anni decursu.* Lugduni 1568. Ex Uvadingo.

**LEANDER DIVIONENSIS,** Gallus, Lugdunensis, Provincie Minorum Capuccinorum disertissimus Concionator, Theologus insignis, ac Definitor, Vir exemplaritatis nota, ac omnigena doctrina insignitus, typis mandavit opus prænotatum:

*Veritates Evangelicæ, in quibus continentur, & comprehenduntur mysteria vite Jesu Christi, veritates Fidei Catholicæ, perfectiones Desparæ Virginis Mariæ, & Sanctorum, miracula Sanctissima Eucharistia, secreta sublimiora vite mysticæ, & materia ad mores spectantes cum exemplis, reflexionibus, moralitatibus, practicis, & affectibus devotis.* Parisijs apud Dionysium Thierry, 1659. tribus volumin. in fol.

*Commentaria in Epistolas omnes S. Pauli Apostoli.* Ibidem apud eundem 1663. tomis 2. in fol.

*Discursus predicabiles super aureas sententias Doctores Gentium.* Ibidem apud eundem 1665. tomis 2. in fol. Edidit etiam, ait Genuesis, idiome Gallico:

*Super Cantica Cantorum.* Ibidem apud eundem 1661. voluminibus duobus. Deum communem fecit vernaculè:

*Orationem funebrem in obitu Equitis de Nuchefes.* Prodiit anno 1658. in 8. teste Le-Long in Supplemento suæ Bibliothecæ Gallicæ, pag. 905.

**LEANDER MEDIOLANENSIS,** ejusdem Provincie Minorum Capuccinorum alumnus, Theologus, & Concionator, Italicè descripsit:

*Compendium vite, ac mortis V. Mariæ Veronicæ Calceaterra Fundatricis Collegij Tom. II.*

*Virginis Mariæ, sub titulo: S. Philippi Nerij in Civitate Mediolanensi.* Mediolani apud Ludovicum Monzam 1673. in 4. Ex Genuesi.

**LEANDER MONTANUS,** natione Hispanus, Murciensis, Castellanae Provincie Capuccinorum Provincialis Minister, Supremæ Inquisitionis Qualificator, & à Concionibus Regijs, Vir eruditus, & in vtroque jure nobilitèr versatus, prælo mandavit:

*Commentaria Litteralia, & Moralia in librum Esber.* Matriti apud Alphonsum de Paredes 1647. in fol.

*Disquisitiones Morales in primam secundæ D. Thomæ.* Ibidem sumptibus Antonij Rierij, anno 1653. & 1660. tomis duobus in fol. Vidi.

*Questiones selectas Regulares.* Matriti apud Alphonsum de Paredes 1646. in fol.

*Questiones selectas Morales.* Ibidem per eundem 1646. in fol. Vidi.

*Commentaria in Regulam Fratrum Minorum, vernaculè.* Matriti typis Gregorij Rodriguez in fol. anno 1658. Vidi.

*Expositionem Bullæ Cruciatæ.* Ibidem 1648.

*Expositionem super Regulam Clarissarum.* Matriti 1648.

*Apologia in defensionem suarum questionum selectarum.* Matriti 1655.

*Responsionem Apologeticam contra quandam questionem Moralem super Regulam Clarissarum.* Matriti 1666.

*Expositionem Bullæ Innocentij X. in anno sancto, vna cum Apologia (sed acerba minerva) contra Fr. Martinum à S. Josepho, sub titulo Hispanico: Llave Maestra, y Escudo de la Verdad.* Matriti apud Gregorium Rodriguez 1650. in 4. Vidi. Adversus Apologiam istam nonnulla habes tom. 2. Chronic. Provincie S. Paulij lib. 5. cap. 40. num. 70. pag. 394. Pluribus hunc Authorem commendat Genuesis subdens alia sui ingenij monumenta, quæ ad manus meas non devenere. Hæ sunt:

*Apologia in defensionem Annalium Capuccinorum P. Boverij.*

*Liber Apologeticus in defensionem aliquarum propositionum suarum Concionum.*

*Memoriale apologeticum pro Missionibus Capuccinorum in Provincia de Caracas.*

*Memoriale, in quo probare intendit, Patres Provinciales Hispanie non teneri in conscientia Romam ire ad Capitulum Generale celebrandum, ibidem 1643.*

*Disputatio moralis regularis, cujusdam  
ovæ constitutionis P. Joannis à Monte  
Alerio, Ministri Generalis.*

*Manifestum in defensionem suæ Religio-  
sissime Familia, contra aliquorum calum-  
nias. De eo Uvadingus, ac Nicolaus An-  
rogius.*

LEANDER A ROSARIO, Lusita-  
nus, Discalceatæ Provinciæ S. Antonij  
Basilienfis Theologus, communem fecit  
Lusitana lingua:

*Orationem 40. Horarum. Connimbricæ  
in typographia Societatis, anno 1729.  
in 4.*

LELIUS MEDICI, Placentinus, Ita-  
lus, ex Minoritis Conventualibus, ac Ge-  
neralis Inquisitor Florentinus, typis com-  
misisit vernaculè:

*Apologeticum super Interdictum Veneto-  
rum à Paulo V. promulgatum. Bononiæ  
apud Joannem Baptistam Bellaganda, an-  
no 1606. in 4. Vidi.*

LEO ASSISIAS, Umber, Discipulus,  
Socius, ac Confessarius S. P. N. Francisci,  
Vir Angelica puritate, dono prophetiæ,  
& miraculorum gloria insignitus, cujus  
acta habes apud tom. 1. Annalium Uva-  
dingi, & Arturum ad diem 25. Novem-  
bris, scripsit:

*Legendam, ac miracula S. P. N. Fran-  
cis. Extat M. S. in Bibliotheca Canonico-  
rum Regularium Tungrensium Ditionis  
Leodienfis, teste Sandero, part. 2. Biblio-  
thecæ Belgicæ. Spiritum Deo reddidit in  
Patria, anno 1271. cujus corpus condi-  
tum jacet in Ecclesia S. Francisci. De eo  
agunt Alapide in 1. ad Timoth. 1. num.  
24. & Baronius in Notis ad Martyrolo-  
gium Roman. ad diem 4. Octobris.*

LEO BACCON, Gallus, Regularis  
Observantiæ Provinciæ Aquitaniæ, Ga-  
llico sermone edidit:

*Summam casuum conscientię. Hispanicè  
conscriptam, & excusam à Fratre Henri-  
co de Villalobos (de quo superius) Pari-  
sijs 1646.*

LEO BACOVIVS, Gallus, ex Mi-  
norita Episcopus Flandatenfis evigilavit,  
opus prænotatum:

*Delphinus, seu de prima Principis insti-  
tutione. Parisijs 1685. in 8. & in 12. &  
1671. in 4. ac Lugduni 1688. in 8. Extat  
hujuscæ commemoratio apud Alphonsum  
Lassor, tom. 1. sui *Universi calamo delinea-  
ti*, pag. 327. Consule Ephemer. 2. Eru-  
ditorum Gallicæ ad annum 1686.*

LEO BALESTRINUS, Perusinus,

Regul. Observantiæ alumnus, Vir Huma-  
nis, Divinisque Litteris excultissimus,  
Colossensis Ecclesiæ Antistes dignissimus,  
prælo dedit:

*Orationes aliquas Sacras, teste Oldoi-  
no, pag. 209. sui Athenæi Perulinorum.  
Reliquit pro posteris inedita:*

*Volamina plura sermonum Dominica-  
lium, Quadragesimalium, & Adventua-  
lium.*

*Volamina in re Theologica.*

*Carmina plura. Ita in sua vixit dignita-  
te, vt constaret promeruisse, plenuque  
non tam annis, quam virtutibus obiit anno  
1522. Meminerit hujuscæ Haroldus, tom.  
2. ad annum 1506. & plures apud lauda-  
tum Oldoinum.*

LEO BORIANUS, Gallus, Regula-  
ris Observantiæ Provinciæ Aquitaniæ, edi-  
dit, Uvadingo teste:

*Librum Controversiarum contra Minis-  
trum Hæreticum. Tolosæ apud Joannem  
Bovdet 1620. Laudatur à Fr. Didaco Le-  
quile, tom. 2. Terlegisl. tract. 6. lib. 11.*

LEO MASQUARDUS. Vide infe-  
rius *Masquardus Leonis.*

LEO DE PINA, Lusitanus, Christi  
Eques, qui in Curia Lusitaniæ industric  
admodum Regni causas magna que fama  
tuebatur, Vir doctrinæ, prudentiæ, ani-  
mi, ac patientiæ laude celesber, post va-  
rios belli, ac fortunæ eventus, profesio-  
ne facta Tertij Ordinis Franciscani, ejus-  
que habitu etiam extrinsecus indurus, plu-  
ra scripsit, quorum hæc ad nostram perve-  
nerunt notitiam:

*Anima incantatio, Lusitanicè. Prodiit  
Ulyssipone ex typographia Joannis à  
Costa 1670.*

*Chronologia Vita Salvatoris, opus egre-  
gium, & Latinum, sed imperfectum.*

*Lingua Lusitanica Grammatica, iudicima-  
te Latino:*

*Emerentiana, ligato, ac soluto sermo-  
ne.*

*Tragediæ S. Laurentij, ac variorum poe-  
matum, tomi duo in 4.*

*Officium Beatissima Virginis Mariæ, pa-  
raphralicè, sed vernaculè.*

*Problemata Geometrica, ac Theoremata.*

*Opuscula Musica, una cum planctu Ec-  
clesiæ, seu de musica Hebdomadæ Sanctæ.  
Obijt in Villa de Tumbo, circa annum  
1680. ibidemque tumulatur in Sacello à  
se erecto.*

LEO RUBEUS, Minorita, Patria Me-  
diolanensis, posteritati legavit:

*Representationem sacram Regina Esber.  
Mediolani anno 1618. Uvadingo teste.*

LEO VALVASORIUS E PE-  
REGGO, Italus, ex Minorum Ministro,  
Archiepiscopus Mediolanensis, Gregorio  
IX. Pont. Max. charissimus, cujus partes  
magnanimiter, & constanter contra Fre-  
dericum Imperatorem semper defendit:  
scripsit:

*Epistolas varias ad præfatum Papam;  
aliosque Italia Principes eorum contra Fre-  
dericum implorans auxilium.*

*Constitutiones Synodales suæ Ecclesiæ,  
quam strenuè rexit annis octodecim. Obijt  
anno 1257. die 15. Octobris, sepultus  
Lignani miraculis clarus. Extat hujuscæ  
mentio apud Tosignianum, & Lequile.  
Consule Uvadingum, tom. 1. Annalium,  
& Arturum in Martyrologio Franciscano,  
ad diem 18. Decembris, §. 2.*

LEO DE VENNES, seu VANNE-  
TENSIS, Gallus Arcemicus, Parisien-  
sis Provinciæ Minorum Capuccinorum,  
Ecclesiastes, Vir, cujus pietatem depræ-  
dicant ejus scripta, opus egregium evul-  
gavit prænotatum:

*Secunda Nativitas Jesu complementum  
primæ, id est, Conversio anime formata su-  
per exemplar Verbi Incarnati. Prodiit tri-  
partitum Nanete, anno 1635. & Parisijs  
apud Robertum Berthand 1637. in 8. ex  
Uvadingo, & Genuensi.*

LEO ZAMBELLUS, Italus, Placen-  
tinus, Regul. Observantiæ Bononiensis  
Provinciæ Theologus, ac Pater, Italicè  
conscriptit, ac emisit opus inscriptum:

*Globus Cælestis, & Politicus vita Prin-  
cipum tempore pacis, & belli. Venetijs  
apud Marcum Ginnamum 1642. in 12. &  
1655. in 4. Vidi. De eo Uvadingus, &  
Lassor, tom. 2. sui *Universi calamo delinea-  
ti*, pag. 405. Eiusdem vidi.*

*Ebham, OEconomiam, & Politiam mi-  
litarem, opus in quatuor partes distribu-  
tum impressum Bononiæ typis Clementis  
Ferroni 1635. in 4.*

LEODEGARDUS SOYER, Gallus,  
ex Provincia magna Parisiensis, Doctor  
Theologus, Vir Apostolicus, ac virtuti-  
bus clarus, inedita reliquit:

*Volamina lectionum spiritualium, post  
ejus obitum excusa, teste Fr. Hieronymo  
Muñoz in descriptione Capituli Tolerani  
intermediij anni 1673. Floruit Author  
sanctitatis opinione anno 1670.*

LEONARDUS AB ALTARE, Pe-  
demontanus, ex Minoritis Observantibus,  
Sacra Theologiæ Lector, Concionator

Tom. II.

illustris, & Conventus SS. Annuntiæ  
Fossani Guardianus, vernaculè exaravit:  
*Vitam, ac miracula B. Paulæ Gambaræ  
Costa. Monte Regali 1650. in 8. Recenset  
Rossotus in Appendice ad Syllabum  
Scriptorum Pedemontij.*

LEONARDUS AQUISGRANEN-  
SIS, Germanus, Provinciæ Coloniae Mi-  
norum Capuccinorum Theologus, ver-  
naculè typis commisit opus, cujus titus  
lus:

*Propria perfecti Superioris delineatio in  
vita piissimæ memoriæ B. Matris Mariæ  
Joannæ Franciscæ Annuntiatorum Cælesti-  
norum Duseidorphensium Priorissæ, Histo-  
ricè, & moralitèr exhibitæ. Coloniae anno  
1687. ex Genuensi.*

LEONARDUS BERGOMAS, Pro-  
vincialis Minister Brixienfis Provinc. Mi-  
norum Capuccinorum emisit:

*Apoloგიam pro Arte Amandi Deiparam,  
quam vero suo parenti, & Authori Fr.  
Alexio à Salo restituit. Brixia anno 1611.  
Consule Fr. Petrum de Alva, tomo 1. Bi-  
bliothecæ Virginalis, fol. 178.*

LEONARDUS CARTA, Hispanus,  
Provinciæ S. Saturnini Regul. Observ. se-  
cundò Minister Provincialis conscripsit:  
*Vitam V. Doctoris Subtilis, quam Li-  
ma præmissa communem fecit Joannes  
Maria Carta, superius laudatus.*

LEONARDUS DULIRIS, ex Re-  
collektis Gallicæ; Astronomiæ minimè ig-  
narus, vernaculè scripsit publicique juris  
fecit:

*Apoloგიam, seu Expostulationem contra  
Morinum. Parisijs anno 1648. in 4. Lege-  
Patrem Milliet, tom. 1. Cursus Mathema-  
tici, cap. 9. de progressu Astronomiæ, fol.  
103.*

LEONARDUS A NEAPOLI, Pro-  
vinciæ Terræ-Laboris Regul. Observan-  
tiæ Provincialis Minister, ac totius Ord-  
Definitor Generalis, Italicè conscripsit:

*Chronica Ordinis Minor. volum. 6. Pro-  
dierunt Neapoli ex typographia Novelli  
de Bonis, anno 1680. in 4. Vidi.*

LEONARDUS PADERA, Hispanus,  
Regul. Observ. Valentiniæ Provinciæ,  
Lector emeritus, ac Pater, à Sacra-  
tis generalibus Ordinis, & Supremis In-  
quisitionis Qualificator, litterarum mo-  
numentis consignavit opus inscriptum:

*Sacra arbor à Doctore Seraphico, & Bo-  
naventura divini ardoris flamma succensæ  
extinguita. Subtilissimi Doctoris Duns  
Scoti fructibus fecundata, et inter sacra  
Sacra Scriptura de Christo D. intellecta, &*

*liberalium, Mechanicarumque Artium The-  
sus ad Theologiam, Deumque reductis or-  
dina*, ad Philippum IV. Hispaniarum Regem. Romae typis Angelii Bernabò 1664. in fol. Vidi.

**LEONARDUS PARISINUS**, Gallus, ejusdem Provinciae Minorum Capucinatorum filius, Tertiariorum Saecularium Director, Vir religionis moribus ornatus, Gallicè scripsit, Genuensi teste:

*Commentaria in Regulam Tertij Ordinis Franciscani.* Parisijs anno 1651. in 4.

**LEONARDUS DE RUBEIS**, ex Giffonibus, quod Campaniae Felicis Oppidum est non ignobile, Vir multa doctrinae, ex Ministro Provinciae Terrae Laboris, totius Ordinis Minister Generalis, tertio Purpura Cardinalitia donatus ab Urbano VI. Clemente VII. & Benedicto XIII. faventem fortunam non semel expertus est. Reliquit ingenij sui monumenta.

*Commentaria in libros 4. Sentent.*

*De modo extinguendi Scissura, quod tunc vigebat.* Estat M. Sin. Bibliotheca Tolerana Minor. Incipit: *Utram via testionis.* Et in Bibliotheca Carthusiae Majoris. Incipit: *Utram via renuntiationis.*

*Librum Soliloquiorum contra peccantem adversus Antipapam Benedictum XIII.* Estat in Biblioth. Colbertina, cod. 2742.

*In Cantica Cantuarum*, volumen ingens in 100. & 40. Cantica distributum, opus egregium laudatum à S. Antonino, part. 3. tit. 24. cap. 8. §. 2. Obijt Aviniono anno 1407. 4. Nonas Maji, sepultus apud Minores. Ex Possentino, Uvilloro, & Uvadingo. Confule Dominicum de Guhermatis, tom. 1. Orbis Seraphici, lib. 3. cap. 24.

**LEONARDUS SENENSIS**, Provinciae Tusciae alumnus, S. Bernardini ab incedente aetate familiaris scripsit:

*Vitam ejusdem S. Bernardini*, vii recenset Fr. Antonius Terrinca, pag. 207. in Theatri Tusciae, ex Uvadingo, tom. 4. Annalium ad annum Christi 1380.

**LIBERATUS MAGGATI**, Italus, aliquando Appollinensis facientis Doctor, professione omitta in Bononiensi Provincia Minorum Capucinatorum, ad communem utilitatem evigilavit volumina in fol.

*De rara meditatione vultus, seu de vultibus raro melioribus, cum vultu modo, qua felicissime, ac vultus, quam alio quovis modo vultus sanatur.* Venetijs apud Ambrosium Dei, anno 1626.

*Opera medica compoluit, quae circum-*

ferentur sub nomine Joannis Baptistae Maggati ejus fratris, sicut primum de vultibus prodijt sub nomine Caesaris Maggati, quo audiebatur in saeculo. Alia parata habebat, ait Genuensis, quae morte praeventus indigesta reliquit.

**LIBORIUS SCHEMLINEK**, strictioris Observantiae Reformatorem, Provinciae Saxoniae S. Crucis Definitor, Latine emisit opus praenotatum:

*Galea salutis, quod est Verbum Dei Ephes. 6. 17. in Dominum, & sistis Dominum per annum praedicatum.* Augusta Vind. sumptibus Fratrum Veitii 1721. in fol. parvo. Vidi.

**LINUS MORINUS**, Florentinus, Definitor, & Minister Provincialis Minorum Observantiam Provinciae Tusciae edidit Florentiae, anno 1612.

*Descriptionem Sacri Montis Averniae cum iconibus in fol.* Vidi. Obijt in Patria anno 1633. De eo Uvadingus, & Terrinca, pag. 208. in Theatri Tusciae.

**LIVINUS** (seu **LEVINUS**) alius Lovaniensis, Antuerpenis alius, Theologus, ac Poeta laureatus, Vir sanctissimae vitae, ac Magister S. Danielis Martyris, plura scripsit, inter quae

*Euripam, seu Tragediam de citta barmata inconstantia*, exhibitam in Falconenù Collegio anno 1547. Kal. Julij typis Martini Rotarij 1549. & Vesp. 1558. in 8.

*Sylviam plorans carminum.* Ibid. 1556.

in 8. & Lovanii 1558. Commendatur à Sedulo, fol. 667. in Historia Seraphica.

*Historiam agens SS. Martij et Marcellij fratrum*, ab alio scriptam recognovit, ac eodem ibidem Rotarij, anno 1551. Item legato sermone:

*Vitam S. Lambertij Episcopi. Leodensis.*

*Vitam B. Zuzariae Franciscanae.* Florentiae Vicarius Mechliniensis Conventus anno 1560. quo 27. Julij abiit ad plures. Pertrahant de eo Uvilloro, Uvadingus, & Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 11. Junij, §. 7.

**LIVINUS MARTYR**, natione Gallus, Provinciae Franciae alumnus, qui in Quadro Babiloniz Oppido, truncato capite, illustris martyrij palmam obtulit anno 1345. scripsit:

*De Christi Infancia, & ejus purissime Virginis Matris opuscula pia.* Horum memor Marracius, tom. 2. in Bibliotheca Mariana, pag. 40. recenset ex Uvadingo praedicta opuscula rebus varijs distrahentibus, jam incepta neglectasse, absolutis vero jussu Deiparae, quae ipsi apparuit absque

filio, quem alias dum eidem appareret, gestabat.

*Tractatum adversus Turcas*, teste Fr. Gregorio de Rives in sua Controversia, titulo: *Pro expeditione contra Turcas.* Fortè tractatus iste illa est quaestio laudata à Sancto Antonino, part. 3. Hist. tit. 24. cap. 9. §. 17. hisce verbis: *Flagrans desiderio Martyrij accessit ad terram Sarracenorum; & ibi prius quandam quaestionem multum subtiliter disputavit, & clarè determinavit, & determinatam in scriptis S. Romanae Ecclesiae, si quid non benè dictum esset correctioni reliquit.* Et quaestio erat talis: An licitum sit Christiano secundum Deum intrare Mesquitas, id est, Tempia Sarracenorum ad praedicandam Fidem Catholicam, & legem Mahometi impugnamdam, &c. Pluribus de nostro Martyre Arturus in Martyrologio Franciscano die 1. Augusti, §. 1.

**LIVIVS GALANTES**, Immolensis, Minorita eruditus, vii ostendit ab ipso elaboratum, opus inscriptum:

*Christiana Theologia comparata cum Platonica cum tota veteri sapientia Ethnicorum, Chaldaeorum, nempè Egyptiorum, & Graecorum*, lib. 20. Bononiae 1627. De eo Dupinus, saec. 17. Uvadingus, ac Laffor, tom. 1. sui *Universi calamo delineati*, pag. 15. Floruit circa annum 1630.

**LIVIVS A VINCENTIA**, Minorita, Italus, Scoticè, & singulari methodo publici juris fecit:

*Cursum Philosophiae.* Ad manus, & oculos habuit Fr. Bonaventura Baro, prout testatur tom. 1. suorum Opusculorum, part. 14. in Appendice, §. 11.

**LUCAS ASSISIAS**, Regens Studij Parisiensis, & deinde Custos magni Conventus suae Patriae, edidit:

*Opusculum de Christi Incarnatione*, testibus Tosigniano, & Uvadingo, Floruit anno 1440.

**LUCAS BALIONIUS**, Italus, Patria Perusinus, Regul. Observantiae alumnus, Vir doctus, & pius, Italicè praedidit:

*Artem concionandi juxta praeccepta Rhetoricae.* Venetijs anno 1562. Ex Uvadingo, & alij tantum Virum celebrat P. Oidoinus in suo *Athenaeo Perusinarum*, pag. 212.

**LUCAS BITONTINUS**, Socius, ac Discipulus S. Antonij Paduani, vitae sanctitate clarus, edidit:

*Sermones de Sanctis*, quorum initium, Tosigniano teste: *Factes Leonis.* Asservantur M. S. Florentiae in Bibliotheca S. Crucis, & Patavij in Conventu S. Antonij in fol. & in 4.

*Sermones de Tempore.* Prodiere anno 1483. Sabbato ante Dominicam *Esto mihi* in fol. Vidi in Bibliotheca Hispanensis Ecclesiae. Ipsos habuit in fol. manuscriptos Alva noster ex Bibliotheca Abbatiae Antuerpiensis S. Michaelis, sub hoc titulo: *Sermones viae, & veritatis super Epistolam, & Evangelia de tempore per totum annum Eximij Sacrae Theologiae Doctoris Lucae de Bitonto, Ordinis S. Francisci Jostij S. Antonij de Padua, &c.* quorum Prologus incipit: *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, &c.* Migravit ad Dominum anno 1269. Confule Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 17. Februarij, §. 1. Observa non rectè in Syllabo Uvadingi primo de Luca Bitontino, ac deinceps de Luca Patavino sermonem institui, sunt enim idem Author.

**LUCAS CALEXBITANUS**, Siculus, Provinciae Messanenensis Minorum Capucinatorum, Vir doctrina, ac vitae integritate commendatus, ineditam reliquit:

*Summam de casibus conscientiae, quae Summa Lucana appellatur, in tres tomos in 8. dispartitam*, ab eo compilatam anno 1563. Habetur M. S. in Bibliotheca Genuensis Conventus sui Instituti, prout narrat Genuensis.

**LUCAS A S. FRANCISCO**, Hispanus, strictioris Observantiae, alumnus Discalceatae Provinciae S. Joannis, inedita reliquit vernaculè:

*De iterata communionem*, lib. 1.

*De laudibus S. Josephi*, lib. 1.

*De Oratione Mentali*, lib. 1. Recensentur à Fr. Josepho Chatino in Chronicis M. S. ejusdem Provinciae, pag. 910.

**LUCAS A S. FRANCISCO DE LA TOBILLA**, Hispanus, genere clarus, strictioris Observantiae Discalceatorum Provinciae S. Joannis fervidissimus Concionator, & à confessionibus Principis Philiberti Pro-Regis Valentiae, absque peccati mortalis lorde (ex testimonio sui Confessarij) vita transacta, suae pietatis monumentum reliquit, praenotatum.

*Monile Deiparae semper Virginis Mariae.* Murciae 1690. in 12. Hispano sermone ejus acta recenset Fr. Antonius Papes, part. 2. Chron. Prov. S. Joannis Baptistae, cap. 27. Pluribus de eo egi part. 1. mea

Bibliothecæ Minorum Discalceatorum, pag. 164. quibus adde Bibliothecam Vaventinam, pag. 295.

LUCAS JANGUAS, Hispanus, Definitor Castellanae Provinciae Regul. Observantiae, nativo sermone, ineditam reliquit in fol.

*Historiam suae Provinciae.* Ea, quam assertatam vidi Matriti in Archivio Conventus Regularis Observantiae non semel ytor in hac mea Bibliotheca.

LUCAS MECHLINIENSIS, Belgæ, Provinciae Flandriae Minorum Capucinarum Concionator, Artis Poeticæ non ignarus, ac vitæ probitate illustris evulgavit:

*Epigrammatum, Madrigallum, & Canticum spiritualium*, lib. 2. in 8. Excudit Antuerpiæ Henricus Aertfens 1631. testibus Uvadingo, & Genuensii.

LUCAS MENCHOLINIUS A CURTILIANO, Pistoriensis, Provinciae Tusciae Regul. Observantiae excellentissimus Theologus, scripsit:

*Contradictiones Scoti, tum litterales, tum virtualiter tales, tum dictis Sanctorum, & Philosophorum oppositiones in Prologum, primum, atque secundum librum Sententiarum Subtilis Doctoris.* Prodiere Florentiae anno 1621. Studio Fr. Jacobi Pistoriensis ejusdem Provinciae alumni. Obijt Neapoli anno 1590. De eo agit Fr. Antonius Terrinca, part. 3. Theatri Tusciae, fol. 207.

LUCAS MONTEFORTI, Italus, Neapolitanus, Regul. Observantiae Provinciae Terræ-Laboris, Theologus, Ex-Definitor, Synodalis Examinator, ac Guardianus Regij Coenobij S. Mariae Novæ in Patria, Cultoribus Deiparæ semper Virginis, Latinè construxit opus egregium, sub titulo:

*Domus Sapientiae septem suffulta columnis, in qua per multas ex Sacra Scriptura desumptas quaestiones, Virginis cultum, adductis etiam multis SS. Patrum testimonijs, commendat.* Neapoli typis Camilli Cavalli 1653. in fol. Vidi. Insuper:

*Commentaria in Regulam Tertij Ordinis.* Neapoli apud Octavium, anno 1636. Ad prælum quoque parabat anno 1648. sermone Italico:

*De Monarchia Christi*, volumen vnum, uti testatur Uvadingo adhærens Nicolaus Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana. Pertractat de hoc Viro piè, ac religiosè Marracius, tom. 2. suæ Bibliothecæ Ma-

rianæ, ac Fr. Petrus de Alva in Militia col. 949. præcipuè extollens.

*Hymnum latissimum pro Immaculata Conceptione Virginis*, qui extat à folio 53. sui operis *Domus Sapientiae*. Laudatur tomo 2. *Expeditionis Hispanicae S. Jacobi Majoris*, num. 70.

LUCAS ORGASIIUS. Vide *Lucas Romanus*.

LUCAS PACCIOLUS, Italus, è Burgo S. Sepulchri, Sacrae Theologiae Professor, vernaculo sermone conscripsit, ac evulgavit:

*Summam de Arithmetica, Geometria Proportionibus, & Proportionalitatibus.* Vidi editionem antiquam factam Venetijs litteris Paganini 10. Novembris, in folio, in Hispalensi Bibliotheca. Agit in laudato opere:

Primò *de Numerorum divisionibus, ac numeris perfectis.*

Secundò *de Regulis additionis, subtractionis, multiplicationis, ac divisionis cum suis probationibus.*

Tertiò *de Progressionibus exemplis illustratis, ad cognoscendam summam Geometricæ.*

Quartò *de Modis extrahendi radicem quadratam, proportionalem, & cubicam, etiam Geometricè.*

Quintò *de Regula trium, etiam in fractis, adjectis exemplis, ac quamplurimis quaestionibus.*

Sextò *de Fractis, eorumque algorithmo, ac de modis argumentandi ex proportionalitate, & de algorithmo proportionalitatis.*

Septimò *de Regula falsi duplicis positionis.*

Octavò *de Algebra.*

Nonò *de Regulis societatis, alijsque in numeris ad mercaturam pertinentibus.* Consule Patrem Milliet de progressu Mathematicos, cap. 2. & 3. Insuper, ex Uvadingo transtulit:

*Euclidem* in linguam Italicam, & alia ejusdem scientiae composuit opuscula. Agit quoque de eo Tosignianus. Ejus exornatur effigie celebris Bibliotheca Dominæ nostræ de Saliceto, cum hoc Hispanico carmine:

*Uno el suelo, y otro el Cielo  
Te den Atlante, y Alcides,  
Pues por un compás los mides.*

LU:

LUCAS PADUANUS. Vide superiùs

*Lucas Bitontinus.*

LUCAS PARIISIENSIS, natione Gallus, professione Capuccinus, officio Concionator in sua Parisiensi Provincia, nativa lingua, edidit volumina tria, quæ inscripsit:

*Via beatitudinis.*

*Heros saculi.*

*Panegyris de laudibus Trajani.* Fides sit apud Authorem Bibliothecæ Scriptorum Capuccinorum, pag. 223.

LUCAS ROMANUS, Orgasius, Regularis Observantiae Provinciae Romanae, Guardianus Aracocitanus, Definitor, ac Vir Theologica doctrina, ac Evangelica prædicatione illustris, evigilavit:

*Stellarium Immaculatae Conceptionis B. Virginis Mariæ, unâ cum devotione super Salutatione mei ipsius nominis Mariæ.* Belletræ apud Alphonsum de Insula 1640. in 12. Italicè sermone. Vidi. Insuper ex Uvadingo, ac Dupino, sæculo 17. vernaculè etiam dedit:

*Exercitia spiritualia, sive preparatoria ad piè moriendum.* Velitris 1640.

*Basim, sive fundamentum ad super edificandum excelsum perfectionis adificium.* Romæ 1641. Obijt ibidem anno salutis 1645. Eum commendat Marracius, part. 2. suæ Bibliothecæ, ac noiter Alva in sua Militia.

LUCAS DE SUBERETO, Etruscus, ac in eadem Provincia Sacrae Theologiae Magister, edidit:

*Opuscula laude digna, uti narrat Rodolphus, & alia, quæ desiderantur.* Extat hujusce Authoris mentio apud Uvadingum in Syllabo, & Terrinca, part. 3. Theatri Tusciae, pag. 208.

LUCAS THOMAS, Hispanus, Discalceatæ Provinciae S. Joannis filius, Provinciae S. Gregorij Commissarius in Sinarum Imperio, ad Episcopum Cantonensem fustam, ac gravem scripsit Epistolam:

*De modo evangelizandi Regnum Dei.* Impressa fuit primò Italicè, Coloniae anno 1699. Secundò Gallico idiomate, ibidem anno 1700. Legi. Ejus meminit D. Andreas Barcia, part. 1. suæ Biblioth. Indicæ, tit. 4. pag. 87.

LUCAS A TRINITATE, Lusitanus, Regularis Observantiae Provinciae Portugalliae Concionator Jubilatus, ac Vir devotus opusculum emisit ex opusculis S. Bonaventurae, alijsque Sanctis Patribus depromptum, quod prænotavit:

*Piissima erga Dei Genitricem devotio ad impetrandum gratiam pro articulo mortis.* Post iteratas editiones, sub prælo Musicae erat anno 1730. Ulyssipone.

LUCAS UVADINGUS A S. FRANCISCO, natione Hybernus, Patria Uvaterfortensis, Provinciae Portugalliae Regul. Observantiae filius, Sacrae Theologiae Professor insignis, Collegij Hybernorum Sancti Isidori in Urbe Antistes, in Supremo Tribunali Romanae Inquisitionis Censor, in alijs quoque Sacris Congregationibus Consultor, ac Trium Ordinum S. P. N. Francisci celeberrimus Chronographus, Vir religiosissima pietate, ac doctrina conspicuus, multisque alijs nominis venerabilis memoriae, de quo ad Concilium Catholicorum Hyberniae sic Innocentius X. scribit: *Nos adhibito etiam per sæpè dilecti filio Luca Uvadingo, vestrae gentis Viro Religioso, virtute, ac doctrina nobis probato constitutum habebamus, &c.* Cujus vitam, merita, aliasque commendationes præfixit ejus dignissimus successor, ac fidelis Epitomator Fr. Franciscus Haroldus strictioris Observantiae alumnus, tomo primo Epitome suæ, singulari modestia, indefesso studio, ac gravitate styli præclara volumina complens, Republicæ Christianæ, ac Religiosæ donavit, quæ subijcio:

## Opera edita:

*Legatio Philippi III. & IV. Hispaniarum Regis ad S. Paulum V. Gregorium XV. & Urbanum VIII. pro definienda controversia Conceptionis B. Virginis Mariae.* Lovanii apud Henricum Haltenium 1624. in fol. Antuerpiæ typis Petri Belleri 1641. & Coloniae. Vidi.

*Apologeticum de præsenso Monachatu Augustiniano S. Francisci, in quo deteguntur, & refelluntur varij errores ex hac una controversia exorti.* Matriti in officina Teresiae Junctæ 1625. in 4. Prodiit secundò in fol. ad finem tomi primi Annalium, Tertio in 8. Lugduni apud Laurentium Durand 1641. cum defensione ejusdem contra R. P. Fr. Thomam Herrera Theologum Augustinianum. Vidi. Vide inferiùs *Petrus Navarrog.*

*Opusculum, in quo ostendit Immaculatae Conceptioni Beatissima Virginis non ad versari ejus mortem corporalem.* Romæ apud Nicolai Angelum Tinasium 1655. in 8. Vidi.

*De Baptismo Virginis pro eodem Mysle-*  
no. Ibidem in 8.

*De Redemptione Delparae semper Virgi-*  
nis opusculum aliud in gratiam sua Imma-  
culatae Conceptionis. Ibidem per eundem  
1656. in 8. Vidi.

*De Hebraice linguae origine, praesentia;*  
*& utilitate ad sacrar. litterarum Interpre-*  
*tes, opusculum prefixum Concordantijs*  
*Hebraicis excusis Romae apud Stephanum*  
*Paulinum 1621. in fol. Vide inferius Ma-*  
*rias de Galasio.*

*Vita Venerabilis Joannis Duns Scoti*  
*Doctores Subtilis. Montibus per Fratres*  
*Uvandrai 1644. in 8. & tom. 1. operum*  
*ejusdem Doctoris, Lugduni 1639.*

*Vita, & res gesta B. Petri Thome Aqu-*  
*tani Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo,*  
*Patriarcae Constantinopolitani. Lugduni*  
*1638. in 8. typis Laurentij Durand. Vi-*  
*di.*

*Annalium Minorum ab oriente Ordine*  
*S. Francisci, usque ad annum 1250. tomus*  
*primus. Lugduni sumptibus Claudij Lan-*  
*dri 1625. in fol.*

*Eorundem Annalium tomus 2. ab anno*  
*1250. usque ad 1300. Ibidem anno 1628.*  
*in fol.*

*Tomus tertius ab anno 1300. usque ad*  
*annum 1350. Ibidem per Claudium du*  
*Foyt, anno 1635. in fol.*

*Tomus quartus eorundem Annalium ab*  
*anno 1350. usque ad annum 1400. Ibid.*  
*anno 1637. in fol.*

*Tomus quintus ab anno 1400. usque ad*  
*1450. Ibidem anno 1642. in fol.*

*Tomus sextus ab anno 1450. usque ad*  
*1475. Ibidem sumptibus Jacobi Prost, &*  
*Joannis Baptistae Davenet, anno 1647. in*  
*fol.*

*Tomus septimus ab anno 1475. usque*  
*ad annum 1500. Ibidem anno 1648. Ibi-*  
*dem anno 1648. in fol.*

*Tomus octavus eorundem Annalium.*  
Romae editus in typographia Joannis Pe-  
tri Collinei 1645. in fol.

*Bibliotheca, seu Catalogus Scriptorum*  
*Ordinis Minorum. Editio, qua vtor facta*  
*est Romae foris Francisci Alberti Tani,*  
*anno 1650. in fol. Auctorem desidero,*  
*quae prodijt Treviris ex officina Huberti*  
*Reulandt, teste Antonio Toffeno in suo*  
*Catalogo AA. fol. 110. juxta Genevensem*  
*editionem anni 1685. in 4.*

*Commentaria ad vitam, & opuscula S.*  
*Anselmi Episcopi Lucensis. Romae anno*  
*1657. in 4. Evulgavit insuper:*

*Commentaria ejusdem ad opuscula S. P.*

*N. Francisci. Antuerpiae anno 1623. in 4.*  
*apud Plantinum. Vidi. Evulgavit etiam;*

### Opera aliena.

*Opuscula S. P. N. Francisci absque Com-*  
*mentarijs. Salmanticae, Neapoli, Alexan-*  
*driae, & alibi excusa. Vidi.*

*Concordantias morales S. Antonij Pata-*  
*vini cum Promptuario Morali cujusdam*  
*Anonymi Minoritae Hyberni, additis etiam*  
*amplissimis Notis. Romae apud Alpho-*  
*sum Ciaccinum, anno 1624. in 4. Vidi.*

*Angeli del Pas religiosissimi, ac doctissi-*  
*mi Minoritae Commentaria in Marcum, vo-*  
*lumen in fol. ibidem impressum, anno*  
*1623. in fol.*

*Ejusdem Angeli Commentaris in Lucae*  
*Evangelium. Ibidem annis 1625. & 1628.*  
*tomis duobus in fol.*

*Joannis Duns Scoti opera omnis tomis*  
*sexdecim, quibus addit praeter prelimi-*  
*naria, suas, aliorumque Notas, & Censu-*  
*ras ad singulos libros. Lugduni sumptibus*  
*Laurentij Durand, anno 1639. in fol.*

*Vitam, & res gestas B. Jacobi Picent*  
*carminibus heroicis per Joannem Baptistam Pe-*  
*truciam Archiepiscopum Tarantinum cons-*  
*criptas, quas notis, & Commentarijs ille*  
*traxit. Ibidem 1641. in 4. Vidi.*

*Officia plurima Sanctorum, praesertim*  
*Lectiones secundum Nostram Sanctorum*  
*mularum Ecclesiarum, tum in Italia, tum*  
*in Hispania, Germania, Bohemia, Hun-*  
*garia, &c. quae vel ex integro composuit,*  
*vel fideles juxta veriora acta eorundem*  
*Sanctorum, aut puriora Ecclesiarum mo-*  
*numenta restituit, ex commissione Sacrae*  
*Congregationis Rituum Ecclesiasticorum,*  
*dum per multos annos obiit munus*  
*Consultoris ejusdem Congregationis.*

*Joannis Guadensis, Minoritae, opus de*  
*Orculo Morali, ac Florilegio Philosopho-*  
*rum, adiecto Opusculo de Sapientia Sancto-*  
*rum. Romae 1655. volum. 2.*

*Alphonso Ciaccinij, ut commemoratur sic-*  
*retur, opus de Romanis Pontificibus, &*  
*Cardinalibus, auctoritate et Apostolica corre-*  
*xit, & auxit. Reliquit:*

### Inedita.

*Vitas Sanctorum Ecclesiae Urbicenses*  
*cum notis, & Commentarijs, ad Card-*  
*nalem Franciscinum Episcopum Lucen-*  
*sem.*

*Librum de insigni pietate Urbina eriga*  
*Minores, in quo de multis nostri Instituti*  
*alumnis inter eos natis, vel denatis com-*  
*pendiosè tractatur.*

*Volumen justum, in quo comprehendit*  
*Commitia generalia Ordinis, una cum re-*  
*bus gravioribus in eis peractis, ac Consti-*  
*tutionibus, adjectis multis Provincialibus*  
*Statutis.*

*Bibliothecam VV. Patrum ejusdem Insti-*  
*tuti, quorum plurima, haecenus non pro-*  
*dierunt opera, vel typis commissa non inve-*  
*niuntur, aliquot tomis distribuendam.*

*Aphorismos in Regulam Fratrum Mino-*  
*rum ad eliminandas multorum expositiones,*  
*quae timoratis, & infirmis conscientijs gra-*  
*ves scrupulos ingenerant.*

*Vitas, & res gestas Clementis VIII. Leo-*  
*nij XI. Pauli V. Gregorij XV. Urbani VIII.*  
*Innocentij X. & omnium Cardinalium ab*  
*eis creatorum.*

*De mente Sanctorum Patrum circa Im-*  
*maculatam Conceptionem Virginis opuscu-*  
*lum.*

*Tractatum de Scandalis exortis in con-*

*troverfa Conceptionis, teste Marraccio.*

*Consultationum Ecclesiasticarum circa*  
*varias materias sibi commissas, occasione*  
*multarum Congregationum, quibus jubetur*  
*interesse, vol. 1.*

*Epistolarum selectarum, lib. 1. Demum*  
*Hyberniae Annales, ac Historiam Episcopa-*  
*tuum totius Orbis, ac Recentiorum Pontifi-*  
*cum, & Cardinalium scribere statuit, quo-*  
*rum opera in sua scrinia non pauca corri-*  
*vavit, quod, sane, aliorum studiorum;*  
*negotiorumque torrens, & superveniens*  
*inde senectus impedierunt. Plenus ergo*  
*dierum, ac meritorum, ad Christum mi-*  
*gravit Romae in suo S. Isidori Collegio ad*  
*cujus honorarium funus, concurrentibus,*  
*tam exteris, quam domesticis, probitatis*  
*suae opinione ducti, alij, & chordae, &*  
*habitus particulari sibi certatim abscide-*  
*runt, alij corporis flexibilitatem celebra-*  
*bant, cum ab ipsius morte jam transissent*  
*horae circiter quinquaginta quatuor. Se-*  
*pultus fuit in egesta terra ad angulum*  
*Sacelli S. Antonij, incisus lapidi sepulchri*  
*haec litteris:*

D. O. M.

R. A. P. Fr. Lucae Uvadingo Hyberno

Viro erudito

Virtutibus ornato

De Ecclesia, Religione, & Patria

Benemerito

Lectori Jubilato,

Totius Ordinis Minorum Chronologo,

Patri, ac Fundatori

Optimo, & amplissimo

Collegium mærens posuit

Ære D. Herculis Ronconij

In Urbe Advocati

Ejus veri amici.

Obijt

XVII. Novembris M. D. C. LVII.

Ætatis LXX.

Ejus cum laude meminerunt Joannes Tombeus in Columba Sacra de Regula S. Columbani. Franciscus Viverius in Apologia pro Chronico Flavij Dextri, §. 3. Victorius in Vita Gregorij IX. in opere Ciacioniano. Vimbodinus in Historia Ecclesiastica Valentina in Sancto Ludovico. Vide præterea Claudium Roberti in sua Gallia Christiana, Bartholomæum Gavantum in Commentarijs ad Rubricas Missalis, sed præ omnibus laudatum Haroldum.

**LUCIA PALLEARIA A CUTILIANO** (recensente Fr. Antonio Terrinca, part. 3. sui Theatri Tuscæ, pag. 226.) Lectissima femina, Tertij Ordinis alum-

na inter Viros, quia Virgō, scientia illustres memoranda venit, quæ sexum supergressa doctrina, virtute se ipsam, mundumque superavit: scientia, & virtutis speculum, & magistra facta, sapientia amore capta, sæculi amorem post habuit, itaque liberalibus, & scholasticis disciplinis valuit, ut peritissimi quique Philosophi, ac Theologi quid admirari in ea, aut ex ea addiscere haberent. In proprijs laribus virginalem vitam duxit, & Monialibus Minoritissis sæpe Patriæ sacros ritus in celebrandis divinis explicavit, atque Monastica disciplina Neophitas informavit. Apud eandem sepulta jacet, hoc epitaphio decorata:

D. O. M.

Quisquis festinum hic moliris incessum, siste gressum  
viator, paucis te vult hoc, quod conspicias è pario  
lapide Monumentum positum crede virtuti.

Non hic mortis lycæum, sed creditæ Minervæ  
Palestram putes

Lucia Palleariam à Cutiliano morum innocentia, &  
virgineo candore spectabilis post delibatum  
sapientia florem hic tumulum fortita est.

Palladis alumnam dixeris, quæ in castris sapientiæ  
pernoctavit: Universos Philosophiæ, ac  
Theologiæ Thesauros exhauriens

Flevit illam bonæ Artes, quæ ea vivente Etruriam  
habuere pro Astrea Magistra: Insupèr morum  
lecta doctrinæ Fruges Patriæ suæ  
Monialibus exposuit.

Quæ ejus obitum effusissimo gemitu profecutæ  
Hoc grati animi pignus posuerunt.

Obijt anno humanæ salutis M. D. CIII. ætatis  
suæ XXVII.

Siderei pete summa Poli convexa Virago

Dum rapit immitti te libitina manu:

Hospes odorato fundet sibi lilia culmo,

Gaudebitque suam Palladem Tuscus habens.

LUCIA.

**LUCIANUS MONTIFONTANUS**, Capuccinus, Provinciæ Anterioris Austriae Concionator, qui in Missionibus contra Hæreticos in Regionibus Helveticorum, fidelissimi operarij partes implevit, Latine descripsit, ac edidit:

*Vitam, ac Martyrium B. Fidelis à Sigmaringa, Capuccini, miraculis insignis.* Constantiæ apud David Haurt 1647. in 8. Evulgavit insupèr:

*Opus Controversiarum*, sub titulo: *Vox clamantis in Deserto.*

*Primum, & secundum cursum Concionum Annalium.*

*Vitam P. Archangeli Leslei Scoti, ejusdem Instituti alumni, Apostolici Missionarij.*

*Vitam P. Archangeli Gordonij Scoti, Capuccini, Concionatoris.* Constantiæ apud eundem Haurt 1682.

*Conciones festivales* editas anno 1689: volumine unico. Hæc ex Genuensi. Evulgavit demùm, ex Catalogo librorum Genuæ impresso apud Torneus, anno 1725.

*Conciones Dominicales Quadragesimales.* Constantiæ 1690. in 4.

**LUCIANUS RICHARDUS**, Patrumnitæ, ex Minoritis Conventualibus, Vir ab eloquentia, & acumine ingenij, & præcipuè à suis egregijs virtutibus merito celebratus, Sacræ Theologiæ Magister, & eruditus Concionator, edidit:

*Conciones:*

*In Sententias:*

*In Scripturam, & Theologicam disciplinam Commentaria.* Ex Rodulpho Cagliola, & Francisco Baronio, apud Antonium Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ.

**LUCIANUS SONCINUS**, Italus, Patria Brixienis, ejusdemque Provinciæ Minorum Capuccinorum Definitor, ac generis nobilitate, & religiosi moribus clarus, scripsit, Genuensi teste:

*Exercitiorum spiritualium*, volumen unicum impressum Brixie anno 1610. in 8. Obijt in Patria anno 1618.

**LUCIDUS MANCINELLUS**, Italus, ex Monsampolio apud Picentes oriundus, Regul. Observantiæ alumnus, & à Secretis Reverendissimi Fr. Stephani To-

fo, Ultramontanæ Familiæ Vicarij Generalis, Vir (Marracio teste, part. 2. suæ Bibliothecæ Marianæ) virtute, atque eruditione splendidus, sed Poeticæ præsertim facultatis fulgore coruscus, edidit:

*In Beatam Virginem Hymnum unum.* Maceratæ anno 1641. Editioni quoque habebat anno 1645. quo in Araccolitano Conventu vivebat.

*Maria Virginis Iconia per ejus festivitates Rhetorico ritu, Encyclopedico stylo, pariformique methodo digesta.*

*Votivum Pegma super Litanias Lauretanas E. Mariæ Lauretanae. Picenæ incolæ oblatum Epigrammatibus 56. & alijs.*

**LUCIDUS** (alijs **LUCIUS**) Veronensis, scripsit:

*Doctos, variosque Hymnos in laudem S. Francisci.* Hæc Rodulpho adhærens Uvadingus, sed uterque diminuto calamo. Lucidus iste Veronensis, Provinciæ Marchiæ Regularis Observantiæ filius, uti constat ex relatione ejusdem Provinciæ Matriti, in Generali Ordinis Archivio asservata, typis mandavit non pauca, nec poenitenda opera. Anno enim 1625. opus prænotatum:

*Disputationes Academicæ, seu Legitimi Canonæ.* Anno 1634. Italico idiomate, volumen egregium.

*De gestis Instrumentorum Pastoris Domini N. Jesu Christi.* Anno 1635.

*Regulam S. P. N. Francisci carminibus.* Anno 1641.

*Epitaphiorum libros.* Anno 1649.

*Epitaphia alia diversa.* Anno 1651. opus pijsimum inscriptum:

*Beata Maria Lauretana.* Nec oblivioni dandi

*Libri quinque orationum variarum,* primo editi anno 1621.

**LUCIUS ANGISOLA**, ex Minoritis Conventualibus, Conventus Utinensis alumnus, opus posthumum, edidit:

*Conformitatum illustratum à Fesentia Buchio Theologo Conventuali Utinensi, supplemento, & Indicibus locupletatum.* Bononiæ apud Alexandrum Benetium, anno 1590. in fol. Vidi. Vide superiùs *Feremias Buchius.* Subjicio libenter Joannis Francisci Boni Conventualis Decastichon.

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*



Insigne hoc opus excimia confecerat arte  
 Pisanus tantæ Religionis honor.  
 Buchius at quoque Franciscana gloria gentis  
 Addidit huic vigilans multa labore suo;  
 Dumque tibi auratæ Quercus clarissima proles  
 Munera cæu magno digna favore tui,  
 Mittere constituit letus, properavit ad astra,  
 O felix! modo quem regia celsa tenet.  
 Hinc Heros Anguissola jam super æthera notus  
 Perfecit, quod mors dira reliquit opus.

LUCIUS DE MONTURSIO, Ita-  
 lus, Paduanæ Provinciæ alumnus, scrip-  
 sit:

*Universam Philosophiam*, laudatam à Fr.  
 Bernardo Sannig in Synopsi Scriptorum,  
 apud tom. 1. suæ Scholæ Philosophicæ  
 Scotistarum.

LUDOVICA AB ANGELIS, Lusi-  
 tana, ex Clarissis, stylo signavit, circa  
 annum 1650.

*Vitam V. Annæ à Spiritu Sancto, Funda-  
 tricis Ulyssiponenfis Cœnobij ab Spe.* Ex  
 Georgio Cardoso, tom. 2. *Agiologij Lusitani*,  
 pag. 295. litt. D.

LUDOVICUS AB AGRIGENTO,  
 Italus, ex Reformatis Provinciæ Vallis  
 Mazariæ in Regno Siciliæ, Definitor, ac  
 Pater, Latine concinnavit:

*Historiam Provincia Vallis Mazariæ  
 Reformatorum*, in 4. Incipit: *Est sciendum.*  
 Vidi Matrili in generali Archivio  
 Ordinis. Præ manibus quoque habuit exa-  
 ratam anno 1654. noster Alva vii testatur,  
 col. 955. suæ Militiæ. Nonnulla publici ju-  
 ris fecit Tognoletus in suo Paradiso Sera-  
 phico.

LUDOVICUS DE ALCALA (Com-  
 plutenfis) Hispanus, Regul. Observantiæ  
 Castellanae Provinciæ, in Morali Theolo-  
 gia non vulgariter doctus, vernaculè, in  
 apertum produxit volum. in 4.

*De fœnoribus, & cambijs varijsque con-  
 tractibus, qui inter mercatores exercentur.*  
 Editio secunda, & auctior, qua vtor, fac-  
 ta est Toleti typis Joannis de Ayala, an-  
 no 1546. Laudatur à Nicolao Antonio, &  
 Uvadingo.

LUDOVICUS DE ALCAMO, Ca-  
 puccinus, suppresso nomine evulgavit eru-  
 ditum

*Tractatum de electione.* Fides sit apud  
 Torrecilla in suo Catalogo, fol. mihi 177.

LUDOVICUS AB ANGELIS, Lus-  
 itanus, Reg. Observantiæ Provinciæ Al-  
 garbiorum, à Theologicis Censuris S. Of-  
 ficij, evulgavit à se correcta

*Chronica Minorum à Illustrissimo Ulyssiponen-  
 sis conscripta.* Ulyssipone typis Pe-  
 tri Craesbeeck, anno 1615. tom. 2. in fol.  
 Vidi. Sui autem ingenij monumentum re-  
 liquit, opus prænotatum:

*Mensa spiritualis*, vernacula lingua.  
 Ibidem 1667. in 8. teste Nicolao Antonio;  
 tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ.

LUDOVICUS DE ANTEQUERA,  
 Hispanus, ex Minoritis Capuccinis Pro-  
 vincia Baticæ Ecclesiastes, ac Sacræ  
 Theologiæ Professor, edidit vernaculè:

*Orationem funebrem in Exequijs De-  
 functorum Fratrum suæ Provinciæ*, ad  
 ejus Capitulum habitam. Excudit Malacæ  
 Matthæus Lopez, anno 1677. in 4. Vi-  
 di.

LUDOVICUS AB ASCENSIONE,  
 Lusitanus, strictioris Observantiæ tradi-  
 tus in Discalceata Arrabidorum Provin-  
 cia, pro suorum Fratrum utilitate, vernaculè  
 conscripsit, anno 1650.

*Chronica laudata Provinciæ*, teste Fr.  
 Antonio à Pietate, tom. 1. *Chronicorum*  
 suorum ejusdemmet Provinciæ in  
 Prologo.

LUDOVICUS AVENIONENSIS,  
 Gallus, Capuccinus, Provinciæ S. Ludovi-  
 ci Concionator, quem Virum pium, ac  
 religiosi moribus ornatum appellat Ge-  
 nuensis, eodemmet teste, scripsit Galli-  
 co idioma librum in 8. sub titulo:

*Theatrum Epidemicum, in quo describuntur  
 egregia facinora, res gestæ, & beneficia à  
 Capuccinis Provincia S. Ludovici præstita in  
 varijs Locis tempore pestis grassantis,*  
 anno 1630.

LV.

LUDOVICUS A S. AUGUSTINO,  
 Hispanus, Lector Theologus, ac meri-  
 to, & dignitate Discalceatæ Provinciæ S.  
 Josephi in Nova Castella Pater, luci pu-  
 blicæ mandavit:

*Panegyrum de Amadulata, Conceptione  
 Virginis.* Matrili 1656. in 4. à nostro Alva  
 laudatam col. 956. suæ Militiæ.

*Concionem de Canonizatione S. Petri Al-  
 santarenfis* in Populo gravi habitam. Pro-  
 dijt cum alijs Matrili anno 1670. Vidi.

LUDOVICUS A S. AUGUSTINO,  
 alter, Hispanus, strictioris Observantiæ  
 Discalceatorum Provinciæ S. Didaci in Bæ-  
 tica, Missionum Africae Vice-Præfectus  
 Apostolicus, Vir sanè, cui nec humilitas,  
 aliavè virtus, nec martyrio voluntas de-  
 fuit:

*Mysticas Epistolæ* suo spiritu dignas  
 conscripsit in publicum missas à Fr. Fran-  
 cisco Jesu Maria in sua *Missionæ Historiæ*  
 li, lib. 6. cap. 7. & cap. 12. Consule par-  
 tem primam meæ Bibliothecæ Minorum  
 Discalceator. pag. 165.

LUDOVICUS BALBUS, Italus, ex  
 Minoritis Conventualibus, Musicae Præ-  
 fectus in Cœnobio S. Antonij Patavini  
 scripsit:

*Librum Cantus Fœstorum propriorum  
 Ordinis Minorum* cuius studio Fr. Ar-  
 changeli Borlarij, de quo suo loco egi-  
 mus.

LUDOVICUS BALDUS, Siculus,  
 Panormitanus, ejusdem Provinciæ Mino-  
 rum Capuccinorum Ecclesiastes, Theo-  
 gus in Sacris Scripturis insignitè versatus,  
 recensente Fr. Thoma Calona apud Ge-  
 nuensem, scripta reliquit:

*Commentaria varia in Sacram Scriptu-  
 ram.* Ea desidero. Illaudatur in Biblio-  
 theca Sicula Antonij Mongitore, nisi in-  
 distinctus sit à Ludovico Panormitano, de  
 quo inferius.

LUDOVICUS DE BARAJAS, His-  
 panus, Regul. Observ. Provinciæ Caste-  
 llæ, exquisita Artis pictoriæ eruditione  
 præstant, complures efformavit:

*Imagines plantarum, Animalium multi-  
 plicesque Historias* meritò laudatas ab  
 Illustris. Mendoza, lib. 3. *Historiæ Do-  
 minæ nostræ de Saliceto*, in cujus Biblio-  
 theca, ad ejus effigiem appositum cœni-  
 sur hoc carmen:

*Tu barajaras, Barajaras,  
 Con Apeles, y Timantes;  
 Si no fueran ellos antes,*

Tom. II.

LUDOVICUS A BENAVENTE,  
 Hispanus, strictioris Observantiæ Discal-  
 ceatorum Provinciæ S. Joannis, Sacræ  
 Theologiæ Professor, ac dignissimus Pa-  
 ter, inedita reliquit:

*Questiones varias super secundam, quar-  
 tum, ac sextum Capitulum Regule Saraphi-  
 cæ*, in 4.

*Glossam super Constitutiones suæ Pro-  
 vincia*, in 4.

*Super Bullam Gregorianam de Largitio-  
 ne numerum*, in 4.

*Historiam suæ Provinciæ*, in 4. Asser-  
 vantur in ejus Archivio. Vidi. De eo, di-  
 minuto autem calamo, egi in mea Bi-  
 bliotheca Minorum Discalceatorum, pag.  
 166.

LUDOVICUS BENEDICTUS, Ga-  
 llus, Vir eruditus, Uvadingo teste, vertit  
 è Gallica in Latinam linguam, Gabrielis  
 Flammæ Canonici Lateranensis Regula-  
 ris, qui deinceps fuit Clodiensis Episc-  
 copus:

*Sermonem uberem super Evangelium De  
 Luca: Missus est Gabriel.* Prodijt Parisi-  
 sjs anno 1587. quo clarebat. Eum com-  
 medant Uvillotus, & Marracius.

LUDOVICUS BORAGIUS, Italus,  
 Provinciæ Reformatæ S. Antonij scripsit:  
 ait Uvadingus:

*De divina Civium Civitatis Dei præ-  
 destinatione, deque Civium Civitatis Sa-  
 tanæ reprobatione;* cæterum opus hoc mi-  
 nimè prodijt sub hujus Authoris nomi-  
 ne, sed sub nomine Ludovici sequen-  
 tis.

LUDOVICUS BOROJUS, Italus,  
 ex Minoritis Reformatis Provinciæ S.  
 Antonij, Theologus non vulgaris publici  
 juris fecit:

*Dialogisimum de divina Civium Civita-  
 tis Dei prædestinatione*, primò editum Ve-  
 netijs anno 1607. in 8. typis Sebastiani  
 de Combis. Secundò, cum additionibus  
 Veronæ apud Angelum Tami 1610. Tex-  
 tiò, cum alijs additionibus Venetijs im-  
 pressum officina Joannis Guinilli anno  
 1612. Vidi.

*Dialogum de Sancta Oratione refertum  
 pijs, doctis, & utilissimis sententijs.* Tri-  
 denti anno 1590.

*Tractatum de virtuoso exercitio Chris-  
 tiani.* Ibidem anno 1597. ex relatione  
 laudatæ Provinciæ, Uvadingo, ac Dupi-  
 no, sæculo 17.

LUDOVICUS DE BOVIGNES, seu  
 BOVINIACENSIS, Belga, Provinciæ  
 Valloniæ Minorum Capuccinorum Pro-  
 Bb 2

vincialis Minister, Vir præstantis ingenij, magnæ austeritatis, ac Fidei Catholicæ, adversus Hæreticos zelator acerrimus, vernaculè evulgavit:

*Concionum de tempore, ac variarum; volumina tria.* Mamurci 1676.

*Speculum animæ Religiosæ.* Ibidem in 8; teste Genuensi.

*Speculum animæ Christianæ.* Ibidem 1674. tomis 3. in 8.

*Speculum vanitatis mulierum.* Ibidem 1675. in 8. De eo Dupinus sæculo 17. fuisse Genuensis, pag. 224.

LUDOVICUS BOZZUTUS, Italus, Saviensis Regularis Observantiæ Provinciæ Terræ-Laboris, Theologus, & Ecclesiastes evigilavit Italicè, opus tripartitum, sub titulo:

*Debitum Christiani.* Neapoli per Cæsarem Lucciolum 1649. in 12. Item opusculum aliud tripartitum prænotatum:

*Schola erecta veri amantis.* Ibidem, apud Franciscum Savio 1651. in 12. Memores hujus sunt Uvadingus, ac Nicolaus Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana.

LUDOVICUS COELESTINUS A MONTE LEONE, Italus, vti testatur Ludovicus Jacobillus in suo Catalogo Scriptorum Umbriæ apud Marracium in Appendice, edidit:

*Miracula B. Mariæ Virginis.* Venetijs 1590.

LUDOVICUS COELESTINUS, alter, Italus, ex Montis Corvini Oppido, Provinciæ indivisæ Neapolitanæ alumnus. Hic omnes scientias perfectè calluit, præsertim Artes liberales, quarum Conclusiones in Generali Capitulo Romæ celebrato 12. Maji anno 1582. publicè, Ordinis totius honore, substituit. Scripsit plura, & doctissimè:

*Super Septem Artes liberales.* Edidit quoque:

*Plures Concionum libros.* Floruit circa annum præfatum, post & ante divisionem Neapolitanæ Provinciæ in alias binas Principatus, & Terræ-Laboris. Ex Relatione Reformatæ Provinciæ Principatus, quam legi Matriti in Generali Archivio Ordinis.

LUDOVICUS CÆSARAGUSTANUS (D. Nicolao, de Zaragoza) ita à Patria Urbe dictus, quod inter Capuccinos, quorum fuit sodalis, in more est, Provinciæ suæ Aragonensis, Minister, ac Diffinitor generalis, edidit:

*Lacubrationum Theologicarum, seu Materiarum Scholasticarum juxta mentem*

*S. Bonaventuræ* duo volumina; vt Lucas Uvadingus in *Bibliotheca Franciscana*, & Benedictus Polaccius de Scandriglia in *Fructibus Seraphicis* Authores sunt. Hæc D. Nicolaus Antopius, pag. 25. tom. 2. suæ Bibliothecæ. Pacè autem tanti Viri Ludovicum de Zaragoza illaudat Genuensis, & Uvadingus in suis Bibliothecis. Polaccium non vidi; crederem ego alium non esse à Ludovico Caspensi de quo infra ferius.

LUDOVICUS CÆSENAS, Regularis Observantiæ Provinciæ Bononiensis, insignis Concionator, postè res reliquit:

*Sermonalia quatuor.* Secundam partem; quam de Deo retribuente, seu de finibus malorum, & bonorum, vocat penes se habuit Uvadingus M.S. volumine magno.

LUDOVICUS CARBO, seu CARVO A COSTACCIARIO, Italus, Minorita doctissimus, copiosè, & devotè concinnavit:

*Litterales, & Mysticas expositiones super Orationem Dominicam*, quodeviginti annorum spatium elucubravit, & multis Scriptoribus insignitas. Ex Illustr. Rocæ, tom. 2. fol. 412. Prodiit Venetijs 1590. in 8. teste nostro Alva, col. 969. suæ Militiæ subdente etiam edidisse:

*Hortationem ad veram sapientiam acquirendam.* Venetijs 1588. in 8.

*De interiore homine, vel de sui ipsius cognitione.* Ibidem 1585. in 8. & Colonia 1617.

*Compendium Theologiæ S. Thomæ.* Venetijs 1587. & Colonia 1620. in 4. Ejus professionem subticet laudatus Alva; Minoritis autem adscribitur à præcitato Rocæ; penes quem sit fides.

LUDOVICUS CARVAJAL, Hispanus, Baticus, Castellane Provinciæ Regularis Observantiæ Filius, Theologus Complutensis, Vir eruditione, & eloquentia clarus, perfectissimus Orator, nec vili Theologorum sui sæculi, Eisengreinij iudicio, secundus, cujus in Concilio Tridentino spectata virtus, & autoritas fuit, in lucem emisit:

*Declamationem expostulatoriam in 33. capita partitam pro Immaculatæ Conceptione Deiparæ semper Virginis cum dilutione 15. argumentorum, quæ adversus præfatam declamationem quidam eidem Ludovico Parisijs objecit.* Prodiit Parisijs ex officina Oliveri Maillerdi, anno 1541. in 8. Hispani 1533. in 8. Vidi.

*Theologicarum Sententiarum, seu Resoluta Theologia à Sophistica, & Barbaris,*

*nie*, opus egregium Colonia apud Melchiorum Novetianum 1545. in 8. adjecta; *Approbatone libri, cum explicatione quarundam argumentorum sibi objectorum*, ad D. Ludovicum Carvajalem Ossorium gentilem suum. Antuerpiæ, apud Joannem Gravium 1548. in 8. Vidi.

*Orationem habitam in Concilio Tridentino Dominica secunda Quadragesima*, anno MDXLVII. Prodiit ibidem, eisdem formis. Vidi. Incipit: *Quam arduam.*

*Apologiam Monasticam Religionis diluentem nugæ Erasmi.* Basileæ 1529. & Parisijs eodem anno, apud Uvadingum, & Bibliothecam Tellerianam.

*Epistolam insignem ad Laurentium Suarez Figueroa de Fertia Comitum, & Marchionem de Priego.* Præmittitur operi immediatè laudato, & prodiit Salmanticæ, anno 1528.

*Dulcorationem amarulentiarum Erasmi Responsoris.* Parisijs in 8. Eum commendat Nicolaus Antonius, Uvadingus, Martacius, Alva.

LUDOVICUS DE CASARANO, Italus, Capuccinus, à Genuensi illaudatus, qui florebat anno 1665. latinè scripsit opus prænotatum:

*De Primatu S. Petri, adversus Græcos.* Lecce anno 1664.

*De Ritibus Græcorum, & Latinorum, ac de Mysticis,* volumen aliud ibidem editum. Demùm:

*Ariadnam Prælatorum Regularium filio Sacre Scripturæ, ac Doctorum.* Ex Ludovico Dupin sæculo 17.

LUDOVICUS CASPENSIS, Hispanus, Provinciæ Aragoniæ Minorum Capuccinorum Theologus, ac Provincialis Minister, necnon Generalis Diffinitor, Vir doctrina, ac religiosi moribus ornatus, typis dedit:

*Integrum Cursum Theologicum complectentem omnes materias secundum ordinem D. Thomæ.* Prima editio facta est Lugduni litteris Laurentij Anisson 1642. & 1643. volum. 2. in fol. Editio secunda locupletior ibidem per eundem 1666. Vidi.

*Apologiam in defensionem Annalium Fr. Zachariæ Boverij.* Cæsaraugustæ, anno 1645. scripsit etiam, Genuensi teste:

*Cursum Philosophicum.* Laudatur à Uvadingo, & Nicolao Antonio. Obijt Cæsaraugustæ, anno 1647.

LUDOVICUS A CASTILLIONE, Italus, Diocesis Aretinæ, Provinciæ Tus-

ciæ alumnus, Philosophiæ; ac Theologiæ Oxoniensis Magister, scripsit:

*Opuscula in Sacra Pagina.*

*Tractatum de Paupertate Christi.* Ex Mariano, & Uvadingo. Claruit circa annum 1320. Laudatur ab Antonio Terzina, part. 3. Theatri Tusciæ, pag. 208.

LUDOVICUS A CASTRO, Leodiensis, ex Minoritis Conventualibus, Sacræ Theologiæ Doctor, sæpius Provincialis, & Commissarius Ordinis, per Sabaudiam, Delphinatum, Vivaresium, Burgundiam, vicinæque Loca, Vir in omni scientiarum genere versatissimus, ac facundissimus Concionator, Gallicè emisit:

*De divisione prætense Religionis Provinciarum Belgicarum, quæ se federatas vocant, seu de dissectis Calvinii sectis.*

*Antisydonica Conventualium Ultrajecti, & Dordraci annis 1618. & 1619. habitum Leodij apud Christophor. Ouvvelx anno 1619. in 8. Vidi.*

*Castrum Monasticum, sive Apologiam oppositam Turri Babel Danielis Hoebede Calviniani Gallorum Dordraci Concionatoris.* Ibidem 1622. in 8.

*Vindicias Montis Pietatis Leodiensis contra Joannem de Lillers Advocatum Cameracensem.* Ibidem 1627. in 4.

*De institutione Montis Pietatis per Principatum Leodiensem, & Comitatum Lessensem.* Ibidem 1618. in 4. Omnia Gallicè. Decessit anno 1632. Leodij apud suos magno honore sepulchri tumulatus in Navi Ecclesiæ. Eum commendat Uvadingus, Lequile, Dupin sæculo 17. & Laffor tom. 1. sui *Universi*, pag. 337.

LUDOVICUS A S. CATHARINA, Lusitanus, Regularis Observantiæ Provinciæ Algarbiorum Lector emeritus, ac Pater, necnon Examinator trium Ordinum Militantium, evulgavit:

*Panegyrum de laudibus SS. Patriarcharum Dominici, & Francisci.* Ulyssipone ex typographia Michaelis Manescal 1686. in 4. Vidi.

*Concionem de S. Francisco de Borja.* Ibidem per Michaellem Deslandes 1683. in 4. Vidi.

*Concionem de Conversione S. Pauli.* Eboracæ in officina Universitatis 1683. in 4. Vidi.

LUDOVICUS CAVALLI, ex Pago Rtodelinghen in Prov. Franciæ Parisiensis, Provinciæ Bononiensis Filius, Humanioris

ris Litteraturæ, per quam peritus, Uvadingo à studijs, & Religiosus socius, ac Pœnitentiarius Lateranensis, scripsit, ac edidit propria, nempe:

*Profodiam, seu de Syllabarum quantitate, & varijs carminum generibus, allatis Authorum testimonij.* Parisijs primò. Secundò, sub titulo *Scala Parnasi.* Lugduni. Tertio accuratius examinatum. Quarto demum: *Janus Musarum referata* inscriptum, Parisijs sumptibus Antonij Bertier, anno 1647. in 8. Vidi.

*Compendium Poeses Gallicæ. Varias Odas, Epigrammata, & Chronographica quedam.* Ibidem, & in calce operis laudati. Vidi. Ex alienis autem.

*Francisciada*, id est, *S.P.N. Francisci Vitam* à Francisco Mauro Minorita (de quo superius egi) metricè conscriptam, Notis, Argumentis, Scholijs, & In dice Periphrasim Poeticarum illustratam, præmissa quoque vita laudati Mauri, publicè juris fecit Rothomagi apud Laurentium Maury, anno 1634. in 8. Vidi.

*Opuscula S. Francisci Patris nostri*, in 16. omisis R.P. Uvadingi Commentarijs emisit jussu RR. Campanæ Ministri Generalis, præmissa ad eum Epistola dedicatoria, alijsque ornamentis. Lugduni sumptibus Laurentij Durand. Vidi.

*Breviloquium S. Bonaventuræ*, in 12. addito ejusdem Doctoris Seraphici insigni elogio alterius Authoris, evulgavit. *Manuale Theologicum Francisci de Heretra* Minoritæ expurgavit, ac typis dedit Hieronymi de la Garde, Lugduni 1642. in 16. Vidi.

*Resolutionem doctrinæ Scoticæ* Eleutherij Albergoni Minoritæ Conventualis publicavit ibidem, sumptibus Joannis Amati Caudy 1643. Demum Epitomen *Annalium Uvadingi* prosequabatur, quam absolvit Fr. Franciscus Haroldus, ut superius monui.

LUDOVICUS CAVIEZ, Gallus, teste Uvadingo, è Latina Gallicam fecit:

*Fidei Catholica professionem Sebastiani Flavij*, qua duæ, & viginti rationes afferuntur, quibus ad Romanam Ecclesiam Catholicam à Lutheranâ, & reliquijs hæresibus redijt. Parisijs apud Antonium Honium, anno 1576.

LUDOVICUS CHAVAGNACUS A CASANOVA, Aptensis Diocæsis in Gallia, zelo religionis, sapientia singulari, ac exacta legum observantia clarus in sua

S. Dionysij Recollectorum Provincia ad posteros derivavit librum

*De virtutibus.* Item libellos quosdam: *De vitæ spiritualis documentis.* Diem clausit extremum plenus meritis, & annis, in Conventu Biterrensi citcà annum 1640. Ex Historia laudatæ Provinciæ, asservata in Generali Ordinis Archivio Matritensi, conscripta à Fr. Chrysothomo Gaufrido ejusdem Instituti, & Provinciæ alumno. Legi.

LUDOVICUS CICONOLIANUS, Regularis Observantiæ edidit:

*Directorium Divini Officij* commendatum à Gavanto, qui de Rubricis appositis in reformatione Piana agens, id testatum reliquit: *Paucissimi tamen erant earum tituli, nempe undecim tantum, in prima editione jussu Pij V. hausti à Directorio Divini Officij, composito à Ludovico Ciconoliano Regularis Observantiæ, sub Paulo III. qui & Directorium approbavit.*

LUDOVICUS CITTA, Italus, dictus Philosophus, vernaculè edidit:

*Viridarium S.P.N. Francisci, ejusque Seraphicæ Religionis.* Perusis anno 1580. De eo noster Alva tabula 5. Hunc credo indistinctum à Ludovico de Civitate S. Angeli etiam Italo, ac Minorita, cujus sunt:

*Annotationes ad librum de Magnalibus Verbi Italicè scriptum à Joanne Dominico Monte-Fusoli*, imprellum Neapoli anno 1593. in 4. teste eodem Alva in Militia, col. 970.

LUDOVICUS DE CIVITATE S. ANGELI. Vide præcedentem.

LUDOVICUS COMPLUTENSIS. Vide superius Ludovicus de Alcalá.

LUDOVICUS A CRUCE, Lusitanus, Brigantibus; honestis Parentibus natus, in Bæticam se conferens, fratribus se applicuit in S. Gabrielis Discalceata Provincia. Compluti edito litterarum specimen, Romam fuit remissus vnà cum Joanne Baptistâ Moles Procuratore Generali, strictioris Observantiæ Discalceatorum in eadem Provincia alumni, ut à Secretis ei esset. Provinciæ Terræ Laboris Præfecturam, deinde Sacrarum Virginum S. Claræ apud Neapolitanos regimen adeptus, jam & muneribus exercitatus, Romam transfertur, ut Sacro Lateranensî Templo Pœnitentiarius deserviret, Collegijque præset. Demum sub Gregorio XV. creari meruit Vicarius Generalis Minorum strictioris Observantiæ in Italia de-

gen-

gentium; quibus se olim aggregaverat. Quâ gubernationis ratione ab Urbano Papa VIII. abrogata, recessit ad pristinam Pœnitentiæ administrationem. Hoc etiam retento munere Præpositus jam iterum Neapolitanæ Provinciæ creatus, ad Comitata Ordinis Generalia Toleti celebranda ad nos præfectus, Casaraugustæ obiit septimo Idus Maji, anno 1633. ætatis suæ 67. Vir fuit severitate in se ipsum, religiosaque Observantia spectabilis, assiduusque in studijs, ut Lucas Uvadingus ait, ex cujus totidem ferè verbis hæc nostra representavimus. Scripsit:

*Disputationes Morales in tres Bullas Apostolicas Cruciate, Defunctorum, & Compositionis.* Cui additur:

*De electione opinionum Appendix.* Lugduni præstante operam eodem Uvadingo apud Jacobum Prost 1634. in 4. Vidi.

*In Bullam Cœnæ Domini volumen alterum*, de quo edendo cogitabat eo tempore, quo Bibliothecam Franciscanam dedit foras idem Uvadingus.

*Tractatum de pijs Legibus relictijs Fratribus Minoribus*, in quo probat licere hæc admittere secundum cautiones à D. Bonaventura præscriptas in Regula Minorum.

*Dubia aliquot Moralia*, quibus in Pœnitentiaria domo Lateranensî doctè respondit. Hæc omnia tribuunt ei Uvadingus, Georgius Cardoso in Agiologio Lusitano die 9. Maji, litt. L. & Petrus Antonius de Venetia, tom. 1. part. 3. fol. 635.

*De Jubilæo tractatum.* Asservatur M.S. in Bibliotheca Barberina, cod. 210. Pluribus de eo egi part. 1. Bibliothecæ Discalceatorum, pag. 166. Ejus vitam habes tom. 1. Chronicorum. Provinciæ S. Gabrielis, lib. 3. cap. 33.

LUDOVICUS A CRUCE, alter, Vercellensis, Pedemontanæ Provinciæ Regularis Observantiæ Minister Provincialis, Vir de religione optimè meritis, scripsit, ac edidit:

*Vitam B. Hugolinæ Virginis Vercellensis*, teste Andrea Rossoto in Syllabo Scriptorum Pedemontij, litt. L. Insupèr evulgavit, vernaculè opus prænotatum:

*Affectus interni animæ pœnitentis super Psalmum Miserere.* Mediolani, & Taurini anno 1647.

*Compendium Historiæ Sabaudicæ*, dicatum Carolo Emmanuelli I. anno 1611. Extat M.S. in Regia Sabaudicæ Bibliotheca.

*Vitas Beatorum Ordinis Minorum*, præparatas habebat eodem anno, teste laudato Rossoto.

LUDOVICUS A DOLA, Beroulsianus, Capuccinus, Provinciæ Comitatus Burgundiæ Provincialis Minister, Theologus doctissimus, ac magni subminis Concionator, typis dedit:

*Disputationem quadripartitam de modo conjunctionis concursus Dei, & Creaturæ, ad actus liberos ordinis naturalis, præsertim ad prævios adversus prædeterminantium, & assertorum scientiæ mediæ Modernorum opiniones.* Ferdinando Archiducis Austriae, & S.R.E. Cardinali dicatum. Lugduni apud Jacobum, & Petrum Prost, anno 1634. in 4. & deinceps in fol. Vidi. De eo Uvadingus, & fuso calamo Genouensis.

LUDOVICUS DONATUS, Vene-tus, vnus ex primis Theologis Bononiensis Academiæ, Inquisitoris hæreticæ pravitatis munere Venetijs integerrimè aliquandò functus, Vir eruditione, & virtutibus illustris, ex Ministro Provinciæ S. Antonij, ac Generali totius Ordinis creatur S. R. E. Cardinalis, sub titulo S. Marci à Urbano VI. sed conspirationis crimine suspectus capitali sententia punitur, eodem Pontifice mandante die 11. Januarij anno 1385. Varijs (verbis vtor Georgij Josephi Eggs in sua Bibliotheca Purpurata edita Monachij anno 1714.) *ijque gravissimis cruciatu supplicijs (conscientiâ fortassis innocentiæ sibi testimonium dante) lato, alacricque animo, nihil aliud veritatem elicere conantibus respondiisse fertur nisi illud Petri Apostoli: Christus innocens passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia ejus.* Hactenus Eggs ex Uvadingo in Annalibus, Contellor in Elogio Cardinalium, & alijs. Reliquit sui ingenij monumenta.

*Librum exhortationum ad Fratres. Sermones de Tempore.*

*Commentaria in septem Psalmos Pœnitentiales.* Consule Haroldum ad annum 1378. num. 5.

LUDOVICUS DE ELNA, Hispanus, Catalunienis, Regulam Seraphicam professus in eodemmet Principatû, ad Discalceatam Arrabidorum Lusitanam Provinciam transivit, ejusque dignissimus Custos, semèl, atque iterum effulsit. Devotione erga Deiparam semper Virginitatem, humilitate, silentio, alijsque virtutibus insignis, Sacris Litteris, ac Humanis

nijs

nis egregia opera data, Græcæ quoque linguæ non ignarus, totum integrum prædicabile efformavit:

*Pro Concionibus totius anni.* Testem adduco Georgium Cardoso, tom. 3. Agiologij Lusitani 9. Maji, fol. 136.

**LUDOVICUS DE ESCOBAR**, Hispanus, Regul. Observantiæ habito litteratio, minimeque infructuoso commercio cum Friderico Castella Archialaso, cujus Confessarius erat publici juris fecit perutilia *Proverbia*.

*Responsa CCCC.* Editio secunda quam vidi, adjectis ab eodem C. glossis facta est Pinciae, typis Francisci Alpharo, anno 1550. in fol. Emisit etiam:

*Responsa alia CCCC.* Ibidem apud Cordova 1552. in fol. Vidi. Stylo quoque signavit:

*Historiam Caracæ, vernaculè Guasalsara.* teste Comite de Mora, pag. 189. *Historiæ Toletanæ.* Claruit circa annum 1551. Moram traxisse constat in Conv. de Rio-Seco, Prov. Conceptionis.

**LUDOVICUS FERNANDEZ BLASCHO**, Hispanus, Tertij Ordinis Regularis Theologus præclarus, ac celebris Concionator scripsit:

*De Universali Redemptione per Christum.* Compluti 1613. in fol. Bordonus, Uvadingus, ac Veronenis in suis Syllabis.

**LUDOVICUS DE FILICARIA**, Florentinus, doctus Minorita Provinciae Tusciæ edidit anno 1490.

*Vitam S. P. N. Francisci*, ligato sermone Erusco. Pertractant de eo Teislerius in suo Catalogo, fol. 222. & pluribus Fr. Antonius Terrinca, part. 3. Theatri Tusciæ, pag. 208.

**LUDOVICUS DE FLANDES**, ex Minoritis Capuccinis Provinciae Sanguinis Christi, Theologus, ac Custos, necnon S. Officij Qualificator, vernaculè dedit:

*Catechismum Doctrinæ Christianæ, una cum expositione Symboli, ac doctrina Sacramentorum in communi.* Oriolæ per Josephum Diaz Cavuelas 1727. in 4. Vidi.

**LUDOVICUS FONDONI**, seu **FUNDONI**, Hispanus, Valentiniæ Provinciae Regul. Observantiæ filius, ac devotus Concionator evulgavit Hispanicè:

*Tractatum bipartitum de Divinisissimo Sacramento Corporis, & Sanguinis Domini.* Valentiniæ per Joannem Chrysostrum Carriz 1614. in 4. Vidi.

*De preparatione ad Communionem, ac*

*presentiam Sacramentalem.* Ibidem per eundem 1617. in 32. Vidi.

*De prævijs ad mortem dispositionibus.* Ibidem apud eundem 1621. in 4. Pertractant de eo Uvadingus, & Nicolaus Antonius excepti in Bibliotheca Valentina, pag. 305.

**LUDOVICUS A S. FRANCISCO**, Lusitanus, olim Doctor Theologus, ac Juris Pontificij Interpres, Compostellanae Provinciae Regul. Observantiæ alumnus, illaudatus verò à Fr. Jacobo de Castro in Catalogo Scriptorum suæ Provinciae, Romæ evulgavit:

*Globum Canonum, & arcanorum lingue Sanctæ, ac Divine Scripturæ* ad Ferdinandum Medicum S.R.E. Cardinalem. Ibidem, typis Bartholomæi de Graisis 1586. in 4. magno. Vidi. Primo in libro agit de linguæ sanctæ origine, antiquitate, varietate ipsius characteribus, litteris, earumque etymologia, divisione, figura, potestate, diphthongis, numerorum notis, punctorum etiam, seu vocalium origine, divisione, figura, & potestate, atque demum de accentibus, eorumque varietate, & sede. Secundo in libro, assignantur Canones ad nomina, & reliquas orationis hebraicæ partes necessarij, & utiles. Tertius liber continet Regulas, & Canones, ad varias perfectorum species, & ad eorum accidentia, ac conjugationes, maxime conducentes. Canones quoque circa gutturales dilucidissime præscribuntur. Quartus, verba omnia imperfecta minutatim profectur. Quintus, fuisse agit de ordinibus compositis, atque de multiplicibus mysterijs diversarum compositionum eorundem. Sextus liber, veteres Syntaxeos Canones tradit. Elicendi radices verborum, & nominum, peripicuum normam describit. Adverbiorum omnium, litterarum, & syllabarum servitium formas, indicat, atque demonstrat. Septimus, Abbreviaturas omnes (quas *Narrikon Rafetent* nominant) complectitur. Octavus, universos Grammaticæ terminos juxta ordinem Latini Alphabeti Hebraicis quoque dictionibus adjunctis congestos habet. Cum anacephalozon, seu brevi quadam recapitulatione mentium, qui in Divinis Scripturis recensentur. Nonus, veterem Hebræorum poetiam à primis incunabilis investigat, & recentiorum quoque poematum Canones, atque præcepta explicat. Decimus, & postremus, Arcanorum Divinorum originem

etymologiam, & divisionem complectitur, quamplurima mysteria, & loca Scripturæ Sacræ; Theologis, & Concionatoribus satis accommodata, dilucidè interpretatur, & exornat.

*Orationem funebrem in obitu Fr. Marci Valladarij.* Romæ 1587. in 4. Vidi. De eo agunt Nicolaus Antonius, Uvadingus, ac Catolus Imbonato in sua Bibliotheca Latino-Hebraica.

**LUDOVICUS A S. FRANCISCO**, alter, Lusitanus, Regul. Observantiæ Provinciae Portugalliæ Apostolicus Concionator, ac Lector Theologiæ, quæ ad mores spectat, Vir tum doctrina, tum sanctitatis nota illustris, posteritati dedit vernaculè:

*Compendium Vitæ S. Rosæ Viterbiensis.* Connimbricæ typis Josephi Ferreyra, anno 1675. in 12. Vidi. Insuper recensente Fr. Ferdinando à Solitudine, tom. 5. Chronice. laudatæ Provinciae in Catalogo suorum Scriptorum emisit:

*Concionum de Sacratissima Eucharistia*, sub titulo: *Sextillas*, volumen in 4. Ibidem per eundem 1682. Vidi. Item volumen aliud in 4.

*Concionum funebrium.* Ulyssipone apud Michaellem Deslandes, anno 1690.

*De origine Tertij Ordinis Seraphici, ejusque Sanctis.* Ibidem, ac eisdem formis anno 1684. in 8.

*Opus mysticum tractatum de Indulgentijs, ac varias devotiones amplectens*, sub titulo: *Thesaurus patens in agro Franciscano.* Connimbricæ litteris Josephi Ferreyra 1695. in 16. Demum opus prænotatum:

*Penitilogium Morale.* Ibidem in officina Emmanuelis Diaz 1691. in 4.

**LUDOVICUS FRANCISCUS**, Argentanensis, Gallus, Provinciae Normanniæ Minorum Capuccinorum egregius Concionator, ac Provincialis Minister, Vir apud Genuensem, morum gravitate venerandus, in Sacris Scripturis eruditus, Mystica quoque, ac Scholastica Theologiæ Doctor eximius, Gallico sermone concinnavit miram pietatem redolentia opuscula inscripta:

*Christianus interior, seu conformitas interior, quam debet habere Christianus cum Jesu Christo*, tomis 2. in 16. Prodiit primus Parisijs anno 1659. & 1661. Secundus Rothomagi apud Franciscum Uvaltier 1677.

*Exercitia Christiani interioris.* Parisijs apud Sebastianum Craunovsy 1662. to-

mis 2. in 8. Utrumque Italicum fecit Fr. Antonius Rapallo, Capuccinus, in publicumque misit Genæ litteris Franchelli 1669. & 1670.

*Conferentiæ Theologicæ Spirituales Christiani interioris super Christi Domini perfectiones.* Parisijs 1671. & Rothomagi 1675. tom. 2.

*Collationes Theologicæ spirituales Christiani interioris super magnaalia.* Del. Ibidem 1675.

*Collationes Theologicæ spirituales Christiani interioris super perfectiones. De parva semper Virginis.* Parisijs ex typographia Viduæ Stephani Martin 1670. tom. 2. in 4. Floruit circa annum 1660. Pertractat de eo Dupinus, fac. 17.

**LUDOVICUS FUNDONI** Vide superius verbo *Ludovicus Fondoni*.

**LUDOVICUS GALATENA**, Italus, Provinciae Hydruntinæ Concionator Capuccinus, Vir religiosus, Italicè edidit:

*Orationem de Laudibus S. Caroli Borromei.* Mediolani apud Joannem Baptistam Cardum 1642. Ex Genuens.

**LUDOVICUS GOMEZ**, Hispanus, Vejanus, Provinciae Bæticæ primò, tandemque Provinciae Discalceatorum Sancti Gregorij in Philippinis Insulis alumnus extitit. Iste usque ad decrepitam octoginta annorum senectutem cum administratione, & innumerabili Gentilium conversione occupatus, Japonij Regiones perlustraret, pericula frequenter expertus; ea semper (præter intentionem) evasis donec (Deo permittente) captus cum duobus adjutoribus suis Japonibus, in carcerem Vomuræ intrusus est; ex quo deinde cum socijs, & benedicto Patre Sebastiano Vieyra Societatis Jesu captivo suo in tetrum Yendi ergastulum translatus fuit. Ibi auctis ærumnis, & poenis, novo martyrij genere, ligatis scilicet ad trabes pedibus, capitibusque dorsum in subterraneas speluncas pendens, deficiente sensim halitu, illustres hi. Martyres spiracula vitæ à Creatore accepta propter Redemptoris gloriam emiserunt anno 1637. In apertum prodierunt:

*Relationem Martyrij V. Fr. Joannis à S. Marthæ Minoritæ*, ex qua plura communia fecit Chronologus Provinciae S. Jacobi, tom. 2. lib. 1. cap. 2. à fol. 12. Pluribus egi de eo in mea Bibliotheca Minor. Discalceator. part. 1. pag. 167. & part. 2. pag. 42.

**LUDOVICUS GRANATENSIS**, Minorita, ut legitur apud Bibliographiam

Aniffonianam Lugduni excusam 1702. evulgavit opus in scriptum:

*Collectanea Moralis Philofophiæ.* Parisijs 1582. in 8.

LUDOVICUS A GROTTA, seu GROTAGLIE, Italus, Reformatæ Provincie S. Nicolai Theologus, Gallicè, & ligato sermone scripsit:

*Allegoriarum super opus Marianam Fr. Bonaventuræ à Vera Crate* ejusdem Provincie alumni. Lycij apud Petrum Micheli, anno 1642. in 8. Vidi.

*Pulcherrimum Elogium Immaculatæ Virginis.* Ibidem 1653. in charta expansa. Exscripsit noster Alva in sua Militia Univerfali, à col. 978.

LUDOVICUS GUERILUS A PINEROLIO, indefessus Seraphicæ Militiæ Athleta, quod à spiritualibus exercitijs supererat temporis, fcriptionibus impendens, librum edidit, cui

*Neomicrocosmus* titulum prætulit. Ex Uvadingo, & Illustriffimo Britio in suis Monumentis Subalpinae Provinc. D. Thoma, pag. 291.

LUDOVICUS DE GUEVARA, Minorita, Hispanus, scripsit:

*Disputationes de Voluntate Dei*, vt ex Haroldo in Additionibus ad Syllabum Uvadingi recenset Nicolaus Antonius, tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ.

LUDOVICUS HENNEPIN, Gallus, strictioris Observ. Recollectorum alumnus, vernaculè prælo commissit:

*Descriptionem novæ Gallie.* Paris. anno 1683. in 12.

*Descriptionem novæ Regionis Americae, vna cum Historia Americae Septentrionalis, tum naturali, tum morali.* Uvilteburgij 1697. & 1698. 2. volum. in 12. Extrat hujusce mentio apud Bibliothecam Gallicam Jacobi Le-Long, lib. 4. num. 15866. & 15867. & tom. 28. Diarj Scævans.

LUDOVICUS HIERONYMUS DE ORE, Americanus, Guamange ortus, Regul. Observ. Provi XII. Apostolorum, deinde Commissarius Floridae, ac demùm Civitatis Chilensis Regni Antistes, translatis in Peruanorum idioma varijs Ecclesiasticis operibus, sui ingenij monumenta reliquit:

*Rituale, seu Manuale Peruvianum, ac brevem formam administrandi Sacramenta juxta ordinem S. Romanae Ecclesiæ, cum translationibus in lingua Provinciarum Peruvianarum.* Neapoli typis Joannis Jacobi Carlini 1607. in 4. Vidi.

*Symbolum Indicum, in quo mysteria omnia, quæ continentur, in Symbolis Apostolico, Niceno, & S. Athanasij doctè interpretantur.* Lima Indorum anno 1598. in fol.

*Descriptionem novi Orbis, & Incolarum* Ibidem. Laudatur ab Alphonso Laffor, tom. 1. *Univerfi calamo delineati*, pagina 45.

*Martyrium Franciscanorum, qui Florida passim sunt.* Ibidem anno 1604. & 1612. in 4.

*Coronam Sacratissima Virginis Mariæ* Matriri in typographia Cosmæ Delgado, anno 1619. in 4. Vidi.

*Catechismam Doctrinam Christianam in linguis Quilbua, & Aymara.* Ibid. 1698.

*Tractatum de Indulgentijs Alexandriae* anno 1606. in 4. teste Alva in Militia.

*Relationem Vitæ, ac Miraculorum Sancti Francisci Solano,* in 4. teste Nicolao Antonio:

*Conciones per annum.* Ex Uvadingo. Decevit anno 1628. Laudatur à D. Andrea Barcia, part. 2. suæ Biblioth. Indica, pag. 713. & 780.

LUDOVICUS HILBERG, antea JOANNES, Provinciae Bohemæ alumnus, ac Colonienfis Theologus. Vide inferius Ludovicus Prutenus.

LUDOVICUS IMOLENSIS, Bononiensis Provinciae Minister Provincialis, recensentibus Toligniano, & Uvadingo, edidit:

*Orationem de S. Stephano Protomartyre* habitam coram Sixto IV.

*Orationem de Nomine Jesu coram Innocentio VIII.*

*Orationem in funere Petri Ferrici Episcopi Cardinalis.* Incipit: *Cum sapè alias*. Impressam vidi cum alijs Matriri in Bibliotheca S. Martini, serinio 143.

LUDOVICUS A S. JOANNE EVANGELISTA, Hispanus, Discalceatorum Provinciae S. Joseph Pater, totius Ordinis in Romana Curia Commissarius, & ejusdem Diffinitor Generalis, Vir spectabilis doctrinæ, virtutibus quoque, & prophetia ab Excellentissimo Domino Petro de Aragonia Neapolitano Pro-Rege probatis, insignis, obtemperans Summis Pontificibus Paulo V. Clementi VIII. & Leonii II. publici juris fecit:

*Super 4. librum Sententiarum summam casuum conscientia,* tomis duobus. Tomus primus excusus fuit Matriri, typis Joannis Cuesta 1622. & 1642. ibidem apud Didacum Diaz in fol. magno, sed

Hispanicè. Tomus secundus etiam in fol. asservatur ineditus Matriri in Archivio Regalis Conventus S. Egidij. Vidi. Insuper:

*De administratione Sacramentorum in casibus repentinis, vna cum Tractatibus de resistentia Recetorum Ecclesiarum, ac frequentia Sacre Communionis.* Matriri ex typographia Regia 1634. Ibidem 1637. per Joannem Sanchez. Ibidem 1659. apud Paulum de Val in 4. Vidi.

*De instabilitate vitæ, & exhortatione ad Pœnitentiam, ac peccatorum satisfactionem,* volumen in 8. Matriri, litteris Joannis Delgado, anno 1625. Vidi.

*Artem in qua docetur via ad unionem cum Deo, adjectis tractatibus de septem gradibus perfectionis, de oratione mentali, ac orationibus jaculatorijs.* Ibidem prodijt ex typographia Regia, anno 1640. in 8.

Vidi. Demùm ad ejus humillimas preces Paulus V. Pont. Max. die 1. Decembris, anno 1609. Privilegia Ordini Minorum concessa confirmavit. Item obtinuit ab eodem Pontifice, vt in Ordine Minorum, omnibus diebus Sabbati festo novem lectionum non impeditis recitari possit Officium Immaculatæ Conceptionis. Confule meam Bibliothecam Minorum Discalceatorum, part. 1. pag. 167.

LUDOVICUS A S. JOSEPHO, Lusitanus, strictioris Observantiæ Provinciae Discalceatorum S. Antonij (quos Lusitani Capuccinos appellant) Theologus, Pater, S. Officij Qualificator, ac totius Ordinis Diffinitor, Concionatoribus dedit vernaculè:

*Sylvam Concionariam,* voluminibus duobus. Tomum primum excudit Theotonius Craesbeeck Ulyssipone, ann. 1686. in 4. Vidi. Tomus secundus ad prælum maturus asservatur, ibidem in Biblioth. Conventus Sancti Antonij. Seorsim communes fecit:

*Concionem Dominicæ infra octavam Nativitatis.*

*Concionem de Domina nostra à Pietate.*

*Concionem de Santissimo Sacramento.*

*Concionem habitam in Quinquagesima.*

*Panegyrim de SS. Patriarchis Dominico, & Francisco.*

*Concionem vespertinam Doctrinalem.*

Ulyssipone, apud Antonium Rodriguez de Abreu 1676. in 4. Habentur nonnullæ in libro in scripto: *Laurea Lusitana.*

*Concionem de Incarnatione,* quam cum alijs Hispanicè redditam excudit Andreas Garcia, anno 1679. Vidi.

LUDOVICUS KELLEN, strictioris Observantiæ Recollectorum in Colonienfi Provincia, ejusque Provincialis Minister, Nationis Germano-Belgicae Commissarius Generalis, ac Generalis Diffinitor Ordinis, Vir sanè eruditus, plura elucubravim, ex quibus excusa extant:

*Medulla Cedri, sive Evangelium Dominicale singulis per annum Dominicis predicabile,* voluminibus 5. in 4. Coloniae Agrippini, typis, & sumptibus Joannis Willicmi Fricffen, anno 1684. Vidi.

*Medulla Cedri, id est, discursus medullati in omnes, & singulos dies festivos Christi Domini, B. Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum.* Coloniae anno 1682. in 4. volum. septem. Laudantur in Bibliotheca Kryfiana edita Hagæ Comitum anno 1717.

*Adventuale novum, seu discursus Concionatorij in Adventum Domini.* Coloniae 1682. in 4. Ex Catalogo Librorum Theologicorum edito Genuæ, apud Tourneus, anno 1725.

LUDOVICUS A S. LEONE, Theologus, Minorita, scripsit, Uvadingo, & Sannig testibus:

*Super primum Sententiarum Scotti.* Asservantur M. S. in fol. Alsifij in Bibliotheca Minorum Conventualium.

LUDOVICUS LOZANO, Hispanus, Conchensis, Regularis Observantiæ Carthaginensis Provinciae, Sacre Theologiae, quæ ad mores spectat Professor, ac Excalceatorum Clarissarum Oppidi de Mula Vicarius, in publicum missi vernaculè:

*Armamentarium spirituale in gratiam Animarum purgantium in Purgatorio.* Valentia apud Hæredes Benedicti Mace 1707. in 12. Vidi.

*Speculum Sanctimonialium.* Matriri, typis Viduæ Joannis de Barrio, anno 1699. Vidi.

LUDOVICUS LUCERNENSIS, Helvetus, in hacque Provincia Minorum Capuccinorum, Vir pius, & doctus, honori Jesu, Mariæ, & Josephi inserviens latino sermone edidit, anno 1656.

*Coronam Lauretanam.* Ex Genuensib; pag. 226.

LUDOVICUS DE LIRANO, Minorita, Concionatoribus reliquit:

*Sermones Ferialis per totum annum.*

*Commune Sanctorum, & alia multa,* testibus Uvadingo, & Illustrif. Genzaga.

LUDOVICUS MACIAN, Hispanus, strictioris Observantiæ Discalceatorum Prov.

Prov. S. Joannis Baptistæ in Valentino Regno, Vir ingenio excellens, Hebraicæ quoque, ac Arabicæ linguæ cognitione scientissimus, memoriani suis posteris commendans, scripsit:

*Septem Psalmos Pœnitentiales*, Arabicè.

*Commentaria super quatuor Evangelia*, Arabicè.

*Annotationes plures super Sacramentum*, Hebraicè.

*Commentaria alia*, Arabicè. Desidero. Recensentur à Fr. Josepho Chatin in Chronicis M. S. laudatæ Provinciæ, apud ejus Archivium, fol. 910.

LUDOVICUS DE MACINAGHI DE VARISIO, Minorita, Italus, Latino sermone dedit Deiparæ semper Virginis cultoribus, librum dictum

*Theopetition*, Mediolani impressum anno 1653. in 12. Ex nostro Alva col. 981. In Militis.

LUDOVICUS DE MALVEDA, Hispanus, Minorita, librum divulgavit prænotatum:

*Lac Fidei pro Principe Christiano*. Brugis anno 1545. in 4. vti ait Uvadingus, & in fol. fidem, si facias Alphonso Laffor, tomo 2. sui Universi calamo delineati, fol. 400. Nicolaus Antonius hunc credit esse Ludovicum Malvenda, cujus opus habetur in Expurgatorio Hispano, nota prohibitionis confixum.

LUDOVICUS DE MANGANELIS DE APOLLA, Italus, Regularis Observ. Provinciæ Principatus, Theologus, ac Diffinitor, accuratè, ac sapida methodo concinnavit:

*Discursus predicabiles Theologicos speculativos in modum meditationum, & soliloquiorum, per quos habetur expositio primi, & secundi Cantici Canticorum Salomonis, juxta doctrinam, & ordinem questionum Scoti in primo libro Sententiarum*. Matrili ex typographia Regia anno 1619. in 4. Vidi.

*Vitam Doctores Subtilis*. Ibidem, operi laudato præfixam.

*Discursus super primum, secundum, & tertium caput Canticorum Salomonis juxta ordinem Q. Scoti in 2. libro Sententiarum*. Ibidem apud Thomam Junctam 1619. in 4. Vidi. Adducit ibidem

*Brevem Paraphrasticam expositionem supradictorum Canticorum Salomonis*. De utraque Joannes Vincentius Salayc.

*Cantica, quæ Salomon cecinit: Subtilis Scotus*. Pandit & unanimes reddidit utrosque liber.

LUDOVICUS A. S. MARIA, Lusitanus, Provinciæ S. Antonij Discalceatorum in eodem Regno, devotus alumnus, licet Vir egregie doctus, dumtaxat posteritati dedit vernaculè:

*Ceremoniale ad usum laudatæ Provinciæ*. Ulyssipone per Bernardum à Costa, anno 1696. in fol. Vidi.

LUDOVICUS MARIA SINISTRARIUS DE AMENO, Novariensis, ex Reformata Provinciæ S. Didaci, Concionator Generalis, Sacræ Theologiæ Lector, ac olim Illustrissimi, ac RR. Avenionensis Archiepiscopi Theologus, & in spiritualibus Vicarius, Vir utriusque Juris peritissimus, elaboravit:

*Commentarios perpetuos, & absolutos in Præcticam Criminalem Fratrum Minorum*, voluminibus duobus in fol. Romæ ex officina Joannis Komarek, anno 1693. & Venetijs anno 1700. Vidi.

*Formularium Criminale Practicæ illustre*. Romæ secundò, typis, & sumptibus Gasparis Bayona, in 12. Vidi.

LUDOVICUS MARTIN, Hispanus, strictioris Observ. Prov. Discalceatorum S. Joannis Baptistæ, Sacramenti Pœnitentiæ devotus Minister, scripsit, non tamen edidit septem supra viginti volumina in 8. qua in Bibliotheca Conventus Montis Sion de Torrente ejusdemmet Provinciæ reposita numerantur. Ea sunt:

*De Gratia estimatione*, volum. 1.

*Varia lectionis*, volum. 3.

*Fragmentorum predicabilium*, volum. 4.

*Fragmentorum Historiarum ad Consilios spectantium*, volum. 2.

*Miscellanorum*, volum. 1.

*De Epistolis S. Theresiæ*, volum. 1.

*Opusculorum Nieremberg*, volum. 1.

*Tesaurus Indulgentiarum*, volum. 1.

*Stimulus Virtutum*, volum. 1.

*Propugnaculum paupertatis*, vol. 1.

*Manuale Prælatorum*, volum. 1.

*Lux anima*, volum. 1.

*Lux viarum Cæli*, volum. 1.

*Vir desideriorum*, volum. 1.

*Confessarius instructus*, volum. 1.

*De Dignitate Sacerdotali*, volum. 1.

*De Peregrinatione Terræ Sanctæ*, vol. 1.

*Rerum Mysticarum, ac Moralium*, volumina quatuor. Ex Relatione laudatæ Prov.

Provinciæ, ad me missa, vti monui in mea Bibliotheca Minorum Discalceat.

LUDOVICUS MATRASCIA, de quo Mongitore tom. 2. Bibliothecæ Siculæ. Vide superius Ludovicus Agrigento.

LUDOVICUS A MATRE DEI, Lusitanus, Lector emeritus Prov. Portugalliæ Regul. Observ. prælo commissit volumen inscriptum:

*De duratione gubernij Prælatorum in Seraphica Religione*. Ulyssipone per Henricum de Oliveyra 1657. in 4. Laudatur tom. 5. Chronic. Fr. Ferdinandi à Solitudine.

LUDOVICUS MELITENSIS, ex Reformatis Provinciæ Vallis Mazariæ, celeberrimus Theologus, Diffinitor, ac S. Officij Qualificator, Romæ Italico sermone dedit in lucem:

*Vitam V. Servi Dei Fr. Innocentij à Clusis*. Migravit ad Dominum anno 1633. & anno 1646. ejus corpus corruptionem non viderat. Ex Chronicis Fr. Ludovici de Agrigento, Matrili in Ordinis Archivio asservatis.

LUDOVICUS MESA, Hispanus, dignitate Sacerdos, Tertij Ordinis Franciscani expressè alumnus, Vir eruditus, ac Theologiæ Mysticæ non ignarus, vernaculè emisit:

*Vitam V. Mariæ à Jesu, Tertiaria Franciscana*. Prodiit primò Matrili ex officina Francisci Calvo, anno 1661. in fol. Secundò ex typographia Regia 1678. Vidi.

LUDOVICUS MESSANENSIS, Regularis Observantiæ, alumnus, qui in publica Messanensi Academia acutissimum patefecit ingenium, ineditas reliquit heroico carmine:

*Subtilitates Scoti*. Asservantur in Cœnobio Messanensi S. Mariæ à Jesu. Memoratur cum laude tom. 2. Bibliothecæ Siculæ.

LUDOVICUS MIEDES, Hispanus, professione Capuccinus, Concionator, & Guardianus Salmantini Conventus, divulgavit eruditam orationem, dictam:

*De Vexillis*, seu *Comphalon*, habitam Salmanticæ. Excudit ibidem Franciscus Garcia Honorato, anno 1724. in 4. Vidi.

LUDOVICUS MIRANDA, Hispanus, Pincianus, Regularis Observantiæ Compostellanæ Provinciæ alumnus, ac Provincialis Minister, nulli Theologorum suæ tempestatis secundus, Causarum S. Officij Qualificator, ac in Romana Curia Procurator Generalis, Vir (vti ait Mart. Tom. II.

racius, part. 2. Bibliothecæ Marianæ) tam laudatæ virtutis, ut alienis præconijs non indigeat, præclara hæc ingenij monumenta reliquit, Latine, & Hispanè.

Latine.

*Directoriam, sive Manuale Prælatorum*, opus egregium Regularibus, cunctis valde vile. Romæ 1612. tomis duobus in 4. Salmanticæ 1615. & Augustæ apud Kruger 1616. in fol. Locupletatum à Paulino Berto Lucensi, Coloniae, typis Cuthij 1617. in fol. & 1630. Vidi.

*De ordine judiciario, ac modo procedendi in causis criminalibus, tam in foro Ecclesiastico, quam in foro seculari agitandis*. Salmanticæ apud Andream Renaut 1601. & 1623. tomis duobus in 4. Vidi.

*Pro Immaculata Sacra Deiparæ Conceptione defensionem*. Salmanticæ 1626. in 4. vti recenset Fr. Petrus de Alva in Militia, col. 982.

*De Sacra Scriptura sensibus in questionibus divisum tractatum*. Ibidem 1625. in 4. Vidi.

*De Sacris Monialibus*, tractatum editum Salmanticæ apud Viduum Francisci de Cea 1614. in fol. Vidi. Italicè conversum excudit Placentiæ in Italia Joannes Bazachus, anno 1616.

Hispanicè:

*Expositionem Seraphicæ Regule*. Salmanticæ apud Antoniam Vazquez 1622. in 4. post primam editionem ibidem factam 1609. per Artum Tabernier. Vidi.

*Expositionem Regule S. Clarae*. Ibidem 1610. in 4. Vidi.

*Expositionem Regule Tertiariarum*. Ibidem per Artum Tabernier 1619. in 4. Est tertia editio. Vidi.

*De incongruentia novi gubernij Vicarij Generalis Discalceatorum tractatum Apologeticum*. Ibidem 1604. ex typographia Antonia Ramirez. Vidi.

*Instructionem doctrinalem pro Novitiorum educatione*. Ibidem 1616. in 12. apud Susannam Muñoz. Vidi.

*Collationum spiritualium, seu Sermonum ad Fratres*, volumina duo. Ibidem 1617. & 1618. in 4. apud Susannam Muñoz, & Didacum Cufio. Vidi.

*Expositionem Sphære Joannis de Sacrobosco*, ad Ferdinandum Hispaniarum In-

fabentem. Salmanticae, apud Hiacynthum Tabernier, anno 1629. in 8. Vidi.

*De Immaculata Conceptione Deiparae semper Virginis*, volumen aliud. Ibidem apud Didacum Cusio 1621. in 4. Et ibidem ad Urbanum VIII. P. M. in officina Antoniae Ramirez 1626. in 4. Vidi.

*De indebita multiplicatione Conventuum*, tractatum in 4. impressum, absque loco, & anno. Vidi.

*De conservazione Regnorum Hispania*. Tractatum in 4. loco, & anno non expressis, excusum. Vidi. Pertranctant de eo Nicolaus Antonius, Uvadingus, Alva, & alij. Vixit anno 1620.

LUDOVICUS MONDELLUS, Mediolanensis, teste Uvadingo, edidit:

*Novum Epistoliarium ad Mariam Philippiam cum erudita praefatione*.

LUDOVICUS A NATIVITATE, Lusitanus, Regularis Observantiae Provinciae Portugalliae, Lector emeritus, vernaculè in Concionatorum gratiam, scripsit opus praenotatum:

*Divinitas Filij Dei incarnati*. Ulyssipone, apud Laurentium Anveres, anno 1645. in fol.

*Laudes Immaculae Conceptionis Reginae Angelorum*, opus M. S. apud Cardoso, prout narrat Nicolaus Antonius. Inedita etiam reliquit vernaculè:

*Concionum variarum*, volumina tria; teste Fr. Ferdinando à Solitudine, tom. 5. Chronicorum laudata Provinciae. Laudat Emmanuel Cajetanus de Soussa, tom. 2. suae *Expeditionis Hispaniae S. Jacobi Majoris*, num. 381.

LUDOVICUS A NAZARETH, strictioris Observantiae Provinciae Anglicanae, in eaque Missionarius, in publicum misit rhythmo patrio:

*Vitam S. Mariae Aegyptiacae*. Duaci, apud Viduam Uvionis, anno 1640. Ex Uvadingo in Appendice.

LUDOVICUS NUTI, Cosmopolitanus, ex Minoritis Conventualibus Provinciae Etruriae, Sacer Theologiae in Pisana Universitate publicus Doctor, scripsit Italico idiomate circa annum 1682.

*De Viris Illustribus Minorum Conventualium*. Morte praeventus edere non potuit, ejus autem M. S. penes Superiores Generales eorundem reperuntur, ut narrat Fr. Antonius Terrinca, parte 3. Theatri Tusciae, pag. 208.

LUDOVICUS N. seu nullo cognomine addito, Minorita, qui vixit, Eycengrenio teste, anno 1513. Scripsit:

*Sermones feriales per totum annum*.

*Commune Sanctorum*.

*Sermones centum septuaginta & unum ad Religiosos*.

*Sermones extraordinarios*.

*De B. Virgine Maria*.

*De Angelis, & quibusdam Sanctis separatim*. De eo agunt Uvillot, Uvadingus, & Marracius.

LUDOVICUS N. alter, Hispanus, Provinciae Castellae Regularis Observantiae Provincialis Minister, qui floruit anno 1466. ineditum reliquit:

*Concionum de Beatissima semper Virgine Maria* volumen in folio, quod perantiquis caracteribus exaratum asservatur Toleti, in Bibliotheca Conventus S. Joannis Regum, sub FF. num. 15. Vidi.

LUDOVICUS PANORMITANUS, Sacrae Theologiae Lector, femelque, & iterum suae Siciliae Provinciae Minorum Capuccinorum Provincialis Minister, Italicè edidit:

*Miracula V. Servi Dei Fr. Bernardi de Corleone, Capuccini*. Habentur à pag. 297. Vitae ejusdem Servi Dei, recussa Panormi, typis Felicis Marini 1700. in 4. Vidi.

*Vitam V. Fr. Blasij de Caltanisseta, Praedicatoris Capuccini*. Panormi apud Dominicum Cortesium 1704. Vidi.

*Praxim exercitiorum Religiosorum in solitudine, juxta mentem S. P. N. Francisci*. Ibidem per eundem 1711. in 8. Vidi.

*Novendiale Meditationum super vitam S. P. N. Francisci*. Ibidem, apud eundem, suppresso nomine, 1709. in 12.

*Discursus Morales*, sub titulo: *Infelicitas imperans*. Ibidem, ac ejusdem typis 1712. in 12.

*Vitam V. Servi Dei Fr. Salvatoris à Pantelleria, Sacerdotis Capuccini*. Erat sub praelo Gasparis Bayona, Panormi anno 1714. in 4.

*Chronica Minorum Capuccinorum Panormitanae Provinciae*, teste Antonio Mongitore, tom. 2. Bibliothecae Siciliae, & in Appendice.

LUDOVICUS PARISSINUS, Gallus, Capuccinus Provinciae Laticae, sapius Definitor, ac Sacrae Theologiae Professor, Vir doctrina illustris, vitae integerrimae, observantiae regularis admodum studiosus, seraphicae paupertatis fervidus zelator, ac de tota sua Provincia, propter ardua negotia ab eo feliciter gesta, ac in ejus utilitatem peracta, optimè meritus, scripsit, ac edidit Gallicè:

*Expositionem litteralem super Regulam Fratrum Minorum, secundum mentem Seraphici P. N. Francisci ab omnibus totius Regni Galliae Provincialibus approbatam, & maximè commendatam*. Prodiit Parisijs apud Renatum Goffert, anno 1622. & iterum anno 1623. apud Joannem Fovet, & etiam Lugduni anno 1631. & 1633. in 32. Vidi.

*Methodum facilem ad acquirendam perfectionem*. Tom. 1. in 16. Parisijs apud Nicolaum Buon, anno 1626. De illo meminertunt Uvadingus, Cardinalis de Bona apud Genuensem, & Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 4. Octobris, §. 3.

LUDOVICUS PASCHALIS, Gallus, Regularis Observantiae, edidit Gallicè:

*Notas in Rubricas generales, & particulares Brevitarii Romani, & tractatum de Missa solemni*. Parisijs apud Franc. Piet. anno 1638.

*De debito Pastorum*. Tolosae 1626. in 8. *De Spiritibus*, opus mysticum, ibidem editum. De utroque tomo 1. Bibliothecae Barberinae, pag. 170.

LUDOVICUS PACIS DE MONTEFANO, Italus, Minorita eruditus, vernaculè evulgavit:

*De gratia sanctificante Deiparae semper Virginis*, opus inscriptum: *Scala Domini Arae Caeli*. Romae, anno 1652. in 4.

LUDOVICUS PIPE, Gallus, Capuccinus, à Genuensi illaudatus, Gallicè edidit:

*De quatuor obligationibus Parochorum*. Antuerpiae 1635. & Parisijs 1657. Floruit circa annum 1640. De eo Dupinus, saeculo 17.

LUDOVICUS PRUTENUS, seu de PRUSIA SAXO, Regularis Observantiae alumnus, cognomento etiam ab Hilberg, Vir pius, ac doctus, scripsit:

*Trilogium animae*, opus videlicet tripartitum de animae potentijs, passionibus, & habitibus. Norimbergae apud Antonium Rebergerum, anno 1498. in 4. Vidi.

*De Immaculata Conceptione Reginae Angelorum, & de usu liberi arbitrii ejusdem Beatissime Virginis in utero Matris*, uti recenset Marracius, parte 2. suae Bibliothecae Mariana. Vivebat anno 1493. Eum commendant Uvillotus, Possavianus, Uvadingus, & Alva in Militia, nonnulla exscribens col. 987.

LUDOVICUS A PURIFICATIO

Tom. II.

NE, Lusitanus, strictioris Observantiae Discaleatorum Provinciae S. Antonij Brasiliensis alumnus, ac Theologus, anno 1729. ad praelum non habebat:

*Concionum variarum* volumen in 4. vernacula lingua.

*Historiam Provinciae S. Antonij Brasiliensis*, in fol. Ex relatione ejusdem Provinciae.

LUDOVICUS QUIROS, Hispanus, in Compostellana Provincia Regul. Observantiae Sacrae Theologiae Lector emeritus, ac Canariensis Provincialis Minister, edidit:

*De origine, ac miraculis Imaginis Christi Crucifixi Coenobij Lavinae Ordinis Minorum Insulae Tanariffae, adjecto Catalogo eorum, qui primitus Fidem seminaverunt in Canariensibus Insulis*, volumen in 4. sermone Hispanico. Casaraug. apud Joannem de la Naja 1612. in 4. Vidi. Extat hujusce mentio apud Uvadingum, & Nicolaum Antonium.

LUDOVICUS RAM, Hispanus, in Civitate Oseni natus, Regul. Observantiae Aragonensis Provinciae alumnus, & Concionator, vernaculè in apertum produxit:

*Historiam Conventus Dominae nostrae de Monlora; adjecta Concione habitata in translatione Christi Domini de Columna ad novum Sacellum Osca*. Oscae per Petrum Blufon, anno 1634. in 4. Vidi. De eo Patet Hebrera in Catalogo Scriptorum laudatae Provinciae; minimè verò Uvadingus, nec Nicolaus Antonius.

LUDOVICUS DE REBOLLEDO, Hispanus, Regul. Observantiae Provinciae Baeticae, facundus Concionator, ac Provincialis Minister, scripsit, elegantius, Uvadingo iudice, quam accuratius Hispano sermone:

*Historiae Ordinis Minorum* partem primam. Hispani typis Francisci Perez, anno 1598. in fol. Vidi.

*Ejusdem Historiae* partem secundam, quae inde prodiit ex Coenobio S. Francisci typis Clementis Hidalgo, anno 1603. in fol. Vidi.

*Catalogum Virorum Sanctorum, ac Illustrum Ordinum S. P. N. Francisci*. Subnectitur primae parti suae Historiae ad calcem.

*Vitam Christi à Landulpho Carthusiano compositam Castellanae fecit*. Prodiit Hispani 1608. in fol. Vidi.

*Orationes funebres quinquaginta*. Hispani apud Clementem Hidalgo 1600. in 4.

Matriti 1603. Casaraugustæ per Joannem Quarran, & 1608. Vidi.

*Expositionem Regule Seraphicæ, vna cum Declarationibus Summorum Pontificum, ac varijs Constitutionibus Ordinis.* Hispali ex typographia Francisci Perez, anno 1600. in fol. Vidi.

*Tractatum de Monte Alovernie.* Ex Haroldo, apud Nicolaum Antonium, tom. 2.

*Orationem funebrem in Exequijs Comitiss de Chincbon* ad Capitulum Generale Ordinis Toleti celebratum, anno 1606. Prodiit ibidem ex officina Thomæ de Guzman in 4. Vidi.

LUDOVICUS DE LA RIVIERE, Minorita, Gallus, ni fallor, recensente Ludovico Dupin in Supplemento, tom. 3. edidit:

*Tabulam mysticam de quadruplici amore Divino.* Lugduni 1630.

LUDOVICUS RODRIGUEZ, Hispanus, Noyensis in Regno Gallaciæ Regularis Observantiæ Compottellanæ Provinciæ alumnus, & Sacræ Theologiæ professor, publici juris fecit erudita

*Commentaria in Logicam Aristotelis ad mentem Doctoris Subtilis.* Salmanticæ apud Antonium Ramirez 1624. in fol. Vidi. Inedita reliquit à Nicolao Antonio definita

*Commentaria in 8. libros Physicorum ad mentem Doctoris Subtilis.* Initium: Quæstio prima: *Utrùm de rebus naturalibus sit scientia tanquam de subiecto.*

*Commentaria in primum, & secundum de Anima.* Quæstio vltima est: *Utrùm definitiones de Anima sint bene ab Aristotele assignate.* Utraque amplectitur volumen magnum in fol. asservatum Salmanticæ in Bibliotheca Conventus S. P. N. Francisci. Constat univcrsum opus 104. Quæstionibus, 400. Articulis, ac multiplicibus Dubijs.

LUDOVICUS RODRIGUEZ, aliter, Hispanus, Prov. S. Evangelij Regul. Observ. adscriptus, transtulit elegantèr in Mexicanam linguam:

*Proverbia Salomonis, necnon plura Sapientiorum Bibliorum fragmenta.*

*De Contemptu Mundi aureum opus* Mexicè reddidit, demptis XX. postremis capitibus, cum quibus lima præmissa, in publicum misit Fr. Joannes Baptista Guardianum agens Conventus Tetzavani ejusdem Provinciæ:

*Concionum variarum volumen etiam impletum studio laudati Guardiani, vna cum varijs tractatibus.*

*Catechismum brevem eodem idioma editum cum sermonibus, teste Fr. Joanne de Torquemada, tom. 3. lib. 19. cap. 33. ex quo Ventancurt in suo Menologio. Pertractant insuper de eo Uvadingus, & Nicolaus Antonius.*

LUDOVICUS ROSANOVA, Neapolitanus, in Provincia Reformata Principatus, viginti quinque annorum spatio Sacræ Theologiæ Lector, & aliquandò Definitor, plurimas collegit in *Scoti doctrina elucidationes*, quæ prælum expectabant. Typis commisit Latino idioma:

*Sacram Elegiam pro S. Margarita de Cortona gemebunda in die Parasceves.*

*Heroicum carmen super Scoti gesta, & doctrinam.*

*Profopopejam in laudem Excellentissimi Julij Pignatelli.*

*Elegias in funere Illustrissimæ Domine Hippolytæ Trivulsi, & alia quamplura carmina, haud ignobilia.* Ex relatione laudatæ Provinciæ in Matritensi Archivio Ordinis asservata.

LUDOVICUS SANGUINETO, Neapolitanus, nobilis Theatinus, in sæculo I. V. D. egregius, Provinc. Neapolitanæ Minorum Capuccinorum nomine dato, & fervidus Concionator, & Vir magnæ pietatis evasit. Inedita reliquit:

*De rebus spiritualibus opuscula, quæ citumferuntur absque ejus nomine.* Ex Genuensi, ac Nicolao Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana. Claruit anno 1635.

LUDOVICUS SANIDLO, Italus, Provinciæ Russiæ Regularis Observantiæ Definitor, Vir integra morum honestate conspicuus, in laudem B. Virginis, edidit opus prænotatum:

*Pænetica Imaginis B. Virginis Lezayensis delineatio, seu de origine, ac miraculis S. Mariæ Annunciatæ, quæ in Conventu Lezayensi Regularis Observantiæ colitur.* Asservatur M. S. in Bibliotheca hujus Conventus, teste Fr. Bernardino Kaliski in sua Historia Provinciæ Russiæ. Vivebat anno 1650. Pertractat de eo Marracius in Appendice ad Bibliothecam Marianam.

LUDOVICUS DE SCALA, Minorita, Hispanus, qui florebat anno 1340: scripsit vulgarem tractatum:

*De Provisione Toleti facta, anno 1541: præmendicis, qui prius per portas distabant pro colligenda stipè.* Extat M. S. in Toletana Bibliotheca S. Joannis Regum, vti

ex Haroldo narrat Nicolaus Antonius, tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ.

LUDOVICUS SILVESTER A. S. ANGELO, in Vado; Italus, ex Minoritis Conventualibus, Doctor Theologus *Conclusionibus, ac quotationibus* illustravit Commentaria in 4. libros Sententiarum Fr. Ricardi à Mediavilla, juxta editionem factam Brixianæ anno 1591. in fol. Vidi.

LUDOVICUS SILVESTER LOYDE, Anglus, Kilkeliensis, Provinciæ Lageniæ strictioris Observantiæ alumnus, egregius Concionator, Theologus emeritus, ac Diffinitor, necnon Laodensis Episcopus, Anglico sermone edidit:

*De Doctrina Christiana*, volumen in 4. Adjecit insuper: *Litteram ultimam Dictionario Hybernico Fr. Francisci Valesij* de quo superius egimus tomo 1. hujus Bibliothecæ, pag. 445. Vivebat anno 1730.

LUDOVICUS SKROBKOVICIUS, Polonus, ex Canonico Visleciensi, & Cantore Tornaviensi, Minorita, factus, confecit:

*Historiam gestorum B. Simonis de Lipnica, Minorita, apud Cracoviam, miraculis insignis.* Brunsbergæ in Prusia, typis Gasparris Uveingertneri, anno 1636. Exscriptit Pater Joannes Baptista Soleria ad Acta Sanctorum mensis Julij, die 18. pag. 518.

LUDOVICUS SOTELO, Hispanus, Hispali ex nobili Sotellorum Familia natus, in Salmanticensi Academia literis egregiam operam dedit, & divino illustratus lumine in nostro S. Josephi, del Calvario vulgò, celeberrimo Salmantino Conventu, strictioris Observantiæ Discalceatorum aggregatus (haud in Betica S. Didaci Provincia, vt perperam Nicolaus Antonius, tom. 2. Biblioth. Scripator. Hispaniæ existimavit) solemnem professionem emisit die 11. Maji anno 1594. In nostra igitur S. Pauli Provincia aliquot annis summa cum laude transactis, auditò insigni Beatorum nostrorum sex Japonij Protho-Martyrum triumpho, velut olim D. Antonius ad Marochij Martyrum, ipse ad Japonensium imitationem aspirare cœpit: quare ad Philippinarum S. Gregorij Provinciam, atque inde ad Japonorum Regna delatus, post decem annorum prædicationem, tam fructuosam, tamque fecundam, vt Christiani, & Gentiles publicè dicerent, se nunquam similem ei Concionatorem audivisse: In calamitosis illis persecutionis temporibus captus, & carceri mancipa-

tus fuit. Ex eo à Mazamtne Rege Voxu anno 1613. erectum, pro se Oratorem ad Pauli V. Pont. Max. Sanctitatem, & ad Philippi III. Catholici Majestatem pro magno Reipublicæ Christianæ incremento delegavit, quo munere summa cum Ecclesiæ lætitiâ perfunctus est. Restant adhuc publicis tabulis conscripta, & typis mandata apud Summum Pontificem delegationis Acta in Audientia publica 3. die Novembris anno 1615. Et in Aula Palatii Quirinalis, ex qua in Cappellam Pontificiam intratur, inter alias Imagines in supremis parietibus depictas, celebriorum, tanquam eximij Pontificatus successuum representativas, prædicti Fr. Ludovici Sotello, & nobilis Equitis Japonis Taxecure Rocuyenonis ab eodem Mazamtne Rege delegati, figuræ vivis coloribus expressæ conspiciuntur:

*Tam gloriosa* commissione perfunctus; Matriti Concionem habuit ad Philippum III. qui imposita super humerum ejus sua larga manu exclamavit, dicens: *O verè filius S. Francisci!* Paulus V. quem Cardinalem in pectore habebat, Episcopum Japonensem elegit, & publicavit. Testimonium perhibet N. Ludovicus, fol. 1. suæ relationis typis datæ à R. A. P. Fr. Didaco Collado Dominicano, anno 1634. *Habitato* (inquit num. 2.) *cum Sacra Congregatione Cardinalium consilio, decretum est: debere in præfato Regno Ovensi plaga Japonia alium institui Episcopum.* Designavit autem ad id muneris SS. me omnium indignissimum, & quatenus assensum præberem, Apostolicis verbis (quos Deus elegit idoneos Ministros facit) reluctanti præcepit. Igitur cum tam gloriosa commissione perfunctus esset, & maxime Christianæ Fidei propagatio ex obedientia à præfato Rege Summo Ecclesiæ Rectori exhibita immineret, ecce quod inimicus homo Regni sui tyrannici destructionem, & potestatis tenebrarum dissipationem timens, Imperatoris Japonici mentem magis, ac magis in Christianos commovit, vnde prudentissimo Oratori Ludovico liber in Regnum Voxu non patuit accessus. Quam obrem diù in terris Hispanicæ dominationi subiectis retentus, interim sibi Fr. Ludovicum à S. Francisco (Safandra) insignis Martyris Japonis filium, Ordinis Seraphici professum, & Ludovicum Baba Japonem in peregrinationem comites associavit. Tandem orta navigandi occasione, habitu sæcularis Hispani vestitus, vna cum socijs Japonico more indutis, in Si-



penſi Nave ad Imperium Japponicam tranſfretavit. Agnitus à Navis Patrono Pro Regis Nangafachi indignationem timente (gravis enim impendebat poena in eum, qui ſua in Navi Sacerdotes, & Religioſos tranſtuliffet) indicatus Gubernatori: cujus juſſu illico omnes apprehenſi, & in ejus conſpectum fuerunt deducti.

Pater autem Ludovicus non mortem fugiens, ſed Eccleſiæ bonum quærens, manifeſtavit ſe à Rege Voxu ad Romanum Pontificem fuiſſe delegatum, ſed cum plùs in animo Gubernatoris timor Imperatorij furoris, quam Regis Voxu, ſibi alioquin amici, amor, & gratia valuiſſent, non eum dimiſit, ſed vt juſſa Monarchæ impleteret, in carcerem Vomura transferri mandavit, in quo graves ærumnas, & morbus perpeſſus, poſt duorum annorum ſpatium cum focijs ſuis gemino Ludovico, die Dominica 25. Auguſti (qua feſtum S. Ludovici Chriſtianiffimi, & invictiſſimi Franciæ Regis ab Eccleſiâ celebratur) cumque ſervis Dei PP. Petro Vazquez à S. Catharina B. P. Dominici filio, & Didaco Carvallo Societatis Jeſu alumno, crudelis incendij flamma eodem igne (quo priùs ferventiſſimus Dei famulus Pater Appollinarius Francus, & alij fuerunt paſſi) crematus eſt. Projeſti ſunt deinde in mare cineres, ne à Chriſtianiſ colerentur. Pro ejus, & eorum canonizatione litteræ petuntur Apoſtolicæ. In carcere ſcripſerat:

*De ſtatu rerum Japponicarum opus egregium typis datum Matriri ſtudio R. P. Fr. Dominici Collado, Dominicani, Incipit: Poſt premiſſam Sanctorum Peſdam. Terminatur: De hoc carcere Japponio Omureniſi 20. Januarij anno 1624. Eſt opus in 4. à laudato Collado prænotatum: Fr. Ludovici Soteli Minorita, Regij ad Apoſtolicam Sedem Legati, & Regni Oxenſiſ Apoſtoli, ac deſignati Martyris ad Urbanum VIII. Pontificem Maximum de Eccleſiæ Japponicæ ſtatu relatio, Imperatoris Auguſti, Principum Electorum, omniumque ſtatum Imperij cujuſque Ordinis lectione digna. Vidi Matriri in Regia Bibliotheca. Prodiit etiam Francofurti 1634. in 12. Pariſijs 1634. in 4. vti recenſet Laſſor tom. 2. ſui Univerſi, pag. 5.*

*Litteras ad Paulum V. Pont. Max. Eas habes impreſſas tom. 2. Moralis Præctiç, teſte laudato Dupin, ſæculo 17. Epistolam iſtam, ſed non rectè, attribuit cuidam Gaſpari Sciopio, Placius in ſua Bibliotheca Anonymorum, cap. 9. num. 248.*

*Alias Epistolae ad Principes Eccleſiaſti- cos, alioſque graves Viros de eodem argumento. Ex his, très communes feci tom. 2. Chronicorum Prov. S. Pauli, pagin. 241. 243., ac 244.*

*Catechiſmum Japponum, ad Tertiariorum inſtantias in carcere etiam exaravit, ſed incompletum reliquit. Demum*

*Libellos alios numeroſiſſima genti eradienda oportunos, commendatos à Fr. Didaco Lequile, tom. 2. ſui Franciſci Terleſgilaſtoris, fol. 286. Pluribus de tanto Vi- ro egi part. 1. & 2. meæ Bibliothecæ Minorum Diſcalceatorum, ejuſque Acta de- di vernaculè tom. 2. Chronic. meæ Prov. lib. 3. à pag. 218. vſque 249. Hic præſtat nomen emmendare, & pro Fr. Franciſco à S. Joſepb Solier noſtrum ſtatuerè Ludovicum Sotelo, apud Crifiſm Danielicam, §. Prologiſtico 3. pag. 8. numer. 18. hæc verba nectentem: Hiſpali, cum Pariſi- mæ, & Immaculatæ Conceptionis, Beatæ Virginis Mariæ celebrarent fideles feſta, quidam puerulus nondum è maternis ablactatus vberibus, nedum 14. menſes videns, libera claraque voce, vulgari in- tonuit ſermone: *Todo el Mundo en general, à voces, Reyna eſcogida, diga que ſois concebida ſin pecado original.* Quod acci- diſſe anno à Verbo Incarnato 1606. refert Ægidius, de Conceptione, lib. 3. quæſt. 6. artic. 5. §. 2. Uſque hodie miraculum hoc, tenaciùs retinet memoria fidelium, quia ex ore infantis, atque lactentis, ſuæ Matris Panegychem, ego Mexici novi, qui tranſactis annis, ad Philippinas Inſulas obedientiæ executionem tranſiit; nomi- natur Sacerdos iſte, Fr. Franciſcus à S. Joſepb, ſivè Solier: qui enim dum parvulus Virginis puritatis Armamentario, & ejuſdem Immaculatæ Conceptionis Defenſorum agmine vt veteranus propugnaret miles, & defenderet opere, quod ore ad- huc parvulus buccinavit. Hic autem parvulus noſter fuit V. Martyr Fr. Ludovicus Sotelo; minimè verò Fr. Franciſcus à S. Joſepbo Solier.*

LUDOVICUS SPOTUS, Catanienſis, Provinciæ Siculæ Minorum Conventualium Sac. Theologiæ Magiſter, S. Officij Conſultor, Prov. Sardinia Viſita- tor, ac Theologus Cardinalis Branchati, Italicè edidit partibus 3.

*Expoſitiones litterales, ac morales Evan- geliorum Dominicarum, ac feſtorum totius anni. Venetijs apud Joannem Baptiſtam Tramontinum 1688. in 4. Parans Expoſi- tionis litterales, ac morales Evangeliorum*

Fe-

*Perianum Quadrageſimalium* deceſſit anno 1690. munere Provincialis fungens. Ex Antonio Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ.

LUDOVICUS DE SUBREPTO, Prov. Tuſciæ alumnus, quædam Opuscula ſcripſit, quorum inſcriptiones ſubtracet Fr. Antonius Terrinca, part. 3. Theatri Tuſciæ, pag. 208. ex Uvadingo in Annalibus ad annum 1288. num. 4.

LUDOVICUS TANA, Chierenſis, S. Ludovici Gonzaga affinis, & æmula- tor, librum edidit, quem

*Speculum Vitæ Religioſæ* nuncupavit. Agunt de eo Uvadingus, ac Illuſtriſſimus Britani in ſuis Monumentis Subalpinæ Provinciæ D. Thomæ, lib. 3. fol. 291.

LUDOVICUS TASSELI DE CA- SARANO, Italus, Minorita, Capuccinus, in apertum produxit vernaculè:

*Antiquitates Luca.* Ibidem anno 1694. in 4. Vidi Matriri in Regia Bibliotheca Italica Angeli Hieremiæ, fol. 51.

LUDOVICUS TIPHERNAS, Itæ- lus, cognomento Philoſophus, Regular. Obſervant. alumnus, vt in ſuo Catalogo ſcriptorum Umbriæ refert Ludovicus Jacobillus apud Marracium in Appendice, emiſſit:

*Compendium Indulgentiæ Plenariæ per- petua conceſſa à D. N. Jeſu Chriſto Eccle- ſiæ S. Mariæ de Angelis, ac de ejus miracu- lis.* Peruſiæ anno 1520. Inſupèr, Uvadingo teſte, edidit Italicè:

*Hortulum Religionis.* Peruſij anno 1571.

LUDOVICUS TREGLIOTTA, è Castellana Regni Neapolitani Oppido, Minorita Conventualis, ſcripſit Italicè:

*De incendio montis Veſuvij anni 1631. mirabilibusque ejus effectibus.* Neapoli per Lazarum Scorigium, anno 1632. in 8. Ex Uvadingo, & Laſſor, tom. 2. ſui Uni- verſi calamo delineati, pag. 651.

LUDOVICUS TRIOLA, Januen- ſis, ſtrictioris Obſervantiæ, Cuſtos Pro- vincia Romanæ, Confeſſarius, & Direc- tor ſpiritualis piæ, & perquam devotæ ſeminæ Pieriæ Imperiatiæ Romanæ, Ter- tij Ordinis S. Franciſci; collegit tomos 12. qui in Cœnobio S. Franciſci trans Ty- berim in Urbe aſſervantur, multas reve- lationes, apparitiones, documenta, & opera ſpiritualia prædictæ Pieriæ, quæ obedientia Superiorum conſtricta partim proprio ore retulit, partim propria manu conſcripſit, inter quæ valdè vtilis, & pij ſunt iſti tractatus.

*Tractatus de vocatione peccatoris.*

*Scala 33. graduum; per quam omnes Sancti aſcenderunt in Cælum.*

*Conſiderationes 22. de ultima Cœna D. N. Jeſu-Chriſti.*

*Remedium contra tentationes.*

*De judicio particulari cujuſlibet animæ tempore mortis.* Hæc Uvadingus. De noſtro Triola pertractant Veronenſis in Ca- talogo ſcriptorum Tertiariorum, & Pa- ter Auguſtinus Oldoinus in ſuo Athenæo Liguſtico, fol. 407.

LUDOVICUS A TURRE, Veron- ſis, in Theologia, Jure Canonico, & Sacra Scriptura doctiſſimus, Vicarius Generalis Obſervantium, Commiſſarius Apoſtolicus pro Jubilæo publicando per univerſam Italiam ab Alexandro Sexto conſtitutus, Vir prudens, & pius, ſcrip- ſit:

*Opus benediſſima Conceptionis Virgini- nis Maria contra libellum inveſivarum Religioſi innominati.* Brixia 1486. in 4. Habetur M. S. Coloniz Agrippinæ, & iterum excadit noſter Alva in ſuis Monu- mentiſ Antiquo-Seraphicis. Præmittit ad veros Virginis devotos pulcherrima car- mina, quorum initium:

*Virginis egregium ſuprema quiſquis bo- norem*

*Diligit hæc placido lilla corde legat.*

Legi. Inſupèr, teſte Uvadingo, ſcrip- ſit:

*Apologiam alteram pro Monte Pietatis.* Vixit ſub annum milieſimum quingenteſimum. Laudatur à Marracio.

LUDOVICUS DE VALENTIA, Hiſpanus, à Genuenſi illaudatus, olim in Valentina Academia Artium Profeſſor, deinde Provinciæ Sanguinis Chriſti Minorum Capuccinorum alumnus, Theolo- gus, & alia poſt munera, iteratò Miniſter Provincialis, Vir, quem Doctiſſimi, Gra- viſſimi, ac Religiouſſimi laudibus deco- rat P. Matthæus de Moya, Soc. Jeſu; in Prologo ſuarum *Queſtionum Selectarum Moralium*, inedita, ſed ad prælum ferè matura reliquit:

*Allegationum Theologicarum, Canonico- Regularium, & variarum Conſultationum,* Latine, & Hiſpanè volumina 10. in folio; aſſervata in Bibliotheca Conventus Sanguinis Chriſti laudatæ Provinciæ. Conſu- le Bibliothecam Valentiam, pag. 309.

LUDOVICUS VELLUGA, (D. Nicolao Antonio Belluga) Hiſpanus, To- leranus Docteur, & in Academia Toleta- na

na

na Sacrae Paginae; ac Theologiae Professor, Orgacensis Pastor, Tertio Ordini Poenitentiae nomine dato Toleti, anno 1617. die 18. Januarij, virtutibus, sed maximè charitate, animarumque zelo tenens, ad Episcopatum de Puerto-Rico à Philippo IV. Hispaniarum Rege vocatus, honori pariter, & oneri celsis. Scripsit latino idioma tomum in 4. praenotatum:

*Vite duorum, qui primas obtinent Sedes in Regno Dei, Christi, scilicet, atque Deiparae, varijs illustrium Virorum, ac seminarum revelationibus concinnatae.* Conchæ ex officina Salvatoris à Viader, anno 1631. Vidi.

*De bono Divinarum Revelationum, ac de Sybillinis Oraculis.* Ibidem sub praedictorum titulo. Obijt 26. Augusti anni 1627. sepultus magna cum sanctitatis opinione in Conventu Discalceatarum Carmelitarum Oppidi de Loeches. Ex laudato Yangues à fol. 75. Chronicon. Prov. Castellae Regul. Observ.

LUDOVICUS VERRUCHINUS, Italus, Provinciae S. Francisci Minorum Capuccinorum alumnus, Vir pius, doctrina illustris, ac Poeta insignis, Italicè concinnavit carmine heroico in libros quinque distributum:

*Poema Sacrum de S. Antonio Abbate.* Tertio prodijt Fulgini ex officina Augustini Alterij, anno 1677. in 4. Insupèr edidit:

*Ecolgas plures Pastorales de Nativitate D. N. Jesu-Christi.* Venetijs, & Fulginij 1629. & 1630.

*Poemata Sacra, & varia.* Fulginij 1630. Pluribus de eo Genuensis, pag. 227.

LUDOVICUS VILLALPANDO, Hispanus, ex primis Missionarijs Provinciae Juchatanicae, apud Indos in methodum redegit.

*Indicè Linguae Grammaticae, ac Regulas.* Floruit anno 1564. Laudatur, Domesticis missis, à Nicolao Antonio, tom. 2. & ab Alphonso Laffor, tom. 2. sui *Universi*, pag. 32.

LUDOVICUS VICENTINUS, renunciatus Auximi Vicarius Generalis Ordinis, anno 1461. in melius, breviusque confrixit:

*Ordinis Constitutiones.* Scripsit etiam ad Cardinalem Agriensem:

*Vitam S. Bernardini*, quam exscripsit re successores Bolandi, & Surius, tom. 3. ad diem 20. Maji. Commendatur à Possentino, Uvadingo, Rodulpho, & Anto-

nio Teifferio in suo Catalogo Authorum pag. 226.

LUDOVICUS VISITANUS, Messanenensis, Regularis Observantiae Provinciae Siculae Theologus, & Concionator generalis vernaculè edidit:

*Conclones pro Sabbatis Quadragesimae super litteras Beatissimae semper Virginis Mariae ad Messanenses.* Consentiae apud Joannem Baptistam Rossium 1649. in 4. Claruit anno 1694. Laudibus ornat Antonius Mongitore, tom. 2. Bibliothecae Siculae.

LUDOVICUS URQUIOLA, Hispanus, Lector Jubilatus, ac Ex-Definitor Aragonensis Provinciae Regularis Observantiae, librum excudit praenotatum:

*Sacrae Hispaniae columna*, in quo solidè propugnat adventum Deiparae semper Virginis, dum in Mundo erat, in Caesaraugustam, Hispanico sermone. Caesaraugustae typis Didaci de Larumbe, anno 1724. in 4. Vidi. Laudibus ornat Emmanuel Cajetanus de Sousa, tom. 2. suae *Expeditionis Hispanicae S. Jacobi Majoris*, num. 545. & alibi.

LUDOVICUS VULCANUS APPELLATA, Minorita, Italus, opus Historicum confecit, nempè,

*Descriptionem Terrae Sanctae.* Prodiijt Neapoli anno 1656. in 8. Vidi.

LUDOVICUS ZIBAS ZINUS, Provinciae Majoris Poloniae Regul. Observ. generalis Concionator, ac Provincialis Minister, Latinè exaravit volumen in 4. Regali

*De Provinciae Regularis Observantiae, vulgò Bernardinorum in Regnis Polentiarum.* Incipit: *In ipsomet aditu.* Vidi in Matritensi Archivio Ordinis. De eo pertractat Fr. Petrus de Alva, col. 993. suae *Militiae*.

LUPUS FELIX DE VEGA CARPIO, Hispanus, Matritensis, genere clarus, ac Poetarum Princeps, ingenio, ac eruditione praestantissimus, Vir, qui soluta lege Matrimonij, & Sacerdotibus Matritensibus adscriptus, Tertij Ordinis Seraphici Regulam professus, ab Urbano VIII. Pont. Max. & Melitensis Militiè insignia, & Doctoris Theologi titulum accipiens, omnem virtutem colens, ac laudabiliter vivens, posteritati dedit innumera opera, & opuscula, praecipuè metrica, quorum Catalogum subjicio:

*Comediarum volumina 25.* in quorum singulis, duodecim Comediae continentur, quarum inscriptiones singillatim recen-

sententur à Nicolao Antonio, tom. 2. Bibliothecae Hispanae. Vidi.

*Tomus prior* prodijt tertio Vallisoleti apud Joannem de Bustillos, anno 1609. in 4.

*Tomus II.* prodijt secundo Matriti ex officina Alphonfi Martinez 1618. & Barcinone 1611. in 4.

*Tomus III.* Matriti apud Michaellem Serrano 1613. & Barcinone 1614. in 4.

*Tomus IV.* Matriti per eundem 1614. & Pampilone eodem anno.

*Tomus V.* Matriti anno 1615.

*Tomus VI.* ibidem per Alphonsum Martinum 1615. in 4.

*Tomus VII.* ibid. apud eundem 1617. in 4.

*Tomus VIII.* ibidem, eodem anno, ac Typographo in 4.

*Tomus IX.* anno 1617. eisdem typis, & ibidem in 4.

*Tomus X.* ibidem per eundem anno 1618. in 4.

*Tomus XI.* ibidem per eundem anno 1618. in 4.

*Tomus XII.* ibidem, ac in eadem typographia 1619. in 4.

*Tomus XIII.* ibidem, ac eisdem formis 1620. in 4.

*Tomus XIV.* Matriti apud Joannem de Cuesta 1620. in 4.

*Tomus XV.* ibidem per Ferdinandum Correa 1621. in 4.

*Tomus XVI.* ibidem in officina Alphonfi Martini, anno 1622. in 4.

*Tomus XVII.* ibidem, ac eisdem typis anno 1621. in 4.

*Tomus XVIII.* ibidem litteris Joannis Gonzalez 1623. in 4.

*Tomus XIX.* ibidem in eadem officina 1623. in 4.

*Tomus XX.* ibidem ex typographia Viduae Alphonfi Martini 1625. in 4.

*Tomus XXI.* ibidem 1635. in 4.

*Tomus XXII.* Matriti apud Viduam Joannis Gonzalez 1635. in 4.

*Tomus XXIII.* ibidem in officina Mariae de Quinones 1638. in 4.

*Tomus XXIV.* Matriti, sed distinctas Comedias continens Caesaraugusta apud Didaeum Dörmer 1633. in 4.

*Tomus XXV.* Caesaraugusta apud Viduam Petri Berge, anno 1647. in 4. Mitto quamplures seorsim excusas; absolvit enim omnino mille & octingentas Comedias. Scripsit insupèr etiam vernaculè opus praenotatum:

*Pastores Bethleemiti*, partim ligato,

partim soluto sermone. Matriti 1612. Illerda 1603. Compluti 1616. & Valentiae per Josephum Gasch 1645. in 8. Vidi. Item opera inscripta:

*Soliloquia quatuor peccatoris conversi.* Salmanticae apud Antoniam Ramirez, anno 1612. in 8.

*Peregrinus Patria.* Barcinone 1605. in 8.

*Triumphus Fidei in Japoniarum Regno, annis 1624. & 1625.* Matriti typis Alphonfi Martini 1618. in 8.

*Historiam S. Isidori Agricolae, poemate Castellano.* Tertio Compluti, apud Joannem Gratianum.

*De Virgine del Almodena dicta, poema historicum, adjectis Triumphis Divinis, variisque carminibus.* Matriti anno 1625. in 4.

*Corona tragica, seu vita, & mors Reginae Scotorum Mariae Stuardae* ad Urbanum VIII. Pont. Max. Matriti apud Viduam Ludovici Martinez, anno 1627. in 4.

*Colloquium Pastorale in laudem Sanctissimae Conceptionis Deiparae semper Virginis.* Hispani 1615. in 4.

*Puritas Immaculata, id est, de Immaculata Conceptione Virginis Comedia.* Vallisoleti 1624. in 4.

*Epopeja tragica, seu de Destructione Hierusalem.* Barcinone 1609. & 1619. apud Gabrielem Graells in 8.

*Philomena, una cum Epistolis varijs, & Apologo fortunarum Diana.* Matriti formis Alphonfi Martini 1620. in 4.

*Cantica 20. de pulchritudine Angelica.* Ibidem in officina Joannis Cuesta 1605. in 8.

*Carminum humanorum volumina tria.* Primum, & secundum sub titulo Hispano: *Rimas*, prodijt Matriti anno 1609. & 1602. in 8. Tertium verò, in quo agit de gestis Francisci Drac Angli, ibidem 1589. & 1602. in 8.

*De Passione Domini carmina assona quatuordecim.* Conchæ per Salvatorem Viader 1620. in 16.

*Laurus Appollinis, seu de Laudibus Hispanorum Poetarum, adjectis carminibus varijs.* Matriti 1630. in 4.

*Carmina Sacra Hispaniae Rimas.* Matriti typis Alphonfi Martinez 1614. & Illerda 1615. in 8.

*De Solemnitatibus Lerma factis, simulque de Solemnitate Matriti factis pro Sanctificatione S. Isidori Agricolae.* Matriti anno 1622. in 4.

*De Celebrationibus Toleti in Natiuitate Philippi IV. Hispaniarum Principis.* Ibidem in 4.

*De festiua agitatione Denie, Philippi III. gratia; anno 1599. in 8.*

*Arcadia ad Jacobi Sannazari imitationem.* Matrili 1603. in 8. Antuerpiæ 1605. in 12. & alibi.

*Decursio Poetica pro Beatificatione S. Isidori Agricole.* Matrili 1620.

*De metro pollito; seu afeclato.* Matrili anno 1621.

*Poematum prophanorum; ac Sacrorum, sub nomine Thomæ de Burgillos, Matrili 1634. in 4.* Mitto hujus generis minuta; quæ manibus Poëtarum teruntur. Obijt Matrili anno M. DC. XXXV. die 27. Augusti. Post ejus transitum prodijt collectio varia quamplurium carminum, vna cum 8. Comædijs ejusdem, sub titulo:

*Planties Parnasi.* Matrili typis Regni, anno 1637. Adscribitur Scriptoribus Franciscanis à Nicolao Antonio (quem consulas tom. 2. suæ Bibliothecæ Hispanæ) Fr. Petro de Alva in Militia, col. 995. & Marracio in nouo Appendice ad suam Bibliothecam, littera L. Laudatur à Quintana in sua Historia Matritensi, lib. 2. cap. 147. Ejus vitam, & gesta exaravit, publicique juris fecit Joannes Perez de Montalvan, Matrili anno 1636. in 4.

LUPUS PAEZ, Hispanus, Regularis Observantiæ Castellanae Provinciae, Generalis, & Apostolicus Concionator, necnon Tertiariorum Director, prælo dedit vernaculæ:

*Commentaria in Regulam Tertij Ordinis, adjectis nonnullis Vitis Sanctorum ejusdem Instituti, ac Compendio Privilegorum, & Indulgentiarum.* Matrili 1623. & 1629. in 16.

*Coronam Beatissimæ Virginis.* Ibidem apud Ludovicum Sanchez 1613. in 16. Insupèr opus prænotatur:

*Speculum Virtutum, seu Vita V. M. Sor. Franciscæ Agnetis à Conceptione, Fundatricis Cœnobij Oropensis Tertiariorum Regularium.* Ibidem in 4.

*De ejusdem virtutibus, ac miraculis.* Opusculum in fol. Editum vidi Matrili in Bibliotheca Conventus S. P. N. Francisci, sed absque loco, & anno. Memoratur à Nicolao Antonio, Alva, & Uvadingo. Claruit circa annum 1630.

\*\*\* \*\*

LUPUS E SALINIS, Hispanus, Custodiæ Burgensis Fundator, ac restituta disciplinæ regularis in Hispania indefessus propagator, Comitibus de Haro charissimus, ac Vir pijsissimus, & prudens, inedita reliquit:

*Speculum eorum, qui Religiosi velint præesse.*

*Scalam perfectionis regularis usque ad perfectum amorem Dei.*

*Antidotum abusuum, & malorum, perque vita Monastica relaxatur.*

*Collationes spirituales super Evangelium Transfigurationis.*

*Testamentum ejusdem, in quo multa salutaria dogmata suis Discipulis præscribit.* Hæc omnia opuscula, recensente Uvadingo, habentur idiomate Hispano in vetusto magno Codice Bibliothecæ Minorum Cœnobij S. Stephani ad Ulmos ab Authore fundati propè Urbem Burgensem.

*Regulas, ac formulas vivendi, Constitutiones, & Catechismos pro Fratibus suæ Custodiæ rectè gubernandis.* Asservantur in alio Codice Bibliothecæ S. Mariæ Angelorum Urbis S. Dominici Calcitensis. Impræsentiarum verò, hæc omnia edita habes tom. 1. Chronicorum Provinciae Burgensis, Matrili excuso formis Hieronymi Roxo, anno 1722. in fol. Parisiæ:

*Satisfactorium duplex ejusdem Fr. Lupi.* Habetur ibidem, & vna cum ejus vita tom. 6. Chronicor. Ordinis Hispanicè conscripto à R. P. Fr. Eusebio Gonzalez, impresso ibidem in officina Viduæ Joannis Garcia Infanzon, 1725. in fol. Leagi.

*Testamentum.* Latine redditum extat in Supplementis Uvadingi à Melissano editis ad annum 1458. Scripsit insupèr:

*Epistolas plures memoria dignas, quarum nonnullæ editæ extant in Chronicis laudatis.* Migravit ad Dominum Metymnae Pomerij anno 1463. nobilique donatus sepulchro, apud Clarissas ad latus Evangelij à Comitibus Harenibus constructo honorificè, haudque sine opinione sanctitatis requiescit. Plura de eo apud Uvadingum, tom. 6. & 7. Annalium, & Arturum in Martyrologio Franciscano

ad diem 24. Februarij, §. 3. & præfactos Chronologos.

\*\*\*

\*\*\* \*\*

B. MAR-

M

**B**

MARTINUS, AB ASCENSIONE, Hispanus, Guipuzcoanus, genere clarus, quem filia sua Philippinensi Provinciae ejus provida mater indivisa S. Jo-

sephi Discalceata Provincia dedit, miræ paupertatis, orationis, & poenitentiae fuit: orabat quotidie Dominum, ut sibi (non quidem ad dexteram, vel ad sinistram daretur) ipsi gustandum porrigeret, ut enim verus Crucifixi esset discipulus, Crucem bajulare post eum volebat. Licet enim signum Ascensionis prognosticum præferret in nomine, non tamen in Montem Transfigurationis, sed in collem Crucifixionis, non in Thaborem, sed in Calvarium ascendere petebat. His dum intentus supplicationibus viveret, responsum accepit à Spiritu Sancto interius ei loquente, illum esse vivum lapidem Ecclesiae Sapphicæ constructioni destinatum. Ad Philippinas igitur transmissus, Philosophiam, & Theologiam docuit, inde in Japonium intrans, mox à provido S. Commissario Petro Conventus Ofacani Superior nominatur. Tandem promissam sibi coronam, ut consequeretur, Crucif affixus, & lanceis transverberatus, conversa ad Cœlum facie, devotum populis circumstantibus spectaculum exhibuit. Ipse autem Martinus pauper, & humilis Cœlum dives ingressus est, die 5. Februarij anno 1597. quem Beatorum numero adscripsit Urbanus VIII. Pont. Max. anno 1627. Scripsit:

*Sermonem diffusum ad suos Commartyres.* Extat Hispanicè apud Historiam Fr. Marcelli de Ribadeneira, Minoritæ, ac Latine in Relatione Historica P. Ludovici Frois, vti monui pag. 176. meæ Bibliothecæ Minorum Discalceatorum:

*Epistolas suo spiritu dignas.* Communis feci, vna cum ejus vita tom. 1. Chronicor. Prov. S. Pauli, lib. 5. Ubi demum, ejus in laudem accinebam:

*Angelus atbereus binis circumvolat alis, Dum peragit celsi jussa tremendi Jovis, Angelus hic Cœlos scandit non prepete pennas, Sed ferro, & flamma, quam Deus intus alit.*

S. MARGARITA DE CORTONA, oriunda ex Castro Alviano in Clusina Diocesi, ad Dominum conversa habitum Tertij Ordinis Franciscanum, vna cum admirando vitæ genere assumpsit. In vita, & post mortem innumèris miraculis coruscantem in Sanctorum numerum retulit felic. rec. Benedictus XIII. Pontifex Maximus anno 1728. die 16. Maji. Scripsit ad filium suum Minoritam:

*Asceticam Epistolam, quam vna cum ejus vita habes Italicè, Latine, & Hispanicè.* Pluribus pertractat de hac secunda Magdalena Arturus ad diem 22. Februarij in Martyrologio Franciscano, Illustrissimus Cornejo, tom. 3. Chronic. Ordinis, & seorsim Bollandus, ac Uvadingus ad annum 1277. & 1297. Ejus corpus adhuc illæsum colitur in Conventu Cortonij, propè summum Altare.

MALACHIAS HYBERNICUS, ignoti cognominis, Doctor Oxoniensis, Eduardo Secundo Angliæ Regi à Saeris Concionibus, Vir probus, & doctus, multiplici eruditione, & pietate magnam sibi laudem doini, forsique comparavit. Nonnullis Dominicanis adscribitur, sed perperam, vti novissimè fatentur Authores recentis Bibliothecæ Scriptorum Ordinis Prædicatorum, tom. 1. Scripsit opus vtilissimum, cui titulus iste:

*Fr. Malachia Hybernici, Ordinis Minorum Doctoris Theologi, strenui quondam Divini Verbi illustratoris, necnon victorum objurgatoris acerrimi libellis septem peccatorum mortalium venena, eorumque remedia describens, vti dicitur, Venenum Malachia.* Parisijs ex officina Henrici Stephani 1518. in 4. Vidi.

*Conclonum librum unum, & alia, teste Uvareo de Scriptoribus Hybernicæ.* Claruit anno 1310. Laudatur à Uvadingo, Balæo, Possævino, Moreri, ac Dupin.

MANFREDUS TERDONENSIS, Provinciae Januensis, ac Custodiæ Papiensis, scripsit:

*Librum de Expositione omnium Vocabulorum Sacrae Scripturae, quem Polylogum inscripsit.* Floruit circa annum 1260. Hæc Uvadingus.

MARCELLANUS DALHOVER, Mimotita, Germanus, vti habetur in Catalogo Librorum impressorum Ingoistadij sumpt.

sumptibus Joannis Andreae de la Haye, edidit vernaculè:

*Miscellanea*, tomis 2. in 4. anno 1701. MARCELLIANUS COEBERGHEN, Minorita, Flander, librum edidit:

*Conclusionum Theologicarum*. Gandavi 1653. in fol. vii legitur apud Militiam Universalem, col. 999.

MARCELLIANUS A JUDICARIA, Minorita, Italus, scripsit:

*Relationem Provinciae S. Vigilijs Episcopi, & Martyris*, quam penes se habuit M.S. noster Alya, ipsomet attestante, col. 999. laudatæ Militie.

MARCELLINUS DE BITONTO, Italus, Regul. Observantiæ Provinciæ S. Nicolai Theologus, Authore mihi Fr. Bonaventura Fallano de Memorabilibus hujus Provinciæ, part. 2. cap. 3. §. 16. scripsit Italico carmine:

*Tragicomediam spiritualem*. Item *Compendium Bullarum, & Constitutionum Summorum Pontificum usque ad Urbanum Octavum*, in quo multos casus conscientia apponit, etiam lingua Italica. Quæ M.S. asservantur in Cœnobio Vigiliarum.

MARCELLINUS DE PISE, natione Gallus, Patria Matifconensis Provinciæ Lugdunensis Minorum Capuccinorum Diffinitor, Vir in Dei Verbo evangelizandum facundus, acumine ingenij, sermonis elegantia, ac opulentæ mentis doctibus instructus non exigua reliquit sui ingenij monumenta, è quibus extant:

*Moralis Encyclopædia*; id est, *scientiarum omnium chorus expendens Sacrosanctæ Dei Evangelia*, Opus multiplici varietate conspicuum, utpotè Philosophiæ, Theologiæ, vtriusque Juris, Mathematicæ, Medicinæ, & Historiæ omnigenæ floribus vernans. Tom. 4. in fol.

Tomus primus expendit omnia *Evangelia de Festis Domini, de Eucharistia, de Festis omnibus Beatae Mariæ Virginis, & quæ leguntur in Dominicis totius anni*. Prodiit primùm Venetijs in 4. anno 1634. Deindè ab Authore auctum, & valdè locupletatum fuit impressum Parisijs anno 1644. apud Joannem Toft, seu Johest. Vidi.

Secundus tomus agit de *Festis S. Cræstis, de Angelis, de S. Joseph, & de Festis omnium Sanctorum*: cui accesserunt *Homilia in totam Quadragesimam speciali ratiocinandi modo contexta, cum scientiarum omnium ornamentis*; additis ab Authore

in secunda editione Parisiensis *Homilijs de Defunctis, de Purgatorio, de Institutione Festorum, de Ecclesijs consecratis, de Imaginibus, de Reliquijs Sanctorum, de Pergrinationibus, de Processionibus, de Flagellis Dei, de Jubilæo, de Indulgentijs, & de Confessione*. Venetijs 1637. postea Parisijs 1644. in fol. apud eundem. Vidi.

Tertius tomus expendit moralitè *Evangelia totius Quadragesimæ, præmissò sensu litterali, qui expenditur ad trutinam Sanctorum Patrum, consultis textibus Hebraicis, Chaldaicis, Syriacis, & Grecis*. Parisijs 1640. apud eundem in fol. Vidi.

Quartus tomus expendit litteralitè, & moralitè *Evangelia Quadragesimæ, quæ supersunt, & in tertio tomo desciunt*: adjunctis etiam sicut in tribus prioribus voluminibus ritibus antiquis omnium ferè Nationum idoneis moribus excolendis; scilicet, *Hebreorum, Chaldaeorum, Syriorum, Persarum, Medorum, Scytharum, Aegyptiorum, Arabum, Græcorum, & Romanorum*, tom. 1. in fol. Lugduni, sumptibus Laurentij Anisson, anno 1656. Vidi.

*Commentaria Litteralia, & Moralia in Evangelium S. Matthæi*. Lugduni eisdem typis 1656. Ex Genuensi.

*Vita, & gesta Urbani VIII. Summi Pontificis*. Romæ 1645. ex typographia Rev. Cameræ Apostolicæ. Tom. 1. in 4.

*Vita, & gesta Patris Hieronymi Narniensis, Vicarij Generalis Capuccinorum, & Sacri Apostolici Collegij Concionatoris*. Romæ ex typographia Rev. Cameræ Apostolicæ, anno 1644. tom. 1. in 4. Vidi.

*Annalium, sive, Sacrarum Historiarum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum tomus tertius, in quo universa, quæ ad ejusdem Ordinis progressum spectant, ab anno 1612. exclusivè, usque ad annum 1634. inclusivè, fidelissimè tradduntur*. Lugduni sumptibus FF. Annissionorum, & Joannis Poyfuel, anno 1676. Vidi. M. S. reliquit:

*Commentaria Litteralia, & Moralia in Marcum, Lucam, & Joannem* tribus tomis in fol. asservatis in Bibliotheca Lugdunensi PP. Capuccinorum, vti asserit Genuensis, quo teste etiam M. S. reliquit:

*Appendicem ad Annales Patris Boverij, ac supplementum*. Spem fecit operis bipartiti, latino idiomate, sub titulo: *Genius Christianus*. Consule Authorem in calce posterioris tomi suæ Encyclopædiæ. Extat, & meritò hujusce memoria cum lau-

de apud Uvadingum, Carolum Josephum Imbonato in sua Bibliotheca Latino-Hebraica, Ludovicum Dupin, sæc. 17. ac Soula in Expeditione Hispanica S. Jacobi, num. 140.

MARCELLINUS DE PONTE, BAVESINO, seu BAVESIPONTIUS, natione Gallus, Provinciæ Lugdunensis Minorum Capuccinorum alumnus, Concionator eruditus, & hæreticorum accerrimus infector, edidit Gallicè, tacito nomine in fronte Libri, apposito tamen post Præfationem:

*Fallacias ministrorum, & falsitatem Religionis Calvinistica, simulque veritatem Catholicam à Domino de Pasche nobili Delphinatè cognitam*. Lugduni apud Ludovicum Mugnet 1620. in 8. Titulus Gallicè sic se habet: *La Piere des Ministres, &c.* Edidit etiam

*Doctissimam responsionem adversus narrationem quandam Ministri Gratianopolitani Calvinista circa collationem inter eos habitam* 19. Novem. 1614. *De Sacramento Eucharistia, & alijs fidei controversijs*. Gratianopoli apud Gulielmum Verdier. 1615. in 8.

Item *Sermones octo ab eo Lugduni habitos de Sanctissimo Eucharistia Sacramento*. Lugduni apud Joannem Lauttet in 8. 1620. Virtutibus dives obiit Gratianopoli 1623. Pertractant de eo Uvadingus, Genuensis, ac Dupin, sæculo 17.

MARCELLUS A CALVOMONTE, Gallus, Provinciæ Campaniæ Minorum Capuccinorum filius, Theologus, ac doctus Concionator, edidit Gallico idiomate opus, sub titulo:

*Scutum Fidei Catholicae*, tom. 1. in 4. Ex Genuensi, pag. 231.

MARCELLUS A RIBADENEYRA, Hispanus, ex Compostellana Prov. Regul. Observ. Sacræ Theologiæ Lector, ac celebris Concionator, quondam Sanctorum Martyrum Japoniensium socius, Vir ingenio præstant, & pietatis, ac doctrinæ titulis admodum clarus, elucubravit:

*De Excellentijs Corona Beatae Virginis*, opus egregium in duos libros distributum. Agit in primo: *De Origine Coronæ, quam recitant Minorite*. In 2. *de Excellentijs ejusdem Coronæ*. Neapoli typis Joannis Baptistæ Subtilis, anno 1605. in 4. Vidi.

*Historiam Archipelagi & Regnorum Sinenisium, Tartarorum, Japoniensium, &c.* Barcinone per Gabrielem Gaelli, anno 1601. in 4. Vidi. Exaravit etiam, ac emisit; laudante Uvadingo:

Tom. 11.

*Laudes, & prerogativas S. P. N. Francisci, & duodecim sociorum ejus.*

*Privilegia, & desora Chorde S. Francisci.*

*Excellentias S. Mariæ Magdalena*. Insuper stylo signavit:

*Acta SS. Martyrum Discalceatorum, Petri Baptiste, & sociorum ejus, quorum agonis spectator ipse fuit*. Barcinone anno 1601. Hanc exscribit R. P. Petrus de Ribadeneira de *Vitis Sanctorum*, fol. mihi 636. Demùm communem Hispanis fecit:

*Sermonem Summi Sacerdotis Tartarorum*, exscriptum à Fr. Antonio de la Llave in Chronicis Discalceatæ Prov. S. Gregorij triennio 71. cap. 11. Legi. Evivis exemptus est Salmanticæ circa annum 1606. in Recollecto S. Antonij Conventu honorificè tumulatus. Consule meam Bibliothecam Minorum Discalceatorum, & tom. 2. Chronicor. Prov. S. Jacobi.

MARCELLUS REGIENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Provinciæ S. Ludovici Concionator, ac Diffinitor, Theologica Facultatis egregius explanator, genio, & ingenio profundus, Seraphicæ doctrinæ sectator, ac defensor acerrimus, atque in partibus Hæreticorum Missionarius Apostolicus, prælo dedit opus egregium, cui titulum præfixit:

*Summa Seraphica, in qua S. Bonaventurae Doctores Seraphici Seraphica doctrina per ejus in Magistrum Sententiarum libros dispersa dilucidè est evoluta, & accuratè redacta in Scholæ methodum*. Mafsilix apud Carolum Brebint, & Joannem Pennon 1669. voluminibus 2. in fol. Vidi. Clarebat circa annum 1670. Pertractant de eo Genuensis, ac Dupin, sæculo 17.

MARCELLUS SAN SEVERINUS, Ligur, Minorita, inter Scriptores numeratur à P. Oldoino in suo Athenæo Ligustico, pag. 411. eo quod ad litteras tederit:

*Vitam S. P. N. Francisci, evulgatam* Genuæ anno 1637.

MARCELLUS ROMANUS COLUMNA, nobilis Catanensis, ex strictiori Observ. Reformatorem, qui S. Theologiæ Lectoris, generalis Concionatoris, ac tertio Diffinitoris, munera in Provincia Sicula meruit, ac Romæ à Confessione fuit Hieronymi Columnæ S. R. E. Cardinalis, scriptis prodidit Italicè:

*Orationum Sacrarum octavam primam*, sub titulo: *La vera Deità Catanèsa*. Vetonæ apud Franciscum Rosum 1658. in 4.

DD

App

*Apologiam pro opere laudato.* Romæ typis Ignatii de Lazaris 1665. in 4.

*Adventuale*, etiam vernaculè. Catanæ per Paulum Bitagnium 1670. in 4.

*Conciones de Sancto Crucifixo.* Ibidem apud Joannem Ruffum 1650. in 4.

*De Triumpho S. Crucis.* Catanæ formis Pauli Bisagnij 1681. in 4. Obijt Catanæ 1679. ætatis 65. Commendatur, ex Petro Tognoleto à D. Antonio Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ.

**MARCELLUS TONNORODENSIS**, Tertiarius Regularis, edidit opus grande, inscriptum:

*Theologia vitæ spiritualis*; partim scholastica, partim positiva methodo compositum. Laudatur à Fr. Francisco Bordonio, qui pag. 505. sui Chronologij ita inquit: *Marcellus* à Tonnodoro Organum, Morale, Encyclopædiam; sive omnium scientiarum Sanctorum concatenationem continens ferè absolverat, nisi tantum operis mors invida hunc pium, & omnium scientia versatum hominem præripuisset.

**MARCHESINUS DE BADAION**, Uvadingo teste, scripsit:

*Mortem B. Odorici.* Lege Bollandum ad Acta Sanctorum mensis Januarij, pag. 992. part. 1.

**MARCHESINUS PETOR**, Minorita, edidit:

*Tractatum de penis peccatorum.* Incipit: *Pœna debita.*

*Alterum item de Passione Christi*, cujus initium: *Passio Domini nostri.* Hæc post Rodolphum, Uvadingum.

**MARCHESINUS A REGIO LEPIDI**, quæ Civitas hæud procùl abest à Mutina, in Provincia Bononia, ac Custodia Ferrariæ, Minorita, Vir simplex, & devotus, illius pauperulæ viduæ inopem largitionem secutus, quæ de sua pauperie duo minuta in gazophylacium Templicum misit, ipse quoque de sua exigua facultate obtulit in Templum Domini, quod habebat, hoc est:

*Dictionarium vocabulorum Bibliorum, Latinarum vocum prolationem, accentum, & significationem à Genesi usque ad Apocalypsim, una cum cujuslibet Libri Prologo, crassi, & rudi Minerva explicans, quod quia rudibus Clericis, & adhuc in Latina lingua infantibus, veluti mammam sugendam, & manibus puerilibus tractandam, instar piæ nutricis exhibuerat, Mammatrepton inscripsit, tacito ob humilitatem sui ipsius nomine, pro quo postea*

*Mammatrepti nomen, invalescente consuetudine sortitus est. Edidit etiam opuscula:*

*De Orthographia.*

*De Accentibus.*

*De Mensibus Hebreorum.*

*De Festivitatibus Legalibus.*

*De Vestibus Sacerdotalibus.*

*De Divinationibus.*

*De Nominibus Dei apud Hebreos.*

*De Interpretibus.*

*De modis exponendi Sacram Scripturam.*

*De qualitatibus Sacra Scripturæ.*

*De quatuor Synodis.*

*De Antiphonis, & Responsorij.*

*De Hymnis.*

*De Sermonibus, & Homilijs Dominicis, libus.*

*De Legendis Sanctorum.*

*De Sermonibus, & Homilijs de communi Sanctorum.*

*De declaratione Regulæ Fratrum Minorum.*

Prodierunt hæc omnia simul primò Morguntia anno 1470. in Vigilia S. Martini, typis Petri Schoffer. Secundò Venetijs ex officina Francisci Hailbrun 1478. in 4. Tertio Venetijs Gothico parvo caractere, per Nicolaum Jenfura 1479. in 4. Vidi. Argentorati 1487. in fol. & 1497. in 4. & 1489. Norimbergæ 1494. Parisijs 1510. & 1521. in 8. Venetijs 1506. Metis 1509. Venetijs 1596. Eiusdem

*Sermones de Sanctis*, habentur M. S. in Bibliotheca Araccolitana. Incipiunt à festo S. Andreæ, & in festo S. Catharinæ terminantur, teste Uvadingo, ex quo etiam scripsit:

*Tractatus de Purgatorio, & de Vitijs.* M. S. habentur in Bibliotheca Conventualium Afsijs. Claruit anno 1300. Mentionem ejus faciunt Possevinus, ac Sixtus Senensis.

**MARCUS DE ABILA**, Hispanus, Minorita vetustus, Sac. Theologiæ Doctor, scripsit:

*Quadragesimale.* Est opus in 4. asservatum M. S. in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ. Libri inscriptio: *Dubia V. Magistri, & Doctoris Fr. Marci de Abila, Ordinis Fratrum Minorum.* Eiusdem

*Quadragesimale aliud* à fol. 121. Incipit: *Tu autem cum jejunas.* Vidi.

**MARCUS AGUADO**, Hispanus, Regularis Observantiæ Provinciæ Castellæ, scripsit:

*Historiam Indiarum.*

*Catechismum, Indorum idiomate.* Fides sit

sit apud Salazarum in Chronicis laudatæ Provinciæ, tom. 2. cap. 23.

**MARCUS DE ALCALA A S. ROSA**, Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Josephi, Sacrae Theologiæ Professor, & Apostolicus Concionator, prælo mandavit vernaculè, & eruditè:

*Vitam Servi Dei Fr. Alphonsi de Pajarès, ex numero Laicorum Discalceatæ Provinciæ laudatæ.* Matrili formis Emmanuelle Fernandez 1730. in 8. Vidi.

*Compendium Vitæ S. Rosæ, una cum ejus Noena.* Ibidem per eundem. Vidi.

*Stationem ad S. Michaëlem.* Matrili anno 1723. in 8. Vidi. Latine evulgavit in laudem Benedicti XIII. Pont. Max. opusculum egregium in charta expansa impressum, sub titulo:

*Colonus ludus, quem ita absolvit: URIGNEUM, NUDIPES, sile, & SINE.* Vidi. Vivit, alia ad prælum parans.

**MARCUS ALLEGAMBIUS**, Placientis, strictioris Observantiæ Reformatorum, Vir Philosophiæ, ac Theologiæ scientijs abundè instructus, & Pontificij Civilisque Juris, scientissimus, Custodem egit Provinciæ Netinæ, ad hoc munus evedus anno 1635. ac ejusdem Provinciæ Provincialis Vicarius. Scripsit Italico idiomate:

*Historiam Urbis Placientis*, ex qua multa excerptere Tognoletus, parte 1. Paradisi Seraphici, lib. 2. cap. 1. & 12. & Joannes Chiaranoanus in Historia Placiæ, lib. 4. cap. 3. Servatur M. S. in 4. in Bibliotheca Cœnobij Placientis S. Petri, teste Antonio Mongitore, quem consulas tom. 2. Bibliothecæ Siculæ. Deceffit anno 1647.

**MARCUS ANTONIUS DE BADAJOZ**, Hispanus, Discalceatæ Provinciæ S. Gabrielis alumnus, celebrisque Concionator, gravissimam Orationem fidebrem in Exequijs Hispaniarum Reginæ D. Mariæ Ludovicæ Emmanuelæ de Saboya ad Cauriensem Civitatem, in publicum misit: Ejus titulus:

*Enigmata majoris doloris.* Salmanticæ typis Mariæ Estevez viduæ 1714. Vidi.

**MARCUS ANTONIUS CAPELLUS**, Venetus, Sacrorum Dogmatum propugnatur acerrimus, Canonista insignis, in Philosophia sæculari mirabiliter doctus, celebrifque Theologus Conventualis, inter alia opera; quæ morte præventus, inedita reliquit in Bibliotheca sui Conventus Ferrariensis, communis juris fecit:

Tom. II.

*Adversus Primatum Ecclesiasticum Anglicanum, copiosum juramentum Angliæ, & præsumptam, copiam hominum, & reddituum Ecclesiasticorum.* Bononiæ, Typographo Bartholomæo Cocchio, anno 1610. in 4.

*De Summo Pontificatu Petri.* Coloniz sub signo Manocerotis 1621. in 4.

*De Successione Episcopi Romani contra duos Anonimos.* Coloniz sumptibus Joannis Kinhy 1612. in 4.

*De Cœna Christi adversus Aegyptium Authorem anni primitivi.* Parisijs apud C. Morellum 1625. Italicè autem:

*Expositionem Regularum S. Augustini, S. Benedicti, ac Sanctæ Clare, una cum Decretis Tridentini, ac Bullis Potificijs, &c.* Bononiæ apud Victorium Bonacc 1623. in 4.

*De Controversijs Venetorum cum Paulo V. Pont. Max.* Venetijs typis Alexandri Cavalcalupo 1604. in 4. Ex Vinc. Coronelli, tom. 7. Biblioth. Univers. col. 1270 Uvadingo, Moreti, Laffor, ac Dupin, sæc. 17. Graveffon tom. 8. & ex tomo 16. Bibliothecæ Maximæ Pontificiæ.

**MARCUS ANTONIUS GALLICIUS**, Capuccinus, Italus, de Carpenedulo, Theologus, S. Romanæ Inquisitionis Qualificator, ac demùm, ob ejus præclaram doctrinam, ac sanctimoniam, vita Minister Generalis, vbique clarissimus, sed Romæ præsertim, vbi sapius alter Cajetanus appellatus, multa ad mentem S. Bonaventuræ concinnavit. Ea sunt

*Integer Cursus Artium liberalium ex Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ operibus depromptus, & in quinque volumina distributus.*

Primum volumen continet *Dialecticam*, & est impressum Romæ apud Hæredes Jacobi Mascardi, anno 1634. in 4.

Secundum comprehendit *totam Physicam.* Ibidem apud eundem anno 1635. in 4.

Quartum de *Anima.* Ibidem 1636. in 4. Quintum comprehendit *Metaphysicam* 1636. in 4. Ibidem.

*Novum de Immaculatæ Virginis Conceptione Encomium.* Venetijs sumptibus Marci Antonij Brogioli, anno 1636. tom. 1. in 4.

*Dilucidatio speculi Apologetici R. P. Facobi de Ridere, sive Propugnaculum Historiæ Annalium P. Zachariæ Boverij.* Antuerpiæ apud Franciscum Fichert, anno 1653. tom. 1. in 4.

Præter hæc alia reliquit opera prælis digna, quæ adhuc M. S. asservantur in Bi-

bliotheca Brixienſi PP. Capuccinorum, & ſunt:

*Commentaria copioſiſſima in 4. libros Sententiarum Divi Bonaventurae Doctōris Seraphici*, tom. 1. in fol.

*Quæſtiones Morales, & Regulares*, tom. 2. in fol.

*De Præceptis Decalogi*, tom. 2. in 4.

*De Judicijs Regularium*, tom. 2. in 4.

*De Immunitate Eccleſiaſtica*, tom. 1. in 4.

*De Sacramentis Euchariftia, & Pœnitentia*, tom. 1. in 4.

*De Peccatis in genere, & in ſpecie*, tom. 2. in 4.

*Quæſtiones Legales, & Juris Canonici*, tom. 3. in fol.

*Conſulta Varia, Moralia, & Legalia*, tom. 1. in fol.

*Philomena, ſivè Canticorum Spirituum*, tom. 1. in fol.

Abijt bonus odor Chriſti Niciæ anno 1665. Eum commendant Uvadingus, Alva in Militia, Sannig in Synopſi, Coronelli in ſua Chronologia Univerſali, ac fuſius Genueſis, pag. 232.

MARCUS ANTONIUS PAGANUS, Venetus, quibuſdam Forolivienſis, Vir pius, & doctus, gravibus muneribus in Religione perfunctus, varia edidit opuscula, ex quibus iſta circunferuntur:

*Tractatum de Ordine, Jurisdictione, & Residentia Episcoporum, non omiſſis eis, quæ à Synodo Tridentina fuerunt de hoc argumento decreta.*

Marco Antonio Pagano Forolivienſi,

Viro integerrimo, qui Viſitatoris Apoſtolicæ

In Provincia Genuæ, & Præfecturæ

Provincialis munere perfunctus, dùm Romam petit

Ad Sixtum V. Pontificem Maximum,

Obijt anno ætatis ſuæ LXIX. die vero XX. Octobr.

Fr. Petrus Rodolphus Tofſinianenſis

Mutua neceſſitudinis memor grati animi

Sui monumentum poſuit.

Ex Uvadingo, Laſſor, tom. 1. *Univerſi calamo delineati*, pag. 375. ac alijs Nomenclatoribus.

MARCUS DE AVIANO, Capucci-

*Discurſum, ſivè tractatum de Pœnitentia.* Venerijs anno 1570. in 4.

*Generalem diſcurſum in lege Canonica.* Italicè.

*Pia carmina*, idiomate Italico. Omnia hæc prodierunt Venetijs ex officina Bogognini Zaltieri, anno 1570. in 4.

*Orationem ſatis eloquentem de illius temporis miſerijs ad Franciſcum Gonzagath.*

*Regulas Sodalitatis, ſivè Confraternitatis S. Crucis.* Ibidem Italicè apud Dominicum Nicotinum, anno 1587. in 4.

*Speculum Veri Chriſtiani.* Venetijs anno 1539.

*Brevem ſummam triumphorum militantium pro perfecta reformatione interioris hominis.* Ibidem, & eodem anno ex officina Joannis Varifci & Paganini. In ea agitur de cognitione perfectarum virtutum Chriſtianarum, quæ vitijs, & peccatis adverſantur: de beneficijs, quæ & hic in Terris, & in Coelis eadem amantibus à virtutibus conferuntur: de rationibus, quibus Deo juvante, eas facile confequi poſſimus, & quibus Deo ſimiles effici-mur. Vnicuique verò materiæ ſubſternitur doctrina S. Bonaventuræ, & Caſſiani.

*Examen conſcientiæ pro pœnitentibus.* Venerijs apud Joannem Baptiſtam So-maſſum, anno 1587. in 4. Vivebat Vincentiæ anno 1586. Obijt Fulginei, dùm Romam ad Sixtum V. cui erat gratiſſimus, proficiſceretur. Petrus Rodolphus epitaphium iſtud, omiſſo obitus anno adje-cit.

nus, Prov. Venetiærum, Vir vitæ ſanctitate, ſpiritu Apoſtolicæ, gratia curatio-num, rebusque præclare geſtis ad ſalutem animarum, & corporum toti ferè Orbi no-

tiſſimus; edidit Italicè, & Gallicè, inquit Genueſis, opusculum ſub titulo:

*Gravitas lethalis peccati.* Pariſijs apud Caunterot 1680.

MARCUS A BAUDUNIO, natione Gallus, Provincia S. Ludovici Minorum Capuccinorum alumnus; Vir clara doctrina, & inſigni ſapientia notus; qui Concionatoris Evangelici munus, Sacræ Theologiæ Cathedram, Diffinitoriatus; ac Provincialatus dignitates, religioſa pietate, præclarifque virtutibus cumulavit; ſcripſit, ac prælo ſubmiſſit, integros duos Curſus Philoſophiæ, ac Theologiæ, quibus hunc præfixit titulum:

*Paradiſus Philoſophicus unius, ac trium Doctōrum, Angelici Seraphici, & Subtilis, borun-que Conciliatoris fonte irriguus,* tom. 1. in fol. Maſſiliæ apud Claudium Barrin, anno 1654. & denuò ibidem apud Claudium Garcin, anno 1664. in 4.

*Paradiſus Theologicus unius, ac trium Doctōrum, &c.* tom. 2. in fol. Primus tomus prodijt Lugduni apud Joannem Molin, anno 1661. Poſterior ibidem apud eundem 1664. Secundò Lugduni per Antonium Hugueran 1670. duobus voluminibus in fol. Priori acceſſit tractatus de *Juſtitia, & Jure.* Vidi. Elaboravit inſuper, ac evulgavit:

*Compendium totius Theologiæ, tam ſpeculati-ve, quam præctice,* in tom. 4. in 8. diſtributum. Lugduni anno 1673. apud Jo. Molin. Deſcripſit etiam Gallico idiomate:

*Vitam mirabilem Illuſtriſſimæ Dominae Marthæ Doraiſon, Comitiffæ de Valenes.* Lugduni per Joannem Molin, anno 1661. in 8.

*Vitam exemplarem V. Matris Agnetis de Anguillonque, Sanctimonialis, Monafterij Capuccinarum Maſſilienſium.* Maſſiliæ apud Claudium Garzin 1673. Commendatur à Genueſi; & Jacobo Le-Long, lib. 2. Biblioth. Gallicæ, num. 6336.

MARCUS DE BERULLE, Gallus, Normanus, Provincia S. Bonaventuræ Minorum Conventualium Theologus, ac Ex-Provincialis, Vir, quem litteris probè excultum, ejus commendant ſcripta, edidit:

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

*Curſum Theologicum ad mentem Doctōris Subtilis.* Gratianopoli typis Roberti de Philippis, tom. 12. in 12. anno ſalutis 1668. & ibidem ſecundò, ac tertio. Vidi.

*Exercitium hominis Chriſtiani,* Gallico idiomate, anno 1660.

*Expoſitionem brevem, ac ſuccintam univerſæ Sacræ Scripturæ cum concordia librorum Biblicorum, quæ videntur pugnantia ex Chronologia,* Gallicè 3. volumin in fol. Gratianopoli, teſte Jacobo Le-Long, pag. 636. Bibliothecæ Sacræ. Indiftinctam credo ab illa expoſitione, cujus mentio extat apud Vincentium Coronelli, tom. 6. num. 4053. Scripſit, inquit,

*In libros Hiſtoriales Veteris Teſtamenti,* tomum 1.

*In libros doctrinales Sapientia, Proverbiorum, Eccleſiaſtes, Canticorum, Eccleſiaſtici, Prophetas, & Machabæos,* tom. 2.

*Expoſitionem totius novi Teſtamenti,* tom. 3.

*De Rebus Scripturalibus ſingularibus,* tom. 4. ſed cuncti inediti ob mortem Auctoris.

MARCUS BLANCUS; Salodiensis, Francisci Lycheti alumnus, compilavit:

*Tractatum de ſecundis intentionibus,* ad Albertum Pium Principem Carpenſem Uvadingus ex Toſigniano.

MARCUS DE LA CAMARA, Hiſpanus, Complutenſis, Regul. Obſervantiæ Provincia S. Evangelij, ac Mexicani Conventus filius, Latine emiſit:

*Quæſtionarium conciliationis, ſimul & expoſitionis locorum diſſicilium Sacr. Scripturæ, in quo DC. Scripturæ loca exponuntur.* Compluti apud Joannem Gratianum 1587. in 4. & ibidem 1588. Vidi. Item:

*Elenchum Concionum pro Dominicis totius ferè anni, præcipuis feſtivitatis Domini, & communi Sanctōrum.* Pettractant de eo D. Nicolaus Antonius, Coronelli, tom. 7. Bibliothecæ Univerſalis, col. 524. ac Ventancurt de Scriptōribus Provincia S. Evangelij. Ejus opera aſſervantur inedita in Cœnobia Domina noſtræ de Sa-liceto, vii legitur lib. 3. Hiſtor. hujus Conv. pag. 678. Ejus in laudem accinebat

Fr. Thomas Pinelli Minorita.

*Hesperia lux, Franciscana gloria gentis,  
Et Complutensis spes, & à lumine laris:  
Marce decus nostrum, tua nunc se fama per Orbem  
Latius effundit, te celebratque magis;  
Hæc monumenta tui ingenij, nunc prodita luci,  
Perpetuo illustrant nomen honore tuum.  
Te Deus altisonans Cæleste immisit ab axe,  
Ne lateant factis præmia digna tuis.  
Fervida sollicitat celsi quem cura Tonantis,  
Et pius assidue religionis amor,  
Dum plane hortaris mentes ad regna polorum,  
Atque etiam, scriptis munis ad astra viam.  
Hæc ego cantabo majori postmodò Thyrsò,  
Nunc sat erit primis rem tetigisse labris.*

**MARCUS CORONA**, Minorita, conscripsit:

*Speculum Provinciae Rusciae*, laudatum in Supplementis Annalium Uvadingi ad annum Christi 1238. num. 4.

**MARCUS DIAZ**, Lusitanus, Prov. Romanæ strictioris Observ. edidit: *Ordinem perpetuum recitandi Divini Officij*, 1637. Hæc Uvadingus.

**MARCUS FABIVS VARRETUS**, Minorita, sæpè citatur à Salvatore Vitali, vii Author:

*Dialogi de Sacro Monte Alvernia*. Ex nostro Alva, tabula 1.

**MARCUS JULIAN**, Hispanus, in Oppido S. Martini, vulgò *del Rio*, Cæsaraugust. Diocesis, & Communitatis Barocensis natus, Aragoniæ Provinciæ Regul. Observ. filius, & alumnus, & Sacræ Theologiæ Lector, originalia M. S. ad prælum accuratissimè disposita, & perpolitura habet, prænotata:

*Certamen Catholicum adversus singulas propositiones in Bulla: Unigenitus: à SS. Papa N. Clemente XI. proscriptas*: opus in tria volumina in fol. Latino sermone, distributum. Item:

*De infallibilitate in definiendo Romani Pontificis, & contra Cavillationes Fansenisoni, Armamentum*, in duo volumina, etiam in fol. & Latino idiomate partitum. Ex relatione laudatæ Provinciæ.

**MARCUS A S. MARIA**, in Gallo, Italus, olim Medicinæ Doctor, Provinciæ Marchiæ Regul. Observ. adscriptus, vernaculè contexit volumen in 4.

*De figura vite eterne.*

*De Regulis recomendatorum B. Virginiae in Monte Pietatis ab eo fundato.*

*De Divinis Præceptis.*

*De Testamento Veteri, & Novo.*

*De Sacris Canonibus*. Florentiæ per Antonium Miscomini 1494. Vidi in Bibliotheca Hispanensis Ecclesiæ. Eiusdem volumen *Concionum* laudat Illustrit. Ulyssiponensis, parte 3. Chronicorum Ordinis, lib. 6. cap. 40. ac Fr. Petrus Alva, column. 1004. Militiæ.

**MARCUS A NICIA**, Minorita, Italus, Vir animarum salutis studiosissimus, qui ad Catholicam Fidem disseminandam in Peruvianam Americæ Provinciam anno 1531. navigavit, vbi Commissarius generalis renuntiatus, post multos pro Dei, sui-que Ordinis gloria exantlatos labores animam Deo reddidit, cum scripsisset Italico sermone:

*Relationem suorum itinerum, ac descriptionem 7. Civitatum, quæ Latinè reddita habentur volum. 3. Navigationum Ramusij*. De hoc scribunt Oldoinus in suo Athenæo Ligustico, fol. 416. ac Antonius de Leon, pag. 77. suæ Bibliothecæ Occidentalis.

**MARCUS RAMIREZ DE PRADO**, Hispanus, Matritensis, Compostellanæ Prov. Regul. Observ. filius, sed Granatensis Prov. Regul. Observ. iurè habitatio- nis acquisitus, Vir Sacrarum Litterarum cognitione præstans, Pro-Commissarium generalem Indiarum agens, ad Ecclesiam de *Cblaps*, deindeque de *Meeboacan*, in Occi-

Occidentalibus Indijs assumptus, (renun- tiatis prius Insulis de *Yucatan*, ac de *Cara- cas*) boni Pastoris munia, atque officia impendens, Synodum celebravit anno 1642. præloque dedit:

*Synodales Constitutiones*. Deinde *allas*, alterius Synodice celebrati anno 1644. vii testatur D. Egidius Gonzalez, tomo 1. Theatri Ecclesiastici Indiarum, pag. 131. describens ibidem plurima suæ pietatis monumenta. Obijt circa annum 1660.

**MARCUS RIEZ**, Gallus, ex Mino- ritis Capucinis, vernaculè litteris con- signavit:

*Vitam Bonæ Parisiensis Fundatricis Mafiliensis, Conventus Sanctimonialium Capuccinarum*. Marsiliæ 1673. in 12. Ex Jacobo Le-Long, lib. 2. Biblioth. Galli- cæ, num. 6396.

**MARCUS DE SUMMA RIPA**, in Subalpinis, Minorita, dum rudia Tyro- num ingenia Albæ, & Taurini lectioni- bus eruditus informaret, opus etiam com- posuit Concionatoribus vtile, quod præ- notavit:

*Bonum quaternarium*, Quadragesima- les Conciones amplectens. Prodiit Tau- rini. Authorem commendant Tosignia- nus, Uvadingus, Illustrissimus Britius, fol. 292. ac Roffotus in suo Syllabo Scrip- torum Pedemontij. Floruit ad annum Christianum 1419.

**MARCUS TARBISINUS**, Minorita, scripsit, non autem edidit opus prænota- tum:

*Recolleeta Ordinis Minorum*. Penès se habebat M. S. Uvadingus, teste N. Alva, tabula 1.

**MARCUS VIGUERIVS**, Saonenfis, Ligur, Vir vndèquaque eruditus, Marci item Viguerij, Episcopi Nolani, ejusdem Instituti, Sixti Quarti Præceptoris nepos, Paduæ Theologiam, vna cum Antonio Tubeta professus, à Sixto Laurea Docto- rali insignitus, in Sapientiæ Romanæ Gymnasio Lector institutus, deinde crea- tus est Episcopus Senogalliensis in Picen- no, mox Urbis Præfectus pro Joanne de Ruvere, & à Julio Secundo Suffraganeus, paulò post Custos Arcis S. Angeli, & Car- dinalis, Legatus Exercitus Pontificij ad- versus Alphonsum Ferrariæ Ducem, ab

eodemque Pontifice missus ad Concilij Lateranensis res gravissimas tractandas. Scripsit:

*Apologiam adversus Pisanum Conetta- bulum*, quamvis eam imperfectam reli- querit, inde credo, quod illud ipsum in- ter reprobatum est, ac dissipatum.

*Decachordum*, opus Theologicum, doctum, & varium Julio Secundo Pontifici Maximo dicatum. Prodiit Romæ apud Hieronymum Soucinnum, anno 1507. in fol. & Parisijs anno 1517. apud Jodocum Badium Ascensum in 8. & M. S. habetur in Bibliotheca Vaticana.

*Controversiam de excellentia in passionibus Passionis Dominica*, quam Marcus Siller Romæ anno 1512. & Jodocus Ba- dius Ascensius, anno 1517. Parisijs emis- serunt ita procurante Simone Begnido Episcopo Mondrusiensis Cardinalis contuber- nali:

*De dignitate ferri Lancee Christi, & vestimentorum ejus*. M. S. in Bibliotheca Vaticana. Præterea scripsit:

*De Annuntiatione B. Virginis*, lib. 1. Prodiit 1506. & 1507. typis Hieronymi Sancini, vna cum ejus Decachordo, in fol.

*De Vita, Passione, Morte, & Resurrex- tione Domini*. Prodiit Duaci 1607. duo- bus tomis, vna cum alijs ejus operibus. Pariter *Decachordum*, & *Controversia* edita simul fuerunt Hagenau 1517. Reli- quit insupèr, quæ ex ipsomet subijcio:

*De Sacerdotis officio*. Constat id ex chorda 1. cap. 21. Decachordi.

*Tractatum de compaternitate*. Ex chorde 2. cap. 30.

*De Universalibus activorum*. Ex chorde 4. cap. 21.

*Sermones*. Ex chorde 4. cap. 21.

*Commentaria in Ethica Aristotelis*. Ex chorde 6. cap. 1. & chorde 7. cap. 43.

*Dialogum super Reformam abusum*. Ex Ludovico Dupin, sec. 16.

*Tractatum de Anti-Christo*. Ex Ciaconio, & Georgio Eggs in Bibliotheca Purpu- rata.

*Hamillas*. Ex eisdem. Obijt sub Leone X. Pontifice anno 1516. die 18. Julij sepultus ad S. Mariæ trans Tyberim, cu- jus erat Presbyter Cardinalis, ejusque ædificia restauravit, & auxit. De eo legitur

*Sicut magni Alës Jovis evolat aethere in alto  
Mente ita Vigerius lucida ad astra volat.*

Elogijs decoratur à Uberto Folietta de Clarorum Ligurum elogijs pagina 200. & 201. Consule Haroldum, ad annum 1476. & 1506.

**MARCUS VITERBIENSIS**, Provinciae Romanae alumnus, ac totius Ordinis Generalis Minister creatus successit in Generalatu Ordinis Fratri Joanni de Bucho. Ab Urbano V. Nuncius missus pro pace, in eunda inter Ducem Sabaudiae, & Marchionem Montis-Ferrati, quibus pacatis ablegatus est in Etruriam, ut Florentinas, & Pisanos foedere conjungeret, & pacificaret, aspero bello decertantes, quod egregie praestitit: demum negotium ei datum est, ut Italicas cohortes vniret, ut mutuis foederibus initis, commune bellum instruerent in quasdam militum Transalpinorum manus, societates vocatas, quibus pacatis ob has res bene gestas, Cardinalis ab Urbano V. creatur. Lepidum quid in ejus creatione accidisse referunt duo praecleari Jurisconsulti Felinus, & Tiraquellus apud Gubernatis tom. 1. fol. 165. num. 9. nimirum Urbanum Pontificem petiisse à Senioribus Patribus Ordinis, qui Avinione residebant, ut tres probatos, doctosque Viros sui Instituti sibi praescriberent, ex quibus vnum in Cardinalem posset deligere.

Illi tres tantae dignitati idoneos selegunt, sed ne loco viderentur impares, quos meritis iudicabant aequales, & qui primus nominaretur dignior haberetur, fieretque reliquis praesudicium, non ordinatim, sed circulariter omnium nomina scripserunt; qua ratione dignosci non potuit, quem primum nominabant. Urbanus circulum conspiciens, & subridens: Vos (inquit) ordinem communem pervertistis, ego paciter vestrum pervertam, exclusisque tribus in circulo conscriptis, Marcum hunc Viterbensem creavit Cardinalem. Ex Castaneo, de Cardinalibus Scriptoribus, ingenij sui monumentum reliquit:

*Summam casuum conscientia.* Laboribus gloriosis pro sua Religione, & pro Ecclesia Catholica sanctè perfunctus, ab ingenti in omni virtute gloria, & sanctitate vitae commendatus, obiit Viterbij tertio Nonas Septembris anni 1369.

**MARCUS VITUS:** Vide inferius *Vitus Pissa.*

**MARCUS ULMENSIS**, Germanus, Minorita, professione Scholasticus, scripsit, atque edidit Scholasticis Expositioribus vtilissimum;

*Dictionarium univ. Scripturae Sacrae.* Incipit, uti recenset Senensis, Tosignianus, ac demum Uvadingus: *Abfinitia multipliciter sumitur.* Claruit anno Virginei partus 1400.

**MARCUS ULISSIPONENSIS**, Lusitanus, Regul. Observ. Provinciae Portugalliae filius, vnusque ex Fundatoribus, ac secundus Discalceatae Prov. S. Antonij Minister Provincialis, totius Ordinis Seraphici celeberrimus Historicus, Litteris Graecis, Latinis, & Haebraicis peritissimus, ac demum Portuensis Antistes, litteratos, ac pios homines multiplicibus locupletavit monumentis. Habemus igitur ex illius penu:

*Chronica Ordinis FF. Minor. in 3. tom. in fol. distributa.* Prodiit prima pars Ulyssipone 1556. & 1615. in fol. Secunda ibidem 1615. Tertia Salmantica 1570. apud Alexandrum de Cannia. Vidi, & Hispanice, Gallice, ac Italicè reddita.

*Reformatas Constitutiones Portuensis Episcopatus.* Connimbricæ anno 1585.

*Exercitia devotissima pro meditanda Passione Christi D. nostri,* Lusitanico sermone, ex Latino Joannis Tauleri. Visæis 1571. in 8. Insuper ligato sermone Lusitanico edidit:

*Cantica B. Jacoponi*, in 8. Pariter: *Vitam Christi.* Item ex Latino, Marci Maruli:

*Tractatum de Personis Illustribus.* Tria hæc opera commendantur à Fr. Ferdinando à Solitudine in Catalogo Scriptorum suae Provinciae Portugalliae. Ineditam, teste Cardoso, apud Nicol. Anton. reliquit:

*Vitam S. Coltae.* Item, ex eodem Georgio Cardoso.

*Meditationes super Orationem Dominicam*, edidit. In ipsa Portuensi Urbe, ut sanctè vixerat, sanctè etiam mortuus est Idibus Septembris anno 1591. Consule Arturum ad diem 11. Septembris in Martyrologio Franciscano, & Illust. Gonzaga, part. 3. Conv. 13. Prov. S. Antonij. Ulyssiponenfis nomine inscribuntur: *Censurae quatuor librorum* editæ ab Andrea Schoto in Bibliotheca Hispana. Consule D. Nicol. Antonium, tomo 1. suae Bibliothecæ, pag. 398. Eiusdem, demum, Ulyssiponenfis effigie ornatur Bibliotheca Religiosissimi Coenobij Dominæ nostræ à Saliceto, adjecto carmine isto:

*Mas pareces de Francisco  
Su Marcos Evangelista,  
Que su Marcos Coronista.*

MAR

**MARGARITA AGULLONA**, Hispana, ex Xativa in Regno Valentiae oriunda, ab ineunte aetate Deo dedita, Habitu Tertij, Ordinis Franciscani ornata exinde, virtutibus omnibus, ac praesertim oratione extatica exornata, scripsit suo Confessario obtemperans

*Methodum contemplandi Passionem, & Mortem Domini nostri Jesu Christi.* Hispanicè extat apud tom. 2. Historiae Tertij Ordinis Franciscani Fr. Joannis Carrillo, fol. 244. & 249. Jacuit in Cappella majore Conventus de Sanguine Christi usque ad annum 1605. mense Februario, quo Archiepiscopus Valentinus illud transfudit in suum Collegium-Seminarium, atque intra sepulchrum affabrè extructum recondidit cum hoc Epitaphio in lapide alabastrite exarato:

*Beata Margarita Agullona, Setabensis, professionis Franciscanae, obiit IX. Decembris, anno à Nativitate Domini M. DC. aetatis suae LXIV. Claruit hæc Virgo eximia vitae paenitentia, & frequenti extasi, assiduos dolores in eisdem partibus accepit, in quibus Christus Dominus vulnera, feria quarta in capite, corona instar. Mortua est magna opinione sanctitatis, & funere pietate celebrissimo.*

Pluribus de eo agit Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 9. Decembris; §. 8.

**MARGARITA AUSTRIACA**, deinceps à Cruce, Maximiliani Imperatoris filia, & Philippi IV. Hispaniarum Regis amita; quæ strictius Monialis Clarissarum Institutum, Numine aspirante, complexa, puritate conversationis, ac spiritus claritate, & fervore, mores propè Angelicos in Religione exhibuit; Deiparae Virginis, quam ab incunabilis praecipua semper amore dilexit, Cultrix sapientissima, ferventissimaque, scripsit ad Gregorium XV. Pont. Max. pro Conceptione sancta, atque illibata ejusdem Deiparae Virginis

*Epistolam* 1. quam habes apud Uvadingum in Legatione, sect. 4. Praeterea emisit,

*Exercitia spiritualia ad ejus usum, ac Sanctimonialium Excalceatarum Matrisensium* Antuerpiae ex Officina Plantiniana, anno 1622. in 8. Vidi.

*Palatium spirituale.* Habes apud Maracium in suo opere incipito: *Heroides Mariana*, cap. 12.

*Epistolam ad R. P. Fr. Bartholomeum de los Rios, Augustinianum.* Extat ibidem pag. 313.

*Epistolam ad cognatam suam Isabellam Claram Eugeniæ.* Habes ibidem pagina 314. Coelum petijt anno salutis 1633. die 5. Julij. Ejus Vitam elegantè conscripsit R. P. Fr. Joannes de Palma, (minimè verò Illust. Palafox) ac typis subjecit Martiri anno 1653. in fol.

**MARGARITA DE NORONHA**, Lusitana, Comitissae de Linhares filia, clarissima stirpe nata, sed intuitu religiosae vitae majori adhuc claritate conspicua, cui merito (Virgo enim Deo Sacra fuit in Annuntiatae Deiparae Ulyssiponenfis Monasterio) excellentem doctrinam praesertantem cultum adjunxit, non solum Latinis litteris admodum docta, sed &

*Plurium spiritualium lectionum* Author, eloquentia non vulgaris, ut Lusitani deprædicant, & inter alios Antonius de Sousa Macedo in *Hispania Floribus*. Insuper Margarita hæc de Noronha, alias de S. Paulo Lusitanicè reddidit:

*Regulam S. Clarae*, Cardoso teste. Eodem quoque sermone conscripsit:

*Exercitia spiritualia, vna cum varijs Orationibus ad Deiparam semper Virginem.* Editum fuisse ad finem libri nuncupati, *Conventus spiritualis*, cujus Author fuit Granatenfis quædam Monialis Capuccina, Ulyssipone 1620. monet Cardoso in Schedis M. S.

**MARIA DE LA ANTIGUA**, Hispana, ex Oppido *Cazalla* in Baetica Provincia, primitus Dominicani Ordinis alumna, deinceps sub Seraphico Instituto in Marchena sanctissimè vixit, ubi omnino rudis, sed desuper illuminata, scripsit voluminem magnum mira doctrina referentem, quod sub titulo:

*Lux Religiosorum, ac animarum spiritualium*, asservatur M. S. in Archivio Conventus S. Antonij Hispanensis. Vidi. Prodiit Hispani ex officina Joannis Cabezas, anno 1678. in fol. Editio tertia facta est Barcinone typis Josephi Llopi 1697. in fol. Editio quarta ibidem apud Joannem Pifferrer 1720. in fol. Vidi. Obijt 22. Septembris 1677. Extat ejusdem honorica mentio apud Daza de *Conceptione*, cap. 6. Nicolaum Antonium, tom. 1. fol. 71. & Sousa in Expeditione Hispanica S. Jacobi, num. 547.

MAR



MARIA AB ASSUMPTIONE, Hispana, Salmanticensis, genere illustris, virtutibus verò clarior in Salmantino Conventu Sanctimonialium Excalceatarum, ligato sermone Hispanico, scripsit:

*Funesta Carmina super Psalmum 82: Habes cum ejus Vita, apud lib. 4. operis de Fundatione laudati Conventus, editi Salmanticae anno 1696. in 4. Legi.*

MARIA DE AYALA, Hispana, Toletana, ex nobili genere orta, emissa professione in Monasterio Immaculatae Conceptionis ejusdem Urbis, virtutibus religiosius adornata, scripsit tomum egregium:

*De vita perfecta Orationis, quem spiritu humilitatis ducta flammis tradidit. Magnum sui desiderium relinquens migravit ad Sponsam anno 1634. Ejus exemplarem vitam recenset Fr. Lucas Yanguas à fol. 98. Chroniq. M. S. Castellanae Prov. Reg. Obsev.*

MARIA EVANGELISTA, Hispana, ex Monialibus Conventus S. Joannae, vulgò dictae propè Matritum, quamvis nullas unquam litteras didicerit, tamen coelitus edocta, scripsit:

*Vitam V. Matris Joannae à Cruce, quae M. S. vt audio asservatur in eodem Conventu. Operis, & Auctoris memoriam facit Fr. Joannes Carrillo, tomo 2. Historiae Tertij Ordinis Francisc. fol. 318.*

MARIA A JESU DE AGREDA, Hispana, anno 1602. die 2. Aprilis nata, Religionem Franciscanam ingressa anno 1619. die 13. Januarij, ac professã anno 1620. die 2. Februarij, Conventum Excalceatarum Immaculatae Conceptionis in eodem Pago, ab ejus nobilibus Parentibus erectum per annos quinque, supra triginta, rexit. Hac igitur clarissima Virgo, ac prudens Abbatisa, praeclearis exornata virtutibus, necnon miraculis, ac revelationibus insignis, ex his, quae à Purissima Deipara didicit, Superioribus obtemperans, propria manu, & caractere, nobili stylo, & sermone Hispanico reliquit M. S. egregia volumina praenotata:

*Mystica Civitas Dei, Miraculum suae Omnipotentiae, Abyssus gratiae, & Vita Beatissima Virginis. Prodiere primò Matriti anno 1670. praevijis multis discussionibus Synodicis, examinibus, censuris, ac licentijs, tantaque devotionis aviditate egregium hoc opus à fidelibus expectabatur, vt vix praelo praessum à quamplurimis, & nobilitate, & doctrina conspicuis expeteretur. Sed cum summa pe-*

rarior, perfientque altissima venti, non illicò omnibus placuit; aut vt melius dicam, quod ferè omnibus placuerat, nonnullis æmulis displicuit; vnde ab eisdem ad Supremum S. Inquisitionis Hispaniarum Tribunal fuit delatum. Rectissimus autem ille Confessus in re tanti momenti expensis prius articulis, quibus delatio innotebatur, vt rectius procederet, exemplaria omnia sequestravit, & per Edictum publicum ne ulterius distribuerentur inhibuit, quosque causa maturius examinata (sunt verba Edicti) vel librorum lectio permetteretur, si id iustitia suaderet, vel omnino inhiberetur, si iusta motiva id exigerent.

Post plura igitur operis examina septem annorum spatio exactè, & accuratissimè facta, facta item collatione cum authographo propria Servae Dei manu conscripto, post repetitas doctissimorum Theologorum consultationes, post datas Seraphicae Religioni benignissimas aures, concessa eidem omnium oppositionum copia, vt eisdem responderet, & satisfaceret, in quo, & conferendis responsionibus cum objectis Capitulis, ac perpendendis proutraque parte rationum momentis, aliorum quinque annorum spatium consumptum est, rectissimum illud Tribunal tandem judicavit decernendam causam pro libris, eorumque V. Scriptrice, prout decrevit lata sententia, ac proinde remouendum esse sequestrum Librorum, vt remouit, vt possent praè omnium manibus haberi, ac legi in Regnis Hispaniarum, ac vastissimisque Provincijs Catholico Regi N. subjectis, subdente S. Tribunali.

Et quia cognitum est, quod eodem sequestro pendente furtim in his Regnis intromisi sunt alij excusi in alijs Regnis varijs, ac diversis typis contra id, quod per eundem Excell. Dom. & Consilium ordinatum fuerat, & nondum constet, an in omnibus respondeant, cum impressis Matriti, an verò in ipsis aliquod additum, ablatum, vel emendatum fuerit, quod in his non contineatur, relaxentur edicta, vt omnes Libri alterius quam Matritensis (quae permittitur) editionis inhibeantur quoad vsque recognoscantur, & ad hunc effectum traddantur à personis, qui eos habuerunt, S. Officij Tribunalibus, vel ejus Commissarijs.

Dùm autem praefatum examen Librorum apud Sanctam Inquisitionem fiebat, & coram Sacra Rituum Congregatione

Causa Beatificationis, & Canonizationis Servae Deservabat, & quod Processus erant iam facti, tam auctoritate ordinaria, quam Apostolica ex Commissione signata manu Sanctissimi Domini Clementis Papae X. quin aperti, & introducti cum titulo *Venerabilis*, & Libri in eisdem Processibus compulsati sub examine, inopinatè fuerunt in vi cususdam Censurae exhibitae Sacrae Congregationi S. Officij prohibiti sub die 26. Junij 1681. Decretumque prohibitivum inaudita Religione S. Francisci fuit publicatum die 4. Augusti ejusdem anni, sed tribus dumtaxat elapsis mensibus san. mem. Innocentius XI. nomine ejus fuit publicatum; ad instantiam Regis Catholici Hispaniarum Caroli II. ejusque Serenissimae Matris, & Sponsae, meliusque informatum de qualitate Librorum, sicut etiam de rectitudine, maturitate, rigore, ac legitima jurisdictione, qua S. Tribunal Inquisitionis examinaverat, & approbaverat praefatos Libros, necnon de novitate, ac turbatione per magna, quam excitaverat in omnibus illis Regnis hujusmodi Decretum prohibitivum, die 9. Novembris ejusdem anni illud suspendere dignatus est, ac decrevit, & ordinavit suspendendum in hujusmodi Librorum negotio, eos in eo honore, ac attimatione relinquens, ac priusquam prohiberentur, vt constat ex tribus Brevibus supradictis, Majestatis directis, datis Romae apud S. Mariam Majorem, die 9. Novembris, anno 1681.

Ad instantiam pariter ejusdem Regis Catholici, necnon Regis Serenissimi Portugalliae san. mem. Alexander VIII. dignatus est concedere, quod praefati Libri liberè, ac impunè ab omnibus Christi fidelibus legi possent, & casu quo dubia aliqua erumperent, ea Religioni S. Francisci communicarentur, vt eis satisfaceret, vt constant ex litteris praefatae Catholicae Majestatis directis, tum ad Eminentissimum Cardinalem Cium, tunc Status Secretarium, tum ad Excellentissimum Marchionem de Cogolludo, tunc Romae Regis Catholici Oratorem, quae apud Procuratorem Causae asservantur, & quarum fidelem copiam typis datam legi.

Postmodum idem Rex Catholicus suas servidas instantias repetens apud san. mem. Innocentium XII. à Sanctitate sua obtinuit, quod deputaretur quaedam particularis Congregatio ex nonnullis Eminentissimis Sacrae Congregationis S. Officij, vnà simul cum Illustrissimo D. Affe-

fore; in qua Procuratores Causae deducerent quidquid in eisdem favore concludere posset, vt constat ex Brevis responsivo ad praefatam Regiam Majestatem dato Romae apud S. Mariam Majorem 25. Martij anno primo sui Pontificatus.

Cum igitur eadem Congregatio particularis deputata copiam censurae Librorum exhibita communicandam decrevisset Procuratori Causae, vt eadem responderet voluminosam ipse Scripturam mediante Illustrissimo Bernini tunc Affessoris eidem Sacrae Congregationi particulari praesentavit; vt ea prius meritorum Causae notitia haberetur, & omnium, quae in defensionem quoquo modo conducere, judicari poterat, & postmodum vndique adequatam responsionem exhiberet omnibus; & singulis censuratis, & novam interim instantiam coram eodem Summo Pontifice, tam Rex Catholicus, quam Serenissima Regina facientes, sua Sanctitas respondit: Qualitèr iam praefatos Libros diligenti examini commississet, non parum peroptans ipsis Majestatibus complacere, eorumque votis annuere, vt videre est in editis Brevibus responsivis, datis Romae apud S. Mariam Majorem, die 9. Septembris 1696.

Mortuo Rege Catholico Carolo II. & succedente Philippo V. necnon de vivis sublato Innocentio XII. ac succedente Clemente XI. apud ipsum servide, instavit pro felici, ac brevi exitu Causae praefatae, suaque Sanctitas reintegravit Congregationem particularem pro examine Librorum, eo quod vnus, vel alter Eminentissimus deputatus, in meliorem vitam praesentem commutaverat. Inde successivè deputavit Eminentissimos Cardinales Ferrari, Ptholomæum, Fabronum, Gabrielem Casinum, & Spada, tunc Religionis Seraphicae Protectorem.

Quibus tamen non acquiescens, idem Sanctissimus informatum, quod Typographus Cameralis, aut per inculpabilem ignorantiam, aut per dolosam suggestionem Libros praefatos in quatuor partibus Indicis Librorum prohibitorum, quem anno 1704. excusserat introduxisset sub die 4. Junij ejusdem anni ordinavit, ac praecipit sub gravissimis poenis, vt à praefato Indice auferrentur, vt factum est, & apparet in eodem Indice; hujusmodi ordine, & Decreto declarans, quod non essent prohibiti, quin permisi.

Ulterius, idem Summus Pontifex praemonitus, & informatum, quod hujusmodi

Hi Causa in Sacra Congregatione Indicis proponi, & discuti curabatur, dignatus est die 19. Septembris 1712. R. P. Secretario dictæ Sacræ Congregationis insinuare, ne in ea verbum vilius fieret de Causa præfata, quandoquidem iudicium penitus reservatum erat suæ Sanctitati, & Congregationi particulari ad id deputata.

Verumtamen quia nonnulli æmuli rumorem spargebant, quod prædicti Libri legi nequeant, eo quod sint prohibiti, in eodem Pontificatu Sacra Congregatio S. Officij ad instantiam Illustrissimi, ac Reverendissimi D. Molines, Ministri Hispaniæ, nomine Regis Catholici, Memoriali mediante, prorsus eidem SS. Clementi XI. & ad præfatam Sacram Congregationem transmissio: Eadem Sacra Congregatio sub die 26. Septembris 1713. declaravit, quod præfati Libri non essent prohibiti, sed potius permisi, ut legi possint in Ecclesia Universali, sicut legebantur ante Decretum prohibitivum, vi Brevium Innocentij XI. supra allegatorum, uti in cunctis Christianitatis Regnis, & Nationibus publicè venduntur (etiam Romæ) avidè quæruntur, ac fructuosè leguntur in vniuersisque idiomate traducti, & impressi, nimirum Hispanico, Lusitanico, Gallico, Germanico, Theutonico, Italico, ac Latino, prævijs eximij approbationibus, ac licentijs Ordinariorum.

Impressum ergo fuit huiusmodi opus Matrivi apud Bernardum de Villa-Diego 1688. tomis 6. in 4. 1701. per Ruiz tribus tomis in fol. Et ibidem iteratis vicibus Ulyssipone 1684. 3. vol. Antuerpiæ 1696. in officina Viduæ Hieronymi Verdussen tribus tomis in fol. Et ibidem 1708. Pannoniæ, idiomate Italico, typis Augustini Epiro 1701. quatuor voluminibus in 4. Gallicè Bruxellis 1715. 3. vol. in 4. Latine, Augustæ Viadelicorum 1719. 3. vol. in fol. Et alibi, tum Gallicè, tum Latine, quin & Græcè, & Arabicè redditus vidi hosce Libros, ob fructum spiritualem, quem cuncti, adhuc Ethnici, ex eorum lectione experiuntur.

Undè ad rem de hisce libris quidam cecinit Minoritas:

*Hæc servare vult Hispanus;  
Contemplari Lusitanus,  
Meditari, & Germanus,  
Gallus, Belga, Hungarus.  
Quotquot sunt ad quos venerunt*

*Libri hi, & receperunt;  
Ecce mox hos transfulerunt  
Usum in vernaculum,  
Legunt, volunt, perscrutantur;  
Nocte, die meditantur  
Cæli hoc miraculum.*

Nec alienum puto à re proposita, nunquam subijcere Elogij continuationem Censoris munere editi à R. A. P. Antonio de Goyeneche, Societ. Jesu, apud tom. 1. hujus Bibliothecæ. *Hæc est*, inquit, sanctissima, ma, æquè ac sapientissima illa Virgo, quæ proximè elapso sæculo, rediit vivas, fecit priorum temporum memorabiles, illas Matronas: Getrudis, Brigittas, Maciildes, Catharinas, Terebias, aliasque magni nominis Virgines: cujus scripta nullus nisi præiudicio mentis occupatus damnat: nemo nisi partium studio abreptus dedignatur: quæque non tam Sapientum primi Ordinis comitibus votis, quam publica legitimum utilitate probantur: neque enim bona arbor malos, neque mala bonos fructus edere vissa est unquam. Majora testimonia desideras? Non desunt, & quidem non pauca, nec temerè credita miracula, quæ rei veritati robor, signumque imprimant. Ex quorum lectione, ne per aliquot horas perdoctus, severusque P. Mendus plus se didicisse aiebat, quam ex continua aliorum voluminum per multos annos lectione profecerat. Alius fuit Hispanus Demosthenes Illustrissimus Barcia, qui Libros Mysticæ Civitatis nonnisi prius ori admotos, nonnisi flexis genibus, nonnisi lachrymarum imbre ipsos perfundens, lectitabat. Si amas, evolvisque Lector, quatuor Evangelistas, noli abijcere fidelissimam eorum Interpretem Mariam à Jesu sic puncupatam, quia Divinam, utriusque Historiam complectitur ex Evangelijs; scribit enim quæ Evangelistæ scripserunt, & scribit quæ illi scribere potuissent, si vel habuissent revelationem, vel licuisset tunc temporis arcana illa præloqui, quæ modò decent ad majorem Dei, ejusque Genitricis gloriam. Scilicet, nihil in hac Historia invenies, quod vel Majestatem Hominis Dei, vel tantæ Genitricis infinitam propemodum dignitatem non deceat. At multa, inquis, nova reperio: non repugno; at memineris quæso multas veritates, quæ modò dicuntur antiquæ, aliquandò fuisse novæ: novæ enim decursu tem-

pōris antiquantur: Testamentumque, quod modò *vetus* appellamus, quando primùm fuit editum, erat *novum*, &c. Nec tacendum erit de novissimo Decretō Romæ emanato, tenoris sequentis.

## TIRASONEN.

### BEATIFICATIONIS, ET Canonizationis Servæ Dei MARIE A JESU DE AGREDA.

**S**anctissimus Dominus noster BENE-DICTUS XIII. ad humillimas preces Postulatoris Causæ Beatificationis, & Canonizationis Servæ Dei Mariæ à Jesu de Agreda, per Organum R. P. D. Pitoni Episcopi Imeriæ Sanctitatis suæ Auditoris, mediante ipsius Rescripto sub infra scripta die, mandavit, ut Causa prædicta Servæ Dei proseguatur in Sac. Rituum Congregatione absque novo examine Librorum Mysticæ Civitatis Dei, iisdemque Libri retinevi, & legi possint. Et ita, &c. Die 21. Martij 1729.

Extant præterea hujus prudentis Virginis:

*Exercitia spiritualia ad suas Filias impressa Casaraugustæ litteris Petri Carre-ras 1712. & Matrivi 1718. in 8.*

*Epistola memoria digna, in qua recenset suam Indicam Missionem in Provinciis novi Mexici ab anno 1620. usque ad annum 1631. Matrivi anno 1631. in 8. Vidi. Inedita vidi alia, nempe:*

*De Orbibus Cælestibus, ac Elementis, in 4. Matrivi in Bibliotheca Marchionum de Cuellar.*

*Leges Sponsæ, opus egregium asservatum M. S. in 4. in suo Cœnobio. Vidi.*

*Epistolæ plures ad Philippum IV. Catholicum Hispaniarum Regem, in fol. In Bibliotheca secunda Scorialis, pluteo 2. & 10. & Palentiæ in Bibliotheca Conventus Regularis Observantiæ, num. 35. & alibi. Legi.*

*De perfectione singulis horis procuranda in 4. Scripsit anno 1650.*

*Concordiam sui Conventus Agretensis super perpetuum Patronatum Dei paræ semper Virginis in 4.*

*Orationem cordis contriti in 4. quorum fermè omnium Authographa, vel semiplena, vel deperdita sunt; flammis enim sa tradidit V. Virgo suo obtemperans*  
Tom. II.

Confessario. Migravit ad Sponsum 1665: ætatis verò suæ 63. die 24. Maji, & sanctitatis famam, & Discipulas Christi Sponsas relinquens in laudato Agredens Cœnobio, ac in duobus alijs Stellæ, & Tuballæ in Navarra, nuper constructis. Lege *ejus Vitam præfixam tom. 1. suorum operum horum propugnatores D. Philippum Bezerra, R. P. M. Fr. Josephum Caverio, Ordinis Regularis B. Mariæ V. de Mercede alumnum, R. P. Andream Mendo, Soc. Jesu, Ill. D. Fr. Didacum de Sylva, Episcopum Accitanum, Ill. D. Michaellem Escartin, Antistitem Tarraconensem, ac Illustrissimum Siuri, Episcopum Cordubensem, ut de domesticis Samaniego, Sendin, Richelme, Rodriguez, Castel, Arbiol, aliisque in hac Bibliotheca laudatis, taceam. Silentio verò prætereunda non est relatio facti cujusdam mirabilis in Commendationem Librorum *Mysticæ Civitatis Dei*, quam omni formalitate munitam Romæ habet Procurator Causæ V. Matris, ac impressam legi, ut sequitur:*

Monialis quædam nomine Margarita à S. Salvatore in Monasterio Hospitalarum de charitate Beatæ Virginis Rupellæ in Gallia, vitæ sanctitate quoad vixit præclara, cum audisset famam Librorum *Mysticæ Civitatis Dei* à Ven. Serva Dei Maria à Jesu de Agreda conscriptorum, ardentè desiderio cognoscendi mirabilia, quæ in illis de Beatissima Virgine contineri dicebantur, flagrabat, quia tamen dicti Libri in lingua Hispanica, cujus prorsus erat ignara scripti, & nondum in Gallico idiomate erant, preces instantes ad Beatissimam Virginem, & Sanctos Angelos fudit ad obtinendam ejusdem idiomatis intelligentiam, quibus exauditis ad id breviter pervenit, ut magnum illud opus in tres voluminosas partes distributum, ea facilitate, ac celeritate traduxerit, ut suæ translationis Copistas in dies facile præveniret, qualicumque diligentia laborantes, ne scribendi momentum perderent. Et mirandum valdè, quod in illius operis decursu terribilibus morbis fuerit afflictas vno præsertim die, quo Immaculatæ Conceptionis Capitulum traducebat, tam acerbo brachij dextræ dolore fuit afflicta, ut ejusdem vsu triduo privata extiterit, donec Deum deprecata, ut si suæ gloriæ augmentum ex inchoata translatione promoveret, brachij sanitatem restitueret dignaretur, eam instantaneè obtinuit, calamumque velociter scribentem re-

sumpsit. Nec defuere dæmonum machinationes inceptæ traductionis prosecutioni obstitentes, quæ cufuscumque animum à proposito facili deturbassent, at Deus mirabilem traductionem, tam perfectam, prodigijs, & miraculis confirmare dignatus est, de quorum nonnullis Moniales

*Quid tibi cum superis, volites, vt in alta Minervæ  
Culina, quæ genuit, sisque propheta, Deum,  
Mystica quis tibi Menia Civitatis adire  
Præcipit ex alto numine missus aër:  
Nonne patens illud Pauli memorabile dictum  
Te fugit? In sacris fœmina nulla docens.  
Fœmina non dubito eloquio removetur ab isto;  
In quibus afflatus numinis esse nequit,  
Hac tamen vt Matris magnæ rescripta docendæ  
Quid mirum, exemplar referat ipsa sua.*

MARIA DE JESU, Hispana, ex Discalceatis Monialibus Manilensis Conventus S. Claræ, plura vidit, ac retulit:

*De Immaculata Conceptione Virginis.* Extant in libro de ejus vita, qui M. S. aservatur in Archivio Romano Ordinis, in fol. teste nostro Alva, col. 1007. suæ Milit.

MARIA A JESU, alia, Hispana, ex Tertiarijs Discalceatæ Provinciæ S. Gabrielis subjectis, ac vitæ sanctitate celebris, ex præscripto sui Confessarij, licet artis scriptoriæ omnimodè ignata:

*Vitam suam conscripsit*, quæ in Archivio Cauriensis Ecclesiæ aservatur. Plura de ea habes apud tomum 2. Chronicor. laudatæ Provinciæ, lib. 4. à cap. 1. vsque ad 24. Obijt bonus odor Christi anno 1666. ætatis 50. die 26. Decembris.

MARIA LASSO DE CASTILLA, Hispana, Monialis Clarissa Granatensis Conventus S. Elisabeth, scripsit:

*Carmina pro Virginis Mariæ puritate.* Extant cum alijs in libro Granatæ impresso 1640. in 4. Legi.

MARIA MAGDALENA A JESU, Ulyssiponenfis, Comitissæ Ericeyra conspicua Soror, professione Clarissa, prudens, ac docta Virgo, ac iteratò Ulyssiponenfis Conventus Matris Dei Abbatissa, suis Monialibus reliquit inedita:

*Commentaria mystica in Psalmos*, quæ in laudato Cœnobio custodiuntur.

*Commentaria mystica Canticorum Sacra Scriptura.* Habentur vnà cum expositione Psalmorum.

cunctæ præfati Monasterij, necnon Confessarius director præfatae translaticis deposuerunt, depositioque extat apud Postulatorem Causæ. Vide inferius verbo *Martinus de Albiturri*, & accipe à R. P. Fr. Mathia à Marhina, Capuccino, inferius laudando, confectum elogium;

*Soliloquiorum animæ cum Sanctissimo Sacramento*, vol. 1.

*Exercitiorum, ac spiritualium meditationum, adjectis mysticis poematibus*, tomos 2.

*Historiam Venerabilium Sororum sui Monasterij*, ex præscripto Superioris conscriptam.

*Epistolarum multiplicium, ac spiritualium*, tomos 3. Obijt exemplaritatis nota insignita circa annum 1700.

MARIA MAGDALENA DE CRUCE, Hispana, propè Matritum in Oppido Pinto nata, spiritu Dei rapta in Asiam transijt, ibidemque in Urbe Macavensi Monialium Excalceatarum Conventum fundavit, quem omni pietate prædita regabat. Inde ad Philippinas Insulas reverfa, Abbatissa fuit Conventus Manilensis Monialium Discalceatarum, tantaque vitæ sanctimonia perseveravit, vt multis illustrationibus clarere meruerit. Earum monumenta sunt tres ingentes tomi in fol. quorum titulus vnicus:

*Viridarium Franciscanum.* Vidi, & legi hæc tria volumina difficilia mihi, imò non paucis, sed eorum lectio sapida est, & affectum inflammat. Extant Segobiæ in nostro S. Gabrielis Conventu, ac Vallisoleti in Archivio Provinciæ S. Pauli, vnàque cum ipsis Annotationes nostri V. Fr. Antonij à S. Maria ejus Confessarij. Floruit 20. Novemb. anno 1653. ac in laudato S. Claræ Manilensi Conventu sanctitatis fama quiescit. Memoratur à Fr. Bartho-

tomæo de Latona in Vita V. Matris Hieronymæ ab Assumptione, fol. 83. Balthasare de Medina in Centuria Script. Discalceatorum, necnon à R. P. Joanne de Balath, Societatis Jesu, ejusque Declamatore in Cantone.

*Longè enim* (loquitur de suo Confessario in Panegyrico, cujus memoriæ feci, verbo Antonij à S. Maria) *antequam*, de Sinis, vel cogitaret, Monialis quædam sanctitatis opinione florens, ei clare dixit, vidisse se illum in terra aliqua, eaque montanna, montannos, & velut agrestes inter populos conversantem, qui quidem videbantur ipsi esse Sinæ, quamquam pileolos nescio quos gestarent in capite, quos Manilani Sinæ non gestabant, terramque illam abundare ijs arbutis, quæ Hispani vocant Miraveles; quod totum, & ad vnguem de Provincia Xan-tung comprobari *nihil dubium*. Hæc P. Balath. cujus integram relationem communem feci part. 2. meæ Bibliothecæ Minorum Discalceatorum à pag. 14. vsque 21. Scripsit insuper, missis alijs operibus quæ non habentur:

*De Oratione tractatum magnum, & eruditum*, laudatum à Fr. Bartholomæo de Latona in suo opere inscripto: *Perfècta Religiosa*, lib. 1. cap. 37. num. 34.

MARIA MAGDALENA, Lusitana, Monialis Clarissa Cœnobij *Matris Dei Ulyssiponenfis*, edidit vernacula gentis lingua:

*Vitam S. Joannis Evangelistæ.* Ulyssipone 1628. in 8. Commendatur à Nicolao Antonio, tom. 1. & Teisserio tom. 2. sui Catalogi, fol. 195.

MARIA MICHAELA, Lusitana, genere conspicua, professione emissa inter Clarissas Ulyssiponenfis Conventus Matris Dei, stylo signavit:

*Vitam V. Matris Mariæ Magdalene ejusdem Cœnobij Abbatissæ.* Aservatur M. S. in 4. in Archivio ejusdem Conventus. Clarebat anno 1700.

MARIA A S. PAULO, Hispana, Matritensis, sanguine, ac virtutibus illustris Fundatrix Religiosissimi Matritensis Conventus S. Josephi à Jesu Maria Discalceatarum Immaculatæ Conceptionis, vulgò, ac Hispanè vocitati *del Cavallero de Gracia*, scripsit:

*Constitutiones Monialium Discalceatarum Conceptionis Domini nostræ.* Extant à fol. 45. ejus vitæ editæ Matriti, studio D. Antonij Contreras, anno 1658. in 4. typis Andreæ Garcia. Floruit in suo laudato Tom. II.

dato Conventu septuagenaria, die 22. Maji, anno 1609.

MARIA DE PERNIA, Hispana, Monialis S. Claræ in Urbe Hispanicè dicta *Velez de Malaga*, ligato sermone nonnulla scripsit:

*De Immaculata Conceptione Virginis Mariæ.* Ea habes apud librum editum Granatæ 1640. in 4. cui titulus Hispanicus: *Elogios de Maria Santissima.* Vidi.

MARIA A PLAGIS, Hispana, Salmanticensis, quæ anno 1678. floruit sanctitatis opinione in Salmantino Conventu Discalceatarum S. Francisci, iteratò jussu sui Confessarij litteris consignavit:

*Vitam suam.*

*Epistolam ad Religionem Seraphicam* vernaculè. Extant edita à fol. 447. libri 4. operis *de Fundatione laudati Conventus*, Salmantici editi anno 1696. in 4. in officina Mariæ Estevez Viduæ. Legi.

MARIA SALINAS, Hispana, ex Oppido Tramarite in Aragoniæ Regno, primitus Monialis Clarissa Conventus S. Claræ de Borja, ac demùm Fundatrix Conventus Purissimæ Conceptionis Oppidi de Xelva, jussis sui Confessarij obtemperans ad litteras redegit

*Vitam suam.* Hanc fassiori calamo scripsit, ac edidit Fr. Joannes Ginto, Minister Provincialis Provinciæ Aragoniæ Regul. Observ. Cæsaraugust. typis Michaelis de Luna 1660. in 4. Consule ejus Prologum; Edidit insuper:

*Exorcismum pro expellendo dæmone*, vti recenset noster Alva, col. 1007. suæ Militiæ. Floruit sanctitatis opinione die 1. Junij 1657.

MARIA SALIENT, Hispana, in Civitate Borgiensis, Tyrasonenfis Diocesis, ex pijs honestisque Parentibus nata, Religiosa, & Abbatissa Monasterij Sanctimonialium sub secunda Regula S. Claræ, metricè composuit, & luci dedit opusculum in 8. cui titulus:

*Vita Seraphica Matris S. Clara Virginis.* Valentici prodijt ex officina Francisci Mestre, anno 1603. Vidi.

MARIA TELLEZ, Hispana, Virgo Deo Sacra in Monasterio S. Francisci de *Tordesillas*, ex Ludolphi Carthusiani Latino procudit ipsa sermone Hispanico,

*Passionem Domini nostri Jesu Christi.* Pincia apud Nicolaum Tierri 1539. in 4. Ex Nicolao Antonio, tom. 2. Bibliothecæ Hispaniæ, pag. 71.

MARIA VILLENA, cujus honorifica mentio extat apud Uvadingum ad an-

num Christi 1445. haud indistincta est à *Elisabetha Villena*, de qua superius egi. **tom. 1.** hujus Bibliothecæ, pag. 236.

**MARIANNA A S. BONAVENTURA**, Hyberna clarissima, ex Clarissis Monasterij Civitatis Galvensis ejusdem Regni, seditionum, ac bellorum causa in Hispaniam translata, Mattiti in Cœnobio, vulgò dicto *el Cavallero de Gracia*, exemplaritate vitæ refulgens exaravit ingens opus in 4. magno, sermone Hybernico, impræsentiarum assertivatum à Mattitensi Hybernorum Commissario, licentij, & sensu robortum. Vidi. Continet tractatus istos:

*Discursus Historicum de Haresarchis eorumque persecutionibus.*

*Quarundam Clarissarum, ac Tertiariarum Martyria durante Hybernæ tyrannica crudelitate.*

*Vitam Henrici Octavi.*

*Vitam Anna Bolenæ.*

*Vitam Regina Catharina.*

*Acta Sancta Coleta Virginis.*

*Vitam B. Margaritæ del Pilar, Clarissæ.*

*Vitam D. Sanctæ Regine Sicula.*

*Tractatum Historicum de plerisque perjonis vite probatissima in seculo.*

*De devotione Rosarij ejusque initio.*

*De alijs Rosarij Divina largitate, suis devotis concessis.* Cuncta narratione succinta rudiores ornare valent recta institutione, quin eruditores onerent. Migravit ad Sponsum in laudato Cœnobio Mattitensi circa annum 1703.

**MARIANNA A CRUCE**, Hispana, ex Tertiarijs Toletani Conventus S. Antonij Patavini, ineditam reliquit suo Confessario obtemperans

*Vitam suam*, vna cum

*Expositione verborum Christi: Venite ad me omnes.* Asservatur in 4. in Archivo laudati Conventus.

**MARIANNA A JESU**, Hispana, ex Oppido *Escalona*, Toletani Archiepiscopus, Tertij Ordinis Franciscani alumna, virtutibus, ac signis celebris, scripsit:

*Epistolas plures Mysticas*, quas vna cum suis *Revelationibus*, communes fecit D. Ludovicis de Messa ejus Confessarius, qui ejus Acta publicavit Toleti, formis Francisci Calvo 1661. in fol. Legi. Migravit ad Sponsum 9. Julij anno 1620. Agitur de ejus Beatificatione.

**MARIANNA A JESU**, Hispana, ex Discalceatis Monialibus Turris Juliae in Extramadura, scripsit:

*De Fundatione mirabili sui Conventus.*

Extrat M. S. in 4. in Bibliotheca Regia Mattitensi. Vidi.

*Carmina plura varij generis*, Hispanico idiomate. Habentur ibidem. Floruit sanctitatis opinione, anno 1635.

**MARIANUS AB ALCAMO**, Capuccinus, natione Siculus, Panormitanæ Provinciæ Concionator, Magister Novitiorum, Diffinitor, ac Sanctissimæ Inquisitionis in Sicilia Regno Qualificator; Vir rotus Dei spiritus plenus, & ab Apostolica vitæ probitate haud immeritis præconijs extollendus; multas enim ab Hæreticis pro Fide Catholica dilatanda, ac propaganda est perpesus ærumnas. Devotionis Stellarij, ac Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis mirificus, Panormi præsertim Propagator, publicavit opuscula sequentia:

*Modus contemplandi Coronam Beatissimæ Virginis Mariæ in Stellario Gaudio.* Panormi apud Jo. Antonium de Franciscis, anno 1608. tom. 1. in 12.

*Officium Parvum Stellarij Gaudio.* Dolorosi, & Gloriosi Beatissimæ Virginis Mariæ. Ibidem apud Angelum Orlandum, & Decium Grillm, anno 1615. in 12.

*Labyrinthus Beatissimæ Virginis Mariæ.* Ibidem apud eisdem 1612. in 12.

*Poemata varia*, & devotissima in laudem ejusdem Beatissimæ Virginis Mariæ. Ibidem 1612.

*Plures Palmæ* in folio, & alia diversa opuscula carmine, & prossa. Ibid. 1613. Scripsit etiam, & elaboravit:

*Elucidationem in primam partem Divi Thomæ*, quæ asservatur M. S. in Bibliotheca Genuensi PP. Capuccinorum. Claruit anno 1612. Extat hujusce honorificæ mentio apud Marracium, Pagnotium, & Genuensem, pag. 234.

**MARIANUS DE COSTEN**, Prov. Poloniensis Regul. Observ. alumnus, bis Lector Jubilatus, Vir eruditione, & morum gravitate excellens, teste Fr. Augustino Cieplinski, fol. 239. Chronologica Descriptionis ejusdem Provinciæ, tria volumina egregia de Pœnitentia, Jure, & Justitia, sub titulo:

*Æquilibrium, Tabula naufragij, & typus vera Religionis*, impressa dedit. Clarebat in Studio generali Posnaniensi, anno 1642.

**MARIANUS FLORENTINUS**, Regul. Observ. Prov. Tuscæ, totus intentus colligendis, præsertim intra fines Italiæ, monumentis sui Ordinis, Historiam à Religionis exordijs ad sua usque

tempora rudi quidem stylo, sed fida narratione deduxit. Operis titulus est:

*Fasciculus Chronicorum Ordinis Minorum.* Libris quinque opus distinxit, ejus Authographum haud sine fructu penes se habuit Uvadingus.

*Catalogum*, seu *breviculam Historiarum plorum, & Chronicorum, seu Conventuum ejusdem Ordinis.* Ex Uvadingo.

*Alteram Familiarum Ordinis S. Claræ.* Extat Florentiæ in Conventu Monialium S. Mariæ de Monte Coelis.

*Tertiam Virorum Illustrium Tertij Ordinis S. Francisci.*

*Alteram Montis Alverni.* Asservantur Romæ in Bibliotheca S. Isidori.

*Sermones plures.* Editos fuisse asserit Rodolphus.

*Itinerarium Urbis Romæ* in 18. cap. distinctum.

*Tractatum Coronæ Virginis Mariæ*, varijs meditationibus distributum. Addidit quoque nonnullas pias preces, & collectas super Coronam Domini 33. Pater Noster. Cui scribendi finem fecit die 20. Martij, anno 1503. in Conventu S. Salvatoris Montis S. Miniatis. Item:

*Tractatum de origine, nobilitate, & excellentia Provinciæ Tuscæ*, 25. cap. digestum, quem absolvit anno 1517. atque Patri Francisco Cino Prateni, Secretario generali dicavit. Prædicti autem isti tractatus in vnum congesti libellam M. S. asservantur Florentiæ in Bibliotheca Conventus omnium Sanctorum, B. 3. Ord. 8. *Scriptores communiter.* Obijt Florentiæ, in magna contagionis lue inserviens univrsæ Urbis infirmis. Laudatur à Ponciantio in Bibliotheca Florentinorum, & Terrinca, part. 3. sui Theatri Tuscæ.

**MARIANUS GENUENSIS**, ejusdem Provinciæ Minorum Capuccinorum filius, Vir magnus in virtute, & perfectus Regulæ observator, scripsit ex mandato Illustrissimi, & Reverendissimi Cypriani Pallavicini Archiepiscopi Genuensis:

*Doctrinam Christianam pro pueris, & idiotis in Fide instruendis.* Fuit impressa Genæ apud Bellonium 1580. Vitæ sanctimonia conspicuus, pijsque laboribus penè consumptus, ad mercedem ascendit Genæ anno 1585. Vide Boverium, tom. 2. Annalium, & Genuensem.

**MARIANUS MULLEBONENSIS**, Capuccinus, Germanus, Provinciæ Rhenanæ alumnus, in qua pluribus Conventibus præfuit, edidit:

*Meditationes de vita Christi*, & Tom. 11.

*modum meditando ejus Sacratissimam Passionem* 1665. Ex Genuensi, pag. 235.

**MARIANUS NEBIENSIS**, natione Cynæus, eximius Divini Verbi Declamator, ac Provinciæ Corsicæ Minorum Capuccinorum Fundator, nonnulla scripsisse ferunt, inter quæ apud Genuensem, pag. 235. ineditum recensetur opus Italico idiomate exaratum, cui titulus:

*Narratio Fundationis Capuccinorum in Provincia Corsicæ.* Virtutibus, ac exemplis refulgens obiit circa annum 1540.

**MARIANUS DE ORSCOLOR**, ab Ingolstadio, Provinciæ Argentoræ stricti Observ. Concionator, ac Vir doctrinæ, & moribus clarus, edidit:

*Chronica Observantiæ strictioris reparata, reducta, ac reformatæ, ejusdem per Christianos Orbes non solum, sed & Americam, Peru Chinæ, Japoniæ, Chichemecas, Zacathecas, Indos Orientis, & Occidentis Solis, Turcæ, & Barbaras gentes diffusæ, & Evangelio fructificantis, distincta libris sex, & viginti octo figuris aeneis ornata.* Ingolstadij ex officina Uvillhelmi Ederi, anno 1625. in 4. Vidi.

*Rythmos decem de Corona Virginis.* Ibidem ad calcem. Legi.

*Vexillum Seraphicum Montis Alverni*, opus asceticum. Ibidem.

*Theaurum Cordium suavissimi Nominis Jesu*, quinque gazophylacijs divisum, Monachij 1622. in 8. Ex Lippenio, tom. 2. Bibliothecæ Theologicæ, pagina 70. & Uvadingo.

**MARIANUS DE SIMESTRE**, Minorita, Flander, recensente nostro Alva, columna 1009. suæ Militiæ, opusculum edidit:

*Super titulo Immaculatæ Conceptionis*, in fol.

**MARIANUS STALPAERT**, ex Recollectis in Flandria, ad prælum parabat opus egregium, de quo apud Julium de Venetij, tom. 2. Chronologia Seraphicæ, impresso Venetij anno 1718. in de Capitulo Generali 79. pag. 297. num. 47. hæc habentur: *Visa idæa operis R. P. Mariæ Stalpaert, Provinciæ S. Joseph Recollectorum in Flandria Patris, ac Secretarij Generalis habitualis Ordinis, intitulati: Corpus Juris Orbis Seraphici; si: Diffinitorium Generale arbitrio Reverendissimi P. Min. Generalis committit, ut (dum opus prædictum, ad debitum complementum redactum fuerit) illud juxta Apostolicæ, & Ordinis Constitutiones faciat revideri, & habitaque*

approbatione revisorum in scriptis, servatisque reliquis de jure servandis, typis mandari. Attenta autem necessitate, ejusmodi operis: prædicto Patri injungitur, ut quantocyus faciat Compendium præfati Corporis Juris; in quo solùm jura ponantur, quæ modo sunt, & debent esse in usu.

**MARINUS DE CALVACESIO**, Capuecinus, Brixienfis, in eadem Provincia Diffinitor, ac Magister Novitiorum, Vir maximæ virtutis, ac perfectionis, qui à Sacra Congregatione de Propaganda Fide, ob singularem ejus prudentiam, ac præcipuum Catholicæ Fidei zelum, Visitator Apostolicus fuit constitutus in Missionibus Rhetiorum, & Helvetiorum; composuit, ac typis dedit Latine, Genuensii teste,

*Vitam Domini Nostri Jesu-Christi, quam in triginta lectiones distribuit.* Brixia anno 1639.

**MARINUS MAURUS**, Venetus, Ecclesiastes, & Theologus non obscurus, Cornelio Musso per omne tempus charus fuit, cujus monumenta, tum Latino, tum etiam vernaculo sermone ab eodem Cornelio conscripta ab omnibus studiosis desiderata, summo studio, & industria è tenebris revocavit, ut in lucem prodirent. Colegit insuper:

*Summam non aspersionis lectionis in doctrinam D. Thomæ.* Hæc Tosignianus, & Possévinus, ex quo Uvadingus, & San-nig.

**MARINUS MERSENNIUS**, Gallus, Ordinis Minorum elucubravat:

*Quæstiones in 6. priora capita Genesios cum accurata textus explicatione:* in hoc volumine Athei, & Theisti impugnantur, & expugnantur. Vulgata editio ab Hæreticorum calumnijs vindicatur, & Græcorum; Hebræorumque Musica instauratur; Francisci Georgij Veneti Cavalistica dogmata ferè refelluntur. Excus. Parisijs anno 1623. in fol. Vidi.

*Tractatum de Mensuris, Ponderibus, & Nummis Hebræorum, Græcorum, & Romanorum, ad Gallicam redactis.* Excusum Parisijs anno 1644. in 4. Extat hujusce ab Uvadingo illaudati memoria apud Bibliothecam Latino-Hebræicam Fr. Caroli Josephi Imbonato, list. M.

**MARIUS BIGNONUS**, Capuecinus, natione Italus, Patria Venetus, ejusdem Provinciae alumnus, Vir varia insignitudo doctrina, Divini eloquij Præco eruditissimus, subtilis Sacræ Theologiæ pro-

cessor, ac composita morum venustate præditus; scripsit Italico sermone, & edidit permixtus:

*Conciones Quadragesimales pro singulis diebus*, sub titulo: *Splendori Seraphici.* Venetijs apud Junctas, anno 1649. tom. 1. in 4.

*Conciones pro Festivitatibus Sanctorum totius anni*, sub titulo: *Elogij Sacri.* Ibidem anno 1652. tom. 1. in 4.

*Conciones pro Dominicis totius anni, & pro Adventu.* Ibidem apud Junctas 1656. tom. 1. in 4. Hæc omnes Conciones ex Italico in Latinum sermonem convertit Fr. Bruno Neusser Franciscanus, ac in publicum misit Coloniae Agrippinae 1676. typis Hermannii Demeij, sub hoc titulo: *Encyclopædia, sive scientia universalis Concionatorum.* Obijt Venetijs 1660. De eo post Uvadingum meminit Genuensis, pag. 235. & Soufa in sua *Expeditione Hispanica S. Jacobi*, num. 73.

**MARIUS A CALASIO**, ita cognominatus ab Oppido nativo, quod inter Samnitum Montana, non longè distat ab Aquila Civitate, S. Bernardini Senensis funere notissima, humili, sed honesto genere satus, adolescens, D. Francisci Instituto nomen dedit; expletisque non sine fructu tyrocinio, artium liberalium, & Theologiæ curriculis, addiscendæ linguæ Hebræicæ, ejusque percipiendis, & enodandis mysterijs totus incubuit. Tantos in hoc studij genere fecit profectus, ut eum generalem in Urbe sacri idiomatis Magistrum instituerit; Doctorisque privilegijs, & titulo, sui Sodalitij Viris in asuetudo, & penè interdito, decoraverit felicis memoriæ Pont. Paulus Quintus, bonarum litterarum optimus parens. Cujus rei honorificum extat vestigium in Bibliotheca Vaticana, ex ea parte, quæ novitèr adjecta est Sixtinæ, in qua inter cætera tanti Pontificis egregia monumenta, illud pennicillo, & litteris exprimitur, quod Marius hunc ex nostra Familia, aliosque tum Prædicatorij Ordinis, tum alterius generis doctos Hebræi idiomatis in Urbe creaverit, & fovit professores. Multos habuit hic, & erudit, ex diversis Provincijs adventantes discipulos in aede D. Petri in Monte Aureo, quam aliquandò rexit, & postea in Aracclitana. Eo totum ejus tendere desiderium; eò propendere videbatur affectus, ut vberior, & frequentior fieret hujus linguæ notitia, quam illa plenior, quam familiariter sermone explicare poterat; continuo quadraginta

septuaginta annorum labore adeptus est. Tempus nullum, nec quod in Fratrum trilinguo necessariae perfectioni supererat, absque lectione prætermittere, nec absque codiculo quoquam Hebræo in populum, vel in campos exibat. Facilem habuit accessum ad Paulum Quintum, cui in mitoribus familiaris erat, & à Confessionibus. Ipso sui obitus die longiorem cum eo profertit sermonem de his operibus eudendis, quæ sicuti Authore superstitè, ut in lucem prodirent, Pontifex maximè desiderabat; ita post Viri obitum accuratè edidit præcepit. Humilem, & ad sui Instituti normam, pauperem semper vitam egit, semper etiam seriùs in studijs. Obijt septuagenarius, & ultra, ex rupto apostemate, Psalmos cantans Hebræicè; audita Salvatoris Passione, expletisque, & præmissis cunctis Christiani hominis officijs 9. Kal. Februar. 1620. Scripsit:

*Grammaticam linguæ Hebræicæ addiscendæ perutilem.*

*Canones generales linguæ sanctæ.* Romæ anno 1616. apud Stephanum Paulinum in 4. Vidi.

*Dictionarium Hebræicum.* Ibidem anno 1617. in 4. Vidi.

*Concordantiarum Sacrorum Bibliorum Hebræicorum* quatuor concinnavit tomos ingentes, in quibus Chaldaicæ etiam concordantiæ librorum Esdræ, & Danielis suo loco inseruntur. Deinde post Thematium, seu radicum omnia derivata, & usus latius deducta, ac linguarum Chaldaicæ, Syriacæ, & Arabicæ; vocabulorumque Rabincorum cum Hebræicis convenientiam; Latina ad verbum versio adjungitur, ad quam Vulgatæ, & septuaginta editionum differentia fidelitèr expenditur. Demùm ad ultimi tomi calcem nomina propria Sacrorum Codicum novo ordine digeruntur. Opus Reipublicæ Christianæ, & præsertim Divini Verbi Concionatoribus, ac Sacræ Scripturæ studio incumbentibus summè utile, & apprime necessarium. Textus Hebræici ordo, inquit Carolus Imbonato in sua Bibliotheca Hebræico-Latina, littera M. desumptus est à R. Mardocheo ben Natham primo Authore Concordantiarum apud Hebræos, de quo vide Julium Bartholoccium in Biblioth. Mag. Rabb. part. 3. pag. 915. & part. 4. pag. 56. Cui CALASIO addidit versionem Latinam, magnò quidem labore, ac laudabili industria in sine quarti tomi digeruntur Hebræa, & Chaldaea nomina Virorum, mulierum,

Populorum, Idolorum, Urbium, fluviorum, montium, cæterorumque locorum, quæ in Biblijs Veteris Testamenti leguntur, cum aliquot appellativis Hebræicis, & Chaldaicis vocibus; adjecta eorum expositione, & explicatione. Adest Locorum præterea descriptio ex Cosmographis. Deinde Index vocum omnium Latinarum, quibus exponuntur Hebræicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, & Arabicæ, quæ in Dictionario hujus operis, seu declaratione vsuum, derivatorum, ac significatorum cujuscumque Thematij Hebræici, & linguarum aliarum convenientia continentur, ad cujus calcem alter habetur Index nominum propriorum, prout in Latina Vulgata editione proferuntur, ex quo eorumdem Hebræica lectio, & ejus expositio facile inveniri possit, opera Fr. Michaelis Angeli à S. Romulo ejusdem Ordinis. Romæ ex typographia Stephani Paulini anno 1622. in fol. Uvadingo curante. Vidi. Laudatur passim à Nomenclatoribus.

**MARIUS A FORO SARZINO**, Italus, primitus in Augustiniana Familia Doctor Theologus, demùm alumnus Provinciae Picenæ Minorum Capuccinorum, eorumque Generalis Minister, Vir pacificus, ac signis, & virtutibus insignis, multa scripsit. Superunt dumtaxat:

*Duo Poemata valde pia, & eradita: Unum de Vita Beatissimæ Virginis Mariæ, & alterum de Sanctæ Mariæ Magdalene conversione, & in ipsius poenitentia encomium.* Fuerunt impressæ Venetijs anno 1586. & alibi.

*Egregium volumen Chronologicum sue Familiae usque ad annum 1570. quo vititur Arturus in Martyrologio Franciscano die 4. Januarij, & alibi.* Ad Deum migravit anno 1581. Eum celebrant Uvadingus, & plures apud Genuensem, pag. 237.

**MARIUS JOANNES GOSTALCANUS**, Antuerpiensis, Tertij Ordinis Franciscani alumnus, scripsit, ac emisit:

*In Epistolas Divi Pauli.* Ex Suvertio, Le-Long, ac Dupin. Insupèr, teste Valerio Andrea, edidit:

*De Republica Christiana novissimorum temporum*, libros 3. Antuerpiæ typis Bellerij 1600. in 12. & Lovanij apud Rivium.

*Prædicationum libellum.* Antuerpiæ typis Keebergij 1587.

*Evangelicæ, & Christianæ Orationes, sermone vernaculo 1590.* Obijt 1603.

MARIUS SCRIBONIUS, Italus, ex Reformata Pedemontana S. Thomæ Provincia, Vir in doctrina excellens, publici juris fecit, sub titulo *Pantalista*.

*Summam universæ Sacre Theologiæ*: Parisijs 1620. in fol.

*Super universum ferè Testamentum* doctissima scripta composuit, quæ in Conventu S. Mariæ Angelorum Taurini asservantur. Vidi. Extat hujuscæ mentio apud Bibliographiam Anissonianam editionis Lugdun. 1724. pag. 147. & tomum 2. Orbis Seraphici, lib. 7. cap. 9. num. 359. Emisit insuper:

*Sermones de Incarnatione per Adventum*. Parisijs 1622. in 8.

*Conciones in Evangelia Adventus*. Ibidem 1619. in 8.

MARIUS TARVISINUS. Vide superius *Marius Tarvisinus*.

MARQUARDUS LEONIS, Germanus, Provinciae Argentinæ secundus Minister, Ordinis Definitor generatis, Sacrae Theologiæ Lector emeritus, edidit Germanicè:

*Discursus Theologicum de vera Ecclesia Dei*. Monachij anno 1605. Ingolstadtij 1609. in 8. Vidi.

*Examen iræbatus Joannis Henrici Hiemera præconis Butherani de Fraternitate B. Mariæ Virginis in Reith*. Dilingæ anno 1619.

*Resolutionem quarundam questionum de vera fide*. Ingolstadtij anno 1607.

*Enumerationem methodicam selectissimorum Scriptorum, qui scripserunt pro Ecclesia Romana*, Latine. Ibidem eodem anno in 8.

*Demonstrationem Catholicam, & universalem S. R. E. & ejusdem fidei perpetuæ*, Latine. Lechusij propè Augustam Vindelicorum, anno 1622. in folio. Pertrahant de eo Uvadingus, Lassor, tom. 2. Universæ calamo delincenti, fol. 439. Dupin, sæculo 17. Floruit circa 1620.

MARTHA PERALVO, Hispana, ex Oppido Pozo Blanco in Extremadura, Tertiaria Seraphica virtutibus, ac fama sanctitatis insignis, suis Confessarijs obtemperans:

*Vitam suam* scripsit, quam concinnavit, in publicumque misit R. P. Fr. Joannes Capistrano, Prov. Angel. alumnus. Hispani typis Thomæ Lopez de Haro 1689. in 4. Vidi. Floruit in Patria anno 1689. die 4. Augusti.

MARTIALIS BRIVATUS, Gallus, Provinciae Aquitanicæ Minorum Capucci-

norum Concionator eruditus, in quo etiam Ars Poetica, & cætera liberales disciplinae, religiosa morum compositio, & summa in Deum pietas, splendorum thesuros emisserunt, scripsit Gallicè, & evulgavit:

*Pœmata varia sacra, & festiva*, sed omnia semper lucida, gravia, arguta, & elegantia. Tom. 2. in 8. Bardigalæ typis Bergerianis, anno 1650. De eo post Uvadingus in Appendice, agit Genuensis, pag. 237.

MARTIALIS GENOMANENSIS, Tertij Ordinis, qui fuit sapiens Definitor Provinciae S. Iyonis, edidit:

*Præses Anni Sancti in Vita Sanctorum pro singulis diebus anni*: Parisijs, & Rothomagi 1644. tom. 2.

*Kalendarium spirituale pro Civitate, & sub Urbis Parisiensibus*, in quo notantur devotiones quotidianæ. Parisijs anno 1645.

*Annotationes in tractatum Raymundi Lullij de Amico, & Amato*. Pertrahant de eo Uvadingus, Bordonus, Joannes Maria in Annalibus Tertij Ordinis, ac Dupin, sæculo 17. Floruit circa annum 1650.

MARTIALIS STAMPENSIS, Gallus, Parisiensis, in hacque Provincia Minorum Capuccinorum, Novitiorum Moderator, Vir paupertatis zelator, ac virtutibus insignis, suppresso nomine, emisit opuscula sequentia:

*Tractatus de Oratione Mentali, & de exercitio silentij*. Parisijs apud Nicolaum Fremiot, anno 1635.

*Tractatum de Perfectione Religiosa* Tom. 1. in 4. Ibidem apud eundem, anno 1635.

*Exercitium trium Clavorum amoris, & doloris ad uniendum nos Christo Crucifixi*, opusculum aureum, & tanto Viro dignum. Ibidem, eodem anno. Item opus prænotatum:

*Crux spiritualis*. Ibidem 1634. Alia plura, inquit Genuensis, piissimus hic homo composuit; pauca verò sunt typis mandata, ipso Authore præli industriam, ut gloriæ humanæ refuga, dedignant. De eo meminit Uvadingus, ac Dupin.

MARTINUS, cognomento, ABBAS, de quo in præfatione ad Summam Auream Henrici Cardinalis Ostiensis Lugduni anno 1568. impressam, Franciscanum fuisse, & inter primos Jureconsultos suscipiendum præmonetur. Talia ejus scripta fuisse ibidem dicitur, ut si quis ea rejecerit, sanctissima Jurisprudendum res-

pona, sacratissimas Imperatorum Constitutiones, Pontificum Decreta, jus penè dixeris, unversum se rejecturum arbitretur. Nam Jureconsultos sua illic jura loquentes, sacrosque Principum affatus pervideas integros Juris Civilis locos citatos conspicias.

Inter alia quæ scripsisse refertur, commendatur summo opere ejus

*Summa alphabetica*, ex qua Pandolphus Pratejus, Cæsarei, Pontificijque Juris Baccalaureus, aliquot Juris articulos, ac tractatus Summæ prædicti Cardinalis Ostiensis suis locis adjecit. Vixit Martinus temporibus Azonis Jurisconsulti, & Summularij celebratissimi, graves enim inter vtrumque similitates intercesserunt. Hæc Uvadingus:

MARTINUS ALBEUVICUS, ex Oppido Albeuvico, Comitatus Northumbrensis in Anglia propè Scotiam natus, Institutum S. Francisci in Cœnobio novi Castrensis professus est adhuc adolescens. Ad studia deinde tum Philosophica, tum Theologica, missus Oxoniæ, ad insignem in vniuersis pervenit scientiam, & supremam in Sacra Theologia lauream illic accepit, deniquè ibidem inter suos in Scholastica Theologia prælector constitutus, scripsit:

*Commentarios in libros quatuor Sententiarum*.

*Disputationum*, librum vnum. *Cbronicon rerum Anglicarum*. Obijt anno 1336. Eum celebrat Uvadingus, ac Fr. Angelus à S. Francisco de Scriptoribus Angliæ, num. 1336. post Possevinum.

MARTINUS DE ALBITURRI, Hispanus, ex Regul. Oblerv. Prov. Burgensis, Theologus Jubilatus, ac Custos, necnon quatuordecim annis, generalis Ordinis Procurator in Romana Curia, Postulatorem ibidem agens Causæ V. Matris Mariæ Jesu de Agreda, opus eruditissimum conscripsit prænotatum:

*Satisfactio Religionis S. Francisci ad Censuram S. Universalis Inquisitionis Romanæ in Libros Mystice Civitatis Dei*. Romæ typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ, anno 1730. in fol. Vidi, ejusque Archetypum Matrili asservatum apud Officium Causæ ejusdem V. Matris. Vivit.

MARTINUS ALEMÁN, Hispanus, Discalceatus Provinciae S. Joannis in Valentino Regno filius, Concionator Apostolicus, ac Commissarius Provincialis Provinciae Discalceatorum Philippinarum in Sineni Regno, Hispanum fecit librum,

quem Sinicis caracteribus conscripsit, sub titulo:

*Lapis calimarinis*, [Præfectus Apostolicus in eodem Regno V. Fr. Antonius à Sancta Maria Provincia nostræ S. Pauli illustrissimus filius. Didici ex Relatione sui Socij in tribulationibus Fr. Joannis Fernandez, Apostolici Concionatoris, Commissarijque Provincialis laudatæ S. Gregorij Provinciae. Apostolicum ad munus in Urbe *Hœi-chen*, Provinciae *Xantung* destinatus erat Aleman iste ann. 1696. vti recenset Fr. Petrus de la Piñuela in suo Catalogo Missionariorum Sinenium, pag. 6.

MARTINUS DE ARRATIA, Hispanus, ex Bætica Provincia Regul. Oblerv. anno 1589. quo florebat conscripsit:

*Doctrinarum Moralium*, volumen in folio. Ineditum asservatur Compluti in Bibliotheca Conventus S. Didaci sub P. num. 253. Vidi.

MARTINUS BARONIUS, Minorita, edidit:

*Catalogum Sanctorum Ordinis Minorum*, teste Melissano in Supplementis Annal. Uvadingi ad annum Domini 1264. num. 2.

MARTINUS BELZUNZE, Hispanus, cujus Patria Occa in Toletano Regno, & Archiepiscopatu, sanguine clarus, olim à Studijs in Salmantina Academia, professione Minorita Excalceatus, Provinciae S. Joannis alumnus, observantissimus vita, oratione pervigil, Beatissimæ Dei Matri addictissimus, multarum virtutum aggregatione dives, sancto calefcens igne, scripsit:

*Vitam Martini de Belzunze*, hæc est, ejus vitam secularem.

*Pœmata varia*.

*Hieroglyphica varia*. Hæc autem non explicat humanæ sapientiæ verbis, sed doctrina spiritus. Asservantur in Archivio Provinciae S. Petri de Alcantara Granatensis, teste mihi Fr. Thoma de Montalvo, tom. 1. lib. 2. cap. 30. suorum Chronicorum, vbi numero 10. vti cunctis ostenderet majoris fructus, quam molis esse, subdit nonnulla, exscripta part. 1. mæc. Bibliothecæ Minorum Discalceator. pagina 178. Granatæ in nostro S. Antonij Conventu Junij 30. anno 1651. ad cœterum abijt Angelorum. (nobis relinquens exemplum, vbi sequuntur vestigia ipsius) certatim populo concurrente ad Bravias, & ad nudandum pauperum quem ama-

amabant scindendo, seu avellendo, quidquid volebat. Narrantur miracula. Pro ipsius vita, ac translatione tanti Authoris consule Chronologos Provinciarum S. Joannis, & S. Petri de Alcantara, quarum unam solemniter professione, aliam suis ossibus versicoloribus decorat. Agit quoque de ipso R. P. Fr. Franciscus de la Vega, tom. 2. Chron. Ordin. SS. Trinitatis, lib. 4. num. 1491.

**MARTINUS A BOLONIA**, Italus, Provinciae Limensis Regul. Observantiae alumnus, Praedicator egregius, ac Diffinitor, ob praecelam Sacrae Paginae eruditionem merito commendandus, inedita reliquit singularia.

*In Epistolas Sancti Petri Commentaria.* Item,

*Concionum variarum* tomum in folio. Continet tres celebres Historias, nempe, Davidis, Filij Prodigij, ac Judae, necnon supra viginti Conciones de Passione Domini. Claruit Limae anno 1614. Haec Fr. Didacus de Cordova in Chronico memoratae Provinciae, lib. 6. cap. 7.

**MARTINUS A S. BONAVENTURA DE VILLA ROBLEDO**, Hispanus, Discalceatae Provinciae Sancti Josephi alumnus, devotus Praedicator, ea elaboravit, quae suis confobrinus Petrus Galindo Presbyter, praelo mandans, inscripsit:

*Morales veritates adversus ornatus profanitatum, &c.* Marriti apud Franciscum Sanz, anno 1678. in 4. Vidi.

*De Excellentijs puritatis.* Est opus in 4. bipartitum impressum Marriti à Matthæo de Espinosa, anno 1681. Vidi. Emisit insuper:

*Partem primam Directorij Penitentium, una cum praxi bona Confessionis.* In lucem prodijt Marriti anno 1682. etiam in 4. Vidi.

*Directorij Penitentium partem secundam.* Ibidem apud Antonium de Zafra, anno 1680. in 4. Vidi. Demum opus praenotatum

*Pastor Divini Amoris.* In publicam Saecerdotum usitatem, missum scio, sed ex qua typographia prodierit ignoro.

**MARTINUS BURGUERIUS**, Hispanus, Provinciae Aragonum Regul. Observ. Provincialis Minister, edidit:

*Reformationes Sanctionum, seu Constitutionum Fratrum Conventualium Ordinis Minor.* Barcinone apud Amorosum Provenalem, anno 1640. in 4. Vidi.

**MARTINUS DE CARTHAGE,**

NA, Minorita, Hispanus, edidit volumina in 4.

*De Superstitionibus.* Lucronij 1529. apud Michaelem de Eguia. A. D. Nicolao Antonio cognominatur *de Castañega*, Familia non expressa.

**MARTINUS DE EL CASTILLO**, Hispanus, Burgensis, iterato Jubilatus Lector, Fidei Judicibus Minister à Consultationibus, ac Provinciae S. Evangelij Regularis Observantiae in Mexicano Regno Minister Provincialis, Vir abunde doctus, publici juris fecit:

*Super Abdiam Prophetam.* Antuerpiae 1657. in 4. Haec celebrant Commentaria Jacobus Le Long, fol. 678. suae Bibliothecae Sacrae, Alva, col. 1015. suae Militariae, ac Fr. Augustinus Ventancurt in Chronico laudatae Provinciae, fol. 142.

*Super Suffanam Illustrationibus* Litteralibus; Moralibus, ac Panegyricis pro Deipara. Marriti apud Paulum Bal 1658. in fol. Vidi.

*In caput 13. Danielis.* Extat ibidem in Appendice de Suffana figurata.

*Commentaria super sermones aureos S. Petri Christifolij.* Lugduni 1667. in folio magno. Vidi.

*In Debboram de Maria figurata.* Hispani 1678. in fol. Vidi. Et Lugduni 1690.

*Conciones Morales juxta moralem sensum Debboe, & Jabelis.* Adjecta extant ad calcem operis laudati in 4. & 5. librum Judicum. Insuper in praeloquio ejusdem tomi spem fecit:

*Documentorum Moralium supra litteram cap. 4. & 5. Judicum.*

*Artem Biblicam.* Mexici apud Lupertium, anno 1675. in 4. Ex laudato Ventancurt.

*Artem linguae sanctae.* Hispanico sermone, Lugduni 1676. in 8. sumptibus Floriani Anisson. Vidi.

*Grammaticam Graeci idiomatis.* Ibidem 1678. in 8. etiam Hispanice. Vidi.

*Concionem, una cum thesibus pro S. Evangelij Provincia in Comitibus Generalibus Ordinis, habitis Toleti.* Prodierunt ibidem anno 1658.

*Panegyrim de Dedicatione Ecclesiae Antagopolitanae.*

*De Seraphico P. N. Francisco.*

*De S. Laurentio Martyre,* anno 1649. editam in 4.

*Apologeticum de Sacris Stigmatibus S. P. N. Francisci,* sermone Hispanico. Coloniae 1684. in 4. Vidi. Prodijt secundo curante Fr. Petro de Arroyo, Minorita, in libro

libro Hispanice praenotato: *El Thaumatico Regular.* Insuper, teste laudato Ventancurt ibidem num. 36. anno 1697. ad praelum, ejusdem Martini parata erant.

*Opus egregium de Diluvio Universalis,* necnon de Imaginibus Marianis Indis opus aliud, sub titulo:

*Arca Mystica super Psalmum: Fundamenta ejus.* Vivebat circa annum 1690.

**MARTINUS COCHEMIUS**, Capuccinus, natione Germanus, Provinciae Rhenanae Concionator, Vir pius, ac salutaris animarum valde studiosus plura composuit Opuscula Germanico, & Latino idiomate, & sunt typis mandata:

*Vita Christi in triplici quantitate, & qualitate; scilicet, parva, media, & magna.*

*Preces Sanctae Gertrudis Latino idiomate.*

*Preces Gertrudianae Germanico idiomate in triplici diversitate, & editione.*

*Alboretum spirituale.*

*Liber Infirmorum, Exorcismorum, & Benedictionum.*

*Traictatus de Oratione Mentali.*

*De tribus Novissimis Germanico idiomate.*

*Hortulus spiritualis complectens octingentas Quaestiones Catecheticas.*

*Catechismus continens 50. Catecheses pro singulis Dominicis totius anni.*

*Conciones spirituales pro toto anno.*

*Preces pro Archiconfraternitate perpetua adorationis SS. Sacramenti.*

*Libellus Processionum continens Meditationes, Orationes, Litanias, & Canciones in Processionibus decantandas.*

*Mons Myrrhae complectens duodecim Meditationes de Passione Domini N. Jesu Christi.*

*Mons Calvariae, complectens duodecim Meditationes de Cruce, & Morte Domini N. Jesu Christi.*

*Vita S. Barbarae Virginis, & Martyris: additis Miraculis, & Canticis de eadem.*

*Vita S. Amoris Confessoris, in qua complectantur etiam plurima miracula de eodem Sancto.*

*Sermones novem de S. Antonio Paduano.* Haec Genuensis, pag. 237. Scripsit, ac emisit insuper:

*Medullam Missae.* Coloniae 1700. in 8.

*Legendam Sanctorum.* Francofurti anno 1709. in 4. teste Emmanuele de Sousa, tomo 2. Expeditionis Hispanicae S. Jacobi, num. 236.

**MARTINUS CONSTANTIENSIS**, Gallus, Normanus, ejusdem Provinciae Minorum Capuccinorum Ecclesiastes fervidus, & erga Sanctissimam Eucharistiae Sacramentum ardentiori zelo affectus, ad ipsius venerationem, & frequentem communionem, omnes Christi Fideles magis, magisque incendere satagit in volumine, quod Gallico charactere evulgavit:

*De Amore affectivo erga Sanctissimam Eucharistiam Sacramentum.* Ex Genuensi pag. 238.

**MARTINUS A CRUCE**, Hispanus, devotus alumnus Provinciae Neapolitanae S. Petri de Alcantara, Minorum Discalceatorum, in publicum missit Italicè:

*Compendium Vitae S. Petri Alcantarensis, Novena adjecta.* Neapoli apud Felicem Mosca, anno 1724. Ibidem apud Antonium Abrij, anno 1716. emisit:

*Compendium Vitae S. Francisci Salesij, adjecta statione ad eundem Sanctum.*

**MARTINUS DE LA CUEVA**, Hispanus, Carmonensis in Baetica, Regul. Observantiae alumnus, & à Secretis RR. Andreae Insulani; totius Ordinis Generalis Ministri, scripsit:

*De corrupto docenda Grammaticae Latinae genere, & de ratione ejusdem rectè breviterque tradenda,* ad Philippum Lusitaniae Principem Joannis III. Lusitaniae Regis filium haerem. Antwerp. apud Joannem Graviam 1550. in 8. Spem fecit:

*Annotationum in Laurentium Vallam;* vti narrat D. Nicolaus Antonius, tom. 1. Biblioth. Hisp. fol. 81.

**MARTINUS DE LA CUEVA**, alter, Hispanus, Castellanae Provinciae, Regularis Observantiae filius, ineditos, vt credo, reliquit:

*Sermones pro festivitibus totius anni.* Laudatur, ex Fr. Petro Salazar in Chronico praedictae Provinciae, à Nicolao Antonio, tom. 2.

**MARTINUS DOYZA**, Hispanus, in Ergavicensi Civitate, Dioecesis Caesaraug. natus, Aragoniae Provinciae Regul. Observantiae filius, & celeberrimus Praedicator, praelo dedit in 4. & Latine, tom. 1. Concionum,

*A Dominica prima Adventus usque ad Dominicam primam Quadragesimae cum festivitibus Sanctorum occurrentibus.* Caesaraug. 1662. per Angelum Tabano. Tomum 2.

*A Dominica 2. Quadragesimae usque ad*

*seriam 3. Resurrexi.* Cæsaraug. 1602. per Alphonsum Rodriguez in 4. Brixiaque 1610. Vidi. Hispanè.

*Sermonem gloriosissimi Patris S. Eusebii Abbatis de Osa Religionis antiquissimæ S. Benedicti.* Cæsaraug. 1601. per Angelum Tabano in 4. Agunt de illo Uvadingus, Nicol. Anton. Alva in sua Militia, col. 1015. ac Blasco de Lanuza, tom. 2. Historiæ Ecclesiasticæ, fol. 380.

MARTINUS GILIBERTI, Gallus, Provinciæ Aquitanicæ antiquioris alumnus: qui cum, Patrijs Laribus relictis ad Indiam Occiduum inter primos Franciscanos trajecisset, tanta cura Indicum idioma didicit, ut in eo peritissimus evaserit, atque aliquot libros, tum Indis, tum quoque Hispanis summè necessarios ediderit. Porro licet podagra maximè confictatus: ab Infidelium ad Christi fidem conversione, nunquam abstinuit; vnde tot, talesque fructus Dominicum in horreum intulit, ut vix sibi parem habuerit. Religione etiam, & vitæ sanctimonia insignis extitit, Indisque, à quibus ut pater colebatur, charissimus fuit. In publicum misit Tarasco idiomate:

*Doctrinam Christianam* in fol. Pariter eodem idiomate divulgavit:

*Dialogum inter Magistrum, ac Discipulum,* de quo videtis Antonium de Leon, tit. 18. Bibl. Occident. fol. 108. Scribunt de eo Barrezus, & Gonzaga apud Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 3. Octobris, §. 4.

MARTINUS GOMEZ DE SOTO, Hispanus, Prov. Burgensis Regul. Observantiæ, Theologus, & à Censuris Theologicis S. Officij, *Conciones* edidit hæcenus mihi ignotas.

*Concionis de S. P. N. Francisco,* editæ anno 1645. memoriam facit noster Alva, tabula prima. Eam vidi impressam Burgis in 4.

MARTINUS IGNATIUS DE LOYOLA, Hispanus, Cantaber, S. Ignatij de Loyola Societatis Jesu gloriosissimi Fundatoris propinquus, Episcopus Argentei Fluminis, ac Archiepiscopus de las Charcas in America Meridionali, in nostro S. P. N. Francisci Conventu Oppidi de Alajos, Discalceatorum, strictiori Observantiæ nomine dato ad Discalceatam S. Gregorij in Philippinis Insulis gradum fecit. Postmodum in Sinarum Provincijs, imò in cunctis Nationum Populis Christum Crucifixum prædicans, non

in humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, in laboribus plurimis, in carceribus, in angustijs, autoritate Apostolica Gregorij XIII. roboratus, Missionibus Apostolicis deditus, semel, atque iterum univèrsam ferè Mundum circumvitavit, animas quærens. Ad nostros reverentissus, & Cathedram ascendere justus, Lecturæ Theologiæ Sacræ vacavit in Conventu de Cadahalso Provinciæ S. Josephi, necnon in nostro Segobienfi S. Gabrielis Conventu. Guardianus quoque fuit primò nostri Conventus Corporis Christi Oppidi de Martin Muñoz, ac memorati Segobienfis Conventus, cujus fratres etiam regebat, ut absolutus Præses, die 12. Maji ann. 1594. postquam Clemens VIII. die 10. Martij ejusdem anni desembrationem fecerat Conventuum Veneris Castellæ, Sancti Pauli Provinciam erigens. Tandem à Philippo III. Episcopus de Paraguay cooptatus, coepit Pontificia dignitate conspicuus esse Vallisoleti die 9. Octobris anno 1601. Hic ergo, quem meritò Illustrissimus Gonzaga 4. part. fol. 1358. religiosissimum appellavit, cujusque Pastorem zelum celebrat generalis Chronologus Daza, part. 4. lib. 2. cap. 34. scripsit:

*Itinerarium novè Orbis.* Prodiit in lucem non dissimulato Authoris nomine, anno 1585. vna cum Joannis de Mendoza *Historia rerum Sinensum*; dissimulato verò anno 1586. Ejus acta dedi vernaculè tom. 1. Chronicorum Provinciæ S. Pauli, lib. 2. à fol. 210. Floruit anno 1612; & in Conventu S. P. N. Francisci à se erecto expectat resurrectionem mortuorum.

MARTINUS A. S. JOSEPHO, Placentinus, Hispanus (quem Tiburtius Navarro de Fructibus Posthumus S. Petri de Alcantara, cap. 18. fol. 81. *diligentissimum Scriptorem, suisque scriptis Ordinem suum illustrare fatetur, & insignem religione, ac doctrina,* Fr. Laurentius à D. Paulo Sueco in vita S. Petri de Alcantara prælo data Romæ 1669. lib. 3. fol. 164.) Theologiæ, quæ ad mores spectat, clarissimus Lector, Discalceatæ Provinciæ S. Pauli Diffinitor, ac Custos; necnon Provinciarum S. Joannis Baptistæ, ac S. Josephi Commissarius Visitator, publici usus fecit:

*Chronica Provinciarum S. Joseph, & S. Pauli,* tomis duobus. Azevali 1644. in fol. Vidi.

*Vitam S. Petri de Alcantara.* Matrili anno 1644. Vidi.

*Discursum apologeticum, quo probare contendit eundem S. Petrum de Alcantara spectare ad suam, & Sancti Pauli Provinciam, non verò ad eas, quæ S. Gabrielis, aut S. Jacobi nuncupantur.* Ibidem anno 1642. Vidi.

*Summam Theologiæ Moralis,* tom. 1. in fol. Matrili apud Gregorium Rodriguez 1649. Extat in calce hujus libri.

*Propugnaculum suarum opinionum.* Vidi.

*Explicationem multarum litterarum Apostolicarum pro Regularibus concessarum.* Cæsaraugustæ 1638. Vidi.

*In præcepta Regulæ Sancti Francisci,* Hispanicè. Ibidem eodem anno, & Salmanticæ 1633. & 1635. deindè cum additionibus 1655. Matrili in 8. Hispani 1652.

*Instructionem brevem Doctrinæ Christianæ.*

*Epitomen Judicariam.* Cæsaraugustæ 1638. in 8. Agunt de eo Nicolaus Antonius, Balthasar de Medina, Petrus de Alva, Hieronymus Garcia, tom. 1. Politicæ Ecclesiasticæ in Indice Authorum, litt. M. Antonius à S. Bernardino nonnullis locis suæ vitæ Minoriticæ; maximè num. 2. Audivimus, & legitimus N. Martinum (olim in Salmantina Academia Juris Canonici Doctorem, ac Juris Civilis Prætorium Moderatorem, vii recenset Fr. Petrus à Jesu in sua *Disquisitione Judiciali,* fol. 128. num. 11.) in N. Regali Arevalensi Conventu (vbi requiescit) Coelestis sensibili voce cujusdam imaginis semper Virginis Mariæ, quæ in superiori Claustro laudati Conventus colitur, recreatum fuisse. Et sanè, quam ardentem erga Regnam Cælorum teneretur devotionis affectu, etiam nullo alio testimonio doceremur, satis ex suis Chronicis liquidò patet. Consule tom. 1. meorum Chron. lib. 4. cap. 4. & Apologeticum R. P. Joannis del Olmo in Præudio, fol. 8. art. 10. fol. 370. Ejus vitam descripsi, tom. 2. Chronic. Prov. S. Pauli. Obijt 1649.

MARTINUS A. S. JOSEPHO, alter, Hispanus, in Oppido Pradena Diocesis Segobienfis natus, ac Religioni Seraphicæ in Discalceata Provincia S. Pauli, edidit:

*Cæremionale Missarum.* Vallisoleti anno 1623. Operis, & Authoris memores sunt Uvadingus, Nicolaus Antonius, & Tom. II.

Marthæus à Nativitate in Chron. Latinis M. S. ejusdem Provinciæ.

MARTINUS LILLIO, Hispanus, Regul. Observantiæ Castellanae Provinciæ, publici juris fecit ingentem tomum prænotatum:

*Flos Sanctorum,* Hispanico idiomate, Hispani 1544. in fol. Ibidem correctum, & actum prodijt ex officina Joannis Guierrez 1569. Vidi. Scripsit insuper, ac emisit:

*De Oratione Mentali, ac Exercitijs Spiritualibus.* Matrili apud Antonium Marcellinum 1611. in 8. Pertractant de eo post Saalazarium in Chronicis prædictæ Provinciæ Nicolaus Antonius, ac Fr. Petrus de Alva, col. 1015. suæ Militiæ Universalis.

MARTINUS A. MARATA, Hispanus, Idubedæ natus, Granatensis Provinciæ Regul. Observantiæ, dignitate Sacerdos, ac Vir spiritualis, valde vtilia conscripsit:

*Documenta spiritualia,* impressa in Chronicis laudatæ Provinciæ, tract. 3. cap. 67. Ad plures abijt anno 1632.

MARTINUS MEURISSE, Gallus, Royensis, Doctor, & professor Parisiensis, Episcopus Medaurensis, & suffraganeus Metensis, scripsit:

*De Sacramento, & admirabili Eucharistiæ Sacramento.* Parisijs apud Ludovicum Boulanger 1628. in 8. Vidi.

*De Virtutibus Cardinalibus.* Ibidem 1635. Ex Ludovico Dupin, sæc. 17.

*Statuta secundæ Synodi Metensis.* Ibidem 1633. Ex eodem.

*Tractatum de Trinitate.* Parisijs apud Carolum Bovillard 1631. in 8. Vidi.

*Catalogum Episcoporum Metensium,* Gallicè. Divodurij apud Joannem Antonium 1634. in fol. magno. Vidi.

*De progressu, ac declinatione heresum in Diocesi Metensi.* Ibidem 1642. Ex laudato Dupino.

*Rerum Metaphysicarum,* lib. 3. Parisijs per Dionysium Morerau, in 4. an. 1623. Vidi. Ejus in laudem Antonius de Boyca Baccalaureus Parisiensis accinebat:

*Dogmata si radiant libris et Sydera Scoti*

*Meurisi hunc Solem novæ esse in orbem*

MARTINUS MINORITÆ, cognominè notus, publici juris fecit:

*Chronicon usque ad Carolum IV. Gen. FF ma-*



*mania*, seu *Flores temporum*. Ulmæ in fol. anno 1486. Extat hujusce mentio apud Martinum Lippenium, tomo 1. Bibliothecæ Regalis Philosophicæ, fol. 289. & apud Bibliothecam curiosam Joannis Hallewardij editam Francofurti 1676. in 4.

MARTINUS MORIN, Minorita, de quo meminit noster Alva, tabula prima ex Algecira in Arbore Religionis Seraphicæ, scripsit:

*Speculum Fratrum Minorum.*

MARTINUS MYRICANUS, Lovaniensis, Servatij Myricani, etiam Minoritæ, frater, Germaniæ inferioris Minister, ex Latina in linguam Belgicam vertit libellum R. P. Christophori à Capitefontium, cui titulus:

*Defensio Religionis avita*. Lovanij in 8. Insuper ex nostro Alva, col. 1018. suæ Militiæ, scripsit volumen in fol.

*De locis communibus*, asservatum M. S. in Conventu Fratrum Minorum Recollectorum Bootendalensium in Sylva propè Bruxellas.

MARTINUS DE NANTES, Capuccinus, Provinciæ Britannicæ Concionator, & apud Brasilienses Missionarius sermone Lusitanico, & lingua Kariris illius Regionis concinnavit:

*Cancionem in laudem Incarnationis Verbi Divini.*

*Cancionem in laudem S. P. N. Francisci.* Utraque habetur à fol. 151. operis prænotati: *Catechismus Indicus idioma Kariris*, juxta Ulyssiponensem editionem anni 1709. in 8. Vidi.

MARTINUS PEREZ DE GUEVARA, Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Burgenis Concionator, Vir doctus, ac socius R. A. P. Fr. Petri de Alva in conquirendis Monumentis antiquis pro Immaculata Conceptione, emisit Hispanicè: *Tractatus varios de hoc Mystero*, ac præsertim volumen prænotatum:

*Judicium Salomonis*. Prodiit Lovanij ex typographia Immaculatæ Conceptionis 1663. in 8. Vidi.

MARTINUS IV. antea Simon de Bria, Gallus, Patria Mompitius in Bria Diocesis Savonensis, Papa 188. anno 1281. die 22. Februarij Viterbij creatus, ibidemque in Basilica S. Andreae die 23. Martij coronatus, scripsit:

*Epistolas varias*, quarum Registrum M. S. asservatur in Vaticano. Obijt Perusij anno 1285. die 29. Martij, Franciscanorum Habitu indutus, miraculis clarus,

ibidemque sepultus in Ecclesia Cathedrali. Hæc pluribus, Fr. Ludovicus Jacobus à S. Carolo, Carmelita, in sua Bibliotheca Pontificia, impressa Lugduni 1643. in 4. Tertiariorum Franciscanorum numero adscribitur à Fr. Clemente Ledesma, pag. 20. sui Compendij. Uvadingus, ex coque Haroldus ad annum Christi 1285. num. 1.

ita inquit: *Ante mortem*, quam obiit Perusij vestem Fratrum Minorum, quos ex animo diligebat postulavit, & in ea sepeliri voluit, Assisiumque deferri ad ædem S. Francisci, relicto Jacobo Sabello Cardinale testamenti executore: & is post quadrimum creatus est Pontifex, dictusque Honorius IV. Vir admodum senex, qui dum anno sequenti corpus sui Prædecessoris juxta ipsius testamentum vellet Assisium transferre, hujusmodi translationi contradixerunt, & obstiterunt Perusini, apud quos post aliquot annos Martini corpus integrum in veste Franciscana repertum est, & miraculis multis magnisque statim à morte claruit, propter quæ à Perusinis colitur ut Sanctus.

MARTINUS N. id est, nullo cognomine addito, professione Minorita, scripsit, ac edidit:

*Sermones de Tempore, & de Sanctis*. Argentinæ 1480. Hæc apud Authorem libri inscripti: *Incunabula typographia*, fol. 92.

MARTINUS DE REHIS, Minorita, Comensis, scripsit, Uvadingo teste pag. 251.

*Sermones prædicabiles de Festis.*

MARTINUS RHEMIJ, ex Recolectis Provinciæ Germaniæ inferioris, recensente Chronologo laudatæ Provinciæ, transtulit:

*Lipsium Latinè scribentem miracula D. Virginis Hallensis, in linguam Gallicam.*

MARTINUS ROSA, Dalmata, Stagenensis Provinciæ Ragusinae Regul. Observantiæ Definitor, & Sacræ Theologiæ Lector, edidit carmine heroico:

*Breve Compendium totius nationis lingue Illyricæ, in quo breviter origo ipsius nationis ostenditur, extensio ejus copiosa, Reges, Fides Catholica totius Dalmatiæ, Bosniæ, Serviciæ, atque Russiæ, quas habuit. In fine verò sub umbra Aquilæ magnarum alarum respublica Ragusina feliciter quodammodo moratur.* Martini apud Franciscum Martinez, anno 1638. Agunt de eo Uva-

Uvadingus; ac Laffor, tom. 2. *Universi calamo delineati*, pag. 13. & 387.

MARTINUS ROSILLO, Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Carthagenensis Lector Jubilatus, ac Guardianus Conventus S. P. N. Francisci Oppidi Molinensis, typis commisit egregiam orationem:

*De sadore mirando cujusdam Imaginis S. P. N. Francisci tempore belli*. Cæsaraugustæ per Hæredes Emmanuelis Roman 1712. in 4. Vidi.

*Panegyrum de Sacris Stigmatibus S. P. N. Francisci*. Compluti apud Franciscum Garcia 1695. in 4. Vidi.

MARTINUS RUEGO, Hispanus, Provinciæ Burgenis Regul. Observantiæ alumnus, Præfectus Coenobij S. Mariæ Angelorum Urbis S. Dominici Calciatensis, scripsit Hispanicè librum prænotatum:

*Purgatorium conscientia, sive Salus animæ*, impressum Bargis apud Philippum Junctam, anno 1598. in 4. Vidi. Laudatur post Uvadingum, tom. 1. Biblioth. Hispanæ Nicolai Antonij.

MARTINUS RUIZ, Hispanus, Castellanae Provinciæ Regul. Observ. alumnus, edidit:

*Directorium, & Processionarium Fratrum Minorum*. Prodiit primò Salmanticæ ex officina Francisci de Cea 1612. Secundò Martini ex typographia Viduæ Joannis Garcia Infanzon 1715. in 4. Vidi.

MARTINUS SARMIENTO, Hispanus, ex Hoja de Castro Diocesis Sancti Dominici, Minoriticum Habitum Burgenis in Prov. Regul. Observ. induit, sed ad Mexicanam Provinciam S. Evangelij delatus, Concionatoris, Custodis, ac Commissarij generalis novæ Hispaniæ muneribus functus, ad Episcopalem Angelopolitanam dignitatem assumptus, nihil de antiquo rigore, aut solita religiosissima vita remisit; imò potius, nihil eo contentus; (verbis ut vtar Illust. Gonzaga, parte 4. Conv. 38. Prov. S. Evangelij) nihil humanius, nihil affabilius, ac nihil denique humilissimum.

*Statuta primi Concilij Mexicani*, teste D. Egidio Gonzalez, tomo 1. Theatri Ecclesiastici Indiæ, pag. 88. Ad Cœlum migravit circa ætatem 1560. & in Conventu S. Francisci Populæ de Angelis sepelitur, maximis Indorum lamentationibus, quia omnes illum tanquam Sanctum venerabantur, ac tanquam verum

Tom. II.

Patrem diligebant. Pluribus de eo Arturus ad diem 30. Augusti, in Martyrologio Franciscano.

MARTINUS DE TORRECILLA, Hispanus, ex Minoritis Capuccinis Castellanae Provinciæ, generalis Definitor, ac S. generalis Inquisitionis Qualificator, Vir sanè eruditus, ac, ut inquit Genueus, pag. 238. singulari prudentia, & virili cordis vigore præditus, religiosaque morum venustate decorus, plura scripsit, & inter alia stylo dulci, claro, & compendioso prælis commisit:

*Integrum Cursum Philosophicum in tres tomos in 4. distributum.*

Primus tomus complectitur omnes quaestiones in utramque Aristotelis Logicam. Prodiit Martini apud Didacum Diaz sumptibus Matthæi de la Balfida, anno 1667. in 4. Vidi.

Secundus tomus continet quaestiones in 8. libros Physicorum, de Mundo, Cælo, & Meteoris, ac de Operibus sex dierum. Ibidem apud eundem 1668. Vidi.

Tertius exhibet libros de Generatione, & Corruptione cum duobus alijs tractatibus; unum de Angelis, & alterum de Actibus humanis. Ibidem apud Joannem Fernandez de Buendia 1671. in 4. Vidi.

*Propugnaculum Orthodoxæ Fidei adversus quosdam veritatum Catholicarum hostes*; Martini formis Antonij Roman 1698. in fol. Vidi.

*Encyclopediam Canonicam, Civilem, Moralem, Regularem, Orthodoxam*. Ibidem per eundem 1696. tom. 2. in fol. Vidi.

*Summam verum ad mores spectantium*. Ibidem, ac eisdem typis 1696. tom. 2. in fol. Vidi.

*Consultationes Morales, una cum Expositione Propositionum damnatarum*. Ibidem apud Joannem Garcia Infanzon 1684. in fol. Vidi.

*Examen jurisdictionis Dominorum Episcoporum*. Ibidem litteris Antonij Gonzalez 1693. in fol. Vidi.

*Consultationes varias, una cum varijs Apologeticis*. Ibidem in officina Hieronymi de Estrada 1702. tomis 6. in fol. Vidi.

*Speculum Excellentiarum Familia Minorum Capuccinorum*, Hispanicè. Martini anno 1673. in fol. Vidi. Insuper, testibus Genueus, ac Dupin, sæculo 17.

*Cursum librorum in tres tomos in 4. distributum à me hæcenus non visum*. Vidi verò Martini in Bibliotheca Conventus de la Pañencia, ejusdem Torrecilla M. S.

*Tractatum de Scriptura Dei*, in 4.

Et 2

De

*De Controversijs Fidei generatim*, in 8.  
*De Sensibus Sacra Scriptura*, in 8.  
*Defensoria duo sua doctrina*, in 4. De-  
mum recensente Genuesii, pagina 238.  
scripsit,

*De Ordine Judiciorum Regularium*, to-  
mo I.

*De Regulis, & Materijs pro Qualifica-  
toribus S. Officij*, tom. I.

*De Tertio Ordine S. Francisci*, tom. I.  
Merito ipsi aptatum legi illud Maximi  
Doctores in Origenis laudem: *Unus Ori-  
genes, ingenij facilitate Bibliothecam unam  
quamvis ingentem implere potest. Taceo  
Authoris diligentiam in scrutandis Sacra-  
Pagina sententijs, Summorum Pontificum  
Oraculis, Conciliorum Decretis, Sanctorum  
Patrum Doctrinis, & utriusque Juris res-  
ponsis, quibus consulta hæc satis, superque  
abundant. Hæc Cenforis munere pronun-  
ciavit R. P. Fr. Joannes Joseph Baños  
Regul. Observ. Carmelitarum generalis  
Diffinitor, ac Regius Concionator.*

MARTINUS DE TUIN OHUT,  
Brabantia Oppido, discipulus optimi Viri  
Fr. Theodorici à Monasterio, moribus,  
& pietate ostendit se tantum habuisse in-  
structorem. Varijs officijs perfunctus lau-  
dabiliter, magno fructu Conventus Lova-  
niensis, Sacrae Theologiae, & Sacrarum  
Litterarum Praeceptor fuit, nunquam in-  
termittens fructuosissimas Conciones ad  
Populum, cujus sanctimoniam, & pru-  
dentiam sensit quoque Coenobium Clarif-  
icarum Lovanii. Multa haud poenitenda  
scripsit tribus voluminibus comprehensa

### Primo volumine.

*In Isaiam Prophetam. Incipit: Soles  
quandoque dicit.*

### Secundo volumine.

*Declarationem Itinerarij mentis in Deum  
à Sancto Bonaventura compositi per Ser-  
mones distributam.*

*Conciones varias pro Dominicis, & Fe-  
rijs Quadragesimæ.*

*Sermones de decem Praeceptis.*

*Sermones de Sacramentis Ecclesie.*

*Sermones in Epistolas Pauli ad Ephesios.*

\*\*\*    \*\*\*    \*\*\*  
\*\*\*    \*\*\*    \*\*\*

### Tertio volumine.

*Sermones de Tempore.*

*Arithmeticam Divinam, sive de numeris  
mysticis Sacra Scriptura.*

*Scripta, sive Commentaria in quatuor  
libros Sententiarum, sive de septem Sacra-  
mentis.* Hæc nedum excusa, sed M. SS.  
Bibliotheca custodit Lovaniensis. Fato  
concessit Lovanii anno 1540. die 13. Mara-  
tij. Ex Uvadingo, Possentino, & Daza, quo  
teste, apud nostrum Alva, col. 1021.

*In tertium Sententiarum*, vbi plura ha-  
bere dicitur *de Immaculata Conceptione  
Virginis*, scripsisse fertur.

MARTINUS DE VALENCIA, His-  
panus, ex Oppido *Valentia Domini Joann-  
nis* in tellure de Campos, quod inter Le-  
gionensem Civitatem, & Beneventum  
Oppidum situm est, ingenuis Parentibus  
natus, Ecclesiae, novoque mundo valde  
notus, solemnique professione emissâ Majo-  
ricano in Conventu, vulgò *de Mayorga*,  
Provinciae S. Jacobi Regul. Observ. ad  
Discalceatam S. Gabrielis Provinciam,  
Deo inspirante, gradum fecit, ibidemque  
moram trahens, secundus (non primus,  
vt aliqui Authores perperam scripserunt)  
Minister Provincialis electus in Conventu  
S. Onuphrij de la Lapa die 14. Augusti,  
ann. 1522. laudatam S. Gabrielis Provin-  
ciam regebat, cum Reverendissimus Qui-  
nones illum cum alijs vndecim sanctitate,  
& zelo conspicuis Indiarum Apostolos  
elegit. Hi igitur accepta benedictione  
RR. P. Francisci ab Angelis, Generalis  
Ministri, navem ascenderunt in festo Con-  
versionis D. Pauli 25. Januarij, vt qui sua  
praedicatione mundum univrsam docue-  
rat, Viris hisce Apostolicis in converten-  
dis Americanis vastissimis Regionibus pa-  
trocinio esset. Anno igitur 1524. Mexi-  
cum feliciter appulerunt, & pridie ejus  
diei, qua Sanctissimæ Pentecostes vigi-  
liam colimus, celebrato statim Capitulo,  
ipsum B. Martinum de Valencia, electum  
jam in Hispania, Custodem rursus elegerunt,  
confirmaruntque. Tunc coeperunt  
maximas, latissimasque perustrare Re-  
giones Indiarum cum stupendo, & admi-  
rabili prorsus eventu: adeo enim faustus  
fuit eorum progressus, tantusque anima-  
rum fructus, vt tota ferè India converti  
videretur ad Christum: non enim centum,  
aut mille facri. vnda. Baptismatis. regene-  
rarent; sed per centena millia. Christo

auspicante, ad fidem amplectendam, tur-  
matim properabant. Dumque Martinus  
Lutherus, Monachus Apostata, Christi  
Vicarium contemnens, à prisca Fide Ca-  
tholica deficit, superbiae ventris inglu-  
vici, ac luxuria indulget; populos ad  
Atheismum trahit, Hæresiarcham se facit,  
pessimè vivit, & miserimè moritur: Mar-  
tinus noster Valentinus, Religiosus verè  
Franciscanus, pauper, humilis, Discal-  
ceatus, Summi Pontificis obedientiae se  
submittingens, Legati Apostolici munere fun-  
gens, Idola comminuit, lucos succendit,  
grabum Evangelicum seminat, Religio-  
nem Catholicam latissimè propagare sa-  
tagit, plurima, eaque inter se longè dis-  
tita Regna, barbarasque Nationes ab er-  
rorum tenebris revocare conatur, & cum  
effectu revocat: vt jurè dici possit India-  
rum Apostolus. Is ergo tantus, talisque  
Vir, omnium virtutum splendore ornatus,  
& miraculis gloriosus, felicissimo fine  
quiescens anno Domini 1534. plerasque  
fectur

*Epistolas scripsisse ad Adrianum VI. Ca-  
rolum V. & Ministrum Generalem totius  
Ordinis, in quibus Religiosorum labores, &  
Indorum conversio explicabatur.* Missam  
ad RR. Patrem Mathiam Uveisen habes  
latino idiomate part. 1. meæ Bibliothecæ  
Minorum Discalceatorum, pag. 184. His-  
panicè apud Antonium Daza, part. 4.  
Chronicon Ordinis, lib. 2. cap. 15. & Ita-  
licè tom. 1. Hortuli Seraphici Fr. Petri  
Antonij de Venecia. Præter istos, per-  
tractant de hoc verè Indiarum Apostolo  
Marianus Oscolor in suo S. Francisco Re-  
divivo, lib. 1. fol. 166. Didacus de Le-  
quile, tom. 1. Hierarchiæ Franciscanae,  
pag. 181. Historiographi Provinciarum S.  
Gabrielis, ac S. Jacobi, missis alijs ab Ar-  
turo adductis, quos inter Surius hos ver-  
sus in Martini, suorumque VV. Socio-  
rum laudem à Catholicis decantatos,  
scripsit:

*Invito potuit Romano Praefule Luther*

*Sacramenta Dei vellere, non premere.*

*Septem post annos validus Martinus in Orbe*

*Illa tuo repetit, maxime Carle, novus*

*Iste duodenis sociatus Fratibus, ipsum*

*Prototypum sequitur Legis Evangelica.*

*Hunc sequitur (quem nam sequitur Ger-  
mania) Caesar.*

MARTINUS VALESIIUS, Hyber-  
nus, Uvatefordlensis, Provinciae Canta-  
briae Regul. Observ. in litteris humanio-  
Tom. II.

ribus eruditus, Philosophiae Lector, in  
Coenobio Montis Calvarij in Urbe Nea-  
politana; deinde Lector Theologiae in  
Collegio Romano S. Isidori, & postea  
Guardianus; dum esset adolescentiori  
aetate Mantuae Carpentanae, cum eò appu-  
lit Carolus Uvalliae Princeps, postea An-  
gliae Rex, modulatus est

*Paranesim Poeticam in ejus Adventum.*  
Matriti in typographia Regia, anno 1624.  
Meditabatur opus *Quodlibeticum*, quod  
inscribere cogitabat:

*De singulari Harmonia principiorum  
Subtilissimi Doctores Scoti.* Sed absolvere  
non potuit, in florenti raptus aetate anno  
1634. die 19. Augusti conditus in Sancti  
Isidori Ecclesia, sepulchro concamerato  
in Sacello S. Francisci, vt Uvadingus nar-  
rat. Laudatur à Leone Allatio de Viris  
Illustribus, fol. 188. & Jacobo Le-Long,  
pag. 811. suæ Bibliothecæ Sacrae.

MASSÆUS ANNANIENSIS, Ca-  
puccinus, natione Germanus, Provinciae  
Tirolensis, Sacrae Theologiae Professor,  
& Minister Provincialis: Vir prudens,  
doctus, ac religiosa praeditus pietate, edi-  
dit Germanicè:

*Initium decursus Familiae Capucino-  
rum.* Tom. I. in 4. Salisburgi apud Joan-  
nem Mayum 1679. Ex Dionysio Genuensi  
si de Scriptoribus Capuccinis, pag. 239.

MASSÆUS BRUNA DE FRIOZA,  
NO, Regul. Observ. scripsit ad fratrem  
Leonardum de Albertinis Minoritam.

*Epistolam doctam, & diffusam de statu  
Ecclesie, & calamitate sui temporis,* testa  
Uvadingo in de Scriptoribus, ac Anto-  
nio Terrinca, part. 3. Theatri Tusciae;  
pag. 209.

MASSÆUS, ignoti cognominis, edi-  
dit:

*Manuale rerum omnium essentialium  
ad quas Fratres Minores tenentur ex vi sua  
Regulae.* Conimbricæ 1571. in 16. Hæc  
Uvadingus; sed de hoc opere inferius,  
verbo *Quidam.*

MASSICUS FRUZASCHO, Mino-  
rita Italus recognovit, ac edi curavit:

*Primam partem Sermonum Fr. Thomæ  
Illyrici Minorita.* Tolosæ anno 1521.  
in 4.

MATTHÆUS DE ANGUIANO,  
Hispanus, ex Provincia Castellana Mino-  
rum Capuccinorum, Missionarius Aposto-  
licus, atque iterato Guardianus, plura  
vernaculè scripsit, ex quibus ad manus  
meas devenerunt sequentia:

*Paradisus in deserto,* seu *Historia sui*  
Ff 3    Con-

*Conventus*, vulgò del Pardo, propè Matritum. Prodiit Matriti ex officina Augustini Fernandez 1713. in 4.

*Vita V. Servi Dei Fr. Francisci de Pamplona Laici Capuccini*. Ibidem ex typographia Regia 1704. in 4.

*De Missionibus Infulæ Trinitatis, vna cum actibus, & agonibus Servorum Dei Stephani à S. Felice, Raymundi de Figueroa, ac Marci de Vique ejusdem Instituti*. Matriti 1702. in 4.

*Epitome Historiale expugnationis spiritalis Imperij Abyssini in Ætiopia*. Matriti litteris Antonij Gonzalez de Reyes 1706. in 4.

*Missio Apostolica Maracaytensis, vna cum vita, ac compendiofa relatione V. Fr. Gregorij de Ibi Capuccini*. Ibidem apud Josephum Rodericum 1702. in 4.

*Disciplina Religiosa ad usum Minorum Capuccinorum utriusque Castellæ*. Ibidem per Joannem Garcia Infanzon 1677. in 4.

*De Sanctis, ac mirandis Sanctuarijs Hispaniæ Provinciæ, quam Rioja appellant*. Ibidem formis Antonij Gonzalez de Reyes 1704. in 4. Demùm, teste Genuesi, pag. 244. ad prælum parata habebat vernaculè, anno 1690. volumen prænotatum:

*Exercitia spiritalia pro quolibet statu.*

MATTHÆUS DE AQUASPARTA, (quem immeritò confundit cum Ubertino de Casali, Christophorus Londinus super Canticum 12. Dantis Aligerij) Doctor insignis, primò Lector Sacrij Palatij, deinde totius Ordinis Generalis Minister, & postea S. R. E. Cardinalis tituli S. Laurentij in Damaso, mox Episcopus Portuensis, ac Legatus Apostolicus in Romandiolam, & Rector Lombardiæ, postquam multa loca à Regulis, & Tyrannis occupata restituisset Ecclesiæ, multaque summa cum laude præstitisset, in Urbem redijt, nusquamque vacans à studijs, scripsit:

*Commentaria in Job.*

*Postillas in Psalmos.*

*Expositiones in Epistolas D. Pauli.*

*In quatuor libros Sententiarum*. Habentur M. S. Alsifij.

*Questiones quodlibeticas*. Incipiunt: *Quæritur, utrum ad cognitionem rei*. M. SS. Alsifij.

*Pentiloquium de potentia Papæ.*

*Inventarium sententiarum*, lib. vnum. *Indices per seriem litterarum in eisdem libris Sententiarum.*

*Sermones in Epistolam ad Romanos*. Insuper ex Arturo ad diem 14. Julij, S. 8. scripsit:

*Indices in Libros Sententiarum S. Bonaventuræ*. Obijt sub Beneficio Octavo, an. 1302. supultus in Ecclesiâ S. Mariæ de Ara-Cœli ad lævam ingredientis Sacrarium, erecto nobili sepulchro marmoreo. Ejus in laudem accinebat Minorita quidam:

*Dotibus instruxit ingenium Matthææ tot amplis,*

*Quot sparsas guttis vinula fundit aquas.*

Pertractant de eo Moreti, Dupin, Uvadingus, ac Castaneus de Cardinalibus Scriptoribus.

MATTHÆUS BACCELINUS, Italus, professione Minorita, publici juris fecit:

*Septem Psalmos Pœnitentiales ritibus Italicis cum interpretatione Philippi de Portes*. Parisijs 1604. in 12. Ex Jacobo Le-Long, pag. 621. suæ Bibliothecæ Sacræ.

MATTHÆUS BOTIXA, (BOTTI apud Coronelli, tom. 6. Bibliothecæ Universalis, num. 2432.) Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Carthaginensis, Vir egregiè versatus in antiquis numismatibus, inscriptionibus, & arcanis scribendi notis, Hispanicum reddidit

*Speculum disciplinae S. Bonaventuræ*. Murcia 1625. Laudatur à Nicolao Antonio ex Uvadingo.

MATTHÆUS DE BURGOS, Hispanus, Discalceatæ Provinciæ S. Pauli Concionator eruditus, teste Nicolao Antonio cum Uvadingo, edidit:

*Discursus Evangelicos*. Matriti apud Varez de Castro 1599. Hactenus non vidi.

MATTHÆUS CIACCIUS, (FACCIUS Uvadingo) Siculus, Messanensis, ex Minoritis Conventualibus, scripsit:

*Historiam Urbis Messanæ*, quam Roccus Pyrrus sæpè citat in noticia Ecclesiæ Messanensis. Asservatur M. S. in Cœnobio Messanensi PP. Conventualium, teste Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ litteræ M. Claruit anno 1540.

MATTHÆUS CORRADONUS E CILENTO, Regni Neapolitani in Saeritanis nobili tractu, Regul. Observantiæ Provinciæ Principatus, scripsit:

*Tractatum de Confessione*, cui titulus: *Speculum Confessorum*, & *lumen conscientie*.

*tiæ*. Venetijs anno 1525. Secundò ibidem per Melchiorem Sessam, anno 1538. & tertio ibidem apud Alexandrum de Ricans, anno 1561. in 8. Ex Tosigniano, Uvadingo, & Bibliotheca Neapolitana.

MATTHÆUS DORDRACENSIS, Batavus, Antuerpiæ Guardianus, & per Germaniam inferiorè Minister Provincialis, scripsit, Valerio Andrea recensente in sua Belgica Bibliotheca, vernaculo sermone pium Libellum, legi à pluribus solitum, quem inscripsit:

*Fasciculum Myrræ*, etiam Latine postea editum. Insigni, & meritissima panegyxi eum prosequitur Joannes Maulius ejusdem Seraph. Ord. Religiosus, postea designatus primus Episcopus Daventriensis, præfixa Commentarijs D. Bonaventuræ in Lucam. Antuerpiæ 1539. editis. Obijt Dordraci 1547.

MATTHÆUS FERCHIUS, Veglensis, Minorum Conventualium S. Theologiæ Magister, Vir quidem solidè, & planè eruditus, stylo gravis, & elegans, moribus religiosus, conversatione amabilis, præcipuis suæ Religionis, Socij Ordinis, Provinciæ S. Bonaventuræ Ministri functus muneribus, olim Regens in Ariminensi, Bononiensi, & Veneto sui Ordinis gymnasijs, demùmque publicus Metaphysicæ, & Sacræ Theologiæ Professor in Patavina Universitate, multa scripsit, præsertim:

*Apologia pro Joanne Duns Scoto Doctore Subtili*, libros tres. Primum in Joannem Fridericum Matensium. Secundum in Abrahamum Bzovium Polonum. Tertium in Paulum Jovium, Novocomensem. Bononiæ apud Sebastianum Bononium 1620. in 8. Vidi.

*Vitam ejusdem Scoti*. Bononiæ apud Nicolaum Tebaldinum, ann. 1623. in 8.

*Orationem in laudem ejusdem habitam in Universitate Patavina die 3. Novembris anno 1634*. Patavij apud Julium Orinellarium.

*Fluminis Isfri ortum*. Ex Uvadingo.

*De Fabulis Palæstini stagni, ad aures Aristotelis*. Patavij 1641. in 12. apud tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 402.

*Discussiones Scoticas de Commentarijs Metaphysicis, & Reportatis Parisiensibus adscriptis eidem Scoto*. Patavij apud Joannem Baptistam Pasquati, anno 1638.

*Epitomen in quatuor libros Sententiarum Scoti*. Venetijs in 8.

*Vestigiones peripateticas*. Patavij apud Paulum Frambortum 1639.

*Vestigiationum defensiones*. Ex Uvadingo.

*De Personis producentibus Spiritum Sanctum*. Ex eodem.

*De Angelis*. Citatur à Fr. Antonio Castel, tom. 1. in 2. Sentent. fol. 118. quæst. 1. Vivebat anno 1650. plenus dierum, & virtutum.

MATTHÆUS GEORGIUS, Italus, Marchionis de Caretto filius, Subalpinæ Provinciæ alumnus, cum circa annum 1413. Alsifij, & Perusij adeò virtute, & doctrina floreret, vt cæteros anteiret à Joanne XXIII. Pontifice privilegijs honestari, & à Religione inter antesignanos ob innumera ejus scripta meruit recenseret. Hæc cum Uvadingo illust. Britius de Monumentis Provinciæ D. Thomæ, lib. 3. fol. 294.

MATTHÆUS GUINDAL, Hispanus, Regul. Observ. Castellanae Provinciæ Jubilatus Lector, edidit à se habitam minimè pœnitendam

*Concionem de Sacris Stigmatibus S. P. N. Francisci*. Compluti per Julianum Garcia Briones 1701. in 4. Vidi.

*Panegyrim de SS. Patriarchis Dominico, & Francisco*. Ibidem apud eundem 1701. in 4. Vidi.

MATTHÆUS DE HEREDIA, Hispanus, Regul. Observ. Apostolicus Concionator, Pater, ac Pro-Minister Mexicanae Provinciæ S. Evangelij, ad Capitulum Generale Ordinis Vallisoleti celebratum anno 1670.

*Orationem funebrem in Exequijs Comitum de Chinchon*, habuit, typis ibidem datam in 4. Vidi.

MATTHÆUS LE HEURT, Minorita, Gallus, edidit, Uvadingo teste:

*Directorium Fratrum Minorum*. Parisijs impressum anno 1618.

MATTHÆUS HUS, Minorita, Germanus, scripsit:

*Sermones Dominicales*, quos tacito suo nomine satis audentè, sive ridiculè emisit, sub illo titulo: *Dormi securè, sive dormi sine cura*. Prodit exemplar, quo Uvadingus utebatur Norimbergæ apud Antonium Kobergers, anno 1486.

*Sermones de Sanctis*, citantur in Sermone de S. Augustino ab Athanasio de S. Agnetè in sua Chronologia Augustiniana, cap. 21. Ex Uvadingo, cui adhuc Koplgius in sua Bibliotheca, littera H. Vide superius Joannes de Uerdena, & consule Soula in sua *Expeditione Hispanica S. Jacobi*, num. 238.

**MATTHÆUS A S. MARTINO**, Capuccinus, Provinciæ Calabriae Concionator, ex primis, qui in eadem Provincia vitæ sanctitate floruerunt; scripsit Italicè ex Paulo Gualterio apud Genuesem, pag. 245.

*Chronologiam de origine, & rebus gestis Capuccinorum in Calabria.*

**MATTHÆUS MARTINUS**, Belgæ Theologus, & Provinciæ Colonienfis Desinitor, edidit Gallicè.

*Instructio Equitis Christiani. Mensibus an. 1528. in 8. Hæc Uvadingus.*

**MATTHÆUS MOMBRION**, Recollectus, Provinciæ S. Bernardini, Gallicè edidit:

*Quindecim mysteria eminentia S. Joseph B. Virginis Sponsi.* Parisijs anno 1645. Ex eodem.

**MATTHÆUS A NATIVITATE**, Hispanus, strictioris Observantiæ Discalceatorum in Provincia S. Pauli Veteris Castellæ alumnus, Sacræ Theologiæ, ac Paginæ professor, quem merito *Scriptorem celeberrimum* appellat Tiburtius Navarro, cap. 28. sui operis inscripti: *S. Petrus de Alcantara redivivus*, pag. 81. Vir sanè nulli doctissimorum, sua tempestate, Virorum, secundus, multa, & egregia omnimodæ Theologiæ Parænetica, Alceutica, Historica, Pœtica concinnavit diminuto calamo à Uvadingo, & Nicolao Antonio in suis Syllabis laudata: Quare cohiberi non possum, quin operum nostri celeberrimi Authoris, relationem, vt oculatus testis, hic subijciam. Archipelagus cogitationum suarum fuit Oceanus Marianus, titulum dedit:

*Nova Hierusalem.* Idioma est Latinum, stylus Homiliaticus, Paræneticus. Opus verè magnum in novem tomos in folio, & viginti sex libros partitum.

**Tomus I.** pro Isagoge, seu introductio in 21. Apocalypsis Annotationes 18. Incipiunt: *Quotupliciter exposuerint Patres.* Liber 1. in quo agit de eximia Prædestinatione Mariæ, continet 25. Homilias. Initium primæ: *Attente rimabamur mirantes.* Liber 2. agit de Oraculis prophetali- bus illibatae Conceptionis Virginis à principio Genesis vsque ad Apocalypsim: Homilias sunt 64. & primæ prima verba: *Fam novæ ingredientes.* Hic tomus Deiparæ dicatus conservatur in Bibliotheca nostri Salmantini Conventus, vbi & vidi, & legi.

**Tomus II.** continet tertium, & quartum librum. Agit in tertio: *De Exoptata,*

*Annunciata Mariæ Conceptione.* Homilias sunt 24. Prima incipit: *Diffinitio Divinus Augustinus.* Libri quarti continentis 130. Homilias, titulus: *Explanatio in Cantica pro illibata Mariæ Conceptione.* Homilia prima incipit: *Post brumales glacies.* Fulcitur pariter licentij, & approbationibus, & ibidem asservatum vidi, & legi Philippo IV. Hispaniarum Regi Sacrum.

**In tomo III.** Liber quintus, & sextus inveniuntur. Quinti: *Expositio Evangelij: Liber generationis pro Mariæ Conceptione,* Homilias 72. Ejus initium: *Titulus, seu Inscriptio.* Liber sextus: *De illibata Conceptione Mariæ per Commentaria in Evangelium: Beatus venter.* Lucæ 2. Continet 80. Homilias. Incipit prima: *Dixit secundam Jus Abulensis.* Dicitur SS. Urbano VIII. ad prælum paratum, ibidem quoque repositum legi, ejusque centuræ observatione dignissimas. Fragmentum sub jicio R. A. P. M. Fr. Emmanuelis Diaz Hurtado, Ordinis SS. Trinitatis, Sanctæ Inquisitionis Qualificatoris, in Salmantina, ac Vallisolerana Universitate Theologiæ Facultatis Cathedralis censionem dicentis:

„*Novitè illustratur Matthæus; novitè à Luca accipitur Marianus conceptus; novitè ex Davidica arbore, turgentibus gemmis, flores, ac fructus erumpunt, ita vt solus, qui hæc non vidit, nihil sub sole novum declamare possit. Agnoscent, posteri novitè sanè Matthæum in Matthæum, & in hoc libro disciplinarum ævo aliquem novum Virum extitisse, qui Encyclion illud (vt cum Vitruvio, lib. 1. Archit. cap. 1. dic seu Encyclopædiam) corpus ex omnibus scientiarum confectum feliciter, sed novitè excitet, & è Sacro Theologiæ, atque Scripturæ pæpo tot aliarum gemmas intexeret, arguta quidem, & dextra semper acu. Claudat enim hic liber quidquid in Hebraicis, Romanisque Ritibus literiosior eruditio reclusit, aut ex omnigena lectiois Authoribus peritior observatio se legit. Alia mitto.*

Ut tres prælaudati tomi typis euderentur, & in lucem prodirent, Immaculatæ Conceptionis Mysterio devotissimus Rex Catholicus Philippus IV. (certior factus de operis qualitate, ac publica utilitate per Illust. D. D. Anton. Perez Tarracensem Præfulem) quingentorum supra mille ducatorum summa ex Regio Aërario, decreto publico succurrendum cen-

suit Authorem: vt ipsemet in Historia Latina suæ Provinciæ, de qua mentionem fecit Uvadingus, testatur. Sed cum aliundè forsàn facultates pro reliquis sumptibus, Viro ingenio diviti, opibus nudo, minimè suppeterent, & Regiæ liberalitati cessit, & adeo egregium ejus opus lucem non vidit. Cæterorum elenchum, eodemmet, ex obedientia referente prosequamur.

**Tomus IV.** Liber septimus: *De festiva Nativitate Mariæ, & de ejusdem Augustissimo Nomine.* Liber octavus: *De Religiosa Presentatione B. Mariæ in Templo.* Liber nonus: *De gratulanda Desponsatione B. Mariæ, & Josephi.*

**Tomus V.** Liber decimus: *De ineffabili Incarnatione Verbi Dei, & de Annuntiatione Mariæ.*

**Tomus VI.** Liber undecimus: *De festiva Visitatione Mariæ.* Liber duodecimus: *De Occenta Expectatione Mariæ.* Liber tertius decimus: *De gaudio parto Mariæ.*

**Tomus VII.** Liber quartus decimus: *De primis panis Mariæ in Circumcisione Jesu.* Liber quintus decimus: *De Adorationibus Regum Jesu, & Mariæ.* Liber decimus sextus: *De Purissima Purificatione Mariæ.* Liber decimus septimus: *De fugitiva peregrinatione Jesu, Mariæ, & Josephi.*

**Tomus VIII.** Liber decimus octavus: *De Anxietate Mariæ in Jesu perduto, & alacritate inventu.* Liber decimus nonus: *De mestissima transfixione Mariæ in morte Jesu.* Liber vigesimus: *De letitia Mariæ in Resurrectione Jesu.* Liber vigesimus primus: *De ultimo vale inter ascendentem Jesum, & manentem Mariam.*

**Tomus IX.** Liber vigesimus secundus: *De felici transitu, & glorioso sepulchro Mariæ.* Liber vigesimus tertius: *De admirabili Assumptione Mariæ.* Liber vigesimus quartus: *De Imperiali Coronatione Mariæ.* Liber vigesimus quintus: *De Nivea solemnitate Mariæ.* Liber vigesimus sextus: *De materno succursu, & oranda intercessione Mariæ.*

**Tomus X.** Aureo Chrylogi stylo continet libera scholia in Evangelia totius anni. Incipit: *Horribilis nimis.* Hæc N. Matthæus: Quæsi volumen hoc, & non inventi, inveni autem in nostri Salmantini Conventus Bibliotheca opera sequentiæ Tomi magnum in folio censuris, & licentij prævis ad torcular adnotatum inscriptum:

*Hymeneus Virginis Divini Sponsi Ma-*

*tris Jesu, Mariæ, Josephi.* Super illud Matth. 1. *Cum esset desponsata, &c.* Novem tractatibus diffusis multiplicat Cantica, & in quolibet Cantico expendit ad claritatem nonnullos §§. discurrens solidè, & novè per Sacrum textum Nuptiarum Virginalium. Incipit: *Odiosa.* In capite hujus libri extat oratio gloriosissimo Sponso Matris Jesu Mariæ Josephi, cujus prima verba: *Unus Matthæus, alter Matthæus! O si alter, sicut unus! O imparitas non aquabilis!* Inveni quoque alium tomum in fol. ad SS. Papam Innocentium X. sub hoc titulo:

*Allegatio Sacra, Theologica, Pontificia, Imperialis, Regalis, Expositiva, Historica, & Chronologica pro definienda de Fide Conceptione illibata Almae Dei-Genitricis Mariæ ex Philippo IV. Hispan. & Indiarum Regis Catholici voto.* Hujus operis memor R. A. P. Fr. Petrus de Alva in sua Militia, littera M. hæc verba facit: *Matthæus de la Natividad, Ordinis Minorum, Hispanus, scripsit magnum volumen sub hoc titulo: Allegatio Sacra pro Mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ, quod M. S. habuimus præ manibus pro conficiendo nostro Armamento Seraphico. Et illic etiam citat P. Petrum de Quintanilla in Vita Cardinalis Ximenez, cap. 12. fol. 93. In calce laudati operis à fol. 124. habetur:*

*Appendix Allegationis, vbi multa ad rem, & subtilissima leguntur. Item repositi extant in eadem Bibliotheca quatuor tomi in fol. variorum, & singularium suorum Opusculorum. Opuscula tomi primi sunt sequentia:*

*Opusculum I. Theologicum, Apologeticum sub censura pro tribus propositionibus Theologicis Scripturalibus P. Fr. Matthæi Vella, Franciscani, Sacræ Theologiæ Moderatoris in Academia Paduana. Incipit: Petis à me, o Matthæi Frater Charissime! instantèrque petis litteris transmarinis.*

*Opusculum II. & III. Consultationes sunt pro Sancto Fidei Tribunali super decem Propositiones Theologicas ad Censuram.*

*Opusculum IV. Consultatio ad SS. D. N. Innocentium X. in Sacro Consistorio super valoreni Maximonij Spadonum novæ curationis, sapientius postulatæ Facultatibus Theologica, & Medica Academicarum. Est notabile. Incipit Præfatio: Sic digne declamat Salomon Ecclesiastes: Cunctæ res difficiles.*

*Opusculum V.* ad Philippum IV. Hispaniarum Regem de Immunitate Ecclesiastica.

*Opusculum VI.* Discursus Politico-Evangelicus in gratiam D. Balthazaris de Moscoso, Archiepiscopi Toletani, & Cardinalis. Est gravissimum.

*Opusculum VII.* De Concilij Nationalis utilitate ad præfatum Cardinalem.

*Opusculum VIII.* Historico-Apologeticum pro Primatu Toletanæ Ecclesiæ à diebus Apostolorum.

*Opusculum IX.* De origine, & præmiæntia DD. Cardinalium S. R. E. Incipit: *Allegoria est apposta.*

*Opusculum X.* Quæstiones septem circa residentiam DD. Episcoporum. Incipit: *Quæstio prima agitata est An: residentia Episcoporum sit de jure Divino?*

*Opusculum XI. ac XII.* Amplectuntur quæstiones varias super mandata Episcopi Salmantini, ejusque tutelam. Hispanicè.

*Opusculum XIII. & XIV.* pro Episcopo Zamorensi super immunitatem Status Ecclesiastici, ac Testamentum ejusdem Prælati.

*Opusculum XV.* Theologico-Canonicum, Historico-Sacrum, ac Naturale de Plagis Locustarum. Est singulare.

*Opusculum XVI. XVII. ac XVIII.* continet Consultationes varias Morales, ac Politicas ad Episcopum Zamorensis, & Civitatem Salmantinam.

*Opusculum XIX.* De quadam Legatione Turcarum ad Regem Catholicum.

*Opusculum XX.* De Duratione Domus Ottomanæ, vna cum Expositione cujusdam Prophetiæ Danielis.

*Opusculum XXI.* Expositio Opusculi S. Petri Damiani de Brevitate Vitæ Summorum Pontificum, adjecta Chronologia eorum. Demum in calce hujus tomi extat.

*Opusculum aliud in 4.* De Jure hæreditario Dominarum ad Augustam Mariam Teresiam de Austria. Constat 13. capitibus.

*Tomus II.* amplectitur octo Opuscula Sacra, quorum

In primo, exponit quadraginta auctoritates S. Ildephonsi pro Immaculata Conceptione Virginis.

In secundo de eodem Mysterio agens solutionem præstat ex viginti Pontificibus, novem Concilijs, & centum antiquis Patribus, ad Catholicum Regem Philippum IV.

Tertium Allegatio est Imperialis in vtro-

que Jure in gloriam Immaculatae Conceptionis Deiparæ.

Quartum. Apologeticum Sacrum pro titulo Immaculatae.

Quintum. Divina descendencia vsque ad aliam Ecclesiam, Urbemque Regalem Segobiti antiquæ de veritate Immaculatae Conceptionis Mariæ.

Sextum. Continet duas quæstiones. Prima est: An Angelicus Doctor obstat propriae opinioni, vt communiter fertur? Secunda: An dato, quod oppositè senserit obstat diffinitioni de fide piæ sententiæ? Initium Proemij: *Pulcherrimè Casiodorus.*

Septimum. Breviloquium S. Ildephonsi de Purissima Conceptione ad Zamorensis Ecclesiam.

Octavum. Defensio Dominicana Immaculatae Conceptionis Deiparæ. Missum fuit ad Philippum IV.

*Tomus III.* amplectitur undecim Apologias, & sunt:

Apologia vnica Catholica pro vnitatem Pontificatus in singulari B. Petri Persona: contra coæqualem Pontificatum in persona B. Pauli, hæreticè, & schismatè assertum à quodam Authore Gallo. Innocentio X. sacra tripartita est. Incipit: *Ad arma.*

Apologia 2. Contra Hæreticos impugnantes S. P. N. Francisci Regulam. Incipit: *Sicut Sol.*

Apologia 3. Contra indevotos impugnatores Sacrarum Stigmatum S. P. N. Francisci. Incipit Præfatio: *Potuit dignè Tertullianus.*

Apologia 4. Seraphica contra eos, qui afferunt Fratres Minores Authores Sectæ Fratricellorum. Incipit: *Res ipsa mihi.*

Apologia 5. Seraphica contra opinantes, Fratres Minores fuisse Authores Schismatis tempore Joannis XXII. Incipit: *Esse Schisma.*

Apologia 6. Seraphica contra calumniantes vitam, & doctrinam Joannis Duns Scoti Doctoris Subtilis. Incipit: *Vitam V. Magistrum mei.*

Apologia 7. contra præsumptentes S. P. N. Franciscum fuisse Monachum Augustinianum. Incipit: *Augusta profectò res foret.* Probat efficaciter demonstrationibus Chronologicis, Legalibus, Juridico-Historicis, Politico-Moralibus, Pontificibus, Diatribis, Geographicis, Religiosis, Canonis, Refutativis, &c.

Apologia 8. & 9. contra calumniantes Familiam Observantium. Incipit prima: *Dicebat Moyses Deo.* Incipit secunda: *Ignorantia Judicia,*

Apologia 10. contra impugnantes Indulgentiam Portiunculæ. Eruditissima est. Incipit ejus Præfatio: *Ad me meliùs spectat.* Nec his, nec præcedentibus Apologijs deficit proprius Index, quem sequitur:

*Opusculum Apologeticum* Scripturale ad versus asserentes Abrahamum aliquot annis coluisse Idola, vti Idolatram. Incipit: *Conclusio. Negativè est sentiendum.*

*Tomus IV.* Continet gravia opuscula Historica, Canonica, & Moralia.

*Opusculum I.* Chronicon Provinciae S. Pauli Discalceatorum S. P. N. Francisci. Incipit: *Obedientia opus.* Annumeravit Uvadingus, & repositum vidi in Archivio Generali nostræ Provinciae, & in Maeritensi Generali Ordinis. Commendavit Fr. Paulus King, pag. 4. suæ Idææ Cosmographiæ Seraphicæ, inquires: *Patres Discalceati, præsertim Provinciae S. Joannis Baptistæ, & S. Pauli ostenderunt se solertes in hoc negotio.*

*Opusculum II.* De potestate Provincialium Ministrorum in sex quæstionibus. Prima Proemij verba: *Auris bona.*

*Opusculum III.* De consuetudine in septem quæstionibus. Incipit: *Eximius jurisconsultus.*

*Opuscula viginti,* in quibus plures, ac varias Regulares, Morales, ac ad S. Inquisitionis Tribunal spectantes, pertrahat quæstiones, de quibus singillatim egi in part. 1. meæ Biblioth. Minor. Discalceatorum à pag. 194.

*Opusculum XXIV.* De disconvenientia Comediarum, juxta Sanctorum Patrum auctoritatem.

*Opusculum XXV.* Disquisitio super quodam Monstrum, Hispanicè.

*Opusculum XXVI.* ac valdè eruditum de propagatione Anguillarum. Explicat: *Non potui meliùs litem finire jocosam.*

*Opusculum aliud,* de spiritu, ac virtutibus V. Dominæ Beatricis de Langa. Commune feci, vna cum hujus vita, tom. 2. Chronicon. meæ cum S. Pauli, lib. 5. cap. 16. num. 112. Insuper in eadem Bibliotheca Salmantina extant N. Matthæi volumina tria in fol. nempe:

*De Immunitate Ecclesiastica, & Regum jure.*

*De Patronatu Deiparæ semper Virginis in Hispaniarum Regnis,* ad Philippum IV.

*De origine, successione, ac statu Sacri Imperij Romani,* Opus est singularissimum.

*De Templo Salomonis,* volumen aliud in fol. Hispanicè. Agit scripturalitèr de ejus mensuris, divitijs, artificibus, Altaribus, columnis, menta, candelabro; velo, ornamentis, Sacerdotibus, & Levitis. Sed restat adhuc longa via, in qua, ipsomet Authore duce, ipso vtor in laudata nostræ Provinciae Latina Historia, vbi suorum operum rationem reddens, subdit Castellana lingua hæc opera Pataneticæ Ascetica prænotata.

*Cathedra Crucis de septem verbis Domini.* Typis data Pinciae apud Antonium Bazquez de Esparza, anno 1639. in 4. Vidi.

*Minerva Eucharistica,* scilicet *Arbor Vitæ,* afferens fructus duodecim per singulos anni menses reddens fructum suum, cuius argumentum est: Duodecim tractatus per duodecim menses pro solemnitate Augustissimi Sacramenti in Minerva, quolibet mense colligendum vnum ex duodecim fructibus Spiritus Sancti de ipso arbore, & ligno vitæ. Prælo datum Martii anno 1644. in 4. apud Joannem Sanchez. Vidi.

*Amor Amorum purissimè de admirabili Sacramento Altaris.* Discursus super sex Evangelicas Clausulas S. Joannis. Tomus primus cum privilegio Regis, vt prælo cudatur sedulo conservatur in Bibliotheca nostræ Conventus Vallisoletanæ. Vidi.

*Historia Gedeonis, pro Vespertis Quadragesimæ.* Vernaculè.

*Orationes Funebres vigintiquatuor* pro omnibus statibus à Christo sepulto vsque ad Agricolam, sub titulo: *Trophea mortis.* Insuper concinnavit opera Mystica, Analogica, & Poetica, vti sequitur:

*Pharetra Amoris Divini.* Extat cum facultatibus ad prælum.

*Viridarium Florum Franciscanarum,* in quo mirabilia S. P. N. Francisci recenset.

*Expositio Psalmorum Pœnitentialium* primo oratione soluta; secundo cum propria Glossa, ac vario genere Poematum. Inscriptio: *Cythara Davidica.*

*Scala Perfectionis.* Hujus argumentum sunt quindecim Psalmi Graduales, quorum singula quinaria singulis vijs perfectionis dant lucem. Primi quinque illustrant viam purgativam; secundi viam illuminativam; tertij viam unitivam: est methodus eadem, quæ in Cythara David oratione soluta per varias doctrinas. In fine collectæ in Canticis varijs.

*Philomena S. Bonaventura,* Castellane tra-

traducta, & dilatata carmine, & soluta oratione per cantus ipsius Philomenæ.

*Dies diei.* Manuale dispositionis diei pro confessione, & assistentia venerabili Sacramento. Incipit: *Lachrymatio Jesu Crucifixio.*

*Opusculum de Nominibus Dei Unius, & Trini,* Hæbraicis, Græcis, Latinis, Castellane expositis. Ad Excellentissimam Ducissam Methymnæ.

*Manuale Sacerdotum, & Secularium pro celebrando, & audiendo Sacrosancto Sacrificio Missæ.* Ad Excellentissimum Comitem Benaventanum.

*Psalterium, sive Soliloquia,* ligato sermone Hispano.

*Puerilia Sacra, seu Divina Cantinele,* eodem idiomate. Utriusque operis fragmenta exhibui part. 1. meæ Bibliothecæ Minor. Discalceatorum, pag. 197. Hæc omnia occultat paupertas. Notum Alciati Emblemata de pauperis ingenio. Laconicè Varro: *Quod si paupertas sit elegantia.* Floruit Salmanticæ in laudato nostro, vulgò *de el Calvario,* Conventu, anno 1659. Egi de tanto Authore, ac Religioso Viro tom. 2. Chronicorum suæ Provinciæ S. Pauli, lib. 1. cap. 6. num. 42. pag. 21.

**MATTHÆUS PEDELARIUS,** Italus, Lector Provinciæ Bononiensis, scripsit:

*Vitam S. Antonij Patavini,* vti ex Rodolpho narrat Sedulius.

**MATTHÆUS A PURIFICATIO-**NE, Hispanus, ex Oppido Zebreros, Concionator, Guardianus Conventus Oppidi de Madriajos, Discalceatæ Provinciæ S. Josephi, & impresentiarum Diffinitor, in lucem dedit:

*Ceremoniale Missarum.* Matrili apud Viduam Joannis Garcia Infanzon, anno 1717. in 4. Vidi.

*Manuale Processionale.* Ibid. in 4. anno 1717. Vidi.

**MATTHÆUS QUINTANIENSIS,** Gallus, Provinciæ Parisiensis Minorum Capuccinorum filius, doctrinæ laude, ac erudito concionandi munere insignis, descriptit:

*Tabellam Ecclesie, in qua ipsius status secundum varias ætates depictus ternitur.* Tom. 1. in 8. teste Genuensi, pag. 244.

**MATTHÆUS RUBEUS,** (alius à Mathæo Rubeo Tertiario Franciscano, ac Patre Nicolai III. Pontificis Maximi) Ursinus, inculpatæ vitæ Cardinalis, & vti recenset Castaneus de Scriptoribus Cardinalibus, S. Franciscæ junctissimus,

sui Ordinis, ac Clarissarum Protector, scripsit:

*Binas Epistolas ad Ministros Generales, & Provinciales, quibus Regiminis Clarissarum formam præscribit.* Ex Haroldo ad annum Christi 1297. num. 25.

*De autoritate Ecclesie,* vti notat Eisenstein.

*Quedam in Theologia,* vti habet Corretius.

*Epistolæque nonnullas,* quarum aliquæ Bononiæ extant in Archivio Monasterij S. Francisci, vti notat Tosignianus. Obijt circa annum 1306. miserando casu.

**MATTHÆUS DE SALCEDO,** Hispanus, ex Tertio Ordine Franciscano, ligato sermone, vti credit Nicolaus Antonius, tom. 1. suæ Bibliothecæ, pag. 93. Hispanicè edidit volumen in 8.

*De Hominis Novissimis Animæ inimicis, ac de laudibus Sanctissimi Sacramenti.* Matrili apud Joannem de la Cuesta 1610. Insuper vernaculè publicavit:

*Lucem Orationis Mentalis.* Ibidem per Cosmam Delgado 1614. in 16.

**MATTHÆUS SILVAGIUS,** Castellanicus, Regul. Observantiæ alumnus, Viti in Divinis Scripturis, si quis alius versatissimus, Theologicis, ac Philosophicis studijs clarissimus: plura, eaque fide referta in vtraque Facultate Commentaria dedit, quæ aut vetustate, oblita deitescunt, aut in publicum supposititij nominis usurpatione prodierunt. Hujusmodi tamen infortunium perpeti nequiverit præclara hæc sui ingenij monumenta:

*Pandectæ Medicinæ.* Venetijs per Philippum Pincium, anno 1492. in fol. Extat in Bibliotheca Hispanensis Ecclesiæ, sub nomine *Matthæi Silvatici,* quem à N. Silvagio distinctum judicarem. Vidi.

*Expositio 14. versuum priorum cap. 1. Evangelij S. Joannis,* teste Jacobo LeLong, pag. 979. suæ Bibliothecæ Sacræ.

*Chronicon Sicularum rerum,* usque ad adventum Caroli V. Cæsaris in Siciliam. Prodiit Venetijs 1542. in 8. vti recenset Hieronymus Ragusa, pag. 184. suæ Bibliothecæ Siculæ. Publicavit præterea opus præclarum, & studiosis viris satis jucundum.

*De tribus Peregrinis, seu de Coloquitiis trium Peregrinorum.*

*De Divinis Perfectionibus.*

*De Philosophia Sanctorum.*

*De partibus mundi, Climatibus, Linguis, Populis, Civitatibus, & conditionibus.*

De

*De Excellentijs Romæ.*

*De Excellentijs Hierusalem.* Hæc omnia impressa sunt Venetijs in ædibus Francisci Bindonri 1542. unico volumine in 8. Vidi.

*Labyrinthi duo de Mundano, & Divino Amore cum suis exordijs, & differentijs, ac fructibus, cumque suis semitis ritè ordinatis, usque ad centrales, vti vocant terminos, vel Inferni, vel felicitatis æterna.* Venetijs 1542. in 8.

*Apotheca Divini Amoris, sive de Apotheca Viridarij Labyrinthi, quæ est SS. Crux, ubi venditur Amor Dei.* Venetijs apud signum Archangeli Raphaelis 1542. in 8.

Opus præclarum, & nimis utilissimum in quatuor libros divisum: *De nuptijs anime cum Sponso ejus Christo.*

*De Convivijs Spiritualibus, omnique apparatu.*

*De Persuasionibus falsis Satbanæ per Epistolas, diversisque tentationibus.*

*De Causa animæ in peccato.*

*De Lamentationibus Hieremiæ cum declarationibus carundem, & oratione pro expoliatione bonorum ipsius.*

*De Fletu animæ, & sua conversione.*

*De Gratia, & remedijs à Deo datis.*

*De Indumentis novis restitutis, & regimine post conversionem.*

*De Preparatione ad mortem.*

*De Electione Dei, & hominum.*

*De Prædestinatione Sanctorum, cum Dialogo inter Rempublicam, & Philosophum.* Ibidem 1542. in 8.

*De Victoria Verbi Dei contra Hebræos.* Ibidem 1542. in 8. Laudatur à N. Cartagena apud Uvadingum.

*Tractatum de Navigio Mundi.* Citatur in suo opere *de tribus Peregrinis,* cap. 33. pag. 117.

*De Incendijs Ethnæ.* Non prodijt seorsim, sed in libro *de tribus Peregrinis* invenies.

*Lectura, seu Expositio brevis super octo Libros Physicorum Aristotelis, cum aliquibus annotationibus de mente Doctoris Subtilis.* Ibidem 1542. in 8.

Demùm Italicè vulgavit anno 1536. quo florebat, opus prænotatum:

*Modus vivendi secundum Dei voluntatem, seu Disciplina salutis.* Extat ejusdem honorifica mentio apud Possavinum, Illustris. Gonzaga, sed præcipuè apud Antonium Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ.

Tom. II.

**MATTHÆUS SILVESTRIVS** & **LEONISSA,** Italus, in sæculo Doctoris Medici laurea ornatus, ad gradum Medici animarum devenit, nomine dato Minoribus Capuccinis Prov. Neapolitanæ, in qua poenitentia clarus, propheticoque spiritu sublimis, aliqua scripsit de Passione Dominica, quam lachrymosis gemitibus deplorabat. Extat ejusdem, Genuensi teste:

*Opusculum devotissimum in forma meditationis, & colloquij de poenis, tormentis, & vulneribus Jesu-Christi.* Impressum Venetijs anno 1601. & antea 1586. apud Junctas: in quo tamen non notatur nomen Authoris; sed solum quod sit compositum à Religioso S. Francisci. Miraculis gloriosus obiit anno 1553. de quo videndus Arturus in Martyrologio Franciscano 11. Kal. Julij, §. 3.

**MATTHÆUS A SOSA,** Lusitanus, Ulyssiponenfis, Lector emeritus, Provinciæ S. Jacobi Minister, Vir sanè eruditus, edidit:

*Tomos duos, quibus Commentaria Scoti in librum primum Sententiarum de articulat, & notis illustravit.* Salmanticæ 1629. apud Didacum Cusio in fol. Vidi. De eo agunt Uvadingus, & Nicolaus Antonius.

**MATTHÆUS A S. STEPHANO,** Messanensis, Regul. Observantiæ Provinciæ Siculæ, totius Ordinis Generalis Minister, Innocentio XII. & Clemente XI. Romanis Pontificibus charissimus, demùmque à Carolo II. Hispaniarum Rege Episcopus Caphalæditanus electus, dignitatem, quamprimum rejecit, amplexus est, consecratusque Romæ in nostro Ara-cœli Conventu 1. Octobris 1702. In ejus Episcopatu vivebat 1714. morum candore boni Pastoris partes adimplens. Ediderat:

*Venerabilibus Fratibus, ac dilectis Filij Clero, & Populo Civitatis, & Diocesis Caphaludensis Epistolam.* Romæ typis Rev. Cameræ Apostolicæ 1702. in folio expanso.

*Constitutiones in Diocesana Synodo pro suis Urbis, & Diocesis ovibus,* editas anno 1706. Panormi apud Didacum Buam 1707. in 4. De eo Antonius Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ.

**MATTHÆUS DE STHYA,** Italus, Regul. Observantiæ Provinciæ Tusciæ Diffinitor, scripsit:

*Opusculum de Sacris Stigmatibus S. P.*

Gg

N.

N. *Francisci*, teste Fr. Antonio Terrinca, part. 3. Theatri Tusciae, fol. 209. Claruit anno 1548.

MATTHÆUS UVEENSEN, Dordracensis, Batavus, per Germaniam inferiorem Minister Provincialis, atque Antuerpiæ, & alibi Guardianus, scripsit vernaculo sermone pium libellum, legi à pluribus solitum, quem inscripsit:

*Fasciculum Myrrhæ*, etiam Latinè postea editum. Insigni, & meritisima panegyri eum prosequitur Joannes Mahusius, ejusdem Seraphici Ordinis Religiosus postea designatus primus Episcopus Daventriensis, præfixa Commentarijs D. Bonaventuræ in Lucam, Antuerpiæ 1539. editis. Obijt Dordraci 1547. Ex Valerio Andrea in sua Belgica Bibliotheca.

MATHIAS BALBANUS, Capuccinus, Italus, Patria Hydruntinus, Vir vitæ sanctimonia, inquit Genuensis, pag. 239. atque Evangelicis virtutibus insignis, scripsit Italicè opusculum:

*De flagellatione Domini*, anno 1590. impressum, quod in Gallicum vertit Antonius Gazæus Doctor Medicus in Urbe Auriaca.

MATHIAS BELINTANUS, Capuccinus, Italus, Patria Salodiensis, generalis Difinitor, Vir illustris, ac inter Præcones Verbi Dei sua tempestate facile Princeps, cujus ingenij, ac doctrinæ excellentiam celebrat Archiepiscopus Cardinalis Borromæus in suo de *Sacris Orationibus*, lib. 3. pag. 119. hisce verbis: *Mathias Belintanus, Capuccinus vim, & ubertatem inventionis etiam in præcipiti senectâ retinuit raro exemplo, cum etas illa infelix omnem ex animo nostro dicendi vim, & copiam exhaurire videatur. Magna res est, & fortasse ultra quam credi possit inventio cum paucissimi inveniantur ex omni memoria, qui meruerint eam laudem: cumque appareant ingentia volumina, quæ circumferantur magno nomine, & fama, vix quidquam habitura de proprio, & suo, si succus inventionis ex illis exprimeretur. Nihil tamen onquam dixit Belintanus, quod abditum enagnoperè, & exquisitum non esset: eratque non tam copia magis, & ubertate, quàm excellentia, & acumine inventionis admirandus. Acceperat ad eam inveniendi facilitatem labor assiduus, & incredibile studium tanto progressu, ut, cum scripta quadam illius minime non vulgari doctrina Vir insperasset, admiraretur novum in homine Divinarum Litterarum*

*usum, infinitamque memoriam, atque inciperet suspicari nequaquam vii nature muneribus eam, sed aliquid profectò majus, & excelsius habere.* Multis celebratur operibus præclarè scriptis, quorum aliqua ipso adhuc superstitè prodierunt, alia verò jam defuncto. Ea sunt apud Genuensem.

*Praxis Orationis Mentalis in quatuor tomos in 12. distributa*: qui postea ex Italico idiomate translatis sunt in Gallicum, & ex Gallico in Latinum ab Antonio Vulmaro Salsburgensi Monacho professo Carthusiano Conventus, seu Monasterij Athemiensis. Prodiit primo Venetiæ anno 1608. & Mediolani 1615. Deinde Latinè Constantiæ Helvetiorum anno 1627. typis Joannis Kuvlt duæ tantum partes in 8. & ab eodem Interprete Serenissimo Principi Maximiliano Archiduci Austriæ dicatæ, in cujus commendationem versiculos quosdam cecinit à laudato Genuense transcriptos. Isti quatuor libri versi sunt etiam in idioma Hispanicum à quodam ejusdem Institutii alumno, Martii que excusi anno 1625.

*Introductiones Spirituales in sermones Divi Bonaventurae Doctoris Seraphici, & in omnia Evangelia à Dominica in Albis usque ad Adventum exclusivè.* Tom. 2. in 4. Venetijs apud Messerinum 1588. Vidi.

Acceperunt nonnullæ *Conciones Francisci Mayron, Minoritæ.* Ibidem apud Petrum Dufinellum eodem anno.

*Sermones octo de Doloribus D. N. Jesu Christi, adjunctis alijs Concionibus.* Bergomi anno 1596.

*Tractatus de Oratione* 40. Horarum, & piæ quadam exercitationes de doloribus Jesu Christi. Venetijs 1586.

*Historia Salodiensis, & Patria Adriani VI. Summi Pontificis.* Brixia anno 1599.

*Oratio funebris in obitu Alexandri Luzali nobilitis Brixiensis.* Brixia 1594.

*Historia Familia Capuccinorum quam complexus est usque ad annum 1597.*

*Theatrum Paradisi, sive Meditationes pijsima de gloria Jesu Christi, B. Mariæ Virginis, & Sanctorum.* Tom. 2. in 8. Salodij apud Bernardinum Lantonium, anno 1620.

*Meditationes, seu Corona de Vita, & Passione Jesu Christi D. N.* quibus S. Carolus Borromæus vii solebat, & ab eodem Authore jussu ejusdem Sanctissimi Cardinalis compositæ. Bononiæ apud Bartholomæum Cochium, anno 1570. & Mediolani 1614.

*Preparationes ad Missam, & Meditationes de Passione Domini N. Jesu Christi.* Ibidem 1610.

*Confortatorium eorum, qui morte plecendi sunt.* Brixia 1614.

*Conciones Quadragesimales quadruplices secundum Ritum Ambrosianum, ad usum tamen Romanum accommodatæ.* Tom. 2. in 8. Vidi.

In primo tomo continentur *Conciones à Dominica prima, quæ dicitur in Capite, usque ad quartam Dominicam exclusivè, quæ dicitur de Caco.*

*Secundus verò continet Conciones à Dominica de Caco usque ad Feriam tertiam Pasche inclusivè.* Lugduni sumptibus Antonij Pillehotte, & Joannis Calsin, anno 1624. & sunt dicatæ Eminentissimo D. D. Fr. Antonio Barberino, Capuccino, S. R. E. Cardinali Presbytero S. Onuphrij nuncupato, necnon Urbani VIII. Pontificis Maximi Germano Fratri.

*Exaggerationes Morales pro Concionatoribus.* Salodij apud Bernardinum Lantonium, anno 1622. in 8.

*Expositio admirabilis, & profundissima in librum Apocalypsis B. Joannis Apostoli,* ab omnibus Viris doctis, & præsertim à Summo Pontifice Clemente VIII. tunc regnante, maximè commendata, cujus archetypum conservari jussit in Biblioth. Vaticana.

*Conciones Quadragesimales secundum Ritum, & ordinem Ecclesie Romanæ.* Tom. 5. in 4.

*Conciones, sive Sermones pro Solemnitatibus* 40. Horarum. Tom. 2. in 4.

*Sermones, sive Conciones de Passione, & Morte Domini nostri Jesu Christi.* Tom. 12. in 4.

*Conciones, & Sermones quadruplices pro tempore Adventus.* Tom. 2. in 4.

*Sermones, & Conciones pro omnibus festis Beatissima Virginis Mariæ.* Tom. 2. in 4.

*Tractatus de Immaculata Conceptione Dei-Genitricis Mariæ.* Tom. 1. in 4.

*Catena Conceptuum extracta ex operibus Sanctorum Augustini, Gregorij Cypriani, & aliorum Sanctorum Patrum.* Tom. 4. in 4.

*Vita S. Felicis de Cantalicio Capuccini,* in 4.

*Vita B. Angelæ de Dezensano, Fundatrix Monasterij Virginum Ursularum in Civitate Brixia.* Tom. 1. in 4. Extant alia ejus opera, quæ usque ad quadraginta volumina ascendunt, eorumque titulum

hic non ponimus, utpotè Genuensium ignotum; asseruntur tamen M. S. in Biblioth. Brixienſi PP. Capuccinorum. Vita defuncto anno 1611. tertio decimo Kalend. Augusti, ætatis suæ 77. ac jam annis plurimis Brixia corpore ejus sarcophago occluso, terræque mandato, pollex, quo ita devotè, doctèque scripsit, lingua, quæ sic fructuosè verbum Dei disseminavit, & cerebrum, quod tam feliciter contemplationi vacavit, reperta sunt ita recentia, & integra, ac si adhuc viveret, in quorum laudem hoc condidit Epigramma Cælius Maffiolus Salodiensis:

*Quæ tua mens coluit, cecinitque lingua,*

*Manusque*

*Tam doctis retulit nobilitata notis*

*Illa eadem membris, quibus immaculata nitebant,*

*Dant fugere in lapsu corpore, posse necem.*

*Hoc Triadis manus, membris novat illa quod hauris*

*Ne sua quæ fuerant templa, soluta cadant.*

Memoratur eum laude ab Illust. Gonzaga, ab Arturo in Martyrologio Franciscano ad diem 6. Aprilis, & Uvadingo suum Epitaphium in Brixienſi Conventu appositum recensente, alijs missis, de quibus laudatus Genuensis copiosè.

MATHIAS BLANCO, Hispanus, Regul. Observant. alumnus, Theologus, Examinator Synodalis Episcopatus de Puerto-Rico, ac Commissarius Provincialis Conversionis Indorum à Piritu, Hispanicè scripsit:

*De Conversione Indorum, vulgò dictorum Camanagotos, & Palenques, una cum Relatione suorum rerum memorabilium.* Matrili apud Joannem Garcia Infanzonis anno 1690. in 8. Vidi. Ejusdem eodem idiomate:

*Artem cum Dictionario idiomatis Indorum à Piritu.* Burgis apud Joannem de Vivar, in 4. anno 1683.

MATHIAS LE CLERC, Gallus, Parisiensis, strictioris Observ. Recollectorum, stylo exaravit:

*Notas breves in Sacram Scripturam,* teste Jacobo Le-Long in sua Bibliotheca Sacra, pag. 678. Vidi.

MATHIAS (alijs *Matthæus*, Postea vino aliquando *Marcus*, aliquando *Matthæus*) DORINGUS, alijs THORINGUS, Germanus, Provinciae Saxoniae Minister, in schismate illo sub Eugenio IV. & Felice V. Bernæ apud Helvetios, an-

no 1443. electus contra fas Generalis Minister, in eo munere annis sex perseveravit. Scripsit:

*Defensorium Nicolai Lyranæ contra Paulum Burgensem*, quod cum ejus Lyranæ interpretatione in Sacram Scripturam, & Burgensis Postilla habetur in Glossa Ordinaria. Claruit sub annum 1450. Hæc Uvadingus; sed extant alia plura sui ingenij monumenta. Principiò, Joannes Madecius in *de Scriptoribus insignibus Lipsiensis Academiae*, juxta editionem Helmstadij factam anno 1660. in 4. *Scriptore* 98. asserit Mathiam nostrum Sacrarum Litterarum Professorem eruditissimum scripsisse

*In Prophetam Isaiam opus grande.*

*Super libros Sententiarum*, lib. 1.

*Sermones, tam ad Populum, quam ad Clerum.*

*Dialecticam* vtilem admodum. Insuper recensente Joachimo Fellerio in sua Bibliotheca Paulina Lipsiensi impressa Lipsiæ anno 1686. in 8. in hac Biblioth. cod. 68. serie 3. Repositorij Jurdici habetur M. S. *Appellatio Doctoris Mathiæ Doringk, Ord. Min. Minorum, contra Magdeburgensem Archiepiscopum*. Et in Majori Collegio Principum, cod. 694.

*Chronica brevis, & utilis ex Speculo Historiali Vincentij Bellovacensis, Eusebij, Hieronymi, Orosij Casiodori, & aliorum Historicorum collecta, & continuata à Mathiæ Doringk Ord. Minor.* Hominem laudant Posselinus, & Sixtus Senensis.

MATHIAS FELISIUS, (alijs FELSIUS A BROUVERSHAVEN) Zelandus, in Insula Scaldia nobili gente Catiziorum editus, cum se dicasset Ordini Minorum ignaris parentibus, jam vestiendus, adveniens mater vehementer renitebatur ejus proposito, & nisi desisteret reprobatu-ram à filiis, at ille hæc vincula, facile rumpens deserta matre, ad se discessit Sacra Religionis veste donandus, nam sciebat pietatis esse genus, in hac re esse crudelem. Anno probationis expleto, mater ad professionem revertens, filium cupit alloqui, & salutare; Mathias per janitorem constanter renunciat, cum illa nuper se filium reprobasset, matrem se non habere; quod illa audiens velut jaculo icta, & quod negaretur alloqui filium, penè est exanimata. Cæterum importuna tandem imperravit, quod petijt; redijt mater, & filius isto pietatis ariete repercusso in mutua gratiam. Sed ille triumphavit felicius, quando possessione nomen suum Sacrae Religionis adstrinxit. Huic spectata

pietas, & probitas *optimi Viri* nomen conciliavit, ut etiam eruditio. Lector fuit Sacrae Theologiae Lovanij, atque deinceps indidem Guardianus, mox Mechliniæ, demum Provinciae Germaniæ inferioris Minister. Prostant ejus opera:

*Institutionis Christianæ Catholicae, & erudita elucidatio, secundum methodum à Magistro Sententiarum observatam*. Antuerpiæ 1575. typis Plantin. aucta Parisijs anno 1604. in 8.

*Præceptorum Decalogi Catholicae eluctatio, optima methodo locorum communium distributa*. Antuerpiæ 1572. 1575. & 1576. apud Plantinum. Parisijs apud Michaelem Julianum, anno 1575. in 8. & apud Adrianum Beys, anno 1604. in 8. Vidi. Obijt Lovanij, dum esset Minister anno 1576. tertio Nonas Martij. Uvadingus, Posselinus, Valerius Andres, ac Fr. Petrus Alva in Militia. Præterea (nisi istud distinctum sit à suis *Catholicis Institutionibus*) scripsit:

*In 2. Sententiarum*, teste Mauritio Hyalareto, Fer. 3. post 3. Dom. Quadrag. fol. 731.

MATHIAS FERRERIUS, Pedemontanus, ejusdem Provinciae Minorum Capuccinorum Theologus, ac Diffinitor, ac in Vallibus Subalpinis Apostolicus Missionarius, typis dedit Latine opus prænotatum:

*Jus regnandi Apostolicum per Missiones Ecclesiasticas Religiosorum totius Ordinis Hierarchici ab initio Ecclesiae, sive Ratio-narium Chronographicum Missionis Evangelicæ ab Apostolicis Operarijs, præsertim Capuccinis, pro Ecclesiastico Catholico Regno propagando in quatuor Mundi partibus, in duos tomos in fol. distinctum ad Alexandrum VII. Pontificem Maximum*. Primus tomus complectitur Monasticorum, & Mendicantium Ordinum varias Missiones, necnon Ecclesiasticæ Missionis doctrinam epitomate signat, Capuccinorumque à spirituali, ac sæculari Principatu præstitas provisiones communes historice calculat. Augustæ Taurinorum apud Carolum Janellum, anno 1659. Vidi.

Secundus tomus calculat *Aetus Apostolicos ab Apostolis, Apostolorum Discipulis, Martyribus, Pontificibus, Episcopis, Doctoribus, Monachis, & Mendicantibus, Religiosis Operarijs, præcipue Capuccinis Pedemontana Provincia pro Fide Catholica propugnanda exantlatos*. Ibidem anno eodem 1659. Vidi. Laudatur ex Rossoto in Syllabo Scriptorum Pedemontij à Fr. Dio-

Dionisio Genuensi, pag. 243. & à Joanne Marangoni, lib. 4. *Ibsauri Parochorum*, cap. 1.

MATHIAS A S. FRANCISCO, Hispanus, primò Discalceatæ Provinciae S. Joseph, demum Provinciae Discalceatorum S. Didaci in Batia gloriosus alumnus, propagandi Evangelij, ac martyrij desiderio incensus, primum in Philippinas vsque Insulas, indeque reversus ad Marochij Regnum, vna cum B. Joanne de Prado Sacerdote, Gennesioque Occanensi Laico, penetravit, quo loco verberibus penè confectus est. Sed aliquandò ad nos reversus, Xelchij, hoc est, Regis Legatus optimis moribus Principis, Religionique, & rebus nostris minimè infens, qui Fratri interfecto successerat, sacram hanc expeditionem litteris mandavit scribens:

*Itinerarium ad Marochium, & mortem B. Joannis de Prado ibidem propter Christum occisi*. Matrili 1644. in 4. & in Urbe Gaditana sumptibus Bartholomæi Nuñez etiam in 4. Vidi.

MATHIAS GROUVVELS, Lector Jubilatus, ac Diffinitor Provinciae Germaniæ inferioris Minorum Recolletorum, publici juris fecit:

*Historiam Criticam Sacre Indulgentiæ B. Mariæ Angelorum, vulgò de Portiuncula*. Antuerpiæ typis Hieronymi Verduslen 1726. in 8. Vidi.

MATHIAS GRANATENSIS, Capuccinus, natione Hispanus, Provinciae Baticæ Concionator, Vir pius, Seraphicæ Regulæ studiosus, compositis moribus decorus, stylo signavit:

*Annotationes in Rubricis Missalis, Brevisrij, & Martyrologij Romani*. Hispani anno 1669. Hæc, ex Fr. Martino Torrecilla, Genuensis, pag. 244.

MATHIAS HAUZEUR, Hervionis, è Ducatu Limburgensi insignis Concionator Conventus Leodiensis, Sacrae Theologiae Lector emeritus, Definitor, ac bis Minister Provincialis pro Provincia Flandriæ Minorum Recolletorum qui primus post occupatum à rebellibus Mosæ Trajectum, hæreticorum furori se opposuit, à præclara eruditione maxime commendatus, edidit Gallicè, & Latine: *Acta publicæ disputationis Limburgensis contra Hottonium Archi-Ministrum Ly-mburgensem*. Leodij 1634. apud Hæredes Sauveur.

*Reprobationem peremptoriam patrocinij Tom. II.*

ac supplementi Archi-Ministri trajecten-sis pro suo Hottonio. Ibidem.

*Præjudicia Beati Augustini pro vera Christi Ecclesia contra eosdem*. Ibidem.

*Exorcismum Catholicum maligni spiritus hæretici adversus Hottonij replicam*, 1634.

*Equuleum Ecclesiasticum contra Samuellem Mareium Archi-Ministrum Trajectensem*, 1635. & alia multa minora vno tomo recula ibidem 1636.

*Apologiam Analogicam pro vero ordine, & successore S. Francisci*. Augustæ Eburonum 1650. in 8. Vidi. Item opus egregium prænotatum:

*Anathomia totius Augustissima doctrina B. Augustini Episcopi*. Tomus primus amplectens: *Difficultates Philosophicas, Biblicas, Dogmaticas, Scholasticas, Mysticas, & Morales*. Prodiit Leodij ex typographia Leonardi Streel 1643. in fol. Tomus secundus ambiens præcipue *Dogmaticas Difficultates collatas, ac conciliatas, tam inter se, quam cum Sacro Concilio Tridentino, & Censuris Pontificijs, &c.* Excusus fuit à Joanne Tournay Augustæ Eburonum 1645. in fol. Vidi. Publicavit insuper tomis duobus in fol. opus inscriptum:

*Collatio totius Theologiae inter Majores nostros Fr. Alexandrum Alensem Patriarcham Theologorum, Doctorem irrefragabilem, Sanctum Bonaventuram Doct. Seraphicum, Fr. Joannem Duns Scotum Doct. Subtilem. Ad mentem S. Augustini sub magisterio Christi interiore per gratiam, exteriori per Ecclesiam*. Sunt tomi 2. in fol. impres. typis ejusdem Provinciae in Conventu Leodiensi, & Namurcensi ab anno 1646. ad 1652. Regi Catholico dicati. Vidi. Ad calcem tomi primi habes etiam:

*Concillationes inter Alensem S. Bonæ, & Scotum cum Sancto Augustino*. Adjecit postremò opusculum, quod vocavit:

*Absolutionem hujus operis à censuris quorundam in illud prolatis*. Item ad calcem tomi 2.

*Supplementum Dogmaticum, Scholasticum, & Morale*. Insuper ex nostro Alva, col. 1033. suæ Militiæ edidit Tractatum latissimum dictum:

*Veronica pro Immaculata Virginis Conceptione, seu Interpretatio Epistolæ S. Bernardi ad Lugdunenses Canonicos*.

*Rescriptum pro tuendo titulo Immaculatae Conceptionis*; quod ineditum extat in Archivio Gandensi. Extat hujus Mathiæ mentio apud Valerium Andream, Uva-



dingum, Dupinum, aliosque Nomenclatores. Floruit circa annum 1650. Habemus etiam ejusdem Authoris, opus posthumum inscriptum:

*Statuta causa inter R. P. Petrum ab Alva pro Immaculata Conceptione Deiparæ, &c. excusum Namurgi in typographia Petri Gerardii anno 1664. in 8. Vidi.*

MATHIAS KEUL, Belga, Sacræ Theologiæ Lector emeritus, & Colonienfis Provinciæ Minorum Recolletorum Diffinitor, Vir eruditus, ac de republica litteraria optimè meritis recognovit, valdeque auctum dedit Latine:

*Theſaurum Doctrinæ Chriftianæ* quondam à D. Nicolao Turlot Ecclesiæ Narmucensis Vicario generali concinnatum. Prodiit Colonia Agrippinæ ex officina Servatii Noethen, anno salutis 1699. in 4. magno. Vidi. Insupèr sui ingenij monumenta emisit Concionatoribus valde utilia:

*Discursuum Sacro-Moralium predicabilium*, tomos 2. in 4. Colonia Agrippinæ litteris, ac sumptibus Arnoldi Metternich, anno 1696. Vidi.

*Dominicalia tria*, sub titulo: *Vox clamantis in deserto*. Ibidem apud Hermanum Demen, anno 1686. tribus tomis in 4. Vidi.

*Sanctoralia tria*, sub titulo: *Vox clamantis*. Ibidem per eundem 1685. tribus tom. in 4. Vidi.

*Concionum per annum*, sub titulo: *Echo Trinitaria*, tomos 6. in 4. Prodiit Colonia Agrippinæ ab anno 1691. usque ad annum 1696. Vidi.

*Rosetam Seraphicam*. Colonia Agrippinæ apud Servatium Noethen 1701. in 8. Vidi. Continet Rosas amœniores, & micantiores ex omnibus operibus S. Bonaventuræ.

*Aptarium mellifluum continens favos dulciores, & delectabiliores ex omnibus operibus S. Bernardi*. Ibidem apud eundem 1702. in 8. Vidi. Claruit initio hujus sæculi.

MATHIAS LOPEZ DE JUNGUITO, Hispanus, Matritensis, Tertij Ordinis Franciscani expressè alumnus, Hispanam fecit:

*Paraphrasim Psalmorum Gradualium*, Italicè conscriptam à D. Joanne Francisco Loredano nobili Veneto, publicique juris fecit Matriti anno 1731. Vidi. Ad prælum maturum habet, etiam vernaculè:

*De præcipuis Scriptoribus Historicis libellum*. Vivit.

MATHIAS A MARQUINA, His-

panus, ex eodem Oppido, Burgenfis Archiepiscopatus, Juris utriusque Doctor in Pinciana Academia, vanitates peræsus, fugiensque mundi retia, Christo se dedit in Provincia Castellæ Minorum Capuccinorum, ac impræsentia degens, Apostolici Concionatoris munere fungens, in Matritensi Cœnobio, vulgò *de la Paciencia*, egregium opus, ante solemnem professionem fermè absolutum, prælo parat, nempè:

*Additiones, & declarationes ad Gomezium in explicationem Legum Tauri, que accuratè discutuntur, adjectis plurimis Sanctionibus, Pragmaticis, in gratiam tam exterorum, quam Regnicolarum*. Latine in folio. Incipit: *De Legibus spectosa tractatio, &c.* Vidi. Edidit:

*Concionem Panegyricam de B. Fideli Stigmaringa Capuccino, pro ejus Beatificatione*. Matriti 1730. in 4. Vidi. Extant ejusdem singillatim impressa:

*Pœmata, & varia Elegia.*

MATHIAS MEDIOLANENSIS, ex Reformatis Congregationis B. Amadæi, edidit:

*Interrogatorium confessionale satis copiosum*. Prodiit Mediolani in 4. ex officina Joannis Angeli Scinzenzeler, anno 1507. & 1516. Vidi in Bibliotheca Hispanensis Ecclesiæ.

MATHIAS ORTIZ DE PINEDO, Hispanus, Regul. Observantiæ, Provinciæ Cantabriæ Ecclesiastes, & Custos, Vir doctrina, ac moribus insignis, Concionatoribus dedit vernaculè:

*Ideas Evangelicas*. Prodiit Matriti ex officina Antonij Gonzalez de Reyes, anno 1678. volumine unico in 4. Vidi. necnon Conciones alias singillatim excusas, videlicet:

*Orationem habitam Feria V. Hebdomadæ Sanctæ*. Burgis apud Joannem de Viar 1674. in 4.

*Panegyrim de Laudibus S. Clare*. Extat à pag. 154. Historiæ Capituli Generalis Toletani editæ à P. Magdaleno.

*Orationem ad Patres Capitulares sue Provinciæ*. Burgis per Joannem de Viar, anno 1672. in 4.

*Panegyrim de SS. Sacramento in ejus solemni translatione habitam Flaviobrigæ in Conventu Excalceatarum Ordinis*. OEsopolitipis Martini de Huarte 1673. in 4. Extat hujus Authoris honorifica mentio apud Epistolam Nuncupatoriam præfixam tom. 2. meorum Chronicorum Provinciæ S. Pauli.

MATHIAS A PANICOLO, Italus, ex Minoritis Capuccin. Neapolitanæ Provinciæ, Sacræ Theologiæ Lector, ad prælum maturum habebat anno 1678.

*Quadragesimale eruditum*, vti recenset in sua Bibliotheca Neapolitana Nicolaus Toppi, litt. M.

MATHIAS A PARMA, Cappucinus, Italus, Bononienfis Prov. alumnus, Sacerdos piissimus, probatæ virtutis, ac salutis animarum zelo fervidus, scripsit Italicè perutile opus sub titulo:

*Itinerarium animæ à Divina voluntate directum, in tres partes, seu vias divisum; scilicet, in Purgativam pro incipientibus, in Contemplativam pro proficientibus, & in Unitivam pro perfectis*. Parmæ apud Marium Vignam, anno 1658. in 12. Ex Genuensi, pag. 244.

MATHIAS RODRIGUEZ, Hispanus, Discalceatæ Provinciæ Mexicanæ alumnus, Concionator, ac Guardianus Conventus S. Didaci, Hispanicè emisit volumen in 4.

*De Propositionibus damnatis*, excusum in Urbe Angelopolitana apud Bonilla. Obijt anno 1696.

MATHIAS RUIZ BLANCO. Vide *Mathias Blanco*.

MATHIAS SALODIENSIS, Vide *Mathias Beintanus*.

MATHIAS SUECUS, Præceptor S. Bernardini Senentis, & S. Brigidæ Concessarius, circa annum 1317. Mystica, & Moralia

*Commentaria in Apocalypsim* exaravit laudata ab eadem Sancta lib. 6. Revelat. cap. 89. Ea nactus est M. S. Romæ Cornelius à Lapide, ipsomet teste in Prologom. in Apocalypsim, apud quem pag. 6. narrat S. Brigida loco citato, se petente M. Mathia Sueco commentante in Apocalypsim, petisse à Christo, quis esset Author Apocalypsis? Ac Joannem jussu Christi respondisse: *Ego sum Joannes, cui in Cruce assignasti Matrem tuam. Tu Domine inspirasti mihi Mystera ejus, & ego scripsi ad consolationem futurorum, ne fideles tui propter futuros casus evertentur*. Illaudat Mathiam hunc Uvadingus, quem ex Ordine Seraphico credit Fr. Joannes de la Haye, quæst. 15. Prologom. in Apocalyp. quem contulit. Edidit idem Mathias.

*Prologom in libros Revelationum S. Birgittæ*.

MATHIAS SARBURG, Germanus,

Prov. Colonienfis, scripsit metro Latino: *Defensionem, & triumphum arcis, Oppidique Lechniensis*. Colonia typis Gisberti Clementis, anno 1643.

*Theſaurum Confraternitatis Chordæ per PP. Aquenses*. Ibidem apud Petrum Brachell. anno 1630. Demùm ex N. Alva, col. 1034. suæ Militiæ ad prælum habebat anno 1666.

*Super Hymnum Te Deum, & quendam Antiphonam S. Ecclesiæ, Anagrammata plura pro Immaculata Conceptione Deiparæ semper Virginis*.

MATHIAS VENETUS, Capuccinus, Provinciæ Venetiæ alumnus, Vir pius, & humilis, moribus devotus, erga Beatissimam Virginem Dei-Genitricem Mariam maxima veneratione affectus, scripsit, & edidit:

*Exercitia spiritualia ad Salutationes in laudem Deiparæ semper Virginis, ejusque gloriosissimi Sponsi, adjectis triginta exercitijs Divini Amoris, Italicè*. Venetijs apud Franciscum Bodium, anno 1664. in 8. Authore mihi Genuensi.

MATHIAS DE VESTIS, Minorita, recensentibus Tosigniano, & Uvadingo, compilavit

*Opusculum de Accentibus*, haftenus mihi ignotum.

MATHIAS VILLA-ROEL, Hispanus, Prædicator, ac Minister Conventus Hispanensis suæ Tertiatorum Provinciæ, prælo dedit:

*Instructiones, ac doctrinam Novitiorum*. Granatæ apud Balthasarem de Bolivar, anno 1656. in 4. Vidi. Ejusdem extat volumen in 4. in Bibliotheca laudati Conventus approbationibus, ac licentijs munitum sub titulo:

*Quæstiones Morales, Rationales, ac Juridicæ super Rubricas Missales, & Chorales Cæremonias*. Vidi.

MATURINUS LE BRET, Regul. Observ. Provinciæ Turoniæ, Lector emeritus evulgavit Scholasticis, maxime Sco-tistis utilem

*Lecturam in 4. libros Sententiarum*. Andegavi typis Richardi Picqnot 1528. in 4. Vidi.

*Lecturam in 1. & 2. Sententiarum*, sub titulo: *Parvus Scotus Lavallensis*. Ibidem, ac eisdem typis, & Compluti 1527. in 4. Vidi. Floruit circa annum 1530. Eum celebrat Uvadingus ex Tosigniano, Dupinus, sæculo 17. ac Fr. Petrus de Alva in sua Militia, col. 1034.

MATURINUS GILBERTI, Gallus, Provinc. Aquitanæ filius, insignis Theologus, ac Vir spiritu prophetiæ clarus ad Indos Occidentales profectus, scripsit lingua Terascana, qua utuntur Mechoacani:

*Doctrina Christianæ magnum volumen, in quo perfectè, & completè quidquid ad vitam, & conversationem Christianam spectari potest, declarat, impressum in fol. Mechoacæ, teste Torquemada, tom. 3. Historiæ Provinciæ Sancti Evangelij, cap. 23.*

*Artem, ac Vocabularium ad usum Indorum Grammaticorum, sermone Latino. Ars impressa fuit Mexici anno 1559. apud Antonium de Espinosa, uti narrat Fr. Augustinus Ventancurt in suo Monologio Franciscano, subdens scripsisse etiam lingua Terascana;*

*Cur te Christus amat? Sapis Quadrate.  
Cur te Christus amat? Doces Quadrate.  
Cur te Christus amat? Rogas Quadrate.  
At non quod sapis, & doces, & oras.  
Prodest tam tibi, mi Quadrate, quam quod;  
(vis paucis referam?) alter es Jobelus.*

MAURITIUS CENTINUS, Afculanus, Picenus, ex Minoritis Conventualibus, in Ferrariensi Universitate Sacræ Theologiæ Doctor, exaravit ad mentem Scoti:

*Disputationes Theologicas de Incarnatione, & de Sacramentis. Messanæ anno 1637. tomis duobus. Ibidem apud Viduam Joannis Francisci Bianchi 1637. volum. 1. in fol. Vidi. Insuper, Uvadingo teste, elaboravit,*

*Sacrorum Epigrammatum, lib. 1.*

*De Laudibus Polesij Montis Afculani, & de Immortalitate, lib. 1. Floruit circa annum 1640.*

MAURITIUS GAMBORINUS, Sabaudus, Provinciæ Genuensis Minorum Capuccinorum alumnus, Positivæ, & Scholasticæ Theologiæ Professor, Apostolicus Præfectus Missionis Tononiensis de mandato Clementis VIII. scripsit:

*Catechismum, seu Doctrinam Christianam, & Catholicam cum methodo se occupandi in exercitijs Fidei, quam tenet, & profitetur Sancta Romana Ecclesia. Opus, Genuensi teste, verè doctissimum, facili methodo, simul & dogmatico conscrip-*

*Dialogum. Scripsit demùm plures alios libros eodem idiomate, Authore mihi laudato Torquemada ibidem lib. 20. cap. 55.*

MATURINUS QUADRATUS, Ebroicus, Minorita, cui ad reliqua virtutis ornamenta Doctoratus laurea Parisijs accessit, in explicandis quibusdam Prophetijs ingenij sui vela evolvit. Edidit enim

*Homilias XXI. in Malachiam Prophetam. Parisijs apud Sebastianum Nivellium 1575. in 8. Vidi.*

*Homilias XXIX. in Amos Prophetam. Ibidem typis Michaelis Sonnij 1587. in 8. Vidi.*

*Homilias XX. in Joëlem Prophetam. Ibidem apud eundem 1582. in 8. Vidi. Authori cantavit noster Yvellinus hoc Endecasylabum:*

tum: quod non modò Illustrissimo, & Reverendissimo Taurinensi Archiepiscopo, sed & Romano Pontifici oblatum, à Sapientioribus, & Eminentissimis DD. Cardinalibus Afculano, & Bellarmino examinatum vnanimè universonum sensus atque consensu comprobatum, typis excusum prodijt Taurini, apud Joannem Dominicum Tarinum, anno 1601. & denudò anno 1607. non sine magna fidelium utilitate, specialique Catholicæ Fidei incremento. Scripsit etiam:

*Commentaria in quatuor libros Sententiarum Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ ab eodem compilata, & explicata Genuæ in Conventu S. Barnabæ ann. ab Incarnatione Domini 1595. Habentur M. S. in Bibliotheca Genuensi Immaculatæ Conceptionis PP. Capuccinorum. Eum celebrat post Rossotum, & Uvadingum, verbo Mauritijs de la Morra, laudatus Genuensis. Obijt devotissimè anno 1613.*

MAURITIUS HYBERNICUS, Minorita, cujus cognomen, & alia scitu digna non habentur, eruditam composuit:

*Summam distinctionum de his, que in Scripturis Sacris continentur.*

No-

*Nonaginta Distinctiones per Alphabeti seriem Concionatoribus utiles, extant M. S. sat vetustis characteribus in Bibliotheca Coenobij S. Dominici Neapoli. Incipiunt, teste Tosigniano: Circa Objectionem. Ravennæ quoque, & Afsijs in Bibliotheca Minorum Conventualium, & in pluribus alijs Bibliothecis. In Regia Galliarum Bibliotheca, cod. 4285. & 5674. habetur sub hoc titulo: Fr. Mauritijs de Ordine Fratrum Minorum distinctiones mille centum undecim ordine Alphabetico disposita, que incipiunt A. Circa abjectionem nota. Clarebat circa annum 1280. Confule Historiam Universitatis Parisiensis, sæculo 5. ad annum 1275. fol. 411. Hunc, sed perperam Ordini suo Prædicatorum adscribit Fr. Ambrosius de Altamura ad annum 1277. pag. 47.*

MAURITIUS HYLARETUS, Gallus, Engolismensis, Theologus Parisiensis, Aurelianensis Urbis Ecclesiastes ordinarius, cui Cives ob zelum, & labores ingentes in propugnanda Fide Catholica adversus Calvinianos Hæreticos,

ancam statuam inscriptione conjuncta posuerunt, nam apud eos obiit; posteris reliquit:

*Concionum Quadragesimalium tomis duos. Lugduni apud Hæredes Gulielmi Rovilij, anno 1590. in 8. sub titulo: Sacrae Decades quinque partitæ. Vi di. Insuper tomis duobus in 4. evulgavit:*

*Concionum per Adventum Enneades Sacras quatuor, Homilias triginta sex complectentes, è quibus viginti septem priores Joëlem Prophetam explicant, novem verò posteriores Evangelia Adventus, & festorum per id tempus occurrentium explanant. Hæc autem omnia Parisijs anno 1587. & 1589. apud Sebastianum, & Robertum Nivellios, anno 1591. Lugduni apud Gulielmum Rovillium fuerunt excusæ, cum Viri probi advocati studio Gallicè collecta fuissent; sed & Parisijs anno 1604. apud Claudium Chapelet prodierunt. Vidi. Franciscus autem Fevardentius Mauritium ipsum carmine descevit, Theologus insignis, Ecclesiastem eximium. Elogium subijcio Fr. Joannis Picardi Minoritæ.*

*Mirantur docti, quos mittis ab Urbe libellos,  
Et scriptis gaudent nunc Hylarete tuis.  
Doctrina, ingenijque latet vis magna sub illis;  
Hinc (sit crede mihi) doctus ubique manes.  
Et pius, & doctus, fama super æthera notus,  
Atque tuum nomen semper in ore Virum.*

Obijt anno 1592. die 1. Januarij. De eo pertractant Uvadingus, Bartholomæus Laurentius in Indice AA. qui de Prædicatione S. Jacobi in Hispania scripserunt, Possévinus, & Carolus Saufeyo, lib. 16. Annal. Ecclesiæ Aurelianensis, num. 9. & alibi.

MAURITIUS PHILIPPI, ex Recolectis Provinciæ Flandriæ, Sacræ Theologiæ Professor, apud Bibliothecam Tellerianam, pag. 96. laudatur, cæu à quo prodijt opus prænotatum:

*Directorium Conscientiæ circa difficiliores casus. Bruxellis litteris Francisci Foppens 1674. in 8. magno.*

MAURITIUS DE PORTU FILIUS, Hybernus Ophibilla, Hybernus, Vir doctissimus, in Peripateticis, & Theologicis versatus, à multis, Flos Mundi, propter vitæ candorem, & scientiæ eminentiam nuncupatus. Cum à juventute annos quadraginta in Italia inter Patres

Conventuales versaretur, & diù in Universitate Patavina publicè Theologiam proficeretur, à Julio II. Archiepiscopo Tuamensis in Hybernia renunciatus est. Totus in explicanda sui conterranei Scoti doctrina occupatus, multa in hunc præcipuè finem opera composuit. Quæ occurrunt, hæc sunt:

*Theoremata de mente Scoti. Prodierunt Venetijs apud Lazarum Soardum, anno 1514. in 8.*

*Quæstiones ejusdem in Porphyrium, vni-versamque Logicam notis illustravit. Ibidem apud Simonem de Luere, anno 1500. in fol.*

*Libros 4. Sententiarum scripti Oxoniensis castigavit. Lugduni Jacobus Mit emisit anno 1520.*

*Reportata ab eodem recognita. Edidit Joannes Gracius anno 1518.*

*Epitomata in formalitates Scoti. Ibidem in 8. & Venetijs 1514.*

Com-

*Commentaria in 4. Sententiarum Francisci Mayron, Minorita*, recognovit, ac Postillis illustravit juxta editionem factam Venetijs apud Luceantonium 1519. in fol. Vidi. Pariter novis additionibus illustravit:

*Tractatum Stephani Brulifer de formatibus Scoti*, editum Venetijs 1505. in fol. absque Typographi nomine. Vidi. Scripsit insuper:

*Concordantias, & castigaciones in Metaphysicis Doctoris Subtilis*. Venetijs expensis Octaviani Scoti 1501. in fol. Vidi.

*Compendium Veritatum quatuor librorum Sententiarum*, carmine Leonino. Prodiit Venetijs ex typographia Simonis de Luere 1505. in 4. Vidi. Incipit: *Res, & signa sunt doctrinae duo membra*. Præterea vulgavit:

*Epitomata de rerum contingentia, & Divina predestinatione*. Ibidem eodem anno, & eisdem formis. Vidi. Incipit: *Pro rerum contingentia*.

*Enchiridion Fidei*. Ibidem apud Octavianum Scotum 1591. in 4. teste Uvadingo, ex quo, ac Toligniano,

*Universam Scoti doctrinam Notis, & Postillis elucidavit.*

*Ejusdem Subtilis Doctoris Vitam composuit.*

*Dictionarium Sacre Scripturæ*, quod primò editum est Venetijs jubente Matthæo Zane, Patriarcha Veneto, an. 1603. apud Joan. Antonium, & Jacobum Franciscum, quamvis non extet, nisi usque ad litteram E. inclusivè. Quem ex Joanne Camers in Commentarijs ad caput 35. Solini, extat apud Uvadingum hujus clarissimi Viri honorifica mentio. *Annis*, inquit, *ab his proximis excelluit ex Hybernia oriundus, Mauritius à Portu, D. Francisci Ord. professor, in Dialecticis, utraque Philosophia, Metaphysicis, & Sacra Theologia plurimum eruditus, vix insuper dici potest, qua humanitate, quavè morum sanctimonia præditus fuerit. Is cum annis plurimis in Patavino Gymnasio bonas artes docuisset, cum summa omnium gratia, ob ejus singularem eruditionem, ac candidissimos mores, à Julio II. Pont. Max. in Tuamensem Archiepiscopum creatus est: quo cum relicta Italia, bellis in ea sævientibus proficisceretur non multum post, magna studiorum jactura, cum nondùm 50. sue ætatis attigisset annam, mortem obiit. Erant plurima sue doctrinæ in manibus monumenta; sed ea ob immaturam ejus mortem edere non licuit. Quantum fuerit inter eum dùm*

*viveret, & me necessitudinis vinculum, testantur sexcenta Epistola, quas plenas charitatis indicia, varijs temporibus ad me dedit. Eis (quanta verè amicitia vis) post amici obitum relegens, soleo assidue recreari.*

Interfuit Concilio Lateranensi sub Julio II. anno 1522. subscripsitque Actis in primis duabus Sessibus. Anno sequenti in Patriam reversus omnium Gentilium applausu exceptus est; sed cum multi vendique concurrerent, ut primam ejus Missam audirent allecti fama facultatis, quam habebat à Pontifice largissimas concedendi Indulgentias eis, qui inter essent, obiit anno 1514. 8. Kal. Junij.

**MAURITIUS SARRALIA A MONTE REGALI**, Minorita, Italus, edidit: *Compendium Summe Angelicæ* impressum Cunei apud Christophorum Strabellum 1628. teste Rossoro de Scriptoribus Pedemontij, littera M.

**MAURITIUS TOLONIENSIS**, Gallus, Capuccinus, Provinciæ S. Ludovici alumnus, Vir Sacerdotio venerandus, ac erga peste laborantes charitate insignis; scripsit:

*Tractatum de ordine servando in Civitatibus, & alijs Locis tempore pestis, dùm morbo epidemico vexantur: addita methodo ad conficiendas suffumigationes, & alias purificationes necessarias.*

*Libellum Apologeticum adversus impugnantes suffumigationes, qua debent necessario fieri tempore pestis.*

*Narrationem compendiosam FF. Capuccinorum, qui in Civitate Genuensi, & Suburbij peste infectis ministrarunt, & pro charitate fratribusque suis animas posuerunt.* Hos tractatus adhuc M. S. vertit in idioma Italicum, locupletavit, novaque methodo conscripsit P. Ambrosius Genuensis, Capuccinus, ejusdem Provinciæ Concionator eruditus, ac Sacræ Theologiæ Professor, illosque prælo submisit Genuæ anno 1661. apud Petrum Joann. Calenzanum in 4. Scripsit pariter Mauritius Gallicè, & typis dedit alterum volumen, cujus titulus est:

*Capuccinus charitatè docens remedia pro tempore pestis.* Parisijs apud Viduam Dionysij Thierry, anno 1662. in 8. Obijt Toloni anno 1668. Ex Genuensi, pag. 247.

**MAURUS A GRIESKIRCH**, Capuccinus, natione Germanus, in Provincia Tirolis ob eximiam ejus doctrinam, salutaris animarum zelum, ac Apostolicum con-

concionandi spiritum maximè commendatus, edidit:

*Concionum per annum, Adventum, & Quadragesimam.* Tom. 4: Augusta Vin-delicorum anno 1684.

*Horologium excitationum Mysticum* 1689. Ex Genuensi laudato.

**MAURUS A VALENTIA**, Hispanus, Valentiniæ Provinciæ Minorum Capuccinorum alumnus, Concionator Regius, ac magni nominis, eloquens, & eruditus, ac Sacræ Theologiæ Scholasticæ Facultatis Professor egregius: Vir quidem diligens litterarum, sed diligentior evangelicarum virtutum cultor, evulgavit Hispanico idiomate:

*Sermones varios de Sanctis, & præcipuè de Sancta Teresa, & alias quatuor Beatis; scilicet, Ignatio, Francisco Xaverio,*

*Philippo, & Isidoro à Sanctissimo D. N. Gregorio Papa XV. in Sanctorum numero relatis.* Mattiæ anno 1625.

*Orationem funebrem Sørenissimæ D. Margaritæ Austriæ.* Ibidem 1626. Vidi.

*Orationem gravissimam de S. Teresa à Jesu, Mattiæ habitam.* Prodiit ibidem ex Regia typographia 1627. in 4.

*Conciones Quadragesimales valdè eruditæ, & Morales.* Ibidem 1637. De eo post Uvadingum, ac Nicolaum Antonium meminuit Genuensis, pag. 247. Laudatur ab Illustratissimis Barcia, & Caramuel, apud Bibliothecam Valentiniam, pag. 331. Obijt in Patria, anno 1637. die 24. Januarij, in cujus laudem, hoc concinnavit Epitaphium Franciscus Cros Valentinius, dignitate Sacerdos, editum Valentiniæ typis Joannis Baptistæ Marzal 1637. in 4.

Esta que admiras losa, ò Peregrino!

Corona es temporal del nacimiento,  
Que en las sienes del tiempo al llamamiento  
Los triumphos de la vida le previno.

Esta, yà entre sus pàramos el lino  
Rafga de vna mortaja, y ceniciento,  
Del cadaver que incluye es Monumento,  
Y hado, en fin, es vulgar: comun destino!

Yaze en ella: No yaze, que en desvelos  
De perpetuas memorias està vivo,  
Que à pesar del olvido vive Mauro.

MAURO, que aviva Estrellas en los Cielos:  
MAURO, que fue en su Patria dulce Olivo:  
MAURO, que huyò en la agena el triunfo, el lauro.

**MAXIMIANUS BENIAMUS**, Crementis, Minorita, primò hæreticæ pravitatis Inquisitor Paduæ, demùm à Sixto V. Pontifice Maximo Episcopus Clodienfis, quæ olim *fossa Clodia* dicebatur, effectus, edidit:

*Quisdam Orationis stylo non minus eleganti, quam erudito, Rodulpho teste, cui adhæret Uvadingus.*

**MAXIMILIANUS DEGENDORFENSIS**, Bermanus, ex Minoritis Capuccinis Tirolensis Provinciæ, Sacræ Theologiæ Prælector, Novitiorum Ma-

gister, Vir pius, latinè scripsit, recensente Authore Bibliothecæ Scriptorum Capuccinorum, pag. 247. ac typis commisit:

*Exercitia spiritualia*, sub titulo: *Flores Rosarum, & Lilia Convallium*. Monachi in Bavaria anno 1658. Elaboravit etiam patrio idiomate, & evulgavit:

*Epitome Anualium FF. Minorum Capuccinorum* P. Zachariæ Boverij, Ibidem 1664. tom. 1. in 4.

**MAXIMILIANUS LENGLENS**, Flander, Minister Provincialis Provinciæ Flan-

Flandriæ Minorum Recolletorum, sermone patrio edidit:

*Scholam B. Mariæ Virginis*. Montibus, apud Franciscum de Uvaude 1636. in 8. Vidi. Insupèr eodem idiomate:

*Maternalia consilia Virginis Mariæ*, sub titulo: *Boni Consilij honoratæ*, anno 1652. in 16. Vidi.

MAXIMILIANUS VOLATERRANUS, Minorita, vti ex Uvadingo recenset Fr. Bernardus Sannig in Synopsi Scriptorum, edidit:

*Lecturam doctam in Scriptum Oxoniense Doctores Subtilis*. Floruit anno 1405.

MAXIMINUS AQUENSIS, seu DE AIX, Gallus, Provinciæ S. Ludovici Minorum Capuccinorum Theologus, Vir probatus, ac candidis moribus ornatus, ac indagandis, exponendisque Sacris Scripturis versatissimus, ad litteras vernaculè redegit, ac emisit:

*Reflexiones super veritates Evangelicas adversus quosdam Traductores corruptores Testamenti novi*. Treberi apud Joannem Molin 1681. in 4. Ex Genuensi, & Dupin, sæc. 17.

MAXIMUS DE GUECHEN, Capuccinus, natione Gallus, in Provincia Lugdunensi, Geometricis, ac Mathematicis Facultatibus excellens, jussis obtemperans sui Superioris, delineavit, sculpsit, ac typis submisit:

*Geographicam descriptionem omnium Provinciarum, ac Conventuum Familie Capuccinorum, secundum veram illorum distantiam, servata etiam Climatam constitutione*. Romæ 1643. in fol. & Taurini anno 1649. Testatur Genuensis, pag. 248.

MAXIMUS A PANORMO, Italus, Sacræ Theologiæ Lector, Concionator Generalis, Panormitanæ Provinciæ Regul. Observantiæ, vernaculè evulgavit:

*Orationem funebrem in obitu Philippi IV. Hispaniarum Regis*. Panormi apud Buam 1666. in 4.

*De Solemnitatibus Panormi factis pro Canonizatione S. Petri de Alcantara*. Ibidem apud Petrum de Isola 1669. in 4. Vidi.

*Panegyrim de S. Francisco de Borja in ejus Canonizatione*. Ibidem apud Petrum Copolam 1671. in 4.

*Panegyrim de S. Joanne à Cruce in ejus Beatificatione*. Ibidem, ac eisdem typis 1675. in 4.

*Orationem funebrem in Exequijs Comi-*

*tissæ de Modica D. Ludovici Cabrera*. Ibidem in 4. Latine solum edidit:

*Orationem panegyricam in funere Illustrissimi Domini D. Julij Stella Veliternæ Civitatis Gubernatoris*. Velitrij typis Biantioni 1658. in fol. Dum multa alia editioni parabat, decessit in Patria anno 1692. in Cœnobio S. Mariæ Angelorum, in cujus Bibliotheca asservantur inedita, hæc alia sui ingenij monumenta.

*Anagrammata, Epigrammata, & Epitaphia*.

*Quadragesimale primum, secundum, & tertium*.

*Carmina varia*, idiomate Italico. Fides sit apud Antonium Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ. Hujus Maximi habes egregia Latina.

*Carmina in laudem Orani Ximenij* editi Romæ anno 1658. Vidi.

MAXIMUS A PUSTITIO, Minorita, Italus, Provinciæ Basilicatæ, composuit:

*Descriptionem suæ Provinciæ*, quam ineditam testatur habuisse nosser Alva in sua Militia Universalis, col. 1042.

MAXIMUS A VALENZA, Italus, ex Minoritis Capuccinis Mediolanensis Provinciæ, Concionator, ac iteratò Guadianus, vernaculè edidit opus vtilissimum, sub titulo:

*Lectonarium Catechisticum*. Prodiit Mediolani ex typographia Josephi Maletesta 1714. in 8. Vidi.

MEDARDUS COMPENDIENSIS, Gallus, Provinciæ Parisiensis Minorum Capuccinorum Concionator, Vir doctrinæ, ac religiosæ disciplinæ titulis ornatus, Gallico idiomate descripsit:

*Historiam Sacræ Imaginis Beatæ Mariæ Virginis*, sub titulo: *Domine Pacis, qua colitur in Sacello majoris Ecclesiæ nostri Conventus Parisiensis*. Parisijs apud Dionysium Thierry, anno 1659. Ex Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum.

MELCHIOR A S. AGNETE, Hispanus, Cantabricus, professione emissus in Discalceatâ S. Pauli Provinciæ, ac ibidem litteris instructus, & Provinciæ S. Gregorij in Philippinis Insulis sociatus, composuit:

*Dictionarium Trilinguæ Tagalicum, Hispanicum, ac Cantabricum*. Adhuc ineditum extabat in 4. anno 1729. teste Fr. Josepho de Sancta Ella, Discalceatæ Provinciæ S. Gregorij Pro-Ministro.

MELCHIOR AMICUS. Vide immediate verbo: *Melchior Amigo*.

MEL-

MELCHIOR AMIGO, Hispanus, ex Regul. Observantiæ Provinciæ Cantabriæ, studentium, vt ajunt, Magister, ac Conventualis Concionator, stylo signavit, publicique juris fecit:

*De solemnij Urbis Victoriæ pro Canonizatione S. Catharinæ Bononiensis*, eruditum Opusculum, ibidem editum per Antonium de Zafra, anno 1714.

*Concionem de S. Francisco de Paula*. Hispani typis Francisci Garay 1712.

*Stationem ad S. Elisabetham Hungariæ primò*, Victoriæ anno 1726. secundò, Cæsaraugustæ formis Petri Ximenez, impressam anno 1728.

*De solemnij Urbis Victoriæ pro Canonizatione S. Sanctorum Ordinis Minorum*, sub titulo: *Quinquagesimo Seraphico festivo, Concione adjecta de B. Salvatore ab Hortis, Victoriæ apud Bartholomæum Riesgo* 1728. in 4.

*Stationem ad S. Parentem Augustinum*. Ibidem per eundem anno 1731. Ex relatu laudatâ Provinciæ.

MELCHIOR AB ANGELIS, Minorita, Hispanus, vernaculè edidit:

*Conciones varias*. Ejus sermo de Fide citatur à Fr. Antonio Daza apud nostrum Alva, col. 1043.

MELCHIOR ANTUERPIENSIS, Regul. Observantiæ Provinciæ Romanæ alumnus, postquam per aliquot annos Jerusalem habitavit, edidit:

*Officia Patriarcharum, Prophetarum, Martyrum, & Confessorum, qui in Terræ Sanctæ locis coluntur*. Venetijs apud Melchiorinum, anno 1623. in 16. Ex Laistor tom. 2. Universi calamo delineati, pag. 423. & Uvadingo.

MELCHIOR CETINA, Hispanus, Regul. Observantiæ Provinciæ Castellæ Guardianus Occaniensis, ac Complutensis, necnon Diffinitor vernaculè scripsit ad Margaritam Austriacam Hispaniarum Reginam:

*Discursus, seu varios tractatus super vitam, & miracula S. Didaci*. Matriti per Ludovicum Sanchez, anno 1609. Vidi. Insupèr:

*Exhortationem ad devotionem Deiparæ semper Virginis*. Compluti 1618. in 8. in officina Viduæ Andreæ Sanchez de Ezpeleta. Vidi. *Accedunt nonnulla exercitia devota in gratiam Servorum ejusdem Purissimæ Domine, cum ejus Litanij specialibus*, Hispanico idiomate.

MELCHIOR FLAVIUS, Guadianus, seu Prefectus Cœnobij magni Tom. II.

Tolosani S. Pij V. Pœnitentiarius, & Henrici Secundi Galliarum Regis Concionator, scripsit:

*Epitome omnium Christi Mysteriorum, & Summam totius Sacræ Scripturæ*. Parisijs apud Petrum Huiller 1566. in 4. Regali. Vidi. Laudatur ab Illustrissimo Antonio Augustino Episcopo Tarraconensi in sua Bibliotheca excusa Tarracone 1586. in 4. Indistinctum est ab opere egregio apud Uvadingum inscripto:

*De Regno Christi, de quo ipse Dominus locutus est per dies quadraginta, quem laborem, omnium Christi mysteriorum compendium, & Concionatoribus perquam vtilem dicavit Carolo Nono Galliarum Regi*. Prodiit Lovanii, anno 1568. & Parisijs anno 1579. apud Gulielmum Nuam.

*Resolutiones in 4. libros Sententiarum Scoti*. Parisijs, studio Fr. Joannis Forfani Minoritæ, in officina Guilielmi de la Nove 1579. in 4. magno. Venetijs per Hæredes Melchioris Sesse, tom. 5. in 8. 1580. Vidi.

*De Animabus separatis, & in Purgatorio existentibus*. Duaci typis Caroli Boscar 1606. in 16. Vidi. Huic editioni à fol. 491. accesserunt *Varij Sermones funebres*, Gallico quoque idiomate. Initium primi, sub themate: *Anima nostra, &c.* Ps. 113. Demùm, recensente Uvadingo:

*Orationem de vera Religione, Gallicè, ac Latine ad Regem Galliarum*.

*De statu animarum post mortem*. Gallicè prodiit Parisijs anno 1570.

MELCHIOR A S. FRANCISCO SPINOLA, Hispanus, in Discalceata Provinciæ Baticæ strictior, Observantiæ, ac litteris apprime excultus, ad S. Evangelij Provinciam gradu factò, Conventualis Prædicator magni Mexicani Conventus, Missionarius Apostolicus, S. Officij Qualificator factus, ingeniosam Concionem ibidem habitam, videlicet:

*Panegyrim de S. P. N. Francisco*, typis dedit Viduæ Francisci Rodriguez, anno 1715. in 4. Vidi.

MELCHIOR FRIZOLIUS, Italus, Parmensis, Minorita eruditus, struxit:

*Commentaria in Psalmos*, de quibus agit Jacobus Le-Long, pag. 734. suæ Bibliothecæ Sacræ. Insupèr, teste Uvadingo, Tosigniano, & Illustrissimo Góngaga:

*De Anima libros tres*, ad Ludovicum Mariam Ducem Mediolanensem.

*Tractatum de Anima*, per modum Dialogi lingua Etrusca. Objit anno 1520. in æde Parmensi D. Francisci, vbi hoc ejus legitur epitaphium:

Signiferi formam, genti Frizola, Melchior nomen  
 Extitit amplexo, Patria Parma Mihi.  
 Doctrina, & senio rutilans, tria scripta peregi  
 Psalmorum, ac Animæ, Spirituumque simul.

**MELCHIOR DE GRATIA**, in sæculo *Sotelo*, Hispanus, Vir sanguine nobilis, sed nobilior insigni sanctimoniam, ac virtute, in Provincia primum S. Gabrielis militiæ Seraphicæ nomen dedit, septem verò annis transactis, ad S. Josephi Discalceatorum Provinciam gradum faciens, veram sapientiam, quæ à Deo intimè docetur, sacris revelationibus illustratus meruit adipisci: adeò acutè, solidèque ea, de quibus consulebatur, Sacrorum Bibliorum loca explanare consueverat, vt velut Paraphrastes quidam arcanorum Dei mysteriorum meritò existimaretur. Scripsit, non tamen edidit:

*De mortificatione membrorum Sacris Vulneribus Salvatoris correspondente*, vt ipse à Domino Crucifixo didicit. Evulgavit verò:

*Tractatulos breves de Oratione Mentali* pietatem sectantibus apprime vtilis, quorum memoriam fecit Martinus à S. Josepho, lib. 2. suorum Chronicorum, cap. 11. & Joannes à S. Maria, lib. 2. suorum Chronic. cap. 31. fol. 512. & 521. Obdormivit in Domino cantantibus Angelis ejusque corpus in Matritensi S. Bernardini Conventu sepultum, aliquot post annos integrum repertum fuit. Consule Chronologos Provincie S. Gabrielis, ac tom. 1. Chronicorum S. Pauli, lib. 2. cap. 20. fol. 224.

**MELCHIOR HUELAMO**, Hispanus, Provincie Carthaginensis, Regul. Observ. celebris Ecclesiastes, scripsit Hispanicè:

*Discursus predicabiles super Salve Regina*. Conchæ apud Cornelium Bodan 1601. in 4. Vidi.

*Discursus de Nativitate Virginis*. Ibidem.

*Discursus de S. P. N. Francisco*. Ibidem.

*Discursus de Defunctis*. Ibidem, in eodem tomo.

*Discursus predicabiles super Sacre Missæ Mysteria*. Barcinone apud Sebastianum Cormellas 1597. in 4. Multis additionibus locupetatum prodijt Conchæ ex of-

ficina Michaelis Serrano 1600. in 4. Vidi. Prima editio facta fuit Conchæ 1595. in 4. Demùm, ibidem apud Ludovicum Garcia Cano 1604. in 4. magno.

*Epitome 20. Discursuum predicabilium super Mysteria Missæ cum Elencho Sermonum*. Ibidem. Ad calcem laudatæ editionis. Vidi.

*Vitam, & miracula S. Ginesij de la Xara, & res notabiles Monasterij Ordinis Minorum Regul. Observ. in Regno Murciano, & Provincia Carthaginensi, ejus nominè dicati*. Murcia per Augustinum Martinez 1607. in 4.

*Historiolam omnium Fratrum, & Sororum, qui in Provincia Carthaginensi ab anno 1500. usque ad 1617. sanctitate, ac pietate floruerunt*. Conchæ apud Dominicum de Ecclesia anno 1617. in 4. Vidi.

**MELCHIOR DE JEBRA**, Hispanus, Regul. Observ. Provincie Castellane, à Confessionibus Discalceatorum Regij Matritensis Conventus Dei, Guardianus Complutensis, ac Diffinitor, Vir puritate conspicuus, rerumque Cælestium contemplationi adhaerens, qui à Sancto Joanne Evangelista non semel visitari promeruit, scripsit:

*De Passione Domini* vernaculè, vti ex Rebolledo recenset Nicolaus Antonius, tom. 2. pag. 99. Insuper eodem sermone opus inscriptum:

*Refugium infirmarum, seu de adjuvandis moribundis*. Matriti 1592. in fol. teste Uvadingo. Ibidem apud Ludovicum Sanchez in 8. apud Ludovicum Sanchez in 8. apud Nicolaum Antonium. Editio, quæ vtor facta est ibidem, ac eisdem typis, anno 1593. in 4. Opus est tripartitum, ad cujus calcem Mantissæ loco appenditur vernaculè:

*Expositio Alphabeti Religiosi S. Bonaventuræ*. Obijt sanctitatis fama insignitus, Toleti, apud suos tumulatus anno 1586. Ejus acta conscripsit Fr. Eusebius Gonzalez, tom. 6. Chronic. Ordinis, lib. 3. cap. 31. pag. 479.

**MELCHIOR A S. MARIA**, Toletanus, Hispanus, dum Sacris Concionibus in S. Laurentij Concheni Conventu Provincie Discalceatorum S. Josephi operam daret, edidit Concionum volumen, sub hoc titulo:

*Quadragesimale Discalceati*. Conchæ apud Salvatorem de Viader 1635. in 4. Vidi. Spem facit ejus in Prologo *Adventualis cum festiuitatibus Sanctorum, ac Dominicarum ad Resurrectionem usque occurrentium* à se publicandi.

**MELCHIOR AB ORIOLANO**, Capuccinus, natione Hispanus, Provincie Valentiniæ filius, Joannis Garcia Episcopi Oriolensis, doctrina, ac pietate insignis, germanus frater, Concionator Apostolicus, ac Vir admirandæ humilitatis, paupertatis, & abstinentiæ. Scripsisse ferunt, inquit Genuentis, pag. 249. ac typis evulgasse:

*Sermones aliquot de Passione Domini, & de Beatissima Virgine*, qui fuerunt impressi Valentiniæ anno 1610. Obijt sanctissimè in Conventu Albayde, suæ Provincie, in quo Guardianum agebat, anno 1614. Laudatur pag. 335. Bibliothecæ Valentiniæ, minimè verò à D. Nicolao Antonio.

**MELCHIOR DE RIOIA**, Minorita, Hispanus, recensente Nicolao Antonio, tom. 2. Biblioth. Hispanæ, pag. 100. vernaculè vulgavit:

*De Examine Conscientiæ*, volumen in 8. impressum Leodij apud Gualterium Morberium 1579.

**MELITHON DE FONTAINE**, Minorita, Flander, Sacre Theologiæ Doctor, edidit:

*Concordiam plurium paradoxarum in B. Virgine, & alia de ejus Immaculata Conceptione*. Montibus anno 1645. in chartis expansis, teste Fr. Petro de Alva, col. 1046. suæ Militiæ.

**MICHAEL DE AGIA**, Hispanus, gente Valentinus, Regul. Observantiæ Theologus in Guatemalensi Occidentali Indorum Provincia, scripsit Latinè:

*De exhibendis auxilijs, sive de invocatione utriusque brachij*. Matriti 1600. in 4. apud Ludovicum Sanchez, ad Paulam de Laguna Supremi Indiarum Senatus Præsidentem. Vidi. Item vernaculè ex Nicolao Antonio, tom. 2. pag. 102.

*Tractatum, ac consultationem circa personale servitium Indorum*, anno 1604. in fol. Lima Indorum.

**MICHAEL DE AGUAYO**, Hispanus, Tom. II.

nus, Regul. Observantiæ Provincie Castellane, studijs vacans in Complutensi Conventu S. Didaci, tractatum Hispanicum scripsit:

*Adversus tractatum de servitio personali Indorum* Fr. Michaelis de Agia (de quo immediatè egi) teste D. Nicolao Antonio ibidem; sed non rectè ex Fr. Petro Salazario. *Aguayo* confundit cum Fr. Marco *Aguado* ejusdem Provincie alumno, de quo superius.

**MICHAEL DE AGUILAR**, Hispanus, Provincie Granatensis Regul. Observantiæ Lector Jubilatus, ac Diffinitor, emisit:

*Enchiridion predicabile*. Compluti anno 1706. apud Franciscum Ochoa in 8. Vidi.

*Lucem Seraphicam*, id est, *breve compendium Venerab. Tertij Ord. S. P. N. Francisci*. Cordubæ 1709. in 8. Vidi.

**MICHAEL AB ANGELIS**, Lusitanus, ex Minoritis Discalceatis Provincie Arrabidorum, scripsit

*Vitam V. Mariæ à Cruce Tertiarie Franciscane*, (quæ Olivenzæ in Territorio Albeni floruit anno 1635.) ex authenticis informationibus, ex mandato Illustris. Sebastiani de Mattos Episcopi Albenis. Hæc, ejusque Confessarium fuisse recenset ex Cardoso in Agiologio Lusitano die 1. Januarij, Arturus in Ginæceo hac die, §. 8. Ipse attribuit N. Alva, tab. 1. librum in fol. *de Vita Evangelica, & Apostolica, &c.* Barcinone impressum, sed non rectè. Vide inferius *Michael à Purificatione*.

**MICHAEL ANGELUS DE ALMENARA**, Hispanus, Valentiniæ Provincie Regul. Observantiæ Ecclesiastes, ac Diffinitor, multa scripsit in Concionatorum gratiam, ex quibus extant vernaculè:

*Sermones Dominicales post Pentecostem, ac de Festis occurrentibus*. Valentiniæ per Joannem Chrysostomum Garriz 1619. tomis duobus in 4. Vidi. Præterea, Uvadingo, teste emisit:

*Sermones de Adventu*, ibidem impressos.

*Sermones pro Dominicis post Epiphaniam, & post Pascha*. Ibidem anno 1618. Pluribus commendatur in Bibliotheca Valentiniæ, pag. 338.

**MICHAEL ANGELUS ARIMINENSIS**, Italus, Bononientis Provincie Minorum Capuccinorum filius, tertio Provincialis Minister, Commissarius Ge-

neralis, ac Generalis Definitor, & Procurator in Romana Curia, Vir magna perfectionis, elaboravit, sed non emisit:

*Tractatum de Electionibus Regularibus. Resolutiones Morales, & Regulares, vti narrat Genuensis, pag. 252. Obijt Bononiæ 1625.*

MICHAEL ANGELUS DE BERGON, Lugdunensis, causarum forensium quondam Patronus egregius, cum tunc ex Italicis versibus Capoleonis Guelphigij vitam, & Regularem Capuccinorum disciplinam, in carmina Gallica convertisset, & prælo submisisset, tanto fuit erga hoc institutum amore accensus, vt illud post alterum annum professus, optimus evaserit ejusdem infectator, demùm Prædicator effectus, pijsissima opuscula R. P. Alexij Segalæ Salodiensis ejusdem Societatis ex Italico Gallica reddidit, nempe:

*Præxim singularem, & utilissimam virtutis, quæ facillitè hominem ad veram perfectionem ducit.* Lugduni apud Ludovicum Muguet 1615. in 12.

*Artem mirabilem amandi, & colendi Beatam Virginem Mariam.* Ibid. in 12.

*Iter securum Paradisi.* Ibidem fuit reclusum Paris. 1620.

*Triumphum animarum in Purgatorio existentium.* Ibidem.

*Coronam caelestem, seu meditationes pro singulis anni diebus.* Ibidem. Translulit præterea Gallicè:

*Horologium spirituale, seu Conciones de omnibus festis B. V. Mariæ sacris.* Italicè compositas à Francisco de Coriolano, Capuccino. Ibid. Ex Uvadingo, & Genuensi.

MICHAEL ANGELUS DE BOGLIASCO, Italus, Regul. Observantiæ Provinciæ Januensis, vernaculè emisit, opus eruditum, prænotatur:

*Expositio Litteralis, Mystica, Allegorica Mysteriorum Missæ.* Genuæ per Andream Bisetti, anno 1672. in 8. Vidi. Vulgavit quoque:

*Tractatum de scrupulis,* teste Oldoino in suo Athenæo Liguil. pag. 421. Demùm:

*Compendium Indulgentiarum, gratiarumque concessarum à Romanis Pontificibus Confraternitati Funiculi S. Francisci,* impressum Libornij 1670. Laudatur à Fr. Alphonso Josepho de Aranda in suo opere Hispanicè inscripto: *Llave del Paraíso,* fol. 80.

MICHAEL ANGELUS BONADIES SAMBUCA, strictioris Observantiæ Siculæ Provinciæ Minister, Consultor, &

Censor S. Inquisitionis, Provinciarum Cosentia, Florentia, ac Vallis Neri in Sicilia Visitator, Ordinis Generalis à Secretis, bis Generalis Definitor, & denique in Generalibus Communijs in Hispania coactis 8. Junij 1658. ad supremum Ordinis gradum evehctus magna cum acclamatione, caput totius Ordinis eligitur. Eo in munere Prælatorum norma, tanquam sui S. P. Francisci Successor, magna cum vigilantia, & prudentia gubernavit. Generalatus sexennio absoluto, anno 1665. ex Catholici Regis Philippi IV. nominatione ad Ecclesiam Catanensem elevarus est, quamque per annos 21. præclarissimè obtinuit dignitatem. Anno vero 1669. quando ex Æthnæ viscibus torrentes ignei flammæ eructarunt, hinc, indeque concremant, & Catanensem Urbem minantes, provida Pastoris cura, ad placandam Numinis iram, supplicationibus, precibus, gemitibusque cum lachrymis Divinæ indignationi placavit. Habemus sui ingenij monumenta:

*Synodum Catanensem ab eo celebratam, vna cum ejus Decretis.* Catanæ apud Josephum Bisagnium 1668. in 4. Vidi.

*Constitutiones, & Statuta Generalia Cismontana Familia Ord. S. Francisci de Observantia, ex Decretis Capitali Generalis Romani anno 1639. & Toletani anno 1658. compilata, & per Sacram Congregationem super negotijs Episcoporum, & Regularium revisa, & approbata.* Romæ ex typographia Rev. Cam. Apostolica 1663. in 4. Vidi.

*Devota exercitia orationum ardentium pro singulis diebus Septimana.* Catanæ apud Didacum Falsapernan 1678. in 12.

*Propugnaculum honoris Regum Catholicorum, in publicum missum, teste P. Vincentio Coronelli, tom. 6. suæ Bibliothecæ Universalis, num. 1519.* Hoc egregium opus ineditum vidit tomis duobus in fol. in Biblioth. præstantissimi Viri D. Hieronymi septimi Marchionis Ceretana, Antonius Mongitore, qui tom. 2. suæ Bibliothecæ Siculæ etiam testatur reliquisse:

*Sylvam Italicam Conceptuum predicabilium.*

*Sylvam Latinam Conceptuum predicabilium.* Octogenario major Catanæ decessit 17. Augusti anno 1686. & in Cathedrali Ecclesia sepulchro conditus est, vbi ante terremotum memorandum anni 1693. ejus sepulchrum, ac statua videbantur, quibus hæc erat adjecta inscriptio:

Fr.

Fr. D. Michael Angelus Bonadies,  
Minister Generalis totius Ordinis S. Francisci

Anno vigesimo primo sui Pontificatus

Obijt die XXVII. Augusti anno M. DC. LXXXVI.

Hujusce Præsulis meminere cum laude Petrus Tognoletus in Epist. Nuncup. Parad. Seraph. part. 1. & lib. 5. cap. 1. 2. 7. & 9. Dominicus Guglielmus in Catana destructa, pag. 60. & alij apud laudatum Mongitore.

MICHAEL ANGELUS CASSINA; Italus, Capuccinus, Patria Mediolanensis, ejusdem Provinciæ sæpius Diffinitor, Vir singulari insignitè doctrina, ac religiosæ disciplinæ fervidus zelator: qui in declamandis Concionibus eloquens, eruditus, & indefessus, multos vecordes spiritu, & à via veritatis errantes ad Christi semitas perduxit; evulgavit Italicè Concionem ab eo habitam in Ecclesia Metropolitana Mediolanensi in festo S. Caroli Borromæi die 4. Novembris anni 1623. sub titulo:

*Martyrium S. Caroli Borromæi Archiepiscopi Mediolanensis, &c.* Mediolani apud Joannem Baptistam Bidellum 1623. De eo meminit Picinellus in Athenæo Mediolanensi, apud Genuensem, pag. 253.

MICHAEL ANGELUS CATALANO A S. MAURO, Italus, ex Ministro Generali Conventualium Episcopus Iserniensis, emisit, teste Nicolao Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana, volumen in 4.

*Concionum variarum.* Excudit Neapoli Hieronymus Fastulo, anno 1671.

MICHAEL ANGELUS CORLEONENSIS, Italus, è strictiore Observantia Reformatorum Provinciæ Siculæ, in eaque Tironum Moderator, ac iteratò Guardianus, Italicè scripsit:

*Relationem multorum Venerabilium utriusque Observantiæ alumnorum,* in 4.

*Gesta V. P. Fr. Pauli Foresta Regul. Observantiæ,* in 4.

*Vitam, ac miracula devoti P. Archangeli à Corleone,* in 4. Inedita apud se conservabat Petrus Tognoletus, vti narrat part. 1. sui Paradisi Seraphici apud Antonium Mongitore, tom. 2. suæ Bibliothecæ Siculæ.

MICHAEL ANGELUS CORTES, Hispanus, ex Oppido Ibi Valentini Reg. Tom. II.

ni, Sacræ Theologiæ Professor, Guardianum agens in Conventu S. Gregorij Disalceatæ Provinciæ S. Joannis Baptistæ, communem fecit à se habitam:

*Concionem Eucharisticam Virginis de Monserrate.* Valentia per Jaimum Melnier 1695. in 4. Vidi. Laudatur pag. 338. Bibliothecæ Valentinae.

MICHAEL ANGELUS GAROLFUS, Chandace, in Urbe Cretæ Metropoli natus, in Veneta Provinciæ Regularis Observ. nomine dato, sub nostris doctissimi, ac celeberrimi Fr. Francisci à S. Augustino Macedo, & magisterio, scientiarum omnium grande curriculum emensus est, donec ad Episcopatum Traguriente, alijs sanctus munericibus, assumptus fuit. Sed præstat testimonio vti Nicolai Commeni in sua Historia Gymnasij Patavini, lib. 3. cap. 21. *Romam profectus, inquit, paulatim virtute, ac sapientia ducere, ne adversante fortuna, ad dignitates Ordinis affuere, gradatimque in omnibus magna laude versatus est, vna Suprema excepta, quam ne consequeretur in Comitibus Hispanicis, peregrinitas obstavit.* Exinde majoribus titulis inter suos ornatus, summam apud illos, paremque supremam semper auctoritatem obtinuit, spectandusque in Aula Romana, ijs Sacris Cætibus adscriptus est, quibus ad graviora consilia virtus, doctrina, prudentia Religiosorum hominum adhibetur. *Charissimus Alexandro VIII. Pontificij Concionatoris officium biennio tenuit, claruitque in Cetu Purpuratorum Præco Verbi Divini à Pontifice habitus, vt cum ijs dignitatibus cumalaverit, quæ non nisi præcipuis in Curia Romana Præsalibus conceduntur. Majora spectabat à Clemente XI. cujus nondum Pontificis antecessimus fuerat. Vixit in Tragurienti Pontificatu triennio, decessitque sexagenario major anno 1715. & scripsit quæ sequuntur:*

*Conciones tomis duobus expositas, habitasque, vel habendas in Pontificio Sacello.*

*Synopsim eorum, quæ ad Græcorum cum Latinis Controversias pertinent.*

*Confirmationem Scholastico-Dogmaticam Assertionis à Nicolao Commeno Papadopoli propositæ, qua firmatur, ut plerique in Ecclesia Orientali deseruerint, Orientalem Ecclesiam, nihil unquam adversus Orthodoxam veritatem communi suffragio sanxiffe.*

*Theses Theologicas amplissimis datis rationibus constitutas, ac propugnatas Romæ in Comitibus Generalibus.*

*Tomos III. pro Canonizatione B. Jacobi de Marchia* objectum ei vnicum diluente, quorum hic proximè dedimus argumenta, & habemus in Miscellaneis nostris excerptam Epitomen. Hæc Commeni.

MICHAEL ANGELUS DE GATINI, Capuccinus, à Genuensi illaudatus, scripsit:

*Relationem sui Itineris ad Regnum Congo.* Prodiit anno 1674. in 12. & 1680. in 8. ut testatur D. Andreas Barcia in sua Indica Bibliotheca, titulo 2. pag. 33. Consultè tom. 1. hujus Bibliothecæ, verbo *Dionysius Placentinus.*

MICHAEL ANGELUS DE GUEREN, Gallus, Parisiensis, ejusdem Provinciæ Minorum Capuccinorum Sacerdos venerandus; Vir vitæ probitate, humilitate, charitate, ac præsertim orationis assiduitate præclarus: in Theologia Mystica Doctor egregius, ac ad dirigendas animas per viam spiritus valdè peritus; scripsit duo piissima opuscula, quorum titulus est:

*Pietas Agroti Christum sequentis in Hortum, in Prætorium, & in Montem Calvarie.* Ambiani anno 1639. in 8.

*Gressus tres Animæ Christianæ:* quorum primus illam super mundum, & suas vanitates extollit: secundus super corpus suum, & ad patiendum contradictiones illam elevat: tertius ad Cœlestem gloriam eam introducit, postquam Sathanam pedibus conculcavit, illiusque insidias detexit, & fregit in approximatione mortis. Parisijs apud Nicolaum Gobert, anno 1644. in 8. Uvadingo adhærens Fr. Dionysius Genuensis, pag. 253.

MICHAEL ANGELUS, Ligur, è S. Romulo, Prov. Genevæ, scripsit:

*Indicem, seu Dictionarium vocum Latinarum, quibus exponuntur Hebraica, Chaldaica, Syriaca, & Arabice, in Concordantijs Hebraicis Marij de Calasio.* Romæ 1622. Præfuitque magno labore, & vigilantia per biennium impressio prædictarum concordantiarum quatuor magnis voluminibus distinctarum. Vide verbo

*Marius à Calasio.* Pertractant de hoc Michael Uvadingus, & Oldoinus in suo Athenæo Ligulico, fol. 421.

MICHAEL ANGELUS MARULLA DE ALTAMURA, Italus, ex Minoritis Conventualibus, Sac. Theologiæ Magister, ac Diffinitor, in publicum missit anno 1677. in 4.

*Panegyrim de Sancto Nicolao Episcopo,* commendatam à Nicolao Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana.

MICHAEL ANGELUS A NEAPOLI, Prov. Terræ-Laboris Lector emeritus, à Secretis Ordinis, ac demùm Episcopus Jovenacensis, opus edidit, quomanius Minorum teritur, nempe:

*Chronologia Historico-Legalem Ordinis Seraphici.* Prodiit Neapoli ex typographia Camilli Cavalli 1650. in folio. Spem fecit tomi secundi, & insuper describens statum ejusdem Ordinis opus publicavit, cui titulus:

*Asa minor.* Matrili litteris typographiæ Regiæ 1654. in fol. Vidi. Laudatur in Bibliotheca Neapolitana.

MICHAEL ANGELUS A RASENNA, Italus, Provinciæ Romanæ Minorum Capuccinorum Diffinitor, Concionator magni nominis, doctrinæ varietate, & omnigenæ eruditionis ornamentis decorus: qui etiam aliquando Conventum Romanum sub Guardiani titulo prudentissimè, ac sollicitè gubernavit, edidit Italicè:

*Concionem quam habuit in Aula Excellentissimi Senatus Reipublicæ Lucensis die 21. Februarij in secundo Sabbato Quadragesimæ,* anni 1671. Lucæ apud Hieronymum Paci eodem anno. Ex Genuensibus, pag. 253.

MICHAEL ANGELUS ROTHOMAGENSIS, Capuccinus, natione Gallus, prædicatione illustris in sua Normaniæ Provincia, Vir, qui in Vineâ Dei Operator assiduus, Hæreticorum conversioni occupatus, & totus intentus, cum illis sæpissimè publice disputavit, eorumque plurimos sua doctrina sermonibus, scriptis, ac præcipuè Apostolicæ vitæ exemplis ad fidem Catholicam convertit: inter quos etiam ipse Molinaus A catholicorum Magister convictus succubuit: scripsit Gallico idiomate duo volumina, sub hac epigraphæ:

*Agatha Mystica Cœlestis Pirrhi.* Est liber de Controversijs ad Fidem Catholicam spectantibus. Rothomagi apud Joannem de Bovleger, tom. 1. in 8. 1659.

*Veritas Fidei Catholica.* Qui liber, vti recenset Author Bibliothecæ Scriptorum Capuccinorum, pag. 254. ita fuit Catholicis gratus, vt solum trium hebdomadarum spatio omnia ejus exemplaria ad duomillia ascendentia fuerint à Typographo carissimè vendita. Rothomagi apud eundem 1659. tom. 1. in 8.

MICHAEL ANGELUS A S. ROMULO. Vide superius, verbo *Michael Angelus Ligur.*

MICHAEL ANGELUS SCOTUS A VARENA, strictioris Observ. Prov. Mediolanensis, Sacræ Theologiæ Lector, composuit librum, quem inscripsit:

*Regula, & vita Populi Christiani* 12. capita complectens. Uvadingus. Scripsit insuper, non autem edidit:

*De reductione Ecclesiasticorum ad omnia in communi habenda, ut in Primitiva Ecclesia,* lib. vnum.

*De Virtutibus, & vitijs,* librum vnum. Ex Historica descriptione Fr. Joannis à Vacallo laudatæ Provinciæ Chronologi.

MICHAEL ANGELUS TAPIN, Gallus, Cabilonenis, ex Minoritis Capuccinis Lugdunensis Provinciæ, ejusque Theologus, ac Diffinitor, Vir Apostolico charitatis zelo ad animarum salutem imbutus, plurimisque alijs virtutibus commendatus, scripsit, & evulgavit Gallicè:

*Rituale Sacrarum Cæremoniarum pro Fratribus suæ Provinciæ, additis documentis plurimis ad morum politiam spectantibus.* Lugdani apud Ludovicum Mugnet 1639. tacito proprio nomine, & cognomine.

*Librum officiorum à Sodalitate Pœnitentium Sanctissimi Sacramenti solemniter decantandorum: quibus acceperunt diurna pietatis officia.* Ibidem 1646. apud eundem.

*Exercitia devotionis pro directione animarum.* Ibidem apud eundem, anno 1646.

*Statuta, & Regulas pro eadem Sodalitate Sanctissimi Sacramenti Pœnitentium.* Ibidem 1646.

*Methodum bonè consistendi peccata sua, & devotè, ac utilitèr Sacram Eucharistiæ sumendi.* Ibidem 1648. Uvadingus, sed fuisse Genuensis, pag. 254.

MICHAEL ANGELUS DE VALENTIA, Hispanus, Lector Theologus, ac Guardianus Cœnobij Sanguinis Christi, Valentiniæ Provinciæ Minorum Ca-

puccinorum ad Segorgensem Ecclesiam peregrinam habuit

*Orationem de Fonte recuperata à Deipara semper Virgine, de Spe dicta.* Eam excudit Valentiniæ Vincentius Cabrera 1689. in 4. Vidi.

MICHAEL ANGELUS VENETUS, ejusdem Provinciæ Minorum Capuccinorum, Provincialis Minister, Vir morum sanctitate clarus, ac Regiæ Angelorum eximius cultor, ejusdem Sodalitate de Puritate instituta,

*Regulam pro Confratribus composuit,* teste Genuensi, pag. 254. subdente: Nonnulla etiam devotissima opuscula in ejus honorem, & fidelium utilitatem Italicè conscripsisse, quorum aliqua temporis lapsus eripuit: ea verò, quæ supersunt, hunc habent titulum:

*Fasciculus Myrræ quadraginta Meditationum de doloribus Jesu-Christi, & Beatissima Virginis Mariæ.* Venetijs apud Marcum Guariscum, anno 1608. in 12.

*Fasciculus Rosarum variorum exercitiorum spiritualium,* anno 1610. in 8. apud eundem. Obijt sanctè Venetijs anno 1612. inter Beatissimæ Virginis laudes, ejusque vitæ innocentia post ipsius obitum à Deo miraculo fuit illustrata. De eo meminit Boverius, tom. 2. Annalium Capuccinorum, & Uvadingus, lib. de Scriptor. Ord. Minorum.

MICHAEL ANGELUS VENETUS, Minorita, Italus, Fr. Petro de Alva laudante col. 1050. suæ Militiæ, edidit

*Regulam pro Sodalitate Immaculatæ Conceptionis,* Sancti Laurentij in Damaso. Fortassis non distinguunt à Michael Angelo Veneto Capuccino.

MICHAEL ANTONIANO, Hispanus, Regularis Observantiæ Castellani Provinciæ Concionator, Visitatoris Tertiatorum munere fungens, in Complutensi Cœnobio S. Didaci vernaculè emissit:

*Epitome Tertij Ordinis Pœnitentium S. P. N. Francisci.* Editio secunda, qua vtor, facta est Compluti litteris Francisci Garcia Fernandez 1676. in 16.

*Summarium Indulgentiarum concessarum alumnis trium Ordinum S. P. N. Francisci.* Prodiit ibidem ex typographia Universitatis 1659. in 8. Vidi.

MICHAEL ASSENSIVS, Provincie Aragoniæ Regul. Observantiæ, edidit, & auxit librum Fratris Francisci de Robles sui Confodalis, cui titulus:

*Copia, sive ratio Accentuum omnium*

ferè dictionum difficilium, tam Lingua Latina, quam Hebraica, nonnullarumque Graecarum, sed precipue earum, quae in Biblijs, Breviario, & Martyrologio Romano reperiuntur. Caesaraugustae apud Petrum Cabarte, anno 1621. ac 1628. in 8. Vidi. Authorem commendant Uvadingus, Nicolaus Antonius, ac noster Alva in sua Militia.

MICHAEL AVELLAN, Hispanus, Sacrae Theologiae Lector in Carthaginensi Provincia Regul. Observ. & a Confessionibus V. Margaritae a Cruce, in litteras redegit

Declamationem in Solemnis Urbis Granatensis pro Epithalamio Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae. Granatae 1616. in 4. Vidi.

Orationem fanebram in obitu Maribionis de Villa-Real. Matrili in typographia Regia 1628. in 4. Vidi. Insuper collegit, ac in publicum misit vernacule:

Glossus, ac Carmina varia in laudem Immaculatae Conceptionis Matris Admirabilis. Prodierunt primò Malacae, deinde Hispali ex officina Alphonssi Rodriguez Gamarra 1615. in 4. Vidi. Ad Pontificiam dignitatem assumptum fuisse asserit N. Alva, col. 1050. suae Militiae.

MICHAEL A. S. AUTINA, Italus, strictioris Observ. Reformatorum alumnus, exaravit:

Relationem suae Provinciae Ferrae-Laboris, quam ineditam habuisse testatur Fr. Petrus de Alva in sua Militia Universali, col. 1050.

MICHAEL DE BAGNONES, Gallus, ex Parisiensi Prov. Minorum Capuccinorum, munere Concionator, vernacule edidit:

Vitam, & Conversionem Margaritae de Mesple presbiterae Orphanarum Oppidi de Puy, anno 1688. in 8. vti legitur pagina 249. Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum.

MICHAEL BELTRAN, Hispanus, Matritensis, Regul. Observ. Provinciae Castellae, Sacrae Theologiae Lector, ac Regius Concionator, vernacule evulgavit, majorum in Prologo spem faciens

Panegyrica de Sacris Stigmatibus S. P. N. Francisci. Matrili ex typographia Regia 1632. in 4. Vidi. Laudatur a Fr. Petro Alva, tabula 2.

MICHAEL BRUCARDUS, Minorita, testibus Fr. Daniele Agricola, & Antonio Daza, apud laudatum Alva ibidem col. 1052. scripsit:

Apologiam contra Uvandum, & in ea pro Immaculata Conceptione Sacratissimae Virginis.

MICHAEL BURGIIUS, Tertij Ordinis, Provinciae Siculae Provincialis Minister, Vir prudentia, zelo, ac moribus clarus, scripsit, oculatus testis, Italicè:

Historiam suae Provinciae, una cum Vitis suorum alumnorum doctrina, & sanctitate illustratam. Servabatur M. S. in Conventu Drepanitano, ipsamque laudant plures, apud Biblioth. Siculae Antonij Mongitore, quo teste multis additionibus locupletatam in lucem emittere meditabatur anno 1714. P. Fulgentius Possevinus, de quo superius egi. Dierum, ac virtutum onustus, misit ad amicos Epistolam de pijs, Divinisque rebus, sanctè decessit Drepani 9. Januarij, anno 1616. Consule Bordonum in Chron. Tertij Ordinis, cap. 25. num. 8. & alibi pluries.

MICHAEL A. CHARCANO, Mediolanensis, Theologus insignis, & Sacularis litteraturae non ignarus, ingenio subtilis, vita, & conversatione praeclearus, necnon majoris Xenodochij Mediolanensis, ejusque Montis Pietatis inclytus Author, posteritati reliquit:

Compendium omnium Sanctorum Ordinis Minorum, commendatum in Martyrologio Franciscano Arturi ad diem 17. Augusti, §. 4.

Sermones undecim more Scholastico in Decalogum, ex 20. cap. Exodi. Venetijs anno 1492. & 1496. in 4. Vidi.

De quatuor Novissimis. Coloniae anno 1492. in 4. Vidi.

De quatuor reliquijs Peccatorum Captivorum, & suarum filiarum. Mediolani 1495. in 4. Vidi.

Septuaginta septem Sermones in caput 1. Exodi. Prae manibus habebat noster Haye, vti testatur in Indiculo AA. quibus confirmat suos conceptus in Exodum.

Sermones. Venisse Urbe Adriatica typis Francisci Renner 1477. teste Joanne de la Caille de Vitis Typographorum, fol. 22.

Quadragesimale, & Adventuale. Basileae 1479. per Michaellem Uvensler in 4. Legi sub hoc titulo: Quadragesimale, seu Sermonarium duplicatum, scilicet, per Adventum, & Quadragesimam de Penitentia, & ejus partibus. Venetijs apud Nicolaum Franksfort, 3. Idus Decemb. anno 1487. in 4. Vidi.

Sermones alios Quadragesimales de decem Praeceptis. Incipit Prologus: Sapientissimi So-

Solons sententia est, &c. Et à Dominica in Septuagesima cum themate: Sic currite ut comprehendatis. Opus in 4. Venetijs 1492. per Joannem, & Gregorium de Gregorijs fratres. In Prologo fatetur alium tractatum edidisse; nam ait: Cum in alio tractatu quem de moribus, & peccatis nuper edidimus, omiserimus multa, &c. Titulus operis hic est: Michaelis de Mediolano Regul. Observ. Viri Apostolici, ac veritatis Evangelicae ferventissimi praedicatoris, qui tum sanctimonia vita, tum ferventissima Dei praedicatione innumeris meruit coruscare miraculis: Sermones Quadragesimales de decem Praeceptis. Legi.

Methodum consistendi. Venetijs 1513. Ex Ludovico Moreri in suo Dictionario Gallico.

De Fide Christiana, lib. 1. Basileae anno 1479. Insuper opus praenotatum:

Sermonarium triplicatum per Adventum, in quo tractatur de peccato in generali. Et per duas Quadragesimas: in quarum una tractatur de tribus peccatis principalibus, Superbia, Luxuria, & Avaritia cum speciebus, & filiabus suis. In alia verò de reliquis quatuor peccatis Capitalibus, Gula, videlicet, Accidia, Ira, & Invidia cum speciebus, ac etiam filiabus suis diffusè describit: Quod quidem compilatum est per V. F. Michaellem, &c. Venetijs per Franciscum de Hailbrum, & Nicolaum de Franckfordia, socios, anno 1476. in 4. Vidi.

Sermonarium de Commendatione virtutum, & reprobatione vitiorum. Mediolani 1495. in 4. Laudatum à N. Alva, colum. 1052. Extat hujusce honorifica mentio apud Possevinum, Senensem, Uvillotum, Uvadingum. Consule Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 15. Octobris, §. 2.

MICHAEL CALVO, Sicilensis, ex Tertiaris Regularibus Provinciae Siculae, Sacrae Theologiae Magister, Concionator celebris, ac sacrarum litterarum, Sanctorumque Patrum versatissimus, posteris dedit:

Assumpta praedicabilia super omnia Quadragesima Evangelia, Italicè. Panormi apud Nicolaum Buam, & Michaellem Portam-Novam 1645. in 4. Venetijs apud Combum 1649. in 4. & iterum ibidem apud Bertanos 1665. in 4.

Partem secundam. Panormi apud Andream Colicchiam, & Franciscum Terram Novam 1648. in 4. Venetijs apud Junctam, & Babam 1649. & ibidem apud Bertanos 1665. in 4. Sermones hos lau-

tinati donatos à Fr. Brunone Neuser, strict. Observantiae alumno, excudit Coloniae Agrippinae Joannes Bulaus, anno 1668. tomis duobus in 4. Vidi. Emisit insuper vernacule:

Sermones varios. Panormi typis Nicolai Bua 1645. in 8. testibus Uvadingo, & Bordonum. Praelo paraverat:

Conciones de Sanctis occurrentibus in Quadragesima.

Pro Ferijs sextis Quadragesimae. Hebdomadam Sanctam.

Dominicale totius anni. Pietate insignis obiit Sicili anno 1654. Pluribus laudat Antonius Mongitore, tom. 2. Bibliothecae Siculae.

MICHAEL A. CASTROFRANCO, Gallus, Provinciae Aquitaniae Minorum Capuccinorum Theologus, ac eruditus Concionator, Vir in Humanis, ac Sacris Litteris abundè versatus, in cujus corde magnas animarum salutis zelus exarsit, & in Fide Catholica tuenda, propugnanda, ac propaganda indefessus, pro ea stabilienda verbo, & scriptis cum Haereticis plurimum decertavit, multisque se vitae incommodis, ac periculis exposuit. Praeclara elaboravit hujus generis opera, quorum aliqua sunt impressa, alia verò recensente Genuensi, pag. 249. lucem expectant, & sunt:

Antidotum contra Jansenismum, tom. 3. in fol.

In primo tomo complectitur tota Historia Jansenismi, & continentur specialiter omnia, quae scitu digna acciderunt, dum Jansenius viveret, & etiam post ejus obitum usque ad Pontificatum Clementis X. ibique recensentur exactè Bullae, & Constitutiones Summorum Pontificum, declarationes Regis Christianissimi, Epistola Episcoporum Galliae, & alia plura ad hanc Historiam spectantia. Accedit etiam Refutatio generalis doctrinae Jansenij, inmixta super veritates fundamentales Catholicismi, simulque refelluntur omnes cujusvis generis Haereses per applicationem harum veritatum.

In secundo tomo confutatur doctrina Jansenij, & singillatim ejus quinque Propositiones jam ab Ecclesia, & à Summis Pontificibus damnatae: & hoc fit eruditissimè ex autoritate Sacrae Scripturae, ex Bullis Pontificum, ex Concilijs, ex Sanctis Patribus, & specialiter ex D. Augustino, & D. Thoma.

In tertio tomo continetur ampla responsio ad objectiones, & praetextus, quibus



utuntur illi, qui doctrinam Jansenij defendunt; videlicet, quod quinque supradictæ Propositiones non reperiuntur in libris Jansenij: Secundò, quod non sunt damnata eo sensu, quo à Jansenio explicantur: Tertiò, quod Papa non potuit eas absolute damnare tanquam hereticas, quia est questio de facto; ubi Author, totum tanquam falsum ostendit, & probat auctoritatem, & infallibilitatem Summi Pontificis in definiendis quæstionibus de facto inseparabilibus à quæstionibus de Jure.

*De Sanctitate imaginaria Jansenij, & Jansenistarum, & de vera sanctitate Catholicorum, & sanctitate eminenti Religiosorum.* Tom. 1. in 4.

*Tractatus contra petentes Concilium Generale, & appellantes à Papa ad Concilium.* Tom. 1. in 4.

*De Suprema Auctoritate S. Petri, & Summorum Pontificum Successorum ejus.* Tom. 1. in fol.

*De Infallibilitate Summi Pontificis in rebus Fidei definiendis, & terminandis.* Tom. 1. in 4.

*Falsum Evangelium Genevense renovatum in translatione facta in Civitate Montis Hannoniæ, quod convincitur falsitatis ex Texta Græco, & Latino veri Evangelij Jesu Christi, & doctrina Sanctæ Ecclesiæ, & Sanctorum Patrum.* Tom. 2. in 4.

*Refutatio libri de frequente Communionne Arnaldi Jansenistæ, in quo innumeri errores continentur contra usum Sacramenti Eucharistiæ, & Pœnitentiæ.* Tom. 1. in 8.

*Refutatio libri de perpetuitate Fidei ejusdem Arnaldi.* Tom. 1. in 8. & in 4.

*Triumphus Jubilæi, cum confutatione cujusdam Catechismi, in quo docetur quedam doctrina S. R. E. contraria.* Tom. 1. in 4.

*Defensio Privilegiorum Regularium ad Confessionem Paschalem spectantium.* Tom. 1. in 8.

*Historia Generalis omnium Conciliorum, à S. Petro usque ad nostra tempora, in qua confirmatur præcipue ex eisdem Concilijs Auctoritas Summi Pontificis, & confutatur quidam liber de Vita S. Athanasij noviter impressus, erroribus non paucis repletus, auctoritatem ejusdem Summi Pontificis minuentibus.* Tom. 6. in 4.

*Refutatio omnium Articulorum confessionis Fidei Calvinisticæ professioni Fidei Sacri Concilij Tridentini contraria.* Tom. 1. in 8.

*Sermones de Sanctissimo Eucharistiæ*

*Sacramento, in quibus de realitate, & transsubstantiatione ejusdem Sacramenti luculentissime differitur.* Tom. 1. in 4.

*Sermones varij de Tempore, & de Sanctis, & præcipue de Beatissima Virgine Maria.* Tom. 2. in 4.

*Tractatus varij Philosophici, & præcipue de Metaphysica.* Tom. 2. in 4.

*Tractatus de Cambijs, Contractibus, & Usuris.* Tom. 1. in 4.

MICHAEL DE CERVANTES SAAVEDRA, Hispanus, quem alij Hispanicensem; alij ex Oppido Esquivias in agro Toletano Castellanicum faciunt, ingenij præstantia, & amoenitate insignis, ac Tertij Ordinis Franciscani expressè alumnus, plura reliquit fabularum amatoribus gratissima. Ea sunt:

*Apologi duodecim editi Matrini 1613, & 1622. in 8. ac Venetijs 1616. in 12. sæpeque alibi.*

*Historia Septentrionalis fabulosa de laboribus Persiles, & Agnemunda.* Matrini 1619. in 8. & 1728. in 4. typis Josephi de Padilla. Gallicè verò Parisijs 1611. in 8.

*Ingeniosus Immunis, vulgò Don Quixote de la Mancha.* Matrini duabus partibus 1608. in 4. Bruxellis cum figuris 1662. Gallicè, editum est Rothomagi 1646. in 8. Italicè quoque.

*Comedie octo, octoque intercalares Scenæ.* Matrini 1615. in 4.

*Erudita Galatea.* Beaciæ apud Joannem Baptistam Montoyam 1617. in 8. Fuisse eum commendat Nicolaus Antonius, tom. 2. suæ Bibliothecæ Hispanæ, pag. 105.

MICHAEL CÆSENNAS, Italus, Vir in Divinis Scripturis eruditissimus, ingenio promptus, & clarus eloquio, aliquandò Minister generalis, qui ab Ordinis præfectura semotus à Joanne XXII. Pont. Maximo, & excommunicatus, ad Imperatoris Ludovici partes accessit, evigilavit:

*In Ezechielem Prophetam Commentarium laudatum à Fabiano Justiniano in Elencho AA. in Sacra Biblia.*

*Sermones in festivitatis B. Virginis, teste Marraccio ex Uvillor, in nostris Athenis. Insuper ex eodem, & Uvadingo exaravit:*

*Sermones de Tempore.*

*Sermones de Sanctis.* Ejus Litteræ (quæ omninò latere deberent) contra Joannis XXII. controversias, excusæ fuerunt Lugduni typis Joannis Trescher, anno 1495. Demùm pœnitens obiit Monachij in Ba-

varia anno 1343. Plura de eo tom. 3. Ananialium Ordinis.

MICHAEL CLERUS, Hybernus, Ultoniensis, Collegij Lovanienfis Minorum Hybernorum, Laicus professus, eo vitæ genere propter humilitatem assumpto; etsi ad Sacerdotium plenè fuerit idoneus. In sæculo Antiquarium agebat doctissimum inter primos hujus facultatis reputatus. A Superioribus datus coadjutor Hugoni Uvardæo, de quo suo loco, qui vitas scribebat Sanctorum Hyberniæ, missus est in Patriam ad colligenda vetusta hujus argumenti monumenta. Illa porrò ut plurimum Hyberno, eoque vetusto caractere scripta sunt, quem dum ille egregiè calleret, in demandata Provincia indefesso studio laboravit annis circiter quindecim, & ex diversis patrij idiomatis pervetustis codicibus exscripsit multas Sanctorum vitas, genealogias, tria, vel quatuor diversa, & vetusta Martyrologia, & plura alia venerandæ antiquitatis monumenta, quæ Lovanium transmissit. Demùm ex Superiorum etiam mandato adjecit animum ad alias Patriæ, tum sacras; tum prophanas Historias, & antiquitates expurgandas, & meliori methodo, ordineque digerendas, ex quibus cum adjutorium trium aliorum peritorum antiquariorum compilavit, vel veterum Codicum collatione repurgavit, digessit, & auxit tres reconditæ antiquitatis tractatus:

*Primum de Regibus Hyberniæ, singulorum genus mortis, annos Regni, ordinem successioneis, genealogiam, & annum Mundi, vel Christi, quo singuli decellerunt, succintè continentem.*

*Secundum de genealogia Sanctorum Hyberniæ, quam in triginta septem classes distribuit, singulos Sanctos longa atavorum serie, ac familiæ, à qua descendunt, primum Authorem, & Protoparentem referentem.*

*Tertium de primis Hyberniæ inhabitatoribus, de successioneis ejus à Diluvio per diversas gentes expugnationibus, de Regibus interea regnantibus, de bellis, & prælijs inter illos abortis, alijsque publicis Regni casibus, & eventibus ab anno post diluvium 278. usque ad annum Christi 1171.*

*Sacros, & prophanos Hyberniæ Annales ex vetustioribus, probatissimisque Chronicis, & Annalibus collegit, in quibus varias vicissitudines per annos ter mille, & amplius, quibus antiquissimum illud sterit Regnum; Principum, Heroum gesta, dissidia, conflictus, prælia, obitus, & annos,*

in quos singula inciderunt, facièm rei Catholicæ, & Ecclesiasticæ à suscepta primum fide ante annos mille ducentos, usque ad moderna tempora, sæculis multis florentissimam, alijs turbidam, & postea lugubrem, & calamitosam. Omnia hæc de Religioso viro isto refert Joannes Colganus, de quo supra diximus.

*Dictionary edidit difficultum, obseletarumque vocum Hybernicarum omnibus hujus linguae studiosis apprime utile, & necessarium, impressum Lovanij in Collegio supradicto anno 1643. Obijt Lovanij anno eodem. Hæc Uvadingus.*

MICHAEL DENSK, strictior. Observ. Provinciæ Aultriæ Pater, Procurator generalis, demùmque Monasterij Regij Clarissarum Viennæ Aultriæ Commissarius, edidit in lucem librum de Controversijs Fidei, quem appellavit:

*Gladium S. Michaelis* anno 1629. Ex relatione laudatæ Provinciæ.

MICHAEL DOMINICUS, Pedemontanus, hujusce Provinciæ alumnus, scripsit latino, & acri stylo

*Adversus simultates intestinas Huelphorum, & Gibellinorum, teste Uvadingo, & Illustrissimo Britio in suis Monumentis Subalpinæ Provinciæ D. Thomæ, lib. 3. pag. 292.*

MICHAEL EZPELETA, Hispanus, ex Regulari Observantia Prov. Aragoniæ prælo dedit Hispanè librum inscriptum:

*Vitam Sanctæ Uvaldesæ.* Cæsaraugustæ per Christophorum de la Torre 1633. in 4. Vidi.

MICHAEL FIDOTUS, Ennensis, Minorita, Italus, conscripsit

*Descriptionem Provincia Vallis Neri in Sicilia.* Ex nostro Alva in sua Militia, col. 1054.

MICHAEL GALLUS in Provinciæ natus, Minorita, opus dedit:

*De Mansionibus filiorum Israel.* Carolus Imbonatus in sua Bibliotheca Latino-Hæbraica ex Possivino, & Uvadingo.

MICHAEL GARCIA, Hispanus, ex Oppido Lorantæ, Archiepiscopus Toletani, Theologus Complutensis, in Conventu S. Didaci Castellani Provinciæ Regul. Observ. Latine reddidit tomos 21. in fol.

*Summam Theologia Moralis,* Hispanico sermone, editam à Henrico Villalobos, Minorita. Asservantur in Archivo Matritensis Conventus Regul. Observ. Obijt anno 1704. ineditam relinquens patrio sermone:

*Summam casuum conscientie*, studio Fr. Ludovici Bravo ejusdem Prov. Diffinitoris. Matrili impressam formis Thomæ Rodríguez, anno 1726. in 4. Vidi. Ibidem à pagina 47. habes in Concionatorum gratiam.

*Explanationem sensuum Sacra Scripturae.* Item à pag. 480. extat:

*Expositio propositionum damnatarum à Summis Pontificibus Alexandro VII. & Innocentio XI.* Demum ad calcem operis

*Definitiones Morales* leguntur, Latine.

MICHAEL GONZALEZ, Hispanus, in Oppido Valbuena Diocesis Caurientis natus, Prov. S. Michaelis Regularis Observ. alumnus, ac Diffinitor, Orator olim pro Archiepiscopo Armenio Nicosensi ad Clementem XI. Pontificem Max. cum in Regno Cyprensi Apostolicis Missionibus egregiam operam daret, posteritati scripsit vernaculè:

*Itinerarium Terræ Sanctæ* in 8. Latine verò opus prænotatum:

*Grammatica Græca, unà cum Dictionario Hispano-Græco* in 8. Pariter:

*Dictionarium Græco-Hispanum* in 8. Demum, Græcis communem fecit:

*Historiam gloriosissimæ semper Virginis Mariæ*, Hispanicè conscriptam à V. Matre Maria Agredensi. Solùm ex Hispanica in Græcam linguam convertit librum primum tomi primi. Est opus in 4. Inedita hæc vidi, præ manibusque habui in Extremadura, in Oppido Zafrensi, coràm Auctore, anno 1730.

MICHAEL GUADARRAMA, ex Insula del Hierro in Provincia S. Didaci Canariensi, Minister Sacramenti Pœnitentiæ, Novitiorum studiosus moderator, ac Vir sanctitate celebris, scripsit opus in fol. valdè eruditum Hispano idiomate:

*De obligationibus Religiosorum.* Asservatur in sua laudata Provincia. Floruit anno 1716. in Conventu S. Michaelis de las Victorias, in Civitate Lacunensi. Ex relatu ejusdem Provinciæ.

MICHAEL GUTIERREZ, Hispanus, Regul. Observantiæ Burgensis Provinciæ, ejus Minister Provincialis, Jubilatus Lector, & S. Officij Qualificator, edidit vernaculè:

*Vitam, ac Exercitia V. M. Sor. Hieronymæ ab Ascensione.* Cæsaraugustæ per Michaelem de Luna 1661. in 4. Vidi.

MICHAEL DE LAS HERAS, His-

panus, ex Civitate Cascante in Regno Navarra, in Prov. Aragoniæ, Regul. Observ. Concionator, dumtaxat emisit à se habitam in populo gravi:

*Concionem de S. Joanne Baptista.* Cæsaraug. apud Paschalem Bueno 1716. in 4.

MICHAEL DE HERRERA, Hispanus, ex strictioris Observantiæ alumnus in Discalceata S. Didaci Mexicana Provincia, Prædicator, Custos, ac à Examinibus Synodalibus Diocesis Guaxacacensis, typis dedit eruditam

*Concionem de S. Petro Nolasco.* Mexici apud Lupertium 1722. in 4. Vidi.

MICHAEL HIERONYMUS THERRERO, Hispanus, Prædicator generalis, Ex-Guardianus Collegij Missionariorum, vulgò *de Arcos*, filius Provinciæ Bæticæ Regul. Observantiæ, prælo dedit:

*Primitias Panegyricas, ac Morales, unà cum Sermonibus Eucharisticis, Vespertinis Historicis, ac Evangelicis.* Matrili apud Emmanuelem Roman 1724. in 4. Vidi.

MICHAEL HISPANUS, Capuccinus, Neapolitanæ Prov. Concionator celebris, ac Theologus eruditus, ineditum reliquit, quem Genueusis vidit

*Tractatum de Prædestinatione.* Obijit devotissimè Romæ anno 1585. Consule Boverium, tomo 2. Annal. pag. 179.

MICHAEL DE HUNGARIA, Minorita, Sacrae Theologiæ Doctor, evigilavit:

*Sermones tredecim universales.* Daventriæ in platea Episcopi anno 1491. in 8: Fundamenta horum Sermonum universalium sunt 13. dictiones sequentes: *Sequitur. Humiliat. Dominus. Filius. Vocat. Servit. Stans. Moritur. Diligit. Venit. Ambulat. Sarge. Resurge.* Vidi. Et Parisijs editos 1515. in 8. & 1516. castigatos à Fr. Jacobo Gandensi, Ordinis Prædicatorum. Item, pro Conceptione illibata Purissimæ Virginis, emisit:

*Indicem Concionatorum* impressum Aragentini 1508. in 8. recensente N. Alva, col. 1062. suæ Militiæ. Est hujusce Auctoris (sed Familia ejus innominata) mentio apud Marracium in sua Biblioth. Mariana, verbo *Michael Ungarus.* Lege laudatum Alva.

MICHAEL JOANNES MARTINEZ, Hispanus, Regul. Observ. Valentiniæ Provinciæ, Lector Jubilatus, ac Diffinitor, compilavit ex operibus S. Bonaventuræ

*Exercitia presentia Dei vernaculè.* Ineditum in 8. asservabatur in Valentino Conventu Regul. Observ. in Cella R. P. Fr. Petri solo, anno 1730.

MICHAEL IZQUIERDO, Hispanus, strictioris Observ. alumnus in Prov. Discalceatorum S. Joannis Baptistæ, scripsit:

*Brevem, ac conspicuam casuum conscientie resolutionem*, quam M. S. in 8. se vidisse testatur Nicolaus Antonius, tom. 2. Bibliothecæ in Appendice, fol. 334. exceptus in Bibliotheca Valentina, pagina 348.

MICHAEL DE IELA, Hispanus, Divina aspirante gratia, Discalceatæ Provinciæ S. Josephi in timore Domini erudiendus adhærens, orationis, & mortificationis officijs semper deditus, veri Minoritæ, specialisque Cultoris Deiparæ semper Virginis multiplicia dedit indicia. Meritò fertur, ejus in ortu, ejusque in casu dæmonibus formidolosum fuisse, quos ab obsessis corporibus absens, & præsens frequentibus triumphis expellebat. Aliam præter Theologiæ Moralis litteraturam non cognovit; sed doctum doctricè gratia Eminentissimus Cardinalis Aragon probavit, Apostolicumque Missionarium, vt peccatores ad pœnitentiam revocaret, & pios ad virtutem alliceret in suo Archiepiscopatu Toletano. Tanta devotione ferebatur erga Imaginem Domine nostræ *del Madroñal*, non longè ab Oppido Auñonis in Toletano territorio venerandam, vt nec mortem aspexerit, quin à cellula oculos suos levaret in sacram illius adem. Vidit, & spiravit. Monumentum suæ Mariæ devotionis posteris reliquit in Archivio nostri Conventus S. Sebaliani memorati Oppidi Auñonis repositum, ac prænotatum:

*Historia, Origo, & Miracula Domine nostræ, vulgò del Madroñal.* Est tomus in 4. Floruit post ejus transitum quasi liliū, imò bonum Christi odorem testatur sui corporis integra incorruptio, in cujus ore liliū radicatū inventum, ad Dominum mirabilem in Sanctis suis benedicendum provocavit. Pertraçat de eo Fr. Franciscus à Matre Dei in suo Catalogo M. S. Scriptorum Discalceatorum, num. 73. Ex quo part. 1. meæ Bibliothecæ, pagina 201.

MICHAEL DE LEZERA, Hispanus, ex Minoritis Capuccinis Aragonensis Provinciæ, ejusque Diffinitor, ac Custos, publici juris fecit:

Tom. II.

*Panegyrum de S. Petro Alcantarenfi*, habitam Cæsaraugustæ in solemnibus suæ Canonizationis. Prodiit ibidem cum alijs, ex officina Joannis de Ibar, anno 1670. in 4. Vidi.

MICHAEL DE LIMA, Hispanus, Theologus, ac Diffinitor Castellaniæ Provinciæ Minorum Capuccinorum, Regius Concionator, & Imperatoris Leopoldi, Vir subtilis ingenij, prælo commisit:

*Orationem funebrem in Exequijs Caroli II. Hispaniarum Regis.* Ibidem apud Franciscum Lassum, anno 1721. in 4. Vidi. Insuper:

*Varia, & ingeniosissima Poemata, Imperatori Leopoldo sacra.* Viennæ 1702. in fol. Plura alia, morte præventus, semiplena reliquit. Laudatur à Fr. Martino de Torrecilla in Catalogo, pagina mihi 165.

MICHAEL DE MAJOLANDA, Capuccinus, natione Hispanus, Provinciæ Castellæ filius, Concionator, ac valdè doctus, à se conscriptos vernaculè, emisit:

*Sermones de diversis Sanctis.* Matrili anno 1659. in 4. teste Genuenti. Prætermittitur à D. Nicolao Antonio.

MICHAEL MESTRE, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Cathalonæ Lector emeritus, texuit vernaculè:

*Vitam S. Antonij Patavini, adjecto ejus Novendiali Sacro.* Pampilone typis Dionysij Ortega 1722. Matrili per Angelum Paschalem Rubio 1724. Prima editio facta est Barcinone in officina Martini Gelabert 1688. in 4. Vidi.

MICHAEL A S. MARIA, Hispanus, Prov. Sancti Pauli Discalceatorum alumnus, Conventus Sancti Ludovici in Octoduro Civitate Veteris Castellæ Guardianum agens anno 1656. scripsit in fol.

*Vitam V. D. Roderici Conde & Tamayo, Canonici Zamorensis, ac Tauriensis Archiepiscopi.* Asservatur in prælaudato Conventu, eamque nonnullis adjectis publici juris feci tom. 2. Chronicor. Provinciæ S. Pauli, lib. 5. cap. 4. & sequentibus.

MICHAEL DE MEDINA, Hispanus, Bellarcensis, Provinciæ Angelorum Regul. Observ. nomine dato, ad Castellanam Provinciam Regul. Observ. in qua moram traxit, gradum faciens, non litteris dumtaxat secularibus, sed Divinis, Græcis, & Hebraicis egregiè instructus, à Philippo II. Hispaniarum Rege ad Concilium Tridentinum amandari, laudeque multiplici ornari meruit. *Recondita eruditio.*

stonis Virum, Alphonfus Mendoza, Augustinianus in *Quodlibetis*, quæst. 4. Scholastica; religione, & eruditione insignem. Didacus Covarrubias in *Regula, Peccatum*, §. 9. num. 6. *Summa probitate, atque eruditione laudandum* Sixtus Senensis *Bibliotheca*, lib. 4. vbi de Joanne Fero agit: *Sacre Theologie Doctorem Toletanum omni litteratura doctissimum, subtilissimum rerum Divinarum Interpretem, Philosophum gravem, Oratorem facundum. Eysengremius in Catalogo Testium Veritatis: Eruditissimum, & antiquis Christiana Ecclesie Theologorum Coripheis comparandum, ac novum quendam Theologia Herculem*, Hieronymus Magius apud D. Nicolaum Antonium. Habemus ergo hujus ingenij egregia monumenta, nempe:

*Christianam Parenesein, sive de recta in Deum Fide*, libros 7. ad Philippum Regem Catholicum. Venetijs apud Zilettum 1564. in fol. Origenis, atque Cyrilli exemplo, qui hac inscriptione, & argumento vsi sunt. Vidi. In præfatione operis eximie commendatur à Hieronymo Magio. Pariter ejus in calce ipsum laudat Jacobus Gibertus Noguera Episcopus Alipharam: *Tu vero*, inquit, *Medina doctissime, non tantum longe ab horum hominum ingenio abes, sed proximè etiam accedis, ad eam normam religionem nostram tuendi, quam nascentis, adolescentis, & natu jam grandioris Ecclesie facile Principes Clemens Alexandrinus, Athanasius, Basilus, Hieronymus, Augustinus, & alia Christiana Resp. columna nobis tradiderunt.* Scripsisse insuper:

*Septem alios libros de recta Fide in Deum, docet laudatus Magius ibidem.*

*Disputationum de Indulgentijs adversus nostræ tempestatis Hæreticos*, ad Patres Sacri Concilij Tridentini librum vnum, in quo Ecclesie, Romaniq; Pontificis ad eas conferendas antiquitatis, antiquissimus vsus, cum Sanctorum, veterumque Patrum monumentis, tum apertis Scripturarum testimonijs asseritur, & hæreticæ omnes in hac parte calumnie refelluntur, atque exploduntur. Ibidem eodem anno in 4. Vidi.

*Expositiones in quartum Symboli Apostolici articulum* (perperam alij quatuor articulos, & Possevinus 14. explicasse commemorant) Ibidem eodem anno in 4. Vidi.

*De Sacrorum hominum continentia*, lib. 5. in quibus sacri, & Ecclesiastici celibatus origo, progressus, & consummatio, ex Sa-

*cræ Scriptura, Sanctorumque Patrum scriptis proponitur, statuitur, & ab hæreticorum nostri temporis calumnijs propugnatur, & defenditur.* Ibidem anno 1569. in fol. Vidi. Refert autem in præfatione, se opus aggressum imperio Francisci Guzman, Viri doctissimi, & nobilissimi, Commissarij Generalis Minoritarum hujus Familiæ, & persuasionibus multorum Episcoporum, qui Synodo Toletanæ tunc intererant, quando in Concilio Tridentino obtundebatur à quibusdam expedire, vt permitteretur Germanis ad concordiam, & pacem superinducendam permittere ex more Græcorum, vxoribus, ante Sacros Ordines acceptis, vti & cohabitare.

*Tractatum doctum de igne Purgatorio.* Ibidem, quem laudant Illustrissimus Gonzaga, & Uvadingus.

*De vera, & Christiana humilitate*, tom. 2. duos. Toleti anno 1559. in 8. & anno 1570. vernaculè. Vidi.

*Apologeticum locorum quorundam Joannis Feri Moguntini, Minoritæ, in Matthæi, & Joannis Evangelium contra Dominicum Sotum Segobiensem, in quo sexaginta septem Feri loca restituuntur.* Compluti 1667. secundò Moguntiz anno 1572. & tertio Compluti anno 1578. in fol. Vidi.

*Enarrationem trium locorum ex cap. 4. Deuteronomij Cathedra Sacrarum Scripturarum Academia Complutensis assignatorum, & in publico theatro explanatorum.* Compluti 1560. in 4. Vidi.

*Animadversiones in S. Cyrilli Alexandrini librum adversus Antropomorphitas ex interpretatione Bonaventuræ Vulsanij.* Extat cum alijs in Codice M. S. Bibliotheca Lugdunobatave communis inter libros Vulcanianos, vt ex ejus Catalogo, pag. 417. constat. Ineditos reliquit:

*Biblicarum Annotationum libros.*

*De precepto, & dispensatione libros.* Utriusque operis meminit ipse in sua de *recta in Deum Fide*, lib. 3. cap. 8. & lib. 6. cap. 9. Libri vero de *Restitutione, ac de Pœnitentia* nostro Medinæ immeritò adjudicantur, sunt etenim Joannis Medinæ Complutensis, vt rectè monet Nicolaus Antonius, quem consulas.

MICHAEL DE MEDIOLANO. Vide superius *Michael de Carcano.*

MICHAEL MENOTUS, Gallus, zelantissimus Concionator, ac Sac. Theologiæ professor, Quadragesimale scripsit, sub titulo:

*Perpulcher tractatus, in quo tractatur*

*perbelle de fœdere, & pace inuenda, media ambasiatrice pœnitentia.* Parisijs typis Claudij Chevallon 1519. in 8. Vidi. Eiusdem habemus

*Sermones de omnibus Epistolis Quadragesimæ.* Parisijs 1517. in 8. Vidi. Floruit circa annum 1520. Aliqua carptim delibata ex vtroque Quadragesimali habes apud Bail, part. 3. suæ Bibliothecæ Concionatoriz, à pag. 391. cap. 85. Ipsum lege.

MICHAEL MOLINA, Hispanus, Regul. Observ. Provinciæ Granatenfis, Concionator, rei Poeticæ non ignarus, in laudem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ semper Virginis, evigilavit

*Scenam intercalarem, sub titulo: Diwersoria Portus.* Granatæ per Franciscum Sanchez, vnâ cum varijs Concionibus; anno 1651. in 4. Vidi. Extat à fol. 99.

MICHAEL MONSALVE, Minorita, scripsit, Antonio Leonio teste, in *Bibliotheca Indica Occidentali.*

*De Reduccionem universali Peruviani Regni, ac Indiarum* 1604. in 4. A quo diversum esse videtur id quod laudatur opus, in Catalogo Bibliothecæ Cœnobij S. Mariæ de la Salceda, nempe:

*Monita pro Indiarum conservatione ad Philippum III. Hispaniarum Regem.* De eo Nicolaus Antonius, tom. 2. suæ Bibliothecæ.

MICHAEL NEAPOLITANUS, Capuccinus, ejusdem Provinciæ alumnus, Vir virtutibus, ac morum sanctitate illustris: quem excellens ingenij præstantia, præclara eruditio, atque doctrina, aliæ-

que egregiæ animi dotes inter primos ejusdem Instituti Apostolicos Prædicatores meritò constituerunt; scripsit, & posteris reliquit

*Annotationes super Prophetas Majores, præcipuè super Ezechielem, &c.*

*Sermones plurimos diversi generis, quæ omnia M. S. afferabantur in Bibliotheca Ducis Urbini.* Sanctis operibus dives devotissimè deceffit Camerini anno 1580. dum inibi in Ecclesia Cathedrali tempore Quadragesimæ Conciones haberet. De eo meminit Boverius, tom. 1. Annalium ad annum signatum. Hæc Gentensis.

MICHAEL DE NAPOLES, de quo Nicolaus Antonius, tom. 2. idem est cum *Michasle Angelo à Neapoli*, de quo superius egimus.

MICHAEL DE PARADA, Hispanus, Segobienfis, Provinciæ Conceptionis Regul. Observantiæ Sacre Theologiæ Lector, ac Chronologus, necnon à Censuris Theologicis in Supremo S. Inquisitionis Tribunali, ineditum reliquit:

*Epitome Qualificatorum, ac Ministrorum S. Inquisitionis*, vnâ cum *Edicti expositione.* Habebatur Pincie in Bibliotheca Conventus S. P. N. Francisci, plures vltimo, armario 2. num. 8. in 4. Vidi. Tres, insuper scripsit, ac edidit

*Apologeticos tractatus*, qui ad manus meas adhuc non devenere. Illos retuleret in suo de Scriptoribus Segobienfis Catalogo eruditus Colmenares. Devixit Author Vallisoleti anno 1633. Cujus memoriæ hoc erexit epitaphium prædictus Colmenares, ibidem:

D. O. S.  
Fr. Michael de Parada,  
Patria Segobienfis,  
Professione Franciscanus,  
Dùm Chronica Franciscana  
Condere parat  
Fato præparatus  
Conditur hoc Tumulo  
Anno M. DC. XXXIII,  
Nonis Februarij,  
Ætatis suæ XLV,  
R. I. P.

Lege Nicolaum Antonium, tom. 1. Bibliothecæ Hispanæ.

MICHAEL PLATIENSIS, Siculus, Regul. Observ. alumnus, ut ex Joanne Roeho Pyrro, & Joanne Paulo Clarandano, recenset Rendaragula in sua Bibliotheca Sicula, fol. 187. scripsit:

*Historiam Siculam ab excessu Friderici II. hujus nominis Regis Siciliae, usque ad annum 1361. more Siculo, & 1362. more Romano.* Vagatur M. S. in fol. Eam ex M. S. Codice Friderici de viginti milibus Equitis Panormitani, Marchionis Hieracii fratris, se in lucem editurum promisserat Antonius Amicus, sed promissis stare nequijt fato adventante. Claruit Author circa annum 1377. Pertractat de eo Uvadingo, & pluribus Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculae, pag. 78.

MICHAEL DE LA PLAZA, Hispanus, Regul. Observ. Castellanae Provinciae Sacrae Theologiae Lector in Complutensi Conventu S. Didaci, ac Regius Concionator, prælo dedit:

*Orationem funebrem in obitu Mariae Ludovicæ de Borbon Hispaniarum Reginae, ad Complutensem Academiam habitam.* Ibidem in officina Universitatis, una cum enarratione funebri apparatus, variisque carminibus, anno 1689. in 4. Vidi.

*Orationem funebrem Panegyricam V. ac Eminentissimi Cardinalis Cisneros.* Compluri formis Francisci Garcia 1690. in 4. Vidi.

MICHAEL DE PASSIONE, Hispanus, Concionator, Discalceatæ Provinciae Neapolitanæ S. Petri de Alcantara alumnus, Italici communem fecit:

*Vitam ejusdemmet S. Petri Aleant. arenensis,* Hispanè conscriptam. Neapoli apud Parrinum anno 1705. Vidi.

MICHAEL DE PRECES, Hispanus, Valentia de el Cid natus, Provinciam Discalceatorum S. Joannis Baptistæ ingressus, zelo animarum ductus ad Philippinarum S. Gregorij Provinciam gradum fecit: Diffinitor factus, Vicarius Monialium Discalceatarum Manilensium, & à Confessionibus fuit Venerabilis Matris Sororis Hieronymæ ab Assumptione. Occulti talenti impatiens Missionibus Apostolicis deditus, ac in Japonium transiens, Christum, (& hunc Crucifixum) per quinquennium prædicans, propter innumerabilium Infidelium fervidam conversionem, in carcerem horrendum de Girando injectus fuit. Quot incommoda tenebrarum, famis, sitis, caloris, frigoris, nuditatis, immunditiæ, læ præper trien-

nium passus fuerit, explicet alius. Cum igitur pijs suis admonitionibus, & exemplis carceris Custodes, varique Gentiles relictis Idolorum vanitatibus, Deum vivum, & verum cognovissent, triennio carceris expleto, ut vivus combureretur, ab ergastulo eripitur. Sed impius Imperator non tam de sua morte, quam de suorum conversione metuens, non in martyrium, sed in exilium misit, ne defunctus Michael loqueretur melius. In Insulas Philippinas, opprobrijs faciat, reversus; ut etiam attramento Christi fidem prædicaret, Japonico, aliisque peregrinis idiomatibus, scripsit:

*Artem, etiam Synarum caracteribus. Catechismum Christianum, idiomate Japonico, & Tagalo.* Utroque opere passim utuntur Missionarij nostri. Post hæc, ad nos veniens, ut Provincia S. Gregorij, ac Canonizationis suæ Venerabilis filia Matris Hieronymæ ab Assumptione Romæ, ac Matriti negotia perageret, ibidem 26. Octobris anno 1639. ab ergastulo corporis liber, in Regali S. Egidij Conventu ad astra migravit. Debitor sum libro Matritensis Conventus S. Bernardini, cujus in agro sancto noster Venerabilis Author requisivit in pace.

MICHAEL A PURIFICATIONE, natus Taraporæ apud Indos Orientales, Provinciae S. Thomæ Custos, & Procurator, Missionarius Apostolicus ad Regnum Mogori, cum separationem prædicatæ Provinciae ab ea, quæ dicitur Portugallia in Lusitania, ex qua semper mittebantur ad Indos supremi illarum partium Rectores, totis viribus procurasset, essentque, qui modis omnibus obstarent, & Indos, atque exterorum filios in illa regione natos regimini, & Ordinis Officijs ineptos proclamarent, edidit lingua Lusitana:

*Relationem defensivam pro filijs Indie Orientalis, & Provinciae S. Thomæ.* Barcinone apud Sebastianum, & Joannem Mattheu, anno 1640. in 4. Vidi. Ubi quid præstiterint, & quantum valeant doctrina, & regendi peritia illius regionis Viri, nititur ostendere.

*Vitam Evangelicam, & Apostolicam Fratrum Minorum, varijs materijs moralibus, & notationibus prædicabilibus illustratam, lingua Hispana, sive Castellana descriptam.* Ibidem apud Gabrielem Noguez, anno 1641. in fol. Insuper, telle N. Alva in Addition. ad Tabulam primam, edidit:

*Apologiam pro suo opere de Vita Evan-*

gelica. Eum commendant Nicolaus Antonius, Uvadingus, ac Marracius.

MICHAEL RODENAS, Hispanus, Sacrae Theologiae Professor in Discalceata Valentina Provincia S. Joannis Baptistæ, Guardianum agens Conventus S. Rochi de Gandia conscripsit, præloque donavit:

*Vitam mirabilem V. Fr. Andree de Hybernon-Laici Discalceati ejusdem Provinciae, de cujus Canonizatione agitur.* Valentiae anno 1731. in 8. Vidi.

MICHAEL RODRIGUEZ DE VALHERMOSO, Hispanus, Regul. Observantia Castellanae Provinciae, Duci de Alburquerque Siculorum Pro Regi à ministerio expiandæ conscientia, Panormi Theologiam docuit, ediditque ibi:

*Tractatum circa legata annua, seu stipendia onerosa Missarum, aliorumque operum piorum Minoribus Observantia Regularis relicta,* apud Decium Cyrillum 1633. in 4. Vidi.

MICHAEL ROMERO, Minorita, Hispanus, confecit:

*Tractatum Scholasticum de Immaculata Conceptione B. Virginis Mariae.* Asservari M. S. in 4. Matriti in Conventu Regul. Observ. refert Nicolaus Antonius, tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ ex Fr. Petro de Alva in sua *Militia*, col. 1060. nonnulla exscribente.

MICHAEL A S. ROSA, Lusitanus, Lector emeritus, ac Ex-Diffinitor Provinciae S. Joannis Baptistæ Regul. Observ. in Insulis de Azores, scripsit:

*Rosæ univocatas, id est, A&A virtusque S. Rosæ Viterbiensis, ac Limensis, secundum exemplar vite Christi,* volum. 2. in fol. Asservantur inedita Ulyssipone, in Bibliotheca Marchionis Valentini.

MICHAEL DE SALAS, Hispanus, Cæsaraugustanus, Prov. Aragonum Regul. Observ. doctus Concionator, ac Diffinitor, vernaculè emisit opus prænotatum:

*Decas Seraphica Panegyricarum Orationum.* Cæsaraugustæ per Hæredes Didaci Dotmer 1696. in 4. Vidi.

*Concionem de quadraginta Horis.* Ibidem 1685. in 4. Vidi.

*De S. Catharina Martyre,* aliam, ibidem impressam typis Jacobi Bordazar 1693. in 4. Vidi.

*Vitam S. Agatocles, Virginis, & Martyris,* opus posthumum impressam ibidem formis Emmanuelis Roman, anno Virginei partus 1697. in 4. Vidi. Obijt in Pat. Tom. 11.

tria die 30. Novembris 1697. & in Conventu S. Mariæ à Jesu tumulatur.

MICHAEL SANCHEZ, Hispanus, Discalceatæ Provinciae S. Gregorij in Philippinis Insulis Provincialis Minister, idiomate proprio Camerinenum scripsit:

*Expositionem Doctrinae Christianæ, unâ cum methodo examinandi conscientiam, ac quibusdam opusculis pijs.* Excudit in 8. in Conventu S. P. N. Francisci Manilensi, Franciscus à Sanctis, Tertiarius Commensalis anno 1708. Vidi.

MICHAEL SPEALAGER, seu SPENLAGERUS, Germanus, Miltomburgensis, edidit duos libellos, ita prænotatos:

*Annus placabilis.* Coloniae typis Gisberti Clement. anno 1623.

*Arbor vitæ continens duodecim fructus venerabilis Sacramenti.* Ibidem apud Joannem Crythium, anno 1626. Ex Uvadingo, & Dupino, sæculo 17. Floruit circa annum 1630.

MICHAEL SUAREZ, Hispanus, Regul. Observantia Provinciae duodecim Apostolorum Peruviani Regni, Concionator, struxit:

*Certamen Panegyricum, Historicale Poeticum pro reparatione Conventus S. Francisci Civitatis Regum.* Limae 1675. in 4. Vidi.

MICHAEL TABERNIER, Minorita, librum compegit, cui titulus:

*Manipulus Florum,* impressum Parisijs 1528. Uvadingo teste.

MICHAEL DE TALAVERA, Novæ Granatæ in Nova Hispania natus, strictiori Observantia Regulæ Seraphicæ deditus in Discalceata Provincia S. Gregorij, virtutibus, ac litteris resplendens, Tagalo idiomate, egregia conscripsit volumina, nempè:

*Figurarum Sacrae Scripturae in laudem Sanctorum,* tom. 1.

*Moralitatum,* tom. 1.

*Exemplorum,* tom. 1.

*Sacrae Paginae, ac Sanctorum Patrum sententias,* tomo unico.

*Mariale, seu Conclones de Purissima Virgine,* tomo 1. Demum Tagalo, & Hispano idiomate emisit:

*Enchiridion conscientia.* Incipit Hispanice: *Los peados,* & Tagala lingua: *Angasalanang.* Prodiit Manilæ, omnium eruditiorum laude, anno 1617. teste Fr. Antonio de la Llave, qui Authoris vitam conscripsit in Chronicis laudatæ Provinciae, triennio 13. cap. 24. fol. 1371.

MICHAEL TORRES, Hispanus, Regul. Observantiae Provinciae Majoricarum, eruditus Ecclesiastes, ea reliquit inedita de quibus Fr. Andreas Noguera in Memoriali laudatæ Provinciae, part. 2. fol. 83. ita ait: *At R. P. Fr. Michael Torres tot sermonum volumina ordinatissima congesta habet, quod si illa prelo traderet, insignioribus sermonum Scriptoribus coequari possit.*

MICHAEL TRUXILLOS, Minorita, Hispanus, vt ex Uvadingo refert Nicolaus Antonius, tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ, Author est libri prænotati:

*Cruce Christi.* Desidero.

MICHAEL A VALENTIA, (olim MATTHÆUS SCRIBA) Hispanus, primitus Doctor Theologus in Religione Sanctissimæ Trinitatis, demum verò Valentiniæ Provinciae Minorum Capuccinorum Concionator, ac iteratò Provincialis Minister, Vir exemplaris vitæ nota insignitius, ineditam reliquit:

*Expositionem super Regulam Fratrum Minorum.* Obijt anno 1630. Pluribus de eo Genuensis, & in Bibliotheca Valentina, pag. 350.

MICHAEL DE VERA, Hispanus, in Civitate Tirafonensi natus, Regul. Observantiae Provinciae Aragoniæ filius, de numero conversorum, prælo dedit Hispanæ, & in 16. Opusculum sub titulo:

*De cura plantarum in hortulanorum consolationem.* Vidi. Obijt anno 1720.

MICHAEL DE VILLAVERDE, Hispanus; Orgacensis, Diocesis Toletanæ, Lector. Jubilatus in Conventu S. Didaci Complutensi, necnon Guardianus præinsignis Collegij SS. Apostolorum Petri, & Pauli, Vir tanè eruditus, communem fecit:

*Cursum Artium ad mentem Subtilis Doctoris;* tribus voluminibus in 4. Compluti ex officina Mariæ Fernandez 1658. Vidi. Ineditum reliquit:

*Cursum Theologicum* in tomos 6. in 4. distributum, æservatum in Bibliotheca Complutensis Majoris Collegij S. Petri, & Pauli, sub littera G. Vidi.

MICHAEL VIVIEN, Belga, Sacræ Theologiæ Lector, strictioris Observantiae Provinciae Recollectorum in Aquitania alumnus, necnon antiquus Custodum Custos, vernaculè emisit, opus egregium prænotatum:

*Tertullianus, predicans* in 6. tomos in 4. magno distributum Divini Verbi præconibus utilissimum, Editio tertia, post binas

Gallicas facta est Colonia Agrippinæ typis Joannis Uvilhelmi Frieslen, anno 1681. Vidi.

MICHAEL DE ZAPATA, Hispanus, strictioris Observantiae Discalceatorum, Provinciae S. Didaci Mexicanæ Prædicator, & S. Officij Qualificator, communem fecit:

*Orationem funebrem in Exequijs Ducis de Linares Pro Regis Novæ Hispaniæ.* Mexici in 4. anno 1717. apud Lupertium. Vidi.

MICHAEL DE ZARATE, Hispanus, Mexicanæ Provinciae Regul. Observ. alumnus, ac Sacræ Theologiæ professor, inedita reliquit:

*Opuscula varia* Mexicano idiomate, teste Fr. Augustino de Ventancurt, pag. 139. sui Monologij Franciscani, num. 30. Claruit sanctitatis opinione anno 1583. in Conventu Angelopolitano.

MICHAEL ZEPEDA, Hispanus, ex Veteri Castella oriundus, Regius Concionator, ac Diffinitor Castellanae Provinciae Minorum Capuccinorum emisit:

*Orationem funebrem in Exequijs Ducis de Parma Francisci Farnesio* ad Collegium Majus Complutense habitam. Compluti apud Josephum Espartosa 1727. in 4. Vidi.

*Orationem de S. Ludovico Gonzaga, ac S. Stanislao Kostka,* recentè Catalogo Sanctorum adscriptis. Matrini litteris Didaci Martinez Abad 1728.

MODESTUS A S. AMABILI, Gallus, Capuccinus, Gallis communem fecit (illaudatus à Genuensi.)

*Monarchiam Historicam Chronologicam, ac Genealogiam Galliae,* quam latinè scripserat Fr. Dominicus à Jesu ejusdem Familiæ alumnus. Claromonti 1677. in fol. duobus volum. Vide ephem. 4. Erudit. Galliae anno 1678.

MODESTUS GAVATIUS FERRARIENSIS, ex Minoritis Conventualibus, Sacræ Theologiæ Magister, in Romana Curia Procurator Generalis, ac S. Romanæ Inquisitionis Consultor, edidit opus ab Uvadingo laudatum.

*De macula peccati permanentis personalis, & originalis.* Bononiæ apud Joannem Baptistam Ferrerium. 1642. in 4. Vidi. Scripsit insuper:

*De Sanctissimo Eucharistia Sacramento, ad mentem Scoti.* Romæ 1656. in fol. apud Bibliothecam Barberinam, tom. 1. pag. 248.

*De Incarnatione.* Citatur à Fr. Antonio Castel, quæst. 1. pag. 186. num. 24.

MODESTUS A RAVENA, suorum Conventualium Romæ Procurator Generalis, ac deinde in Regno Neapolitano Episcopus, scripsit:

*De processione Spiritus Sancti,* in defensionem Scoti, & suorum. Ex Fr. Bonaventura Baro, tom. II. Opusculorum, part. 14. §. 11. Appendicis.

MODESTUS ROMANUS, ejusdem Provinciae Minorum Capuccinorum Concionator, ac Diffinitor, Conventus Romani Guardianus; Vir pius, ac Observantiae Regularis admodum studiosus, ex Latino in Italicum idioma traduxit opusculum P. Benedicti Casfeldensis, cuius titulus est apud Genuensem:

*Regula perfectionis redacta ad unicum punctum voluntatis Divinae.* Romæ typis Malcaidi 1650.

MONALDUS JUSTOPOLITANUS (alius ab Antiquiori Monaldo de Ancona, qui martyrium à Sarracenis in Urbe Arzenza subiit anno 1288. & alio etiam Minorita Monaldo de Monaldeschis Urbeverano Archiepiscopo, qui floruit circa annum 1333.) natione Dalmata, Justipolitanus dictus, quod Justipoli in Provincia Dalmatiæ commoratus sit, atque conditus jaceat in Conventu S. Annæ Minorita, eruditissimus Theologus, Jurista, ac sermone Scholasticus, ea scripsit, quæ Trithemius *necessaria, & pulchra* appellat, videlicet:

*Summam auream juris Canonici.* Lugduni apud Petrum Belerum in 8. Regali absque anno editionis. Vidi. Incipit: *Quoniam ignorans.* Et ibidem per eundem 1516. in 8. Incipit: *Hic primò agendum est,* sed vnicum est opus. Asservari M. S. in Bibliotheca S. Pauli Lipsiensis narratur in Catalogo M. S. Codicum illius, impresso in 16. anno 1686. pag. 229. cod. 21. Item in Hispanensi Bibliotheca extat Codex pergam. pulchris characteribus exaratus in fol. Vidi. Mitto Vaticanam, aliasque Bibliothecas, in quibus M. S. habetur. *Commentaria in libros Sententiarum.* Extant M. SS. Patavij in Bibliotheca S. Antonij Paduani, teste Thomasio in Catalogo Bibliothecarum Patavinarum excuso Utini anno 1639. in 4.

*Sermones varios,* vti recenset Trithemius, Uvadingus, & alij Nomenclatores.

*De Tribus Magis.*  
*Carmina de Mysterijs Missæ.*

*Homilias de Assumptione Virginis.*

Habentur hæc tria opuscula M. S. in Bibliotheca Cœnobij Camberonensis Cisterciensis in Hannonia, vti recenset Antonius Sanderus, part. 1. Bibliothecæ Belgicæ. Edidisse quoque:

*Sermones de Pura Virginis Conceptione,* restantur. Possevinus, & alij apud Alya, col. 1085. suæ Militiæ Universalis, Consule Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 2. Martij, ad diem 2. Aprilis, & ad diem 2. Decembris.

MONALDUS DE MONALDIS, Perusinus, senior, Theologus magni nominis inter Minores Conventuales, Ex-Procuratore Generali Ordinis, & Concionatore eximio, Patriæ nomine Agnitionem ad Joannem XXII. Pontificem Maximum legatus, Controvertias, & iurgia inter Tudertinos, & Perusinos sedavit, ac feliciter composuit, quare ab eodem Joanne Pontifice anno 1326. renuntiatus est Episcopus; non Amalphitanus, sed Melphitanus in Lucania, apud Apuliam, & Hirpinorum fines, in cuius regimine anno 1332. è terrena ad Cœlestem evolavit vitam, cum scripsisset:

*De Theologia plura,* & edidisset *Summam Sacrorum Canonum.* De hoc plures apud Athenæum Perusinum, pag. 245.

MONALDUS DE MONALDIS, junior, senioris gentilis, Patria Perusinus, professione Minorita, edidit Lugduni anno 1506. apud Petrum Gallettum:

*Summam perutilem,* vti ex Ludovico Jacobillo de Scriptoribus Umbriæ, narrat Oldoinus in Athenæo Perusino, pag. 245.

MORISSACERENUS, (nescio an nomen, an cognomen) Minorita, teste Uvadingo, evulgavit:

*Compendium Physicum.* Parisijs apud Jacobum de Puy, anno 1586. in 8. majori. Ex Uvadingo.

MUTIUS CAVENSIS, Italus; Provinciae Neapolitanæ Minorum Capuccinorum alumnus, Magister Novitiorum, Vir exemplaritatis nota insignitus, publici juris fecit patrio idiomate:

*Tractatum de significatis Sacrosancti Sacrificii Missæ,* Romæ apud Ludovicum Grignanum, anno 1626.

*Declarationem de Divinis Officijs, & de Ceremonijs, quæ sunt in Exequijs Defunctorum.* Ibidem apud Jacobum Mascardum, anno 1612. in 8. Vidi. De eo meminit Uvadingus; Genuensis, & Leb Allatius de Viris Illustribus, pag. 197.

## N



**NICASTUS JOANNIS**, à quodam Pago in Hollandia, qui nascentem eum excepit Hezius dictus, Conventus Lovanien- sis alumnus, Sacrae Theologiae Baccalau- reus, Vir Evangelicæ perfectionis secta- tor egregius, atque in ea Theologiae par- te, quæ contemplationi intenta est, ac mysticis Sacrae Scripturae sensus exquirat, insignitè versatus, in lectione quoque Scripturae tam exercitatus, ut Psalterium ejus totum, Epistolasque Apostolicas ex memoria recitare posset, scripsit:

*Sublimes, ac subtiles Sermones ad Popu- lum*, quorum nonnulli propria manu exa- rati aservabantur apud Guilielmum Es- tium, vti ipsemet testatur cap. 3. lib. 3. suæ Historiæ Beatorum Martyrum Gorgo- mensium. Horum consodalis fuit Nicastus noster, qui ab Hæreticis captus, atque Brielem deductus die 9. Julij, anno 1572. pro Fide Catholica sub impijsimo Prin- cipe Auriaco, per manus Geuziorum Hæ- reticorum gloriosus Martyr evasit, ac post mortem miraculis claruit, ejus fes- tum colitur in Ordine Minorum die 9. Julij. Ejus, suorumque Commartyrum gesta litterarum monumentis consignarunt Faustinus Tasso, Myraus, Bolsius Raissa, Sedulius, alijque non pauci apud Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem eundem, §. 1. Consule Uvadingum de *Martyribus Ordinis Minorum*, & præ- cipue P. Conradum Janningum in Acta Sanctorum Julij, die 9. fol. 809.

**NARCISUS JOANNES**, Hispanus, in Provincia Cataluniæ professus, in Sancti Josephi Discalceatorum Provinciam, Deo inspirante, translatus, primò Theologiam docuit, (cujus doctrinæ testes veritas, modestia, & zelo juncta charitas) adeò- que in omni virtutum genere profecit, ut omnes sui temporis longè post se relin- querit. A Reverendissimo P. Fr. Christophoro à Capite Fontium totius Ordinis Generali Ministro Commissarius Generalis India- rum destinatur, nisi præmatura ejus mors intercessisset, relicto brevi tractatu,

*De Oratione, necnon de Legibus Spiritus.* Pluribus de eo Arturus in Martyro- logio Franciscano, die 13. Septemb. §. 4.

Floruit magna sanctitatis opinione in Ma- triteni Conventu Sancti Bernardini anno 1570.

**NATALIS DURRET**, Gallus, For- resianus, Regul. Observ. Theologus Pa- risiensis, collegit,

*Admiranda opera Ordinum Religioso- rum in univèrsa Ecclesia Deo militantium.* Ruesij apud Hæredes Stephani Andreae 1647. in fol. Hæc Uvadingus.

**NATALIS FELIU**, Hispanus, Re- gul. Observant. Provinciae Majoricarum, Lector emeritus, Diffinitor, & Proposi- tionum S. Officij Censor, vernaculè evul- gavit opus prænotatum:

*Majoricanus minor*, sub cujus inscrip- tione habentur Conciones quindecim. Majoricæ typis Petri Frau, anno 1677. in 4. Vidi. Prælo etiam maturum habebat volumen aliud, quod

*Compendium Qualificabilem* inscribitur. Ex relatione hujus Provinciae.

**NATALIS TAILLEPIED**, Gallus, Pontizarenis, primitus Regul. Observ. ac Parisiensis Doctor, demùm Minorita Capuccinus, ac Vir doctrina, & vita cons- picuus typis dedit *monstruosos*, vti ipse- met loquitur in quadam Epistola Nuncu- patoria, labores in aliorum vsus coloca- tos. Ejus autem opera, quæ ad notitiam meam devenere, sunt:

*Commentarium in Threnos Jeremia.* Pa- risijs apud Joannem Parant 1582. in 8. Vidi.

*In Prophetam Jeremiam.* Ibidem 1583. in 4. teste Jacobo Le-Long in sua Biblio- theca Sacra, pag. 980.

*Historiam vitæ, & mortis Martini Lu- theri, Andrea Carolostadij, & Petri Mar- tyris.* Ibidem per Joannem Parant 1577. Idem liber editus est Duaci anno 1616. in 12. addita *Vita Theodori Bezae.*

*Tractatus de Anno Jubilai, & de Indul- gentijs.* Parisijs. Ex Uvadingo.

*Vita, & gesta Theodori Bezae.* Parisijs 1577. in 12. Latine reddita à Panthaleone Theventino prodijt Coloniz anno 1580. in 12.

*Perfecta Abbatissa Pontizarenis,* Gal- licè. Parisijs in 8. Ex Le-Long, lib. 2. Bibliothecæ Gallicæ, num. 6357.

*Antiquitates Pontizarenses.* Ibid. 1587. in 8. Ex eodem.

*Antiquitates Rothomagenses.* Ibidem, teste

teste Laffor, tom. 2. sui *Universi*, pagina 454.

*Thesaurus Ecclesiæ Catholicae.* Ex Ge- nueni in Appendice suæ Biblioth. Scrip- torum Capuccinorum.

*Vita Druidarum, Ebasiorum, Sarroi- darum.* Parisijs. Ex Dupino in Supple- mento.

*Tractatus Apparitionis spirituum.* Bru- xellis 1609. Ex eodem.

*Resolutiones Sententiarum Scripturæ ad- versus Hæreticos modernos.* Parisijs 1574. Ex eodem.

*Vita Fr. Nicolai de Nisse Minorite.* Ex- cusa extat Parisijs apud Somnium, anno 1574. in 8. Vidi. Obijt Andegavi anno 1589. Consule Joannem de Huret de An- tiquitatibus Andegavensibus, fol. 510. ac Didacum de Lequile in suo Catalogo Scriptorum, qui pro Fide Catholica di- micarunt.

**NATHANAEL LE-SAGE**, Gallus, strictioris Observ. Recollectorum alum- nus, recensente Uvadingo, edidit vernaculè:

*Tractatum de Reformatione.* Atrebatì apud Robertum Maudhuy, anno 1645. in 12. Secundò Lugduni per Petrum Ri- galdum.

**NESTOR DIONYSIUS**, Novarien- sis, in re Grammatica peritus, compo- suit:

*Dictionary Alphabetico ordine*, quod habetur Paduæ in Bibliotheca S. Antonij, & M. S. in Conventu S. Hieronymi Hip- pelli in Umbria propè Afsisium. Scripsit insuper:

*De octo partibus Orationis.*

*Quarundam dictionum, & orationum expositionem cum alijs varijs notandis.*

*Librum de quantitate syllabarum.*

*Emendationem libelli Sulpitii de quanti- tate syllabarum.* Omnia hæc excusa sunt Argentorati apud Joannem Pruff, anno 1507. Hæc Uvadingus, & Tosignianus.

**NICANDRUS GARRIGA A VE- NAFRO**, Prov. S. Angeli Minorum Ca- puccinorum alumnus, Vir Divino clarus eloquio, scripsit Italicè:

*Volumina plura meditationum spiritua- lium.* Obijt 1649. die 13. Novembris in Conventu S. Nicandri. De eo Toppius in sua Bibliotheca Neapolitana.

**NICASTIUS MANTERO**, Hispanus, Regul. Observ. Castellanae Prov. Con- cionator, in Tertiariorum gratiam, quo- rum Director erat, emisit vernaculè,

*De fructuoso, ac devoto modo visitandi*

*Viam Crucis.* Matriti per Thomam Ro- driguez Frias, anno 1727. in 16. Vidi.

**NICEPHORUS DE PONTE**, Ga- llus, Capuccinus, Provinciae Parisiorum alumnus, & Concionator, edidit Gallicè opusculum sub titulo:

*Methodica, ac facilis ars Orationis Men- talis* in 8. Ex Genuensi.

**NICODEMUS FLORENTINUS**, Prov. Tusciae Regul. Observ. edidit

*Dialogum animæ rationalis super 38. Mysteria Vitæ Christi.* Florentiæ 1601.

*Summam casuum conscientia.* Ibidem: Ex Uvadingo, & Terrina, part. 3. Pro- vincia Tusciae, pag. 209.

**NICOLAUS ALBASPINA**, Gallus; magni Conventus Tolosani Guardianus, & Minister Provinciae Aquitaniae, Vir La- tine, & Græcè doctus, in dicendo promp- tus, in scribendo facilis, aliquantulum in- constans in vijs suis, modò ad laxiorem; modò ad strictiorem Observantiæ Reco- lectorum normam deslectens, scripsit Gallicè:

*Chordularium, seu Thesaurum Indul- gentiarum concessarum gestantibus Chordu- lam S. Francisci, secundum novam restric- tionem Pauli V.* revisum, correctum, & auctum in secunda editione. Parisijs apud Joannem Petit, anno 1618. in 16.

*Memoriale pro Reformatione ad Sum- mum Pontificem Paulum V.* Lutetia apud Dionysium Moreau, anno 1618.

*Artem ad intelligendum, & practicandum S. Francisci Regulam.* Tolosæ apud Viduam Jacobi Coloniers, anno 1620. in 12.

*In Apostatantes ab Ordine*, lib. 1.

*Flagellum Apostatarum*, lib. 2. Parisijs apud Robertum Fovet in 12.

*Commentaria in Regulam, & Vitam S. Francisci.* Tolosæ apud Viduam Jacobi Coloniers 1612. & Lugduni apud Fran- ciscum Arnoullet, anno 1614. Vidi.

*De Vocatione Religiosorum.* Aliaque plurima opuscula in lingua Gallica, Uva- dingo teste.

**NICOLAUS ANGEL**, Hispanus, Juliobrigensis, ex Regul. Observ. Prov. Burgensis, Apostolici Concionatoris, non semel Guardiani, ac Definitoris muneribus functus, mihi perquam familiaris, hoc an. 1732. Procuratorem generalem agens in Matriteni Curia Cause V. Matris Ma- riae à Jesu de Agreda, prælo paratum ha- bet tomum in 4. & Concionantibus valdè vtilem. Opus est tripartitum. Pertractat in prima

*De Sensibus Sacrae Scripturae hujus brevis divisione, de Rhetoricae praeceptionibus, ac methodo concionandi Apostolicè. Amplectitur secunda*

*Conciones praecipuas ad usum Missionariorum. Tertia continet*

*Dilucidam Expositionem totius Doctrinae Christianae. Vidi.*

**NICOLAUS ANGELUS A S. ANGELO**, Capuccinus, natione Picensis, Provinc. Romanæ alumnus, Concionator eruditus, in Arte Poetica admodum excultus, ac clarissimo pollens ingenio, scripsit Italicè carmine heroico Encomium Sacrum de S. Felice Capuccino, sub titulo:

*Amor felix Felicis amanti. Romæ anno 1632. Habetur originale Genuæ in suorum Bibliotheca, teste Genuensi.*

**NICOLAUS ANGLICUS**, natione, & cognomine, Sacrae Theologiae Doctor, Minorita insignis. Hic Romam perveniens, Gallia, & Italia prius peragratis (fama ejus percrebescente) coepit notus esse Pontifici Innocentio IV. qui perspecta Viri doctrina, prudentia, gravitate, & alijs virtutibus penè singularibus, eum sibi fecit à moderamine conscientiae, & in ijs quæ ad Deum sunt, directorem. Cui muneris cum ad aliquod tempus abundè satisfecisset, Pontifex ei contulit Episcopatum Afsiensensem. *Quaedam scripsisse perhibetur à Fr. Thoma Ecclestono, & Lelando apud Angelum à S. Francisco in suo Certamine, in Catalogo Scriptorum Anglorum. Extat hujusce Authoris mentio apud Moreri in suo Dictionario Gallico.*

**NICOLAUS DE AQUÆVILLA**, Gallus, Lugdunensis, inter eximios Prædicatores excellebat in Ordine ann. 1317. Reliquit sui ingenij monumenta:

*Sermones Dominicales super Evangelia: Dicite Filiae Sion,*

*Sermones pro diebus festiuis per annum.*

*Sermones de Tempore collectos ex Patribus. Habentur M. S. omnes iste Conciones in pluribus Angliæ Bibliothecis, & alijs. Consule Bibliothecam Bodlejanam, tom. 1. fol. 148. & Antonium Sanderum, part. 2. Bibliothecæ M. SS. Belgicorum. Scripsit insuper:*

*Sermones Assumptionis, ac Natiuitatis B. Virginis, citatos à N. Carthagenæ, lib. 7. Homil. 15. De illo agunt Posslevinus, Tosignianus, & Uvadingus.*

**NICOLAUS ARIMINENSIS**, Minorita doctus, & pius, anno 1414. scripto tradidit;

*Vitam, & gesta Rainaldi Archiepiscopi Ravenatis. Habetat penès se Uvadingus, sed ineditum. Paritèr:*

*Vitam Roberti de Malatesta Ducis de Urbino Tertiarij Franciscani sanctitate illustris, quam Marcus Ulysiiponensis, & alij posteriores in lucem dedere, ut testatur Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 10. Octobris, §. 5.*

**NICOLAUS ARMIGERUS**, ex Minoritis Conventualibus, fabricavit:

*Cursum Mystico-Historicum Ordinis S. Francisci, editum anno 1631. teste Arturo in Appendice ad suum Martyrologium Franciscanum, pag. 651. §. 209. Vide superius verbo: Gerardus Empellius.*

**NICOLAUS ASBOLDUS**, Hyberianus, Missionarius Apostolicus, Capuccinus, tam à doctrina, quam à pietate, & animarum zelo à Genuensi commendatus, tum Latino, tum Anglico idiomate super viginti quinque edidit volumina, ceterum Genuensis dumtaxat recenset ea, quæ subijcio:

*Annales Missionis Capuccinorum in Anglia, & Hybernia. Latine in fol. tom. 2.*

*De Potestate, & Autoritate Summi Pontificis adversus Protestantes, tom. 2. in 4.*

*Stellio ad Stellam. Opus valdè ingeniosum de ipsius congressibus contra Hæreticos, tom. 1. in 4.*

*De doctrinis praecipuis ab Hæreticis controversis, tom. 2. in 4.*

*Conciones Catholicae, tom. 3.*

*Poemata Varia, Sacra, & Moralia; tom. 2.*

**NICOLAUS AUBESPTA**, Gallus; Recollectus. Vide superius, verbo *Nicolaus Albaspina.*

**NICOLAUS AB AUXIMO**, Picensis, qui cum jam esset Doctor in utroque jure, in visione admonitus, & ad Ordinem Minorum vocatus anno 1427. in Provincia S. Angeli Vicariatum egit, & Hierosolymitanam peregrinationem, & praefecturam jubente Martino V. suscepit, Vir fuit, tum eruditione, tum zelo animarum celeberrimus, magnamque sibi, & Ordini ex suis studijs, & elaboratis scriptis laudem peperit. Hæc sunt:

*Summa casuum conscientiae. Venetijs apud Leonardum Uvid, anno 1494. ut Uvadingus inquit. Me autem iudice indistincta est hæc summa ab opere prænotato.*

*Supplementum ad Summam Pissanelam, seu Magistrantiam, ab Authore conscriptum*

tum anno 1444. & impressum Januæ anno 1474. typis Moravi de Olomuntz in fol. Extat in Bibliotheca Ecclesiæ Abulensis. Vidi. Item Mediolani apud Leonardum Pachel 1479. in fol. Vidi.

*Expositionem Regulae Fratrum Minorum, quam nonnulli attribuunt S. Bernardino Senensi, cujus contemporaneus, & familiaris fuit:*

*Librum Legis Canonicae, seu Epitome librorum Juris Canonici, opus valdè commendatum à domesticis Authoribus Tosigniano, Ulysiiponensi, Uvadingo, & alijs.*

*Interrogatorium Confessorum. Venetijs anno 1489. in 8.*

*Concionum volumen magnum. Ex Uvadingo, & Ulysiiponensi.*

*Quadragesimale. Ex eisdem. Præter ista scripuit:*

*Expositionem Symboli.*

*Expositionem Decalogi.*

*De Oratione tractatum diffusum. Tria hæc opuscula habentur Hispani in Bibliotheca Ecclesiæ Cod. vnico, in 4. partim pergameneo, sub titulo: Quadriga. Vidi. Et etiam extat impressum, sed absque loco, & anno, sub hac inscriptione: Quadriga spiritualis. Ibidem vidi, ac legi. Hierosolymis reversus, è vivis excessit Romæ, & in Aracœli tumulatur, in cuius felici transitu, talis, tantulque odor ex suo corpore exhalavit, ut cuncta alia mundi odoramenta longè excederet. Legge Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 23. Februarij, §. 3.*

**NICOLAUS BARON**, Minorita, ineditum reliquit, opus inscriptum:

*Tabula Metaphorarum. Asservatur M. S. in quibusdam Angliæ Bibliothecis, ut constat ex tom. 2. Bibliothecæ Bodlejanæ, pag. 41.*

**NICOLAUS BARSOTTUS**, Lucensis, Capuccinus Concionator Provinciae Bohemicae, Vir pietate, doctrina, prudentia, omnique virtutis lumine clarus, à Marianis cultoribus non parum prædicandus, admirabili prosus arte composuit, in lucemque evulgavit *Cynosuram* ad Leopoldum I. Ungariæ Regem. Prodiit primò Viehnæ Aultriæ ex officina Joannis Jacobi Kurner 1655. in fol. Locupletatum autem recullum est ibidem, ac eisdem typis anno 1675. sub hac diffusâ inscriptione:

*Cynosura sive Maria Stella Polaris Christo Jesu Sole amicta, exornata, illustrata, que seorsim sumpta Distichis 69. 902. 227.*

514. 327. 049. eundo, & quia retrograda eisdem redeundo, hoc est carminibus 279. 608. 910. 057. 308. 160. dico; Ducentis septuaginta novem millibus, sexcentis & octo millionum millionibus, nongentis quoque & decem millibus quinquaginta septem millionibus, & insuper trecentis & octo millibus, centum & sexaginta. Sol Jesus Christus itidem seorsim sumptus, totidem planè, ut Cynosura numero carminibus constat. Si verò Cynosura unita soli accipiatur, numero propè modum ineffabili, & incomprehensibili.

*Sermones Evangelicos de Quadragesima, & Adventu. Ibidem apud eundem 1667. in 4.*

*Sermones, sive Conciones de Sanctis per annum occurrentibus. Ibidem apud eundem 1668. in 4.*

*Spirituale humanæ semper peregrinae mortalis vite Remigium, habens portum suum immortalem, eternam vitam. Italico primum idiomate fusiùs, nunc strictius Latino donatum Viennæ Aultriæ 1647. & prodiit etiam ferè eodem tempore Germanico idiomate cum ingenti utilitate. Transtulit paritèr ex Italico in Germanicum sermonem opusculum P. Pauli Manasæ, cujus titulus est:*

*Paradisus interior cum additione quorundam Opusculorum; & aliorum exercitiorum spiritualium. Prodiit jam quinta vice: bis Coloniae Agrippinae, & tær Viennæ Aultriæ in 8. Hujus Authoris meminit Dupinus, præclarissimè autem Marracius, & Illustrissimus Caramuel, quorum elogia meritò exscripsit Fr. Dionysius Genuensis in sua Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum.*

**NICOLAUS DE BORDO** apud Tosignianum, sed E. BROIDO apud Uvadingum, scripsit:

*Distinctiones in 4. libros Sententiarum, de quibus etiam Saunig in Synopsi.*

**NICOLAUS E BITTONIO**, seu BRITONIO, UMBER, Provinciae S. Francisci Minister anno 1413. edidit:

*Quadragesimale, testibus Rodulpho, & Uvadingo.*

**NICOLAUS BODIUS**, Flander, Guardianus Dixmudensis, Vir in Sanctarum Scripturarum lectione, & meditatione assiduus, scripsit:

*Apologiam adversus Epistolam non solbriam M. Francisci Almerici de regressu spirituum; qua se, & veteris lectionis studiosissimum demonstrat. Hæc Uvadingus.*

NICOLAUS BONNETUS, Messanensis, Minorita doctissimus, per Italiam, & Siciliam sua ætate celeberrimus, etiamque clarus meritis, & prudentia, in Tartariam à Benedicto XII. P. M. missus, & à Clemente VII. ad Melitensem Episcopatum sublimatus, anno 1342. edidit:

*Postillam in Genesim* impressam Venetijs anno 1505. teste Jacobo Le-Long in sua Bibliotheca Sacra, num. 750.

*In Metaphysicam*, lib. 9.

*In Libros Physicorum*, lib. 8.

*Super Prædicamenta*, lib. 1.

*In Theologiam naturalem*, lib. 7. Hæc omnia volumine unico in fol. studio Laurentij Venerij Procuratoris S. Marci typis mandata sunt Venetijs expensis Hæredum Octaviani Scoti anno 1505. Vidi, ejusque in fronte legi Dialogicum carmen Jacobi Philippi, cujus initium:

*Quis liber hic? Sophia nomen dic? Ille Bonettus  
Quem Cælum, & tellus, & freta summa colunt.*

*Commentaria super 4. libros Sententiarum.* Ibidem apud Octavianum Scotum.

*De Conceptione Beatissimæ Virginis* tractatum, jussu ejusdem Pontificis Clementis, opus commendatum à Marracio apud nostr. Alva in sua Militia, & à Fr. Bonaventura Baro Minorita, tom. 1. Opusculorum in calce, littera N. Moderata eximij, sanctisque legibus sua Ecclesia sanctè decessit Melitæ anno 1360. De eo pluribus Antonius Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ.

NICOLAUS BONONIENSIS, Uvadingo teste, scripsit:

*Tractatum de Excommunicationibus*, quem hætenus non vidi.

NICOLAUS BUICO, Minorita Conventualis, pro Scoti doctrina Theologus primarius in Patavina Academia, elaboravit:

*Relationem censoriam pro validitate duorum Matrimoniorum V. Servi Dei Fr. Sebastiani Apparicio Minorita.* Romæ ex typographia Vaticana anno 1722. in 8. Vidi.

NICOLAUS CÆSARIS, Gallus, Burgenfis, Tertij Ordinis Regularis Provinciae S. Ivoonis alumnus, opusculum scripsit:

*De vera pietate.* De eo Bordonus, & Uvadingus.

NICOLAUS A CASTILLO, His-

panus, Minorita insignis, ac Caroli V. Imperatoris Augusti Concionator, inedita, morte præventus, reliquit:

*Concionum volumina* multum laudata part. 4. Historiæ Seraphicæ Fr. Antonij Daza, ex quo Nicolaus Antonius, tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ.

NICOLAUS A CONCEPTIONE, Lusitanus, à Secretis suæ Discalceatæ Provinciae S. Antonij, nonnullas Conciones evulgavit, ex quibus solum ad manus meas devenit:

*Concio de Indulgentia Portuancule*, Conimbricæ excusa per Antonium Simonem, anno 1707. in 4.

NICOLAUS CRASELLUS, Patavinus. Ejus præclarè meminit Bernardinus Scardeonius de *Antiquitate Urbis Patavij*, lib. 2. class. 7. cujus verba hic appono: *Si præstantes*, inquit, *Sacrarum*, Litterarum Scriptores, qui Patavini, fuerunt, enumerandi sunt, nescio quæ ratione Nicolaus Crasellus Minorita, præteriti hic silentio jure possit. Is enim, acceptis prius in sæculo de more Doctoratus insignibus, amore Christi, sus, relictis omnibus, Franciscanam Religionem ingressus est, qui cum parùm admodum voce, & lateribus ad concionandum valeret, Christianæ pietate, & Sacrarum Litterarum studio, docendo, consulendo, scribendoque, & orando totum se dedit. Vidimus cultum ejus opusculum: De gradibus, affinitatis, & consanguinitatis, cujus titulus talis est: *Brevis, & compendiosus Tractatus cognoscendi gradus consanguinitatis, & affinitatis per V. P. Fr. Nicolaum de Padua Ordin. Minor. de Observatione Canonum Doctorem eximium.* Scripsit, ut audio, & alia, quæ nos ignoramus. Hætenus Scardeonius ex Bibliotheca Matthæi Madij. Alia autem elaborata recensens Uvadingus, scripsisse ait:

*Quodlibeta Theologica.*

*Summam casuum conscientia.*

*Tractatum de Usuris, & Restitutionibus.* Uvadingo consentit Sannig in Synopsi.

NICOLAUS A CUTTARO, Italus, ex Reformatis Provinciae Marchiæ Concionator, ac Lector generalis ediderat Italicè anno 1682.

*Tractatum de vita activa.*

*Librum de Sacra Peregrinatione Laurentiana.* Ex relatu laudatæ Provinciae, quam legi Matrini in Archivio Ordinis.

NI.

NICOLAUS DIJON, seu DIVIONENSIS, Gallus, Provinciae Lugdunensis Minorum Capuccinorum, Sacræ Theologiæ Lector, ac Provincialis Minister, quem eximium Concionatorem ejus de prædicant opera, Gallicè evulgavit:

*Conciones pro octiduo defunctorum.* Parisijs apud Jacobum Colombat, anno 1699. in 8. Vidi.

*De Octava Assumptionis B. Mariæ Virginis Conciones.* Lugduni apud Joannem Baptistam à Ville 1647. in 8. Vidi.

*De Octava Eucharisticæ Conciones.* Ibidem apud eundem 1686. in 8. Vidi.

*Conciones Adventuales*, sub titulo: *Pharao reprobus.* Editio secunda, quam vidi, facta est Lugduni typis Leonardi Plaigard. 1688. in 8.

*Conciones Quadragesimales.* Ibidem per Joannem Baptistam de Ville, anno 1692. tomis tribus in 8. Vidi.

*De Mysterijs Purissimæ Virginis Mariæ.* Ibidem per eundem 1687. in 8. Vidi.

*De Mysterijs Sacrosanctis Christi Domini.* Lugduni apud eundem 1688. in 8. Vidi.

*Conciones super Evangelia Dominicalia totius anni.* Parisijs per Michalet, anno 1694. tomis tribus in 8. Vidi.

*Conciones de Sanctis.* Lugduni apud Thomam Amaubry 1693. tomis tribus in 8. Vidi.

*Conciones pro investitione Habitus, & Religiosa Professione.* Ibidem, eisdemque formis anno 1695. in 8. Vidi. Emisit insuper, Genuensi teste, opus piissimum pranotatum:

*Spiritus Christiani, Ecclesiastici, & Religiosi efformatus super Spiritum Jesu Christi.* Lugduni apud De-Ville, anno 1688. tomis tribus in 12.

*Sermones Quadragesima Horarum contra abusum Sacramenti Pœnitentiæ.* Ibidem per eundem 1690. volum. 1. in 4.

*Adversus opinionem damnatam Michaelis de Molinos*, tractatum doctissimum, tacito verò nomine proprio. Divioni, literis Joannis Reslayre, anno 1688. in 8.

NICOLAUS AB EQUILA, Minorita, Anglus, ac Doctor Theologus, edidit, Uvadingo teste:

*Sermones Dominicales.* Parisijs anno 1520.

NICOLAUS FACHINAMUS, Anglus, Patria Norfolcensis Sacræ Theologiæ Doctor, & Oxoniensis Professor, Minister Provincialis per Angliam designatus; ita versatus est, testibus Lelando, Tom. II.

Angelo à S. Francisco, & Uvadingo, vè non solum ad utilitatem Ordinis sui, verum etiam ad publicum totius Ecclesiæ bonum omnes suas actiones contulerit, omnique autoritate sua ita usus fuerit, ut non cum supercilio præesse, sed cum humilitate prodesse studuerit. Erat Angliæ Regi Richardo Secundo satis cognitus, magis dilectus, cujus etiam hortatu, multa ad publicam utilitatem scripsit. Vir ingenij mitis, & mansueti, pietatem ad omnia vtilem impensè coluit, charitatem quæ numquam excidit, semper, & in omnes pro occasione exercuit. Pacificus, & concordia studiosus, vidit cum magna animi sui dolore turbas, discordias, schismata, quæ per illa tempora pacem Ecclesiæ Catholicæ perturbaverant, unitatem luxaverant, immò penè dissolverant, quibus malis ut mederetur, & Matrem Ecclesiam solaretur prius filius, multa ad conciliandam pacem apposite scripsit, quibus si attendissent discordes, continuè facti fuissent unanimes, nec schisma latius serpsisset, nec diutius durasset. Scripsit enim:

*De fraternitate Christiana*, lib. 1. Incipit: *Cives multos decipitis.*

*De Schismatibus Ecclesiæ*, lib. 1. Incipit: *Gum ex lege natura.*

*Super unione Ecclesiæ*, lib. 1. Incipit: *Cum secundum Apostolum.*

*De valore Missæ*, lib. 1. Incipit: *Per tractata questione.*

*De Suffragijs Viatorum*, lib. 1. Incipit: *Secundum seriem Scriptura.*

*De Oratione*, lib. 1. & alia non pauca Sanctissimè diem suum obiit Colcestriæ anno 1497. Eum etiam commendat Fr. Didacus Lequile in Catalogo Scriptorum, qui pro Fide Catholica dimicavit, Uvadingum excipiens.

NICOLAUS FARA, Italus, cognomento TELLUS, Provincialis Vicarius Prov. S. Bernardini Regularis Observantiæ, individuus S. Joannis Capistrani socius, & juratus actionum ejus, & miraculorum testis, diffusè scripsit sermones Latino:

*Vitam, & gesta prædicti S. Joannis.* Ineditam habuit Uvadingus, ego autem vidi impressam anno 1523. in 4. sed loco, & Typographo non expressis.

NICOLAUS DE FERRO, Minorita, Hispanus, recensente Nicolao Antonio, ex Uvadingo typis commisit:

*Compendium Privilegiorum*, Pincia 1525. in 4.

Kk

Nk



**NICOLAUS FODERETUS**, Minorita, efformavit:

*Descriptionem Monasterij Clarissarum Gratianopolitani*. Ex Arturo in suo Gy-naeco, die 25. Januarij, §. 8.

**NICOLAUS FREITAS**, Hispanus; Regularis Observ. Prov. S. Evangelij, ac Minister Tertij Ordin. edidit anno 1680:

*Concionem de Sanctissima Trinitate*, ob quam eum laudat Fr. Augustinus Ventancurt in Centuria Scriptorum laudatæ Provincie, fol. mihi 138.

**NICOLAUS GAZZÆUS**, Atrebas, Gallus, Regularis Observantiæ, Sacræ Theologiæ professor, patrio idiomate evulgavit:

*Chronica Ordinis Virginum Annuntiarum*. Atrebari apud Gulielmum de la Riviere, anno 1607. in 8. Vidi.

*Speculum viduarum, seu vitam Ludovica de Lorrainy*. Parisijs 1601. in 12. teste Jacobo Le-Long; lib. 3. Bibliothecæ Gallicæ num. 10051.

*Sacrum Misericordiæ Palatium varijs Sacræ Scripturæ locis, atque septem misericordiæ operibus, quasi peristomatibus exornatum*. Duaci 1606. Ex Dupino, sæculo 17.

*Incendium Animæ devotæ*. Antuerpiæ anno 1612. Ex eodem.

*Historiam boni, & mali Adam*. Ibid. anno 1616. Ex eodem. Demum, Uvadingo teste (nisi opera indistincta sint à præcedentibus) scripsit:

*De felicitate, & infelicitate Adam, & Evæ.*

*Historiam Sacram*, patrio idiomate. Hui symbolum: *Mens intenta Deo*. Prodiit Atrebatum 1616. in 8. & continet sermones varios, teste nostro Alva, col. 1099. suæ Militiæ.

**NICOLAUS GLASBERG DE MORAVIA**, Minorita, typis mandavit *Trilogium animæ*; de quo superius verbo Ludovicus de Prussia. Conscripsit, sed inedita reliquit:

*Chronica suæ Provinciæ Argentinenfis*, laudata à Mellisano in Supplementis Annualium Uvadingi, ad annum Christi 1484. & alibi.

**NICOLAUS GORAM**, Minister Provinciæ Franciæ, scripsit:

*In libros Sententiarum.*

*In Sacram Scripturam*. Commentarios breves. Habentur in Bibliotheca Vaticana M.S.

*Themata prædicandi.*

*Postillam in Evangelia, & distinctiones*

*eiusdem*. Hæc Uvadingus; & Tosignianus, quibus adhærent nonnulli ex Domesticis. Opera autem ista, & alia plura edita impræsentiarum extant, & Nicolao Goram Ordinis Prædicatorum attribuuntur à Bellarmino, necnon à nostro Alva in sua Militia, ab alijsque Nomenclatoribus, quorum sententiam amplector, licet Ludovicus Moreri in suo Dictionario Gallico problematice procedat.

**NICOLAUS GOROA**. Vide verbo *Nicolaus Fonga*.

**NICOLAUS GRANDIS** in Sacra Facultate Parisiensi Doctor Theologus Instructor Fr. Joannis de Rioche ejusdem Instituti eruditi alumni, Vir, quem veritas, modestia, ac pietas illustravit, elaboravit:

*Commentarios in Epistolam B. Pauli ad Romanos* Francisco Valesio Galliarum Regi nuncupatos. Parisijs apud Poncetum, anno 1546. in 8. Vidi.

*Commentarios in Epistolam ad Hebræos*. Ibidem per eundem 1552. & 1546. in 8. Vidi. Clarebat anno 1550. Eum commendat Uvadingus Jacobus Le-Long, pag. 780. suæ Bibliothecæ Sacræ, & laudatus Rioche qui in suo Compendio Temporum, cap. 140. subdit *alia doctissima exarasse*.

**NICOLAUS GRASSELUS**. Vide verbo *Nicolaus Craffellus*.

**NICOLAUS HERBON**, vel **HERBRON**, vel **HERBORN**, Gallus, ex Conventualibus Provinciæ Colonienfis, & Commissarius Generalis, ea dicendi gratia, ac doctrina effulsit, quam perspicue ostendunt ejus scripta. Extant sui ingenij monumenta:

*Monas Sacrosanctæ Evangelicæ Doctrinæ ab Orthodoxis Patribus veluti per manus tradita*. Coloniz apud Petrum Quentel, anno 1529. in 8. & Parisijs 1534. Vidi.

*Epistola ad Minoritas*; quod optima Apologia est vite emmendatio. Coloniz per eundem, vna cum opere laudato.

*Enchiridion locorum communium adversus sui temporis hereses*. Ibidem apud Quentel, anno 1529. in 8. Vidi.

*De notis veræ Ecclesiæ ab adultera dignoscendæ* tractatus ibidem excusus, vna cum præcedenti, & cum tractatu alio prænotato:

*Methodus prædicandi Concionatoribus cum utilis, tum accomodatus*. Vidi.

*In Psalmum septuagesimum octavum enarratio lamentatoria*. Coloniz typis Quentel 1529. in 8. Vidi.

Epi-

*De tribus Votis, ac præsertim de Obediencia Religiosorum.*

*Monasterium Domini N. Jesu Christi.*

*Apologiam veræ Fidei*. Claruit anno 1524. teste Fr. Augustino de Uvita in sua Genealogia S. Francisci, pag. 62.

**NICOLAUS A JESU**, Hispanus, strictioris Observ. Dicalceatorum Valentiniæ Prov. S. Joannis, munere Prædicator, perutile conscripsit opus hoc titulo insignitum:

*Vita rectè ordinata*. Opus est sermone Hispanico concinnatum, ac in tres divinum tractatus. Agit in primo de *Vita benè ordinata cujuslibet Christiani*. Vertitur in secundo ad *varios status, seu gradus perfectionis*. Amplectitur tertius *Compendium Indulgentiarum visitantibus Ordinis Seraphici Ecclesiæ concessarum*. Valentiniæ apud Josephum Garcia 1730. in 8. Vidi. Evulgavit insuper vernaculè:

*Admonitionum pro bona morte, diligentisque preparationis eidem adhibenda*, totum in 8. Ibidem, ac eisdem typis 1730. Vidi. In hac vita degit.

**NICOLAUS AB ILLOCO**, Gallus, Regul. Observ. alumni in Prov. S. P.N. Francisci in meliorem formam redegit

*Kalendarium perpetuum*, primitus elaboratum à Fr. Claudio Levot ejusdem Instituti, in publicumque missit Venetijs typis Andreae Poleti, anno 1675. in 8. Vidi.

**NICOLAUS LACKMAM**, Theutonicus, Prov. Saxoniz Minister, Vir apud Trithemium in Divinis Scripturis studiosus, & eruditus, ac in declamandis sermonibus ad Populum excellentis opinionis, qui Concilio Basiliensi interfuit, scripsit:

*Super Sententias*, lib. 4.

*Sermonum de Tempore*, lib. 1.

*Sermonum de Sanctis*, lib. 1. & alia complura. Clarebat anno 1440.

**NICOLAUS LANGEMBERG**, Germanus, ex Oppido Tripperficht, edidit libellum prænotatum:

*Cibus animæ, adjuncto speculo, sive examine ad faciendam perfectè confessionem*. Coloniz apud Petrum Brachell, an. 1637.

& alterum quem inscripsit:

*Anima medicina adjuncta instructione pro Confraternitate SS. Rochi, & Sebastiani, qua habetur in Templo Minorum Marcoduri*. Ibidem apud Hisbertum Clementis, anno 1642.

*Libellum etiam pro Confratribus Chorda, seu Cinguli S. Francisci*. Ibidem apud

Kk 2

Joan-

*Epitome convertendi gentes Indiarum*. Prodiit Basileæ ex typographia Joannis Hervagij, anno 1555. & habetur in volumine ibidem publicato, cujus incriptior *Novus Orbis Regionum, &c.* Vidi.

*Enarrationes Evangeliorum per sacrum Quadragesimæ tempus occurrentium*. Antuerpiæ in officina Michaelis Hillentij, anno 1533. in 8. & Parisijs 1543. Vidi.

*Paradoxa Theologica, seu Theologica assertiones Divinis eloquijs contra Neotericos hereticos roboratæ*. Parisijs apud Hieronymum Gormantium 1534. Egregij hujus operis à Imbonato laudati in sua Bibliotheca Hebraico-Latina capita hæc sunt:

*Scriptura Sacra, neque à quibuslibet tractanda, nec passim legenda.*

*Episcoporum præcipuum munus esse, ut sacras discant, & prædicent litteras.*

*Sacræ litteræ à nullo melius, ac rectius intelliguntur quam ab eo, qui in Ecclesia communem sensum probatissimorum Doctorum sequitur.*

*Carnis nomine, & littera, scripturæ sepiuscale, & vitia quæque significantur.*

*Libertas Evangelij non carnem, sed spiritum spectet, necesse est*

*Constitutiones Ecclesiæ nulla libertatem Evangelij evertunt, neque in hoc ipsum, neque in Paulum peccant.*

*Quisquis à rerum omnium opifice Deo, exilierit, idem exilisse ab Ecclesiâ convincitur, atque contrario qui ab Ecclesiâ, itidem & à Deo corruisse, necesse est.*

*Doctrina Christi Domini, Apostolorum, item & Ecclesiæ quoque placita, viam satis nobis ad benè, beatèque vivendum commoftrant.*

*Judicium quod sacrarum voluminum lectio exigit, non carnis, sed spiritus est donum.*

*Non ex aequo mulieribus, atque Viris de Evangelio differendum, etiamsi ab Evangelio mulieres porro non sint arcende.*

*Arcendi sunt à sacris litteris Viri juxta, ac femina, si in ijs in Ecclesiâ destructionem abutantur.*

*Non est eadem ratio sacros, atque profanos Authores versare.*

*Expedit Republicæ Evangelium Christi sincerius, atque castius, tum in scholis, tum è suggesto doceri.*

*Græce perinde, ac Hebraicè littera, et si iter ad sacras litteras discendas expediunt; dissilè tamen fuerit ipsos fontes vetustos effodere, ac reperire. Edidit etiam testibus Tosigniano. & Uvadingo.*

Tom. II.

Joannem Crythium eodem anno. Hæc Uvadingus.

NICOLAUS DE LINNA, Minorita, Anglus, Oxoniensis Mathematicus anno 1360. Eduardo Tertio, opus insigne nuncupavit inscriptum:

*Inventio fortunata*, in quo Insularum Septentrionalium, suarumque voraginum descriptionem faciens incipit à gradu 53. vsque ad polum, teste Fr. Francico à S. Clara in Appendiculo ad suæ Anglicanæ Provinciæ fragmenta, fol. 227. Alius est noster Author à Nicolao de Linna, seu Linnensi, Carmelitano, cujus mentionem faciunt Joannes Lelandus, & Joannes Pitseus.

NICOLAUS A S. LUCIA, ex Dicalceata Neapolitana Provincia S. Petri Alcantarensis, Italica lingua conscripsit præloque commisit:

*Vitam S. Petri de Alcantara*. Neapoli 1674. in 4. Vidi.

NICOLAUS DE LYRA, Normanniæ Oppido, (etsi sint, qui Flandrum Batavum, aut Anglum efforment) genere, non fide, Judæus, in Vernioliensi Cœnobio Provinciæ Franciæ Minorum amplexus Institutum circa annum 1291. Parisijs egregios in omni doctrinæ genere fecit progressus, Sacræ Scripturæ addiscendæ, & interpretandæ omnem admovit operam, eamque feliciter impendit. Namque vniuersos Bibliorum Codices duplici Commentario, litterali, scilicet, & morali illustravit, aperuitque posteris viam sacra eloquia facilius explicandi. Tanta, inquit Henricus Uvilloto, Divinarum Scripturarum vera, pura, ac germana intelligentia præditus erat, vt in eis exponendis nullum eruditissimorum Theologorum sui temporis parem habuerit. Doctrinæ vbertatem omnes admirantur, & venerantur ejusque fidem; regnante enim Alphonso XI. Aragoniæ Rege plusquam sex millia Judæorum, per Evangelium genuit. Contale Castell in *Francologio*, lib. 2. cap. 15. §. 5. num. 424. *Sanc̃tum* vocat Gulielmus Pysfengrenius, quippe spreis opibus, post habitis voluptatibus, religioni Christianæ, ac Divino honori contulens ita vixit, vt ad sua vsque tempora vix parem habuerit, nedum superiorem, vel sanctitate vitæ, vel doctrina, & scriptis. Exaravit:

*Perpetuas Postillas, & Commentarios in vniuersa Biblia*. Romæ 1471. & 1472. vol. 5. in fol. Et cum editione Latina vul-

gata Colonia 1478. Et Saxonice 1494. Lubeca in fol.

*Postilla Morales* impressæ habentur Mantuæ typis Pauli Joan. de Butschbach in fol. anno 1481. Vidi. Illas absolvit anno 1339. in die S. Georgij Martyris. Authographum Postillarum ex prædicto Conventu Vernoliensi acceptum Franciscus Fevardentius, de quo suo loco supradictum est, Joannes Dadræus, & Jacobus de Cuilly diligenter contulere cum editis, & omnia accuratè suo ordine disposita evulgaverunt Lugduni anno 1590. Habentur Postillæ, & Commentarij integri M.S. in Bibliotheca Ducali Urbini de Quæstionibus, veteris, & novi Testamenti, & magna pars Cefenæ apud Minores. Ad calcem horum Commentariorum humilem hanc confessionem ita Author adjecit:

*Ego Deo Optimo Maximo gratias ago qui mihi gratiam scribendi secundum modulum ingenij mei, super omnes libros in Biblia contentos, dedit, & quoniam probabiliter timeo in pluribus defecisse, tum propter magnitudinem operis, tum propter scientiæ meæ parvitatem, idè de defectibus veniam postulo, & de alijs ad laudandum Deum mecum legentes invito, deprecans humiliter, & devotè, vt apud Dominum me velint suis Orationibus adjuvare. Quod auctum est Parisijs anno Domini 1330.*

*Librum differentiarum novi, & veteris Testamenti, cum explicatione nominum Hebraeorum*. Rothomagi in 8. litteris Goticis Martini Morin. Vidi in Extremadura in Biblioth. Emeritensis Conv. Dominiæ nostræ de la Antigua. Et in 4. sed absque loco, & anno in Segobiensi Bibliotheca Conv. S. Gabrielis. Vidi. In Prologo inquit: *Postquam auxiliante Deo scripsi super totam Sacram Scripturam, &c.* Habentur etiam in fol. Vallisoleti in Bibliotheca Comitis de Gondomar. Vidi.

*Super Psalterium Davidicum, Cantica, & Hymnos per totius anni circulum*. Lugduni per Joannem Marium, anno 1520. in 4. Vidi.

*Prærogativas Gloriosæ Virginis Mariæ*. Initium: *Bernardus in quodam sermone, &c.* Ad calcem laudati operis etiam impressi typis Joannis Picard 1500. in 4. Vidi. Et Gallicè Parisijs apud Petrum le Rouge, 2. vol. in 4.

*Expositionem Præceptorum Decalogi*. Parisijs litteris Goticis, apud Bibliothecam Tellerianam, pag. 92. Et Colonia 1505. in 8. Vidi.

Di

*De Corpore Christi*, lib. 1. Parisijs apud Joannem Parvum 1513.

*Tractatum de idoneo ministrante, & suscipiente Sanctissimum Sacramentum Altaris*. Excusum in Germania absque alia expressione loci cum libello D. Thomæ de eodem argumento in 4. Fortassis indistinguitur à tractatu de Corpore Christi.

*Tractatum alterum perpulchrum de Visione Divinæ Essentiæ ab animabus Sanctis à Corpore separatis*. Incipit: *Qui elucidant me*. Extat M. S. in Bibliotheca Minorum Toleti sub FF. num. 24. in fol. Vidi. Et in Bibliotheca Corsendoncana, teste Sanderò.

*De Arte bene vivendi, & bene moriendi*. Parisijs apud Joannem Parvum 1517. Ex Bibliotheca Telleriana.

*De Cura Clericali*. Ibidem apud Petrum Clientis, anno 1513. Ex eadem Bibliotheca.

*De Naturis rerum libellum*. M. S. in Bibliotheca Cœnobij Camberonensis Cisterciensis in Hannonia, teste Sanderò.

*De quibusdam nominibus per Alphabetum distinctis*. M.S. ibidem, eodem teste. *Contemplationem de Vita, & Gestis S. Francisci*. Antuerpiæ 1623. in 4. vna cum *Opusculis*, ac pariter Parisijs anno 1641. Vidi.

*Disputationem contra perfidiam Judæorum*. Basileæ 1502. in 8. Habetur in Bibliotheca Hispanensis Ecclesiæ, Cod. membranæus in 4. Vidi.

*Quæstiones impugnantes Judaicam perfidiam*. Ad calcem Postillæ in utrumque Testamentum editæ Venitæ anno 1482. Vidi.

*Tractatum contra quemdam Judæum ex verbis S. Matthæi*. Lugduni 1590. Habetur M.S. Marriti in Biblioth. Conv. Regul. Observ. sub C. D. num. 54. Vidi.

*Commentarios in quatuor libros Sententiarum, sed omnium optimos in ter-*

*tium*, teste Uvadingo, ex Trichemio: *Plura Quodlibeta Theologica*. Ex Trichemio, Uvilloto, & alijs.

*Postillas super Epistolas, & Evangelia Quadragesimalia*. Venitæ 1516.

*Tractatum de anima Claustro*. M. S. apud Biblioth. Bodlejanam.

*Glossas in Apocalypsim*, quæ Italicè rediditæ per Fredericum Venetianum prædierunt in fol. circa annum 1480.

*Sermones de Sanctis*, lib. 1. Incipit: *In baculo meo transivi Jordanem*.

*Conciones de varijs materijs*.

*Sermones de Tempore*. Incipit: *Hora est jam nos de somno surgere*. Sermorum omnium liber manuscrip. in fol. impræsentiarum habetur in Bibliotheca Minorum Toleti, littera H. H. num. 10. Apud Bibliothecam Conv. SS. quinque Martyrum Marrochientium Prov. Angelorum habentur editi in 4. Est editio antiqua.

*Postilla, Commentarij, & Moralitates in Prophetas*. Manuscript. extabant in Bibliotheca Imperatoris Viennæ Austriæ, teste Uvadingo.

*Glossæ, & Repertorium in libros Epistolarum, & Sapientia*. Habentur M. S. Vallisoleti apud Bibliothecam Comitis de Gondomar, conscriptæ anno 1329. Vidi. Glossæ omnes in membranis habentur in Bibliotheca Scorialis. Vidi. In pluribus Belgicis Bibliothecis, teste Sanderò. Et Salmantica in Bibliotheca Majoris Collegij S. Bartholomæi. Et Abulæ in Bibliotheca Conv. S. Thomæ. Vidi. Alia plura, imò, vt legitur, apud tom. 4. *Historiæ Universitatis Parisiensis, in Catalago*: Infinita prope opera composuit. Plenius dierum (ipse enim se citat jam grandævum in caput primum Geneleos) obiit in Magno Conventu Parisiensi, anno 1340. sepultus in Aula Capitulari sub ingenti lapide, in cujus circuitu hæc inscripta sunt:

Hic jacet

Fr. Nicolaus de Lyra,  
Sacra Theologiæ vniuersalis Doctor;  
Cujus vitæ, & doctrinæ  
Fama diffusa est per diversa Mundi climata;  
Postillavit enim Biblia ad litteram  
A principio vsque ad finem.  
Is Provinciæ Franciæ alumnus;

In Conventu Vernoliensi, Custodiæ Normanniæ  
Habitum Minorum accepit,  
Quem honorificè, exemplariterque  
Annis XXXVIII. portavit,  
Mortemque obiit anno Domini M. CCC. XXXX.  
Die XXIII. Octobris.

E regione sepulchri muro insita est Tabella marmorea, cui sequentes versus litte-

ris aureis sunt insculpti, ex quibus patria, conversatio, & mors clarè deprehenditur;

*Ne me ignores, properans dum plurima lustras,  
Qui sum ex his nosces, quæ pede busta teris.  
Lira brevis vicus, Normanna in gente celebris,  
Prima mihi vita janua, forsque fuit.  
Nulla diu Mundi tenuit vesania natum,  
Protinus evasi Religione Minor.  
Vernolium admisit currentem ad sacra tyronem;  
Et Christi docuit me domitare jugo.  
Ut tamen ad mores legis doctrina beata  
Abdita planaret simplicitatis iter,  
Artibus ipse pijs, & Christi dogmate fretus,  
Parisijs excepi sacra Magisterij.  
Et mox quæque vetus, & quæque recentior affert  
Pagina Christicolis splendidiora dedi.  
Littera nempè nimis quæ quondam obscura jacebat;  
Omnes per partes clara labore meo est.  
Et quos sæpè locos occidens littera traddit,  
Hos typicè humanis actibus exhibui.  
Extat in Hebræos sanctissima condita turris;  
Nostrum opus, hæud vilis communienda petris;  
Insupèr, & nostri releguntur sæpè libelli,  
Quos in sensa Petri quatuor ante tuli.  
Est quoque quodlibetis non irrita gloria nostris;  
In quæ tu justus arbiter esse potes.  
Non tulit hæc ultra vitam perferre merendo  
Omnipotens Dominus, quo sumus, & morimur;  
A Cruce tu cujus numeres si mille trecentos,  
Adjungens vnam quatuor, & Decades.  
Illo me rapuit mors omnibus æmula sæclo,  
Cum micat Octobris terna vigena dies.  
Jam tu quò tendis, NICOLAI illectus amore?  
Quò Doctore tibi lex referata patet.*

Emeritis laudum præconijs à pluribus celebratur. Bergomenis eum appellat *Theologum eminentissimum, & celeberrimum*. Tritemius: *Nec minus conversatione, quam scientia venerandum*. Alij: *Doctorem extimium, venerandum, planum, & vilem*, apud Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 23. Octobris. Sunt qui integras columnas rescribunt à Lyrano nostro, & tamen rarò citant eum; sed *sermone suo noscitur Vir*. Sixtus Senensis, lib. 4. *Bibliothecæ* necessariam esse Lyranæ Postillam inquit, sed dumtaxat tyronibus.

*At brevis, facilis non est spernenda tyroni Lyrensis expositio.*

Idoneam verò omnibus extare, omnique tempore à tota Ecclesiâ in magna habitam æstimatione, experientia constat, in nulloque cavendam, aut vitandam similem enim sibi in litterali expositione *Sacra Scripturæ non reliquit*, ut fatetur Fr. Gulielmus Pepin Dominicanus, Concione de S. Antonio Patavino. *Sunt etiam* (vtri erant Tritemij tempestata, cujus verba in de *Scriptoribus* subjicio) *qui eum ob eloquij simplicitatem æstiment contemnendum, qui mihi videntur, & vani, & imperiti, ac sacræ scientiæ salutaris Philosophiæ indigni, quoniam simplicitatem Ecclesiasticam vituperant, & verba, non res amplectuntur*. Meritò eruditus Interpret. R. P. Benedictus Perer in 13. *Genesis* apud Sedulium de Lyrano agentem, cap. 3. scripsit: *Multa excimè à Lyrano scriptas, sed nonnullis nimium sibi saperda, & illum contemnit, & omnem veterem litterarum; noctuæ similis hunc odit solem, amans suarum tenebrarum, in quibus utcumque solus volare cupit*. Sunt demùm imperitè scribentes ex alio desumpsisse super Job scribentem; sed ætatem habet ejus Postilla, illam interroga, collata simul alterius, expositione; vel lege, ne actum agam, R. P. Fr. Petrum de Alva in suo opere inscripto: *Pleyto de los Libros*, pag. 540. Consule laudatum Arturum, ac Lequile, tom. 1. Hierarch. Francisc. distinct. 3. pag. 230.

NICOLAUS A MONTE, Gallus, Tertij Ordinis Regularis alumnus, & Academia Parisiensis librorum Corrector, à Bordonio, & Veronensi laudatus, scripsit: *Commentaria in Tertiam Regulam S. Francisci*. Prodiit Parisijs apud Nicolaum Cheneaut, teste Uvadingo.

NICOLAUS MUTIUS, Patria Ver-

nerus, qui Minoritis adscriptus clarebat anno 1238. edidit, recensentibus Tosignano, & Uvadingo:

*Super opera S. Gregorij locos communes*, seu opus egregium per materias distinctum. Laudatur à Fr. Augustino de Uvite in *Genealogia S. Francisci*, pag. 52.

NICOLAUS DE NISE, seu DE NICIA, quem alij Gallum, alij verò cum Andrea Rossoto in suo Syllabo Scriptorum Pedemontij, Niciensem faciunt, Regularis Observantiæ instaurator celeberrimus, Rothomagensis Conventus Guardianus, ac Provinciæ Franciæ religiosissimus Minister, Theologus eruditus, & perspicuus, plura, ac minimè poenitenda conscripsit, ex quibus ad manus meas devenere:

*Summa, seu Gemma Predicantium*. Parisijs 1522. impenis Joannis Petit in 8. Basileæ 1580. & Brixia apud Thomam Bozzolam 1585. in 8. Rothomagi per Martinum Motin absque anno, in 4. Opus est tripartitum, quarum prima *Adificatorium spirituale*, secunda *Destructorium spirituale*, tertia verò *Reparatorium* nuncupatur.

*Speculum mortallum*, seu sermones sui per quatuor Novissimos. Lugduni apud Jacobum Myt 1519. in 16. Parisijs 1509. & 1518. in 8.

*Sermones duodecim de S. P. N. Francisci*. Parisijs 1510.

*Sermones de Tempore Hyemales, Adventuales per singulas Dominicas, & Quadragesimales per singulas ferias*. Singillatim primò Rothomagi, & Parisijs, simul verò Argentinæ, per Joannem Bruniger, anno 1510. in fol.

*Sermones Aestivales de Tempore, una cum sermonibus Hyemalibus, & Aestivilibus, de Sanctis, & festiuitatibus Jesu Christi, & Beatissimæ Virginis*. Ibidem in fol.

*Sermones Sanctorum, Evangeliorumque communium*. Parisijs typis Joannis Barbier, in 8. absque anno impressionis. Incipit: *Pro S. Saturnino*. De eo Bosius libro 6. de Signis Ecclesiæ, cap. 4. *Si linguarum, ac Historiarum cognitio et fuisset, illum ego non in terra natum, sed Cælo lapsum dicerem*. Multis exantlatis laboribus moritur Rothomagi anno 1509. ad cujus exequias passim videndi, osculandique causa tantam vtriusque sexus fertur irruisse catervam, ut se felicissimos dicerent, qui corpus ipsius linteolis aut Rosarijs retigissent. Sepultus est in medio Capitulo Con-

Conventus, cui exaratum est istud epitaphium:

Hic jacet Pater observantissimus cum scientia, tum virtutibus illustris Fr. Nicolaus Denyse, qui ob doctrinæ, morumque præcellentem eminentiam Guardianus, Custos, ac Provinciæ Franciæ Vicarius pluries extitit, post longam verò, quam nedum verbo, operibusque, sed & scriptis spectabilem duxit in Ordine vitam. Obijt anno Domini millesimo quingentesimo nono, die decima octava Maji.

Pertractant de eo Possévinus, Uvadingus, Ludovicus Bail, part. 3. suæ Bibliothecæ Concionatorum, cap. 87. pag. 405. & alij apud Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 18. Maji, §. 7.

NICOLAUS OCCAMUS, natione Anglus, Sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, & ibidem in Minorum Cœnobio XIX. Professor, Vir magnæ virtutis, & eruditionis, quem Pitseus, Fr. Angelus à S. Francisco, & Uvadingus in suis Syllabis commendant, scripsit:

*Super Magistrum Sentent.* lib. 4.

*Opus de Verbo Divino*, lib. 1.

*Quodlibeta scholastica*, lib. 1.

*De Latitudine oppositionum*, lib. 1.

*Astrologi judicium*, lib. 1. Claruit anno 1320.

NICOLAUS ORANUS, Leodius, strictæ Observantiæ, vulgò *Nudipedum* (vti in titulo sui Quadragesimalis legitur) Provinciæ Flandriæ, Luxemburgi Guardianus, & Ecclesiastes eloquentissimus publici juris fecit Concionatoribus utilia:

*Conciones de Adventu quatuor super viginti*, sub titulo: *Exilium generis humani felicissimum*. Montibus Hannoniæ 1615. in 8. Vidi.

*Conciones de Conversione Cornelij Centurionis*. Ibidem 1632. in 8. Vidi.

*Concionem trium horarum Passionis Domini*. Coloniae 1634. teste Dupino, sæculo 17.

*Benjamin Evangelicus*, sive *Conciones Quadragesimales*, de Conversione D. Pauli, Coloniae apud Joannem Kinckium

1624. tomis 2. in 8. Vidi. Pars prior continet ea, quæ in fervore persecutionis gessit vsque ad conversionem. Pars altera quæ gessit vsque ad baptismum, & de ipsius conversatione, & prædicatione post baptismum.

*Conciones XXX. de Jude proditoris apostasi*. Antuerpiæ apud Gasparem Belleurum 1611. in 8. Vidi, & legi in ejus capite Annagratissimum sui nominis, videlicet: *Salvus in corona* editum à Fr. Francisco Orano, Minorita, & Authoris fratre canente ibidem:

*Dum prodijt pretto Levi Magistrum*

*Judas fenore perdidit se ipsum*

*Vita perdidit, & simul coronam.*

*O Judas! nihil est tui misertus,*

*Sic Christus nihil est tui misertus;*

*Prestarat tibi te nihil fuisse,*

*Quam tortore tua manu perire:*

*Hoc crimen docet hic liber caveri:*

*Quis? Cujus liber hec docens? Orantis*

*Que merces tua Nicolae Frater?*

*Ut sis numine Salvus in corona,*

*Quod versum tibi nomen ominatur;*

*Sum Frater tibi Salvus in corona,*

*Sis Frater mihi Salvus in corona.*

De Authore agunt Uvadingus, ac Fr. Petrus de Alva in sua Militia, col. 1107. Crouvæus, pag. 275. sui *Elenchi* scribit, stylo etiam signasse:

*Commentaria in Mattheum, Lucam, & Joannem*, hæcenus mihi ignota.

NICOLAUS DE ORBELLIS, Gallus, Andegavenfis, ex Turonensi Provincia, Doctor eximius, Doctoris Subtilis acerrimus vindex, Vir in Sacris Litteris eruditissimus, & in Philosophia Scholastica nulli secundus, in Pictaviensi Gymnasio disputans, & docens, posteritati dedit:

*Super Sententias Compendium singulare elegantiora Doctoris Subtilis dicta summam comprehendens*. Parisijs impensis Francisci Regnault 1517. in 8. & Lugduni 1503. in 8. apud Franciscum Fadin. Vidi. *In Logicam, Physicam, & Metaphysicam, & Ethicam Aristotelis*. Basileæ 1503. in 4. Typographi nomine non expresso. Vidi.

*Commentaria in 4. libros Sententiarum*: Parisijs apud Joannem Parvum 1411. Ibidem per Joannem Richard 1498. in fol. & Hagenavo 1503. in 4. Vidi.

*Expositionem Logicæ ad mentem Scotti*. Basileæ 1503. in 4. Vidi.

*De Scientia Mathematica, & Geometria*. Ibi-

Ibidem; & Bononiæ anno 1473. Vidi.

*Cursus librorum Philosophiæ naturalis*, Basileæ 1503. in 4. Vidi.

*De Cælo, mundo, generatione, corruptione, & de libris Metæcorum*. Ibidem in 4. Vidi.

*De Anima, Metaphysica, & in libros Ethicorum*. Ibidem in 4. & per Gregorium de Gregorijs 1542.

*Super Summulas Petri Hispani*, libros septem. Venetijs apud Lazarum de Soaridis 1516. in 4. Vidi.

*Consulit tandem nostris Orbellicus annis,*

*O Epido melius singula verba notas.*

*Dignus Scote, tui cui tantum luminis esset,*

*Cui par ingenium, religioque fuit.*

NICOLAUS OUDARTUS, Scriptoribus Minoritjs adscriptus in Catalogo AA. præfixo Martyrologio Franciscano, scripsit, ac edidit:

*Fasta sacra*, vti recenset Arturus in eodem Martyrologio, ad diem 4. Octobris, §. 5.

NICOLAUS DE PADUA, Minorita, teste nostro Alva, col. 1107. suæ Militiæ ex Daza, & Buillos, scripsit:

*De Immaculata Conceptione Virginis*.

NICOLAUS A POCULIS, Belga, Provinciæ Flandriæ strictioris Observantiæ Conventus Barbanfontienfis Guardianus, artis Poeticæ perquam peritus, scripsit Gallicè in gratiam consodalium Confraternitatis Angeli Custodis erectæ in Conventu Minorum Gandavensi, librum, quem inscripsit:

*Scutum Angelicam*, seu *Traçtatus de protectione Angeli Custodis*. Leodij apud Hæredes Sauveur, anno 1633. in 12. *Officia Ordinis Minorum* recognovit, & multis in locis correxit, *Hymnosque* ad pium, & purum metrum eruditè quidem reduxit, nonnullaque notas, & animadversiones adjecit ad recognitionem Hymnorum Ecclesiasticorum jussu Urbani Octavi factam. Omnia habuit penès se inedita Uvadingus ipsomet attestante, pag. 268. sui Catalogi Scriptorum.

NICOLAUS PLUMBENSIS, seu PLUMBUS A POSEGA nuncupatus, doctrina, & pietate clarissimus per plures annos in Provincia Bosnensi: deinde creatus Episcopus Bosnensis, emisit:

*Opusculum vite, virtutum, & miracu-*

*Logicæ opus aliud excusum Venetijs* 1516. & cum textu Petri Hispani, ibidem typis Bernardini de Choris 1487. in fol. Vidi. Et ibidem per Albertinum Vercellensem 1500. in 4. Vidi.

*Sermones in omnes Epistolas Quadragesimales*. Lugduni 1491. Ex Uvadingo, & Dupino. Claruit anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto. Egrege commendatur a Bosio de Signis Ecclesiæ, lib. 6. cap. 4. De eo Nicolaus Neri-vius, alijs misis, sic accinebat:

*Iorum V. Servi Dei Fr. Sebastiani ab Apparitione Ordin. Minor. de Observantia Laici professi Provinciae Mexicanae*, SS. D. N. Innocentio Papa XII. litatum. Romæ 1696. ex Officina Rev. Cameræ Apostol. in 4. Vidi. Invisus schismaticis, quos doctrina infectabatur: tandem anno 1700. die 14. Augusti ab ipsis jugulatus est. Consule Joannem Marangoni, part. 1. Theatri Parochorum, pag. 479.

NICOLAUS QUARTUS, Hieronymus Picenus, & Asculanus antea dictus, Minorita factus, sub annum 1272. à S. Bonaventura creatus Minister Dalmatiæ, destinatus est (Uvadingo vtor) à Gregorio X. Nuntius Apostolicus simul cum alijs tribus Minoritis ad Michaelem Palæologum Græcorum Imperatorem, de indicto Concilio OEcumenico Lugdunensi admoniturus, vti que vellet interesse, hortaturus. Anno 1274. succedit in Generalatu S. Bonaventuræ. Anno 1277. mittitur Legatus à Nicolao Tertio pacificaturus Reges Hispaniæ, & Galliæ, & fera bella certò secutura præventurus. In Comitijs Generalibus tunc à se indictis renuntiati Generalatus Officio, sed à Patribus iterum confirmatus, assumitur ad Cardinalatum anno sequenti, quam dignitatem suscepit invitus, jussus insuper retinere regimen Ordinis Minorum. Anno 1280. Legatus mittitur ad Rodolphum Imperatorem, apud quem tantoperè prævaluit, vt gravissimas exortas controversias inter eundem Imperatorem, Carolum Regem Siciliæ, & Margaritam Reginam relictam S. Ludovici Regis Galliarum, feliciter sopierit. Demum anno 1288. ex

Cardinali Episcopo Prænestino assumptus ad Summum Pontificatum, bis renuntiavit, & tertio, vel invitus, & à Cardinalibus compulsus acquieuit. Multa, & magna egregiè præstitit in Pontificatu, quæ Uvadingus summam, tom. 2. Annal. recenset. Incredibilia ferè sunt, quæ pro Ecclesia bene regenda, fide propaganda, re Christiana contra hostes tuenda, moribus reformandis, Christianis Principibus pacificandis dixit, scripsit, peregit. Probos, ac eruditos Viros tantum loco cognatorum habuit. Priùsquam autem ad summas dignitates eveheretur, scripsit:

*In multos Sacra Scriptura libros Possillas valde utiles.*

*Summas varias.*

*In 4. libros Sententiarum, Commentarios.*

*Sermones de Tempore.*

*Sermones de Sanctis.*

*Epistolam egregiam ad PP. Capituli Generalis Patavini.*

*Epistolas plures ad diversos.* Regesti ejus volumina tria in Bibliotheca Vaticana asservantur, teste Ludovico Castaneo de Scriptoribus Cardinalibus, verbo *Hieronymus Asculanus*. Obijt anno 1292. sepultus ad Basilicam S. Mariæ Majoris, cui Felix Peretus Cardinalis ejusdem Instituti, & in Pontificia dignitate successor dictus Sixtus V. insigne posuit monumentum, pulchramque erexit statuam marmoream, hoc inciso epitaphio. Suprà Pontificiæ statuæ verticem hæc leguntur;

## NICOLAO IV.

Asculano Piceno Pontif. Maximo

Cum in neglecto diù

Sepulchro ferè latuisset

Fr. Felix Perettus

Cardinalis de Monte-Alto

In Ordinem,

Et Patriam pietate posuit

M. D. LXXIV.

In basi incisæ litteras magnarum virtutum Nicolai testes, Uvadingus exscripsit. Elo-

gium subijcio D. Joannis de Palatios de Gestis Romanorum Pontificum, tom. 3.

Prototypon, & Peripatos Pontificum sunt asceteria

In Clero foram, nec Cælo in meliores celantur,

Per annum successorem Honorio quæsiere Pates;

Inter vivos, non inventum, suscitavere defunctum;

I ætatis hæc nova fraus adversus mortem,

In Cænobijs vivendo, mori.

Piceni natus, sub D. Francisco renatus, ita adolevit;

Ut à genitore non fecerneret, nisi per stygmata.

Totius Ordinis Moderator Generalis,

Ei adjunxit, quod decrat, purpuram, sed coactus;

Paupertatem Religionis tanti fecit,

Ut mallet esse coquus inter fratres,

Quam Pontifex inter Cardinales.

Ea sanctitatis fama floruit; vt Franciscana Religio

Cum

Cum D. Bonaventura Sanctum quæreret Successorem,  
Præter Hieronymum non invenerit.

Trium Romanorum Pontificum Legatus

Græcos ad communionem, Tartatos ad fidem reduxit

In Iberiam sub Nicolao III.

Gallis conciliavit Hispanos.

In Galliam sub Honorio IV.

Senatoriam P. R. dignitatem sedi testituit Apostolicæ;

Honorij tandem Legatus, & Successor,

Cum homines in Nicolao consentire nolentes;

Dissentirent à Deo;

Terra tremuit, vt exterreret Electores;

Septem morte punitis:

Reliqui Conclavi fugiere deserto.

Ad S. Sabinam convenere iterum, sed adhuc discordes;

Novo recesserunt morbo correpti, corrupti.

Donec tertio coeuntes in Nicolaum convenere;

Qui solus loco steterat, animo, corpore integer,

Ludere in hac Electione visi sunt Superi:

Nàm si Electores bis consentire noluerunt electo;

Totidem Electoribus dissensit electus.

Resignationi subscripsit lachrymis

Quum Cardinales pœnitentia ducti, & docti;

Violentia incitiam purgarunt præteritam.

Sic intrà suos magnus, extrà suos Maximus,

Ita evasit in purpuram, vt in purpuram non consisteret;

Æquus omnibus non æqualis

Rogare voluit non rogari,

Et dignitatibus Viros dare, non Viris dignitates;

Cardinales cum creavit, æquavit Apostolos,

Apostolatus implevit officium,

Ad munera non respiciens, nec ad personas.

Nàm ex cognatis elegit nullum, ex divitibus paucos;

Omnes ferè pauperes, & Regulares.

Ut essent præmia virtutis, dona fortuna.

Ei Patria Mundus, familia Virtus:

Hoc sanguine omnibus agnascebat, & agnoscebat;

Siculis cum arderet Italia disidijs;

Hinc Etna, illinc Vesuvio,

Veneti, Aquileiæ vario Marte certarent;

Arcanam illam machinam pacis

Toties tentatam, nunquam absolutam

Ni

Nicolaus solus complevit;  
 Utraque Sicilia vincēta fœdere  
 Quam fretum dirimebat, ferrum diripiebāt;  
 Hinc in Asiam (vbi Babylon in Cœlum rebellis  
 Sultano suo insultabat Christo)  
 Idumæas vt. nobili sanguine irrigarent palmas;  
 Principes excitavit exemplō.  
 At sacro ære conscriptum militem,  
 Dùm Venetis tritemibus in Asiam præmittit  
 Properato excidio tota Syria Christus, deturbatur  
 Invita tamen fatetur invidia,  
 Desperatis Asiæ rebus  
 Curasse, vt res Christiana resurgeret;  
 Turpissimam pacem  
 Cum Orbis Plagæ plaga paciscendam contenderent;  
 Solus contra omnes  
 Voce, calamo, Pauli gladio, auro Petri  
 Poruisse servari, monstravit, si voluissent;  
 Negligentia polluti, dolo corrupti  
 Asiam perdidērunt, prodiderunt:  
 Uno excepto Nicolao IV. Romano Pontificē;  
 Invidia sanè, & gloriam plenum elogium:  
 Quod coràm Christo vnus futurus sit omnium accusator;  
 Ita tamen de alieno peccato, doluit,  
 Ut per oculos animam efflaret.  
 Plura legavit nobis; ne pereant, incide marmorī;  
 Gradimontenses corruptos, ab eo correptos  
 Reges devios, in viam redactos.  
 Scotiam, liberam, nunc captivam;  
 Judæos timidos, olim tumidos.  
 Ecclesiam novo penitentium fetu fecundam;  
 Qui Christo militant Francisco duce.  
 Flaminiam perditam, & restitutam;  
 Janum clausum, Gymnasium apertum.  
 Urna illi in Templo Virginis Majoris:  
 Ut quod expolivit auro, exornaret exuvijs;

NICOLAUS RAMOS, Hispanus, Prov. Conceptionis Regul. Observantiæ Guardianus Vallisoletanus, Sacræ Theologiæ Professor, Causarum S. Officij Inquisitionis Cenfor, scripsit:

*Aseritionem veteris Vulgate editionis, iuxta Decretum Concilij Tridentini.* Opus

est bipartitum. Pars prima impressa fuit Salmanticiæ per Mathiam Gastium 1576. in 4. Secunda Vallisoleti apud Didacum Fernandez 1577. in 4. Vidi. Ex-Ministro Provinciali suæ Provinciæ ad Episcopatum Portugallivitis, in America, indeque ad Archiepiscopalem S. Dominici Ecclesiam

Sam translatus, morte præventus fuit anno 1576. Extat hujusce mentio apud Uvadingum, Nicolaum Antonium, & Fr. Antonium Daza, part. 4. Historiæ Franciscanæ, lib. 1. cap. 12. Lege tomum 2. *Theatri Ecclesiastici Indiarum* D. Ægidij Gonzalez, pag. 265.

NICOLAUS ROCCAIM, seu ROCCAM, Minorita à Pissano laudatus, scripsit, Uvadingo teste,

*De Concilijs Generalibus.*

*Sermones Varios, & quædam alia.*

NICOLAUS DE ROMA, Minorita, Authore mihi Fr. Petro de Alva, columna 1109. suæ Militiæ Univerf. edidit in Charta expansa:

*Stellarium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Mariæ* super illa verba: *Tota pulchra es Maria.* Neapoli anno 1626.

NICOLAUS ROTHOMAGENSIS, Minorita, edidit:

*De Sanctis*, volumen prædicabile, quo vitur Fr. Joannes Evangelista Ortiz ejusdem Instituti alumnus, in sua erudita *Concionione de S. Dominico*, excusa Granatæ typis Francisci Sanchez, anno 1632. in 4. Consule ejus Epistolam Nuncupatoriam.

NICOLAUS RUIZ, Hispanus, Ex-Lector Philosophiæ, Prædicator Generalis, ac Diffinitor Provinciæ Baticæ Tertiariorum anno 1730. ad prælium Hispanicè paratum habebat

*Vitam V. Fr. Joannis Vincenzij Ferrer ejusdem Instituti alumni.* Vidi Hispani in Bibliotheca Conventus Dominiæ nostræ à Consolatione.

NICOLAUS SANCHEZ, Hispanus, Castellana Prov. Regul. Observ. alumnus, ac Theologus Complutensis, vernaculè emisit egregiam

*Concionem de extensione cultus, ac Beautificatione S. Ferdinandi Castella Regis.* Mattiti in typographia Regia, ann. 1671. in 4. Vidi.

NICOLAUS SENENSIS, Provinciæ Tusciæ, à Uvadingo illaudatus in Catalogo, scripsit:

*Sermones super Epistolas, & Evangelia Quadragesimæ*, vti ex eodem Uvadingo in Annalibus ad annum 1266. recenset Fr. Antonius Terrinca, part. 3. *sui Theatri Genealogici*, pag. 209.

NICOLAUS SPECIALIS, dictus, Minorita, Italus, qui claruit circa annum 1340. scripsit:

*Historiam Siciliæ ab anno 1282. ad 1337.* quæ M. S. extat cod. 678. Bibliothecæ Colbertinæ. Historiam istam edidit Balu-Tom. II.

zius Parisijs 1688. in fol. *In additionibus, quas fecit Marca Hispanica.* Paride, ejusdem Historiæ quædam excerptis in Notis ad vitas Paparum Avenionensium, col. 892. Authorem commendant Odoricus Rainaldus ad annum 1322. §. 53. Vide Diarium eruditorum Parisiense anno 1714. pag. 219.

NICOLAUS SPEDIENSIS, natione Italus, Provinciæ Genuensis Minorum Capuccinorum alumnus, Vir doctus, ac Concionator fervidus, salutis animarum sollicitus, religiosi moribus ornatus, scripsit, & paratum habebat pro typis:

*Opus Philosophicum compendiosè elaboratum.* Habebatur M. S. in suorum Bibliotheca Genuensi anno 1644. Ex Genuensi,

NICOLAUS DE SPINATIOLA, ex Reformata Provincia Principatus, multoties Guardianatus officium in Conventu S. Laurentij Reformatorum Salertinae Urbis exercuit, quem Conventum quasi à fundamentis erexit. Semel discretus Custodialis, Diffinitor, ac Provincialis Commissarius suæ Reformationis, Commillarius Visitator in diversis Provincijs, ac Reformationibus institutus fuit. Examinator Synodalis in Archiepiscopali Curia Salernitana, Pœnitentiarius Lateranensis Minister Provincialis suæ Reformatæ Provinciæ, Ordinis Secretarius tempore Reverendis Joannis Baptistæ à Campafia Generalis Ministri, ac Generalis Diffinitor anno 1639. in Comitij Generalibus Romæ in Conventu Aracelitano celebratis deputatus fuit. Anno 1646. à Reverend. P. Fr. Joanne de Neapoli totius Ordinis S. Francisci Generali Ministro Romanam vocatus, eus iussu:

*Omnēs Ordinis Constitutiones ad Reformationum utilitatem, ac gubernium spectantes juxta tenorem Bullarum Gregorij XIII. & Clementis VIII.* in vnum collegit, & pulchra methodo in duodecim capita diviuit, Capitula in §§. hos verò in numeros, quæ à Reformationum Ministris, & Custodibus accepta fuere. Verum ex in-tempestiva morte Reverend. Generalis non fuerunt prælo commissa. In eodem tempore idem P. Nicolaus.

*Constitutiones omnes Apostolicas à Religiosis exordio usque ad annum 1648. à diversis Summis Pontificibus emanatas in vnum etiam collegit, in quo volumine multas Reformationum Congregationes inseruit, ipsiusque Reformationis originem.*

*Liberalium, item multarum rerum ad*

*Generalium, Provincialiumque Ministrorum officium spectantium, composuit.*

*Cajum conscientia tractatum. Ac de mium:*

*Originem, atque Annales suę Provucla vulgari lingua edidit à principio Religionis Seraphicę incipientes, vsque ad annum præfatum 1648.*

*Tractatum unum de electione.*

*Alterum super Regulam S. Francisci.*

*Judiciale Practicam ad justitiam admistrandam erga sui Ordinis Religiosos.*

*Alterum tractatum de rebus differentibus, qua in dies in nostra Religione evenire solent. Ex hac mortali vita recessit anno 1652. apud præfatum Conventum S. Laurentij, & in monumento Fratrum fuit sepultus. Opera ab eo edita apparent solùm manuscripta, excepto Apostolicarum Constitutionum libro, qui prælo est commissus. Ex relatione laudatæ Provinciæ, quam legi Matrini in Archivio generali Ordinis.*

**NICOLAUS SPINELLIUS**, nobilis Florentinus, Provinciæ Tusciæ alumnus, in Philosophia, & Theologia Doctor magnificus, in prædicatione Tuba resonans, celebris suo tempore per totam Italianam habitus, quædam:

*Philosophica, & Theologica*, conscripsit commendata ex Mariano, à Fr. Antonio Terrinca, part. 3. sui Theatri Tusciæ, pag. 209.

**NICOLAUS SPINELLUS**, Cremonensis, Tertiarius Regularis, Vir in musicis eruditus, celebratur à Bordonio, & Veronensi, vt Author:

*Memoriarum Musicalium*, Obijt Papiæ anno pestilentia 1630.

**NICOLAUS TACITUS ZEGERUS**. Vide inferius tomo tertio hujus Bibliothecæ, verbo *Tacitus Nicolaus*.

**NICOLAUS TEUTONICUS**. Vide verbo *Nicolaus LaKman*.

**NICOLAUS DE TORGA**, Minorita doctus, testibus Rodulpho, Uvadingo, & Arturo in Martyrologio Franciscano ad diem 14. Januarij, §. 6. scripsit:

*De Adoratione nominis Jesu*, contra Petrum Viganum Monachum Urafastiaviensem.

**NICOLAUS A TRINITATE**, Hispanus, Regularis Observantiæ Provinciæ S. Evangelij, Theologus, ac Custos, prælo dedit quod viderim, eruditam

*Concionem de S. Antonio Paduano*. Mexici in officina Viduæ Francisci Rodriguez, anno 1691, in 4.

**NICOLAUS VALLA**, sive LA VALLE, Agrigentinus, Minorita, Theologus præstantissimus, & in Divinis, & Humanis Litteris versatissimus, coram Alexandro VI. Pont. Max. egregias ipsius dotes magna cum laude patefecit. Ejus doctrina, eruditio, & eloquentia pluribus in Civitatibus Italiæ, & Siciliæ refulsit, vt ex ipsius Epistola ad Christophorum Schobarum Canonicum Agrigentinum quidò constat, eamque leges in ejusdem Schobarij opusculis, pag. 6. Poetica etiam laude claruit ex Indice Poetarum Sicolorum, quem suo de Poetis libro præfixit Joannes Vigintimillius. Edidit:

*Gymnastica litteraria.*

*Prælidium octo partium orationis.*

*De Nominum declinationibus.*

*De Generibus nominum*. Venetijs apud Lazarum de Soardis 1516, in 4.

*Vocabularium vulgare cum latino*. Ibidem apud eundem 1516, in 4. Hic advertendum (ait Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ, littera N.) quod Gesnerus in Bibliotheca, & Petrus Angelus Spera de Nobilit. Professor. Gramm. lib. 4. tradunt Nicolaum Vallam Florentinum Vocabularium vulgare cum latino apposito Venetijs 1535. edidisse, sed vel pro Agrigentino Florentinum mendosè appofuere, vel Florentinum ab Agrigentino diversum esse credendum, nam in editione Vocabularij anno 1516. ex ipsa operis inspectione intentibus patet, Nicolaum Vallam Agrigentinum fuisse, ita enim se prædicat præsertim in Epistola Nuncupatoria, in qua quisque leget: *D. Domino Martynelio Apatellis Illustr. D. Comitibus Cammerata, & Magistri Portulani totius Regni Sicilię Augusto filio M. Nicolaus Vallam Agrigentinus*. In eodem Vocabulario, pag. 49. alias lucubraciones se scripsisse ait: hæc autem sunt:

*Libri Epigrammatum.*

*Libri de reditu Proserpina novem.*

*Seraph. libri sex.*

*De Unione Hypostatice Verbi coram Alexandro VI. Pont. Max. sermo magnus, seu Panegyricus ab eodem recitatus.*

*Oratio funebris ab eodem Senti habita in obitu Sampsonis Generalis Ord.*

*Multæ orationes funebres Agrigentii habitæ.*

*De Vita D. N. Jesu Christi*, lib. 1.

*De Laudibus Deiparę*, lib. 1.

*De Præceptis Decalogi*, lib. 1.

*De Septem Capitalibus vitij*, lib. 1.

*De Penitentia*, lib. 1.

*De Sacramentis alijs sex*, lib. 1.

*De Domino N. Jesu Christo, an ipse triumphaverit optimè de triplici Mundo*, lib. 1.

*De Dæmonibus: An sint dæmones, & quando naturali ratione eos esse probari potest, si sint corporei, vel qua sint formæ? Si possunt corpora hominum ingredi, & animalium, & quando? An cognoverint Christum esse Filium Dei ante Passionem, & multa id genus scitu dignissima, quę in plebisque Sicilię, atque Tuscię Civitatibus disputavit, & prædicavit cum laude, præsertim Rome in Ecclesia S. Celsi anno 1502.* Hęc typis tradere promittebat, nisi ediderit incomptum est. Notandum Nicolaum Valla, qui aliquot vertit libros Homerij, & Hesiodi diuinctum esse à nostro, sicut etiam Nicolaus Valla qui scripsit de rebus dubijs, & in jure alium. Meritis plenus, Episcopus titularis Madaurensis in Africa electus est 11. Augusti 1525. De eo Pyrrus in Not. Eccl. Agrigent. Cagliola in Manifest. Provinc. Sicil. Minor. Convent. explorat. 3. manifest. 3. & explorat. 6. manifest. 13. & Uvadingus in Annalibus ad annum 1525. num. 30. nullam de eo mentionem faciens in Scriptorum Catalogo.

**NICOLAUS VELITERNUS**, Minorita doctus, teste Fr. Bonaventura Baronia, tom. 1. suorum Opusculorum, part. 14. in Appendice §. 11. edidit:

*Scotum Polemicum*, sive materias positivas, casus, vt vocant, conscientiaę ex Scoti operibus, & sensu desumptas.

**NICOLAUS VERONENSIS**, UMBER, apud Tosignianum, scripsit, Uvadingo teste, in publicumque misit:

*Quadragesimale super Evangelia illius temporis.*

*Directorium salutis super Epistolas Quadragesimales.*

*Sermones de Sanctis*. Laudatur à Fr. Augustino de Uvite in *Genealogia S. Francisci*, pag. 65.

**NICOLAUS VIGERIUS**, strict. Observantiæ, natione Hollandus, ex Oppido Harlemo Provinciæ Coloniz, tertio Minister, scripsit, & edidit:

*Demonstrationem Catholicę Fidei.*

*Centurias omnium hæreson brevè methodo contraxit.*

*Joannem Climacum Abbatem Montis Sinai, & Joannem Taulezum Mysticę Theologicę Doctorum vernaculè loqui fecit.* De eo Pisanus, Uvadingus, ac Lequile, Obijt 8. Kal. April. anno 1628. ætatis 72. Vide Tom. 11.

compendium ejus vitæ apud Jacobum Poilium.

**NICOLAUS VINCENTIUS BONAVENTURA**, Italus, sanguine clarus, Minorita Conventualis, ex P. Coronelli, tom. 6. Biblioth. Univerf. num. 4305. typis commisit:

*De Vitis Pontificum*, volumen vnicum, cui quamplura, & varia carmina accedunt.

**NICOLAUS URSUS**, Mazarensis, Theologus, & Ecclesiastes præstantissimus, qui Vicarium Provinciale Provinciæ Siculæ Regularis Observantiæ egit, Poeti excellens, edidit:

*De Triumpho quinque Martyrum pro Christo apud Marrochium interfectorum*, librum vnum heroico carmine.

*De fuga Mundi*, lib. 1.

*De Nativitate Christi*, lib. 1.

*Sermonarium Concionum Sacrarum.*

*De Triumpho Mortis*, lib. 1. Obijt Catanæ anno 1504. Pluribus de eo Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

**NOE ITALUS**, professione Minorita, lustratis Orientalibus Provincijs, stylo signavit:

*De Rebus Egypti, Arabiæ, ac Terræ Sanctæ relationem diffusam*, laudatam à Doctore Paulo de Zamora in Censura Relationis Blasij de Buyza Minorite, prælo datæ Matrini anno 1622. in 8. Legi.

**NONNIUS A CONCEPTIONE**, Lusitanus, ex Tertio Ordine Regulari, Nicolao Antonio attestante tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ, pagina 123. prælo dedit opusculum inscriptum:

*Naufragium Navis bonæ expeditionis. Ulysiponè 1631. in 8.*

**NONNIUS A SYLVA TELLEZ**, Lusitanus, Sacrorum Canonum Doctor, Regiæ Majestati à Consilijs, Supremi, Generalisque Consilij Sanctæ Inquisitionis Deputatus, Regalis Academiæ Socius, olim Deputatus Tribunalis Regiæ Conscientiæ, Ordinumque Militarium, Rectorque Connimbricensis Academiæ, sub quo, recensente Emmanuele Cajetano Sousa in sua Expeditione Hispanica Sancti Jacobi, pag. 1436. Sacra Facultas Theologica, totaque Academia, die 4. Februarij, anno 1717. propalavit sensum suum circa Constitutionem Apostolicam, quæ incipit: *Unigenitus Dei Filius*, à SS. Clemente Papa XI. editam sub VI. Idus Septembris, anno 1713. Juravitque illi se per omnia subijci, omnesque propo-

sitiones in ea damnatas, & in sensu, in quo damnata fuerunt, sincero animo rejicere, damnare, & anathematizare. Quo promeruit, ut Summus idem Pontifex in Brevi, dato Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die X. Maji, ann. M. DCC. XVII. ipsi inter alia scripserit. *Nullum propterea laudis genus est, quod spectat virtuti vestre, ac illustri proposito constanter insistendi majorum vestigijs, in quibus summa, perpetuaque in Sanctam hanc Sedem veneratio semper eluxit merito debere non arbitramur. Pergite itaque, dilecti filij, in eo*

*quod suscepisti consilio, ac eliminatis procul ex Academia vestre finibus peregrinibus, prophanisque novitatibus inviolabilis Petre, supra quam Christus edificavit Ecclesiam, Dogmatibus, ac Institutis firmiter inbarere. Hic ergo, Tertium Ordinem Franciscanum professus, & aliquando ejusdem Ordinis Minister, ea conscripsit quæ habentur in Collectionibus Regalis Academia Historiæ Lusitanicæ, uti ex relatu habui. Ego autem in sex primis tomis laudatæ Academiae quærens, & minime inveniens, tomos alios desidero.*



O



**BITIUS BRIXIENSIS**, Italus ex Canonico Regulari S. Laurentij Justiniani Minorita factus, in Brixiensi Capuccinorum Provincia præclarissimis probata

vita exemplis enitens, prælo dedit:

*Vitas, & gesta Sanctorum Ecclesia Brixiensis, figuris plurimis exornata.* Brixiæ per Marchetum, anno 1589. teste Genuesi. Sanctimoniam fama claruisse anno 1599. narrat Boverius, tom. 2. suorum Annalium.

**OCTAVIANUS PRÆCONIUS**, Siculus, Castro-Regalensis, Minorita Conventualis, Doctor Theologus, & insignis Ecclesiastes à Paulo IV. Episcopus Monopolitanus, & Arianensis electus est. A Rege Philippo Secundo bonorum, & doctorum Virorum affirmatore propositus est ad Ecclesiam Cephaludensem in Sicilia, mox ad Archiepiscopatum Panormitanum, deinde ab eodem Philippo inter alios doctrina celebres, ad Concilium Tridentinum ablegatus est. Tanta fuit in homine majestas, ut singulæ ejus sententiæ irrefragabilia viderentur testimonia, & tanta in dicendo eloquentia, & vis oratoria tanta, ut frigus omne incenso interiori igne spiritus depelleret. Scripsit:

*Summam de Sacramentis.*

*Expositionem perlucidam in orationem illam, seu Offertorium mysteriosum, quod in Missa defunctorum pio ritu canitur: Domine Jesu-Christe; Rex gloria, &c.*

*Tractatum de Passione Domini, vernaculo sermone.* Hæc Uvadingus, Tosignianus, & Hieronymus Ghilinus in Litteratorum Theatro, tom. 2. Extant insuper hujusce Authoris:

*Præconium Sacramenti, hoc est: Dispositio, & preparatio ad altissimum Eucha-*

*ristie Sacramentum.* Panormi apud Joannem Matthæum Maydam 1566. in 8. Neapoli etiam Latine, & Italicè in 8.

*Historiam sacre Imaginis Dei Genitricis à Scælis Messanam insigni miraculo devescæ, eum Officio de eadem.* Panormi apud eundem 1565. Officium recusum Messanæ anno 1700. in 8.

*Officium septem Angelorum.* Ex Octavio Caetano, tom. 2. SS. Siculorum, pagæ 268.

*Decreta habita, & acceptata in Congregatione Diocesana in Cathedrali Ecclesia Urbis Panormi.* Panormi per Matthæum Maydam 1565. in 8.

*De SS. Eucharistia Sacramento tractatum.* Ex Philippo Cagliola in Manifestatione Provincia Siculæ Minorum.

*Conciones plures.* Ex eodem Cagliola apud Bibliothecam Siculam.

*Expositionem orationis ad Offertorium in Missa defunctorum, Italicè.* Ex Ghilino citato.

*Expositionem Responsorii: Libera me Domine de morte aterna, Italicè.* Panormi apud Maydam 1566. in 8.

*Discursus de Sancto Sacramento Extreme-Unionis, eodem sermone.* Neapoli apud Joannem de Boy, anno 1567. in 8. Legi.

*De peccatore converso Meditationes, Italicè.* Ibidem per eundem in 8. Vidimus, Hispaniæ in celebri Bibliotheca Marchionum de Astorga. Vidi nostri Archiepiscopi opusculum in 8. decentè ornatum, propria manu subscriptum, sed ineditum, sub hoc titulo:

*Adbortatio consolatoria, pariter & devota ad Ill. & Excell. D. D. Joannem à Vega Sicilia Pro-Regem, pro obitu sue Illustriss. Consortis.* Incipit: *Paulus Apostolus Vas Electionis.* Obijt Panormi anno 1568. die 18. Julij, sepultus in Eccl. Majori ad levam Aræ Maximæ, addito hoc Epitaphio.

Fr. Octavianus Præconius,  
Ordinis Minorum Conventualium,  
Siculus à Castro Regali,  
Archiepiscopus Panormitanus,



Pietate insignis, eruditione clarus,  
Post multos curæ Pastoralis  
quatuor Ecclesiarum

Monopolitan. Arianens. Cephaluden. & Panormitanæ  
Exantlatos labores, quieturus tandè,  
Obijt die XVIII. Julij, suæ ætatis anno LXVI.  
Christi verò nati M. D. LXVIII.

**OCTAVIANUS RAVENNAS** dictus, Theologus Minorita, scriptit:

*Commentaria in 4. libros Scripti Oxoniensis Joannis Duns Scotti.* Testatur Uvadingus, & Sannig in Synopsi.

**OCTAVIANUS SPATARIUS DE INCISA**, Minister Provincialis Tusciæ, Ordinis Desuitor, publicus, & eximius Sacræ Theologiæ speculativæ, ac moralis in Tuscia, Lombardia, Alemaniam, Gallia, Romaque professor, celeberrimus Verbi Dei Præco totius Italiæ, Serenissimi Ferdinandi primi, Cosmi II. Etruriæ Magni Ducis Theologus, & Sacrorum Canonum Interpres, edidit:

*Methodum de modo corrigendi Regulares.* Venetijs anno 1620. in 4. apud tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 403.

*Centuriam Conciorum quadripartitam*, quarum tres sunt quadragesimales, alia verò Adventualis. Venetijs apud Baremum 1611. in 4. Vidi.

*Conciones Quadragesimales.* Ex eisdem. Obijt Romæ Sacrorum Canonum Lector in Conventu Aracclitano circa annum 1626. Commendatur à Marracio, tom. 2. suæ Bibliothecæ Marianæ.

**OCTAVIUS A S. FRANCISCO**, Jaderinus, Dalmata, Regul. Observ. Sacræ Theologiæ Lector generalis ad S. Mariam Aracœli, jussu RR. Fr. Antonij ab Introducto Ultramontanæ Familiæ Commissarij generalis, concepit, ac prælo dedit opus prænotatum:

*Introductio ad lecturam Theologicam, & prædicationis Evangelicæ officium pro Religiosis Seraphicæ studentibus.*

*Tractatus Elementarius tripartitus, Polemicus, Biblicus, Hierobretoricus, videlicet, Summule Dogmaticæ de Ecclesia Catholica, ejusque hostium Catalogus.*

*Notitia Librorum Sacræ Scripturæ, Præces Sacræ Concionis, editæ à Fr. Didaco Stella, & Francisco Panigarola. Hæc re-*

*missa, cætera comportata. Romæ typis, & sumptibus Josephi Vannaccij 1693. in 4. Vidi.*

**OCTAVIUS UVORST**, Batavus, Amstelodamensis, ex Provincia Flandriæ Minorum Capuccinorum, Vir in Concionibus fervidus, in Fidei Controversijs, ac Theologicis Facultatibus valdè eruditus, vti ejus opera testantur, quorum Catalogum ex Genuensi in Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum, & Dupin, sæculo 17. suæ Historiæ Ecclesiasticæ, hic subijcio. Ea sunt:

*Summum, & infallibile Orbis Christiani in rebus Fidei, & morum decidendis Tribunal, ex quo nihil erroneum in Fide, & moribus diffinitum processit, nec procedet, nec procedere potest: à quo in prædicta materia appellare etiam ad Concilium Generale legitime congregatum, non solum periculosum in Fide, temerarium, & scandalosum, sed hereticum esse comprobatur: in quo nullus hereticus sedit, nec unquam sedebit.* Tom. I. in fol.

*Vindictæ Augustiniane Catholice, seu Vera Demonstratio Operum S. Augustini, quæ Theologi Lovanienses typis mandarunt annis salutis 1566. 1567. & 1568. Lugduni, & Parisijs 1614. 1626. 1637. & 1651. & sub furo adulterinæ emendationis depravatur.* Tom. I. in fol.

*Apologia Sacra in qua Summi Romani Pontificis jurisdictionis primatus, sicut & illius infallibilis in Controversijs Fidei decidendis auctoritas ex solo Sacro Textu comprobatur.* Tom. I. in 4.

*Sol in Eclipsi, seu S. Augustinus in Corælio Jansenio.* Tom. I. in 4.

*Calvinus Pelagianus Redivivus, seu Augustinus Cornelij Jansenij.* Tom. I. in 4.

*Panoplia Sancti Augustini, seu Doctrina Augustini adversus Augustinum Cornelij Jansenij Anti-Augustini.* Tom. I. in 4.

*Jonas in suggestu, seu quadraginta Con-*

*ciones Morales, quæ tempore calamitatis publicæ, vel Orationis 40. Horarum declamari possunt.* Tom. I. in 4.

*Christus liber signatus sigillis septem, seu septem Expositiones Morales, & Scholastica super septem festa principalia in anno occurrentia, quibus additæ sunt alia Conciones, veluti folia hujus libri, super festa Sanctissime Trinitatis, & Sacratissimi Nominis Jesu.* Tom. I. in 4.

*Maria liber signatus sigillis septem Apocalypsis, cap. 5. sive septem Expositiones Morales, & Scholasticæ super septem festa principalia B. Mariæ Virginis in anno occurrentia, quibus acceperunt aliqua Expositiones Morales de festo Sanctissimi Rosarij, ac de Sanctissimo Nomine Mariæ.* Tom. I. in 4.

*Franciscus liber signatus septem sigillis, seu septem Expositiones Scholasticæ, & Morales super septem principalia Ordinis Seraphici per annum occurrentia, ut festum S. P. N. Francisci, S. Clara, S. Antonij de Padua, S. Bonaventuræ, S. Ludovici, S. Bernardini, ac S. Didaci, quibus additæ sunt aliqua Morales Expositiones super septem aliquorum Sanctorum Martyrum, & Confessorum, qui huic libro se inscripserunt.* Tom. I. in 4.

*Triumphus S. R. E. super omnes principales Hæreses Calvinistarum, quæ in Hollandia, Anglia, Germania, & Gallia grassantur, in quo eorum errores ex proprijs eorum principijs convincuntur, scilicet, ex Sacra Pagina, quam solam, ut judicem Controversiarum admittunt, sicut ex illis SS. P. P. quorum doctrinam se ibidem recipere testantur ex confessione Articulorum Fidei, & ex Catechismo, quæ duo fundamenta vocant suæ Religionis, ut dicunt, Reformata; ex quatuor primis Concilijs, quæ in confessione Articulorum admittunt; deniquè ex proprijs suorum principalium Predicantium, & ex ipsius principijs veritas, & Doctrina Catholica Romana demonstratur.* Tom. I. in fol.

*Manipulus, seu Compendium Controversiarum Fidei pro usu eorum, qui in Missionibus occupantur.* Tom. I. in 8.

*Flores Paradisi, seu Conciones Morales de Sanctis totius anni.* Tom. 2. in 4.

*Fasciculus Myrrhæ, seu Conciones Morales de Passione Domini N. Jesu-Christi, & de Compassione B. Mariæ Virginis.* Tom. 2. in 4.

*Quadragesimale, seu Conciones Morales*

*super omnes Feras, & Dominicas totius Quadragesimæ.* Tom. 2. in 4.

*Dominicale, seu Conciones Morales super omnes Dominicas totius anni, exceptis Dominicis Quadragesimæ.* Tom. 2. in 4.

*Adventus Christi, seu Conciones 23. super quatuor Dominicas Adventus, & Feras in illo occurrentes.* Tom. I. in 4.

*Sermones de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.* Tom. I.

*Anastasis aternitatis, seu de Anima rationalis immortalitate, beatitudine, & pœna.* Tom. I. in 4. Romæ apud Philippum Mancinum, anno 1665.

*Sepulchrum Synagoga Hebræorum, seu Adventus Messia, qui est Christus Jesus.* Tom. I. in 4.

*Satyra Hollandica Fidei monstruosæ Hæresum multarum, quæ in sola Hollandia vigent.* Tom. I. in 4.

*Cursus Phylsophicus breviter, sed clarè traditus.* Tom. 3.

*Cursus Theologicus breviter, sed clarè traditus.* Tom. 4. in 4. Horum operum alia impressa sunt Romæ, & Bononiæ, alia verò propter Authoris mortem adhuc lucem desiderant. Obijt Vir doctissimus Antuerpiæ anno 1670. ætatis suæ 75.

**ODDO N.** seu nullo cognomine addito, de quo quis, aut qualis fuerit, aut quando, & vbi floruerit, nihil certi possum affirmare, scripsit, Uvadingo teste:

*Postillas super Psalterium.*

**ODDO RIGALDUS**, seu **REGINALDUS**, à nostro Uvadingo illaudatus, Ordinem ingressus, vnus fuit ex primis in Sacra Theologia Parisiensibus Doctoribus, vbi moribus clarus, ac magni nominis Concionator, ab Innocentio IV. Pontifice Summo, Rothomagensis Episcopus nominatus, & consecratus est Lugduni anno 1247. Ea prudentia enituit, ut à Philippo Rege anno 1270. delectus fuerit cum insignibus quibusdam alijs Viris Gallicanis rebus tractandis, in quorum administratione obijt anno 1275. sexto Nonas Julij, ingenij sui monumenta reliquens

*Sermones de Tempore, inscriptos: Regula vivendi.* Extant M. S. Cantabrigiæ in Bibliotheca Domus S. Petri, cod. 109. Eorum mentionem facit Rodolphus in sua Historia Seraphica.

*Commentaria in quatuor libros Moysi.* M. SS. Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti, cod. 149.

*Commentaria in Psalmos M. SS. Oxoniæ*

in Bibliotheca Ballionensi, cod. 36. *Commentaria in Evangelia*. Ibidem M.S. cod. 37.

*Quaestiones Morales*, quas M. S. habes Asisij in Bibliotheca Conventus S. Francisci P. N.

*Commentaria in quatuor libros Sententiarum*, quorum initium: *Queritur utrum plures sint veritates ab aeterno*. Extant ibidem, & citantur à Banello in suo tractatu de *singulare Puritate*, cap. 28. pag. 134. Tandem scripsit:

*Sermones de Festis Sanctorum, & aliarum solemnitatum*, qui incipiunt: *Ascendam ad palmam*, vti afferunt Uvillotus, Possévinus, & alij, quibus adhæret in suo Catalogo Scriptorum Uvadingus, non rectè appellantis Authorem illum *Raymundum Rigault*, sive *Rigaldum*. Consule tom. 1. Galliae Christianae, pag. 381. vbi de Archiepiscopis Rothomagensibus.

ODORICUS DE PORTUNAONO, Oppido Fori Julij, Prov. S. Antonij nomine dato, tanto spiritus fervore accensus est, vt quotidie virtutibus, & donis Coelestibus proficeret; Vir etiam eruditus erat, & Divini Verbi Prædicator egregius: quare cum jam in Ordine in omni sanctitate crevisset, & miraculis, peregrinationem longinquissimam ob ferventissimum Christi amorem assumens, Asiam, & Indiam, & majorem partem Orbis terrarum prædicationis, ac Fidei zelo, evangelizando, pervagatus est, vt plures ad Christi Fidem traheret: nam & multos ab iniquitate ad semitam justitiæ convertit, & per spatium 17. annorum, quibus perfectionem suam confecit, viginti millia Infidelium Sacro Fonte baptismatis regeneravit, quos optimis moribus, atque sanctissimis documentis instruxit, & miraculis ingentibus confirmavit. Multa scripsit opuscula, quorum mentionem faciunt Trithemius Uvadingus, alijque probati Authores. Exaravit igitur:

*Sermones diversos.*

*Epistolas multas.*

*Chronica compendiosa à Mundi exordio ad finem sermè Pontificatus Joannis XXII.* Habuit penès se Uvadingus M. S. & ex illis plura, in Annalibus suis exscripsit:

*Itinerarium*, seu *Historiam suæ peregrinationis*, opus distinctum à suo libro de *Mirabilibus Mundi*. Extat M.S. in Bibliotheca Corporis Christi Cantabrigiæ, & in Bibliotheca Bodlejana inter Codices Digbejanos. In Gallicum vertit Joannes Le-

Long, teste Philippo Labbe in sua nova Bibliotheca Librorum M. SS. Latine, in lucem protulit Bollandus, vna cum Authoris Vita ad 14. Januarij. Incipit: *Licet multa, & varia*. Obdormivit feliciter apud Conventum Utinensem anno 1331. in crastino octavæ Epiphaniæ, miraculis, tum in morte, tum post obitum adeo coruscans, vt propterea in Patriarchatu Aquilejensis sit inter Sanctos relatus. Consule Bollandum, & Arturum ad diem 15. Januarij, necnon Illustrus. Cornejo, tom. 3. Chronic. Ordin.

OGERUS FLOCK, in Belga, Patria Leodiensis, Provinc. Valloniæ Minorum Capuccinorum alumnus, & Concionator, in honorem Immaculatæ Conceptionis Reginae Angelorum, scripsit:

*Rythmicum opusculum*, cujus initium;

*Lauda Sion plebs Mariam,  
Lauda Matrem, & Reginam;  
In Hymnis, & Canticis.*

Exscripsit noster Alva, colum. 117. suæ Militiæ. Memoratur à Genuensi, & Martirio in Appendice.

OLIVERIUS CONRADUS, Gallus, devotus Minorita, vernaculè emisit:

*Vitam S. Pauli Apostoli*. Parisijs apud Vincentium Gautheret, anno 1546. in 16. De eo Antonius Teislerius in Catalogo, pag. 249.

*Speculum Peccatorum*, Uvadingo teste:

OLIVERIUS MAILLARDUS, Gallus, Patria Armorica, Britannus, Theologus Parisiensis, à Concionibus Regis Gallorum, & Ducis Burgundiæ, totius Cismontanæ Familiæ iteratò Vicarius Generalis, necnon Legatus Apostolicus à Summo Pontifice in Galliam directus, prophetiæ dono, religione, ac vitæ sanctitate conspicuus, scriptis prodidit:

*Contemplationem*, seu *Expositionem devotissimam super Salutatione Angelica ad Misericordiam Matrem dirigendam, materiæ sepe prædicabilis contentivam de eadem virgine gloriosissima*. Parisijs apud Joannem Petit, anno 1516. in 8. Vidi.

*Instructio vitam contemplativæ*, Gallico sermone. Parisijs in 4. teste Philippo Labbe in sua nova Bibliotheca Librorum M. SS.

*Sermones Dominicales, vna cum alijs Concionibus de Tempore*. Parisijs, impensâ Joannis Petit, anno 1521. in 8. Vidi.

*Sermones de Sanctis*. Ibidem anno 1513. in 8. Lugduni 1507. & Argentinae anno 1514.

*Sermones de Defunctis*. Proderunt cum præjactis, Parisijs ex officina Joannis Parisii 1513. in 8.

*Sermones de Adventu*. Parisijs typis Antonij Caillaut 1497. in 4. Habentur M. S. Mirapicis, apud Minores.

*Historiam Passionis Dominice*, sermone Gallico. Parisijs apud Joannem Lambert, anno 1497. in 4.

*Sermones Dominicales post Pentecostem*. Parisijs apud Joannem Petit, anno 1515. in 8.

*Sermones omni tempore prædicabiles, vna cum 12. signis mortis naturalis, ac spiritualis, ac XI. Conciones de stipendijs peccati*. Ibidem, ac Lugduni 1599. Vidi.

*Quadragesimale*. Parisijs per Joannem Petit 1515. in 8. Vidi.

*Quadragesimale aliud*. Ibidem 1518. Vidi.

*Novum diversorum sermonum opus, quod supplementum nuncupatur*. Parisijs apud Joannem Parvum 1513. in 8. Nonnulla ex ejus Adventuali, & Quadragesimali carptim excerpta habes apud Ludovicum Bail, part. 3. suæ Bibliothecæ Concionatoricæ, cap. 82. Obijt Author sanctitate illustris in Conventu Sanctæ Mariæ de Angelis, propè Tolosam, anno 1502. die S. Antonij Ulyssiponenensis, ejusque corpus ex Decreto Capituli Generalis Barcinone celebrati, anno 1508. ad Cappellam novam in ejus honorem fabricatam translatum est. Plura de eo Uvadingus, tom. 7. Annalium, & Arturus ad diem 21. Julij exscribens simul Epistolam duas Innocentij Papæ VIII. ad laudatum Oliverium.

OLMERIUS MICHAELIS (aliàs HIERONYMUS SAVONENSIS) Minorita, Italus, vernaculè edidit sub titulo:

*Vitis amorosa*, opus consecratum Thomæ Principi Sabauda initio sæculi præcedentis. Ex P. Augustino Oldoino, pag. 440. sui Athenæi Ligustici.

ONESIMUS DE KIEN, Belga, Provinciae Gallo-Belgiæ Minorum Capuccinorum Ecclesiasticus, ac Definitor, Vir à spiritus fervore, & vitæ integritate commendatus transtulit ex Hispanico in Latinum idioma, ac valdè locupletavit:

*Homilias, tam Quadragesimales, quam de Sanctis, & de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento Reverendissimi P. Hieronymi Baptista de Lanuza*, in quatuor tomos in fol. distributas. Antuerpiæ apud Gulielmum Lestecium, anno 1649. & 1653. in 4. & Coloniae 1655. & 1660.

*Triumphum Jesu-Christi Dei, & Salvatoris nostri*, sive *Discursus prædicabiles in ejus solemnitatibus, & festis* Rev. P. Joannis de Mata Ordinis S. Dominici, & filij Conventus S. Andreae de Medina, tom. 1. in fol. Antuerpiæ 1653.

*Paradisum Virginealem, sive Conelones de festis semper Virginis Dei Genitricis Mariæ*, ejusdem Authoris, tom. 2. in 4. Ibidem 1652. De eo meminit Lippenius, Alva, Genuensis, Uvadingus, & Marra-cius.

ONUPHRIUS A COPURTIO, Italus, strictioris Observantiæ Reformatorum alumnus, ineditam reliquit:

*Relationem suæ Provinciae S. Nicolai Varenensis*. Extabat apud Fr. Petrum de Alva, ipsomet attestante, colum. 119. Militiæ.

ONUPHRIUS A TOLVE, Provinciae Basilicæ Oppido, postquam annis multis Parochum egit Minoritis Regular. Observant. nomen dedit, factusque Pœnitentiarius Lateranensis, vita sanctissimè transacta, obiit Romæ ad Aram-Coeli anno 1640. die 13. Augusti, anno ætatis 55. Scripsit pium libellum, cui titulus:

*Antidotus contra tria venena pro suscipiendo ritè Sacramento Pœnitentiæ*. Prodiit Romæ apud Franciscam Cavalli 1643. De eo Uvadingus, ac Nicolaus Toppi in sua Bibliotheca Neapolitana.

ORONTIUS JULIOBONENSIS, vulgò DE HONFLEUR in Normania, Tertij Ordinis Provinciae S. Ivonis, tertio Minister Provincialis, & Definitor generalis, edidit Gallicè:

*Methodum rectè, & breviter peccata confitendi, cum exercitatione quotidiana, & directione præcipuarum actionum*.

Item: *Compendium devotionis erga B. Virginem*, vulgò *L'Esclavage de la Vierge*. Parisijs 1646. Consentient Bordonus, Uvadingus, & Marracius in Appendice.

ORPHEUS CANCELLARIUS, laudatur à Fr. Augustino de Uvite in Catalogo Illustrium Scriptorum Ordinis. Vidè superius, verbo *Franciscus de Orpheis*, est enim idem Author.

OSUALDUS A LASCO, Saxo, Vicarius Provincialis Hungariæ, morte præventus, dumtaxat edidit

Partem quartam Rosarij, Operis nostri Pelbarti à Themeseoar. De eo loquuntur Tosignianus, & Uvadingus.

**OTHO BLANCHUS DE ARELANO**, ex Marchionibus Montis Serrati, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano, Minorita non fuit, caterum nomen S. P. N. Francisci, compositis à se

*Hymnis*, quorum initia: *In Cœlesti Collegio: Decus Morum, Dux Minorum; & Responsorium VIII. sui Officij Ecclesiastici* decoravit. Consule Haroldum ad annum 1228. num. 3.

**OTHO COMMENDUS**, Andegavensis, Minorita, Sacræ Theologiæ Doctor, edidit, recensente Uvadingo:

*Elucidatorium Franciscanum*. Parisijs per Joannem Parvum, anno 1459. in 8.

**OTHO VAN-PASSOVVE**, Franciscanus, Flander, in laudem Deiparæ

semper Virginis librum edidit; sub hoc titulo:

*Aureus Thronus*. Prodiit Colonia anno 1492. in fol. sed suppressio nomine. Consule Militiam Fr. Petri de Alva, col. 1124.

**OTHO TERTIUS** (à Uvadingo in Catalogo Scriptorum illaudatus) Hochbergensis, & Ratelensis Marchio, & Episcopus Constantiensis, sub quo Concilium celebratum est anno 1420. Episcopatus sui 23. eo depositus, in eadem Urbe Minoritis nomen dedit, inter quos post biennium obiit, & sepultus est in Ecclesia Cathedrali. Posteris reliquit

*Librum Psalmorum à se collectum, qui sub Maria Virginis nomine indigitari voluit* & cujus M. S. in Bibliotheca Augiæ Majoris asservatur, vt testantur Authores Galliæ Christianæ, tom. 2. pag. 546. apud Marracium in Appendice ad suam Biblioth. Marianam.



P



**SANCTUS PETRUS ALCANTAREN-SIS**, in lucem exortus fuit Norbæ Cæsareæ, vulgò *Alcantaræ* in Extremadura, seu Beturia Hispaniarum Regione, anno

Virginei Partus 1499. ex Parentibus genere, ac pietate nobilibus Petro Garabito, & Maria Viliela. *Ab ineunte etate*, vt Christi Vicario loquar, *ambulans* in innocentia, vitans lubrica, & voluptatibus obnoxia, & hominum commercium fugiens; contemplandis rebus Divinis ita vacabat, vt amore Cœlestium incensus, aliquandò extra se raperetur. Ideoque sapientia crescens, & gratia, mensuram ætatis moribus senilibus excedebat. Studium litterarum ingressus acri ingenio, in gentem spem suis Parentibus, & Magistris indidit: Quia verò noverat sapientem futurum, qui cum sapientibus graditur, Religiosorum Virorum consortio delectabatur, ac Divinæ præsertim inhians sapientiæ, sacros avidissimè quærebat libros, à prophanis abhorrens. Et quoniam ab infantia secum creverat misericordia, omnibus se charitatis operibus assidue dabat. Infirmos proinde, in carcere positos, & egenos, quantum poterat, sublevabat. Cum autem in alios pius esset, & misericors, sibi tamen ex tunc incipiebat esse austerus, nam non solum singulari abstinentia sensuales appetitus frænare, sed & levissimos quoscumque defectus flagellis asperis consueverat expiare.

Licet autem etiam dum in sæculo versaretur, animo Cœlum recoleret, magis tamen, ac magis abundans in scientia, & in omni sensu probavit potiora, & annum ætatis sextum decimum ingressus, in Custodia Sancti Evangelij, seu Extremaduræ (quæ nunc Sancti Gabrielis Provincia dicitur) Fratrum Minorum Discalceatorum Habitum, & Evangelicam vivendi formam suscepit: Quod consilium insigni prodigio approbavit Deus: cum enim festinanti ad Religiosi Ordinis portum moram objiceret fluvius Tietar, qui tunc fortè imbribus intumuerat, neque vlla navigij

„ facultas esset, effusus in preces, in altera se ripa divinitus constitutum ex templo reperit Petrus. In Cœnobio tam magnos in virtute statim progressus fecit, vt initio tyrociniij emeritis Christi militibus emineret; ad omnium tamen pedes mirabili demissione prosternens se.

„ Præcinxit illum Deus virtute, & posuit immaculatam viam ejus: paupertate, religiose disciplinæ rigore, rara oculorum modestia, incredibili siti cruciatuum, magnam in omnibus excitationem sui.

„ Solemne professionem expleto tyrociniij anno emisit, & sese elevans supra se, humana omnia transcendens, & anhelans ad Cœlestia, oculis tamen in terram semper dejectis, ignorabat an Chorus Ecclesiæ (quem perpetuo adhibat) fornicè obdutus esset, an laqueari, an cellula sua ex lapidibus, an ex lignis constaret: Sed mirabilior erat Petri vita, quæ vt viva lex perfectionis alumnos provocabat ad sanctitatem. Pro quovis præconio sufficeret referre illa, quæ de hoc Viro Sanctissimo dixit Sanctissima pariter Virgo Teresia Carmelitarum Reformatorem Parens, videlicet, ne momento quidem diei, ac noctis Petrum ab oratione cessasse, & ne somnus oranti obreperet, flexis genibus, cum quieti tandem indulgere cogebatur, ad ligni stipitem parieti infixum caput admovebat. Illius cella, eadem Teresia teste, pedum quatuor longitudinem cum dimidio non excedebat, adeoque depressa erat, vt flexis genibus, & curvis semper humeris in illa hæere cogeretur: Ex hac eximia vitæ sanctitate Vires hausit ad egregia quævis præstanda in honorem Divinitatis, eaque prodigioso morum suorum exemplo assequi potuit. Latere ille quidem præoptasset, & paternam S. Francisci humilitatem secutus, Regale Sacerdotium formidasset, accipere, nisi ad illud Superiorum imperio coactus fuisset. Itaque non sumens sibi honorem, sed vocatus à Deo tanquam Aaron, Sacrum quotidie peragebat tam vberes in fletus effusus, vt exitus aquarum deducentes oculi ejus, viderentur

„ fons hortorum , & puteus aquarum vi-  
 „ ventium , quæ fluunt impetu de Liba-  
 „ no : : : Juffus etiam est iuggetum ascen-  
 „ dere , ac Verbi Divini panem ex tempo-  
 „ re Populis efurientibus frangere : cum-  
 „ que de ore ejus erumperent quasi sagit-  
 „ tæ potentis acutæ , innumeros feliciffi-  
 „ mæ fauciatos eruit de potestate tenebra-  
 „ rum , & tranftulit in Regnum Filij Dei.  
 „ Præterea confuebant ad illum privatim  
 „ erudiendi non modo infimi , & popula-  
 „ res , fed etiam nobiles , ac Principes Vi-  
 „ ri , quos mira suavitate , & effîcacia ver-  
 „ borum ad salutarem pœnitentiam invi-  
 „ tabat. Confefſarij tamen munus apud  
 „ Carolum V. Cæſarem declinavit , cap-  
 „ tus amore ſolitudinis , & demiffionis ,  
 „ ac metu difcriminum Aulæ Regalis.

„ Plura Cœnobia ſui Ordinis ſanctiffi-  
 „ mæ temperavit , videlicet illud Sancti  
 „ Onuphrij in Provincia S. Gabrielis , S.  
 „ Michaelis Placentiæ , aliaque , ſubindè  
 „ Provinciæ Diffinitor , & Caſtos , ac  
 „ deindè omnium ſuffragijs in Provincia-  
 „ lem electus eſt Provinciæ S. Gabrielis ,  
 „ cujus regimini ſedulò incumbens exem-  
 „ plis , & verbis , quaſdam edidit Conſti-  
 „ tutiones , quibus ſtrictioris Obſervan-  
 „ tiæ nitor in ea reſſoreret. In Luſitaniam  
 „ quoque perrexit , ut naſcentem Arrabi-  
 „ dorum Provinciã juvaret , & promo-  
 „ veret. Cum autem artiorem ſui Ordinis  
 „ diſciplinam virgere deſideraret , & lon-  
 „ gius extendi , ſuperatis graviffimis dif-  
 „ ficultatibus , Divino munitus præſidio ,  
 „ & Apoſtolica fretus autoritate , pri-  
 „ mum novæ Reformationis Cœnobium  
 „ auguſtiſſimum , & pauperiffimum ſub  
 „ Immaculatæ Conceptionis titulo propè  
 „ Pedroſum Caurienſis Diœceſis in Be-  
 „ turia , vulgò *Extremadura* , Oppidum  
 „ conſtruxit , vbi cum paucis ſocijs Apoſ-  
 „ tolicam ſui Patris Franciſci vitam reno-  
 „ vavit. Hinc à Paulo IV. Summo Ponti-  
 „ fice ejuſdem Clementis , ac noſtro præ-  
 „ deceſſore Commiſſarius Generalis no-  
 „ væ Reformationis Inſtitutus , alios ædi-  
 „ ficavit Conventus , ex quibus , & qui-  
 „ buſdam alijs ejus ſe regimini vtrò ſub-  
 „ dentibus , Provinciã S. Joſepi fun-  
 „ davit : mox deſtinatis ad Regnum Va-  
 „ lentiaſis ſocijs , Provinciã S. Joanis Bap-  
 „ tiſtæ fundamenta jecit. Ac tandè illud  
 „ ſtrictiſſimum vitæ genus , in varias Hiſ-  
 „ paniaſis Provinciã ad Indias , & Jappo-  
 „ nicum , vſque feliciter dilatatum eſt , vbi  
 „ ex ipſa Reformatione multi martyrio  
 „ coronati ſunt. Sanctam quoque Virgi-

„ nem Teretiã in ſtabilienda Carmelita.  
 „ rum Reformatione indefeſſus adjuvit ,  
 „ ita ut ipſamet teſtante , recentis illius  
 „ propaginis ſit præcipuus Promotor exiſ-  
 „ timandus. Et reverà multas pro re tanta  
 „ peregrinationes ſuſcepit , & labores tu-  
 „ lit , imò & abſenti opem , & conſilium  
 „ laturus aliquandò miraculoſè apparuit.  
 „ Quam gratum acciderit Deo ſtudium  
 „ hoc Obſervantiæ ſtrictioris , & quanto  
 „ haberi vellet in pretio Seraphicum ze-  
 „ lum hujus Viri , Deus ipſe prodigijs in-  
 „ gentibus comprobavit : : : Demùm vſ-  
 „ que adeò fuit delicijs Divinitati , ut  
 „ omnium vota , quando Petrus intercef-  
 „ ſorem exhiberet ſe , implenda eſſe pro-  
 „ feſſus fuerit Sanctæ Virgini Teretiæ , ut  
 „ ipſamet ſibi ſemper acciditè fateretur.  
 „ Hæc , aliaque plura Clemens X. in Bulla  
 „ Canonizationis noſtri Sancti , qui multi-  
 „plici rogatu nobilis , ac magnifici Viri D.  
 „ Roderici de Chaves ſcripſit , ejuſque edi-  
 „ dit auſpicijs , aureum librum.

„ *De Oratione , ac Meditatione* , qui me-  
 „ dallas totius æceticæ doctrinæ continet.  
 „ Emeritis laudum præconijs celebratur à  
 „ Ludovico Granatenſi Dominicano , Lu-  
 „ dovico à Ponte Societat. Jeſu , à Sereniſ-  
 „ ſima , ac doctiſſima Chriſtina Sueciæ Re-  
 „ gina , à Gregorio IX. Pont. Max. à S. Te-  
 „ reſia à Jeſu manſione 3. à S. Franciſco Sa-  
 „ leſio , lib. 3. Epiftolarum , epift. 4. & lib.  
 „ 2. epift. 1. ab alijs quoque apud meam  
 „ *Bibliothecam Minor. Diſcalceatorum* , à  
 „ pag. 207. Cœpit hic liber omnium pio-  
 „ rum in Hiſpanijs percurrere manus , præ-  
 „ cipuè Religioſorum , qui perfectioni ſtu-  
 „ debant , quo Novitios inſtruerent , quod  
 „ adeò nervoſè , perſpicuè , ac egregiè re-  
 „ gulis ſpiritus æquè mentem illuminat , at-  
 „ que affectus cordis inflamat ; vnde poſt  
 „ editiones Hiſpanas , nec in Latinum dum-  
 „ taxat , ſed in Gallicum , Germanicum , Ita-  
 „ licum , Polonum , Sinicum , Japponicum ,  
 „ aliaque idiomatica pertranſiit. Scripſit  
 „ etiam Hiſpanè :

„ *Documenta ſpiritum diſcernentia*. Pæ-  
 „ ſim habes in Authoribus , qui Sancti vi-  
 „ tam exhararunt , & in Latinum conver-  
 „ ſa , à fol. 211. *Bibliotheca Minorum Diſ-  
 „ calceatorum*.

„ *Statuta Reformationis* à ſe elaborata.  
 „ Habes ibidem. Prototypus aſſervatur  
 „ Matriti in Regali Cœnobio S. Agidij.  
 „ Vidi.

„ *Epistoſolam ad S. Franciſcum de Borja* , apud  
 „ S. Teretiã à Jeſu , & alias ſuo ſpiritu  
 „ dignas. Habentur ibidem , & Latine apud  
 „ Fr.

Fr. Laurentium à D. Paulo in ſuo opere  
 inſcripto : *Portentum Pœnitentiæ*. Ad Cœ-  
 lum evolavit , prædicta mortis hora , &  
 adhuc ſtante genibus corpore , ( quod in  
 Oppido *Arenas* in Eccleſia Fratrum Mi-  
 norum Diſcalceatorum depositum ſingu-  
 lari Populorum veneratione inviſitur ) à  
 Deipata , à S. Joanne Evangeliſta , atque  
 ab ipſa Auguſtiſſima Trinitate invitatus ,  
 die 19. Octobris , anno 1562. ætatis verò  
 63. In Sanctorum numerum à Clemente  
 IX. relatus quarto Kal. Maji 1669. in-  
 numerus fulget , & miraculis. Conſule Mar-  
 tyrologium Hiſpanum , & Franciſcanum.

SANCTUS PASCHALIS BAYLON,  
 Hiſpanus , natus eſt apud Turrim formo-  
 ſam , Hiſpanicè (*Torre-Hermosa*) Diœ-  
 ceſis Saguntinæ ann. 1540. ſub Paulo III.  
 & eo die , qui Latine ex Textu Hebræo  
*Transitus* dicitur , id eſt , die Paſchatis ,  
 quique impoſuit , nato infanti per bap-  
 tiſma nomen , Paſchalem nuncupavit. Paſ-  
 cha ergo , in quo Chriſtus totum Orbem  
 per Reſurrectionem illuminans , tranſiit  
 ex mortali , & crucifixa vita ad vitam im-  
 mortalem , & glorioſam , ortum B. Paſcha-  
 lis meruit. Qui dies , & in quantum Paſ-  
 chalis , & in quantum Dominicus , non ſo-  
 lum duplex , ſed etiam multiplex fuit cir-  
 cæ auſpicatiſſima , & egregia Viri Dei fa-  
 cinora. Ejus profeſſio in ſæculo vſque ad  
 annum ætatis ſuæ 24. quo tempore ( Mi-  
 norum Diſcalceatorum in Provincia S.  
 Joannis Baptiſtæ Habitum induit , illamet  
 profectò , in qua David exercebatur , &  
 à qua ad Regnum Iſraelis vocatus. Paſtor  
 ovium Sæcularis , Paſtor virtutum Regu-  
 laris noſter Paſchalis. Simplex , & amator  
 Dei , & zelo ſalutis animarum exaſtuans  
 ( animam mundiſſimam in mundo ſervans ,  
 nihil habens cum mundo commune , niſi  
 habitationem ) erat Paſchalis , antequam  
 vitam Seraphicam amplexatus eſſet. Ejus  
 virtutum omnium cumulus in Religione  
 tantus , ſimplicitate , paupertate , oratio-  
 ne , charitate , labore , mortificatione , du-  
 plici dexteritate ad ardua Ordinis negotia  
 ( pro quibus anno 1575. P. Chriſtopho-  
 rus à Capite Fontium Generalis Miniſter  
 miſit eum in Galliam , vbi multa paſſus  
 eſt ab Hæreticis ) ut non mirum ſi pro-  
 phetiaſis ſpiritu plurimum calluerit , atque  
 ſcientia divinitus inſuſta , qua & Theolo-  
 giam apprimè callebat , difficilioreſ quæſ-  
 tionibus explicans , & res dubias clarè reſol-  
 vens , imbutus fuerit ad miraculum. Stre-  
 nuus Defenſor Immaculatæ Deipatæ Con-  
 ceptionis extitit ; vſque Fr. Didaco Lequi-  
 Tom. II.

le vtar : Extitit denique ab ortu ad obitum  
 id , quod in nomine gerebat ſignificatum.  
 Semper enim Paſcha fuit , & Paſchalis  
 tranſiens in ſtadio Evangelicæ , & Apoſ-  
 tolicæ perfectionis ab vna virtute ad aliam  
 cum incremento , & nunquam cum de-  
 cremento. Ut Paſcha ergo vixit annis 52.  
 viginti quatuor in ſæculo , totidem , &  
 quatuor plùs in Religione , & ut Paſchalis  
 ad æternum Paſcha , in quo Chriſtus tran-  
 ſiens , miniſtrat Beatis Divinitatis fercula ,  
 tranſijt ann. 1592. ſub Clemente VIII.

„ Scripſit ( Uvadingus loquitur ) pro ſua  
 fovenda pietate ſincerè , & piè abſque  
 magno delectu ex Sacra Scriptura , Sanctis  
 Patribus , alijsque Aſceticis Authoribus.

„ *Traſtatulum de Veneratione , & Digni-  
 tate Sanctiſſimi Sacramenti Eucharistiæ*.

„ *Præcipua Myſteria Vitæ Jeſu-Chriſti* ,  
 „ cujus Acta proſequitur vſque ad Aſcen-  
 ſionem in Cœloſ.

„ *Acta potiora Virginiſ Mariae , & tranſi-  
 tum S. Annae ipſius Genitricis*. Codex ipſius  
 M. S. propter inſigne ſpecimen pauper-  
 tatis , quæ ex modo ſcribendi , & compa-  
 ginandi ex laceris chartis , & cooperi-  
 mento , ex panni ſegmento relucet : Ha-  
 betur in pretio apud Catalaonios in Ar-  
 chivio Cœnobij Elpenſis ; magnique fecit  
 Vir Sanctiſſ. D. Joannes de Ribera , Ar-  
 chiepiſcopus Valentinus , Patriarcha An-  
 tiochenus. Hæc Nicolaus Antonius cum  
 noſtro Uvadingo , ex quo noſter Refor-  
 matus Lequile in Alphabeto Scriptorum ,  
 qui pro Fide Romana dimicarunt , tom. 2.  
 Terlegiſtoris Evangelici , fol. 291. Ve-  
 rùm tamen , quaſi nihilum hæc ſunt ante  
 ejus opera , ſuaque propria manu exarata ,  
 quæ in vnicum librum collecta aſſervan-  
 tur in generali Archivio laudatæ S. Joan-  
 nis Provinciæ. Titulus igitur ſui aurei li-  
 bri hic eſt : *Yo Fr. Paſqual , natural de la  
 Villa de Torre-Hermosa , eſcriuè eſte Car-  
 tapacio para mi recreacion eſpiritual*. Agit  
 in ipſo : ſed de quo non agit ? Paſcha-  
 lem deſideras Expoſitorum. Lege ejus  
 librum , & invenies Commentaria idio-  
 mate proprio :

„ In 25. Exodi.

„ In primum , ſecundum , & quintum  
 Matthæi.

„ In ſecundum , quintum , ſextum , quarta  
 tomdecimam , & quintumdecimam Lucae  
 & 24.

„ In ſecundum , tertium , & tertiumdecima  
 mum Joannis , & quartum juxta quatuor  
 ſenſus.

„ In Pſalmum quinquageſimum :

In Psalmum 88.

In Cantica Ganticorum soliloquia.

Super Evangelia Dominicalia à Pascha  
et usque ad Pentecostem. Si Theologum  
Scholasticum desideras: lege ejus librum,  
& tractatus invenies:

De Sanctissima Trinitate.

De Essentia Dei.

De Generatione aeterna Verbi Divini.

De Scientia Dei.

De Attributis.

De Incarnatione, ejusque convenientia.

De utroque Adventu Christi.

De Nominibus D. N. Jesu-Christi.

De Voluntate Christi ejusque apparitionibus.

De Angelis.

De Visione Beata, & Donis Beatorum.

De Pœnis Inferni.

De Sanctissimo Eucharistia Sacramentis  
quod mortuus velut vivus adoravit, cujus  
quoque est Cymbalista Sacer. Talem demon-  
strant,

Summarium vite unitivæ, & valdè dif-  
fissum.

Tractatus de virtute Orationis, ejusque  
excellentijs.

De necessitate Orationis, ejusque utili-  
tate.

De gratiarum actione.

De Ornamentis Baptismatis.

De tribus vijs.

Descriptio Cœlestis Hierusalem. Tracta-  
tulus.

De varijs Revelationibus Sanctissimæ  
Virginis Mariæ.

Orationes variæ, ad Deum, Deiparam,  
Angelos, & varios Sanctos. Tractatus:

De via illuminativa.

Meditationes ad singulos Hebdomadæ  
dies. Num Theologum Marianum, &  
Christiferum concionantem quæris? Scrip-  
sit:

De Nativitate Domini, & ejus Epipha-  
nia.

De fuga in Ægyptum.

De ejus inventione in Templo.

De Conceptione Immaculata Purissima  
Virginis. Hujus tractatus meminit R. P.  
Fr. Petrus de Alva in Militia.

De ejus incomparabili Virginitate.

De ejus singulari Matrimonio.

De ejus Maternitate.

De ejus Visitatione, ac Expectatione.

De Partu Virginali.

De insidijs Diaboli adversus admirabi-  
lem Matrem, earumque triumpho.

De ejus Purificatione, ac Presentatione.

De Marianis Prærogativis. Si Theologum  
Moralem expectas? Scripsit:

Super primum Præceptum Decalogi.

De utilitatibus Sacramenti Matrimonij.

De Mysterijs septem Antiphonarum,  
quas de la O appellamus.

Super Hymnum ad Primam, & Comple-  
torium. Si de Statu Regulari pertractan-  
tem? Scripsit:

Expositionem Regulæ Seraphicæ. Si Dog-  
maticum? Scripsit:

De pluribus Articulis Fidel, in varijs  
Concilijs definitis.

De Symbolo Fidei, juxta mentem Aposto-  
lorum.

De origine Festivitatibus Sanctissimæ Tri-  
nitatis.

De Indulgentia, & Jubilæo.

Summarium Indulgentiarum à Gregorio  
XIII. Adriano VIII. alijsque Summis Pon-  
tificibus concessarum. Si Astrologicum?  
Conscripsit:

Kalendarium totius anni; vbi agit de  
Idibus, & Kalendis ordine Lunæ, ac de  
Sanctis habentibus Ecclesiasticum Offi-  
cium. Si Historicum? Diffusè scripsit:

De Vita Christi, interpretans quæ de  
ejus prædicatione, & Passione locuti  
sunt Prophetæ. Si tandem Poeticum?  
Composuit:

Pœmata varia de Sanctissima Trinita-  
te, de Christi Nativitate, de S. Stephano,  
de S. P. N. Francisco. Legi.

Hæc scripsit Paschalis illiteratus, cui  
dedit Dominus scientiam Sanctorum: In-  
troivit in potentias Domini; quoniam  
non cognovit litteraturam. Marianus in  
suo Francisco Redivivo, à fol. 566. & 575.  
edidit quædam tanti Authoris fragmenta,  
quæ non modica animi voluptate olim le-  
gi in Mediolanensi RR. PP. Observantium  
Conventu. Exscribam dumtaxat Sancti  
hujus verba de Rosario. Beatissima Virgi-  
nis ita fantis: *Invenitur quod Virgo Sanc-  
tissima Maria Domina nostra, antequam  
à Spiritu S. habitam, Sanctum ordinavit  
Rosarium; & quod, cum omni Cœlesti Ca-  
ria pro eis orat in Cœlo, qui illud cum de-  
votione persolvant in terra.* Confule Ma-  
tracium de Pontificibus Marianis, cap. 52.  
pag. 105. & tom. 2. Bibliothecæ Marianæ,  
pag. 200.

Qui ergo indiget sapientia, postulet à  
Deo, & postulet per merita hujus Theo-  
didacti, vestigia sequens Venerabilis Lai-  
ci Benedictini Fr. Josephi à S. Benedicto  
in suo tomo primum in lucem edito Ma-  
triti

triti anno 1725. vbi part. 1. fol. 190. se-  
quentem Orationem publicavit.

Oratio ad S. Paschaem Baylonæ

QUI dominatur in virtute sua in  
æternum, respexit de excelso  
Solio suæ magnitudinis super  
cunctas vias filiorum Adam, & te, o  
Sanctissime Paschalis Baylon! vidit, &  
sustulit de gregibus ovium, atque exal-  
tavit super terram habitationem tuam  
in mentis excessu. Habuisti à Deo scien-  
tiam Sanctorum, & replevit te Domi-  
nus scientiarum sapientia, necnon &  
gratiam eam impetrandi præbuit tibi.  
Ego, Sancte mi, indigeo sapientia, quia  
egenus, & pauper sum: impetra, quæ-  
so, à Deo excelso intellectum, & scien-  
tiam, & sapientiam mihi, vt sciam quid  
beneplacitum sit apud illum: & spiritus  
ejus bonus dirigat semper gressus meos  
in semitis ejus, vt non commoveantur  
vnaquam vestigia mea, neque compre-  
hendant me tenebræ. Insupèr cupio per  
te habere pro luce, & duce Mariam  
stellam splendidam, & matutinam, vt  
ambulem in luce, & cum luce hac  
cunctis diebus, quibus nunc milito, &  
possim pervenire ad claritatem Cœ-  
lestis Hierusalem, & tecum ingredi ad  
bona Domini in lumine viventium, te-  
cunque stallere Deo Altissimo per cun-  
ta secula. Amen.

Paulus V. Pont. Max. illum Beatum ap-  
pellavit, Alexander autem Octavus Sanc-  
torum Catalogo adscripsit anno 1690. de-  
cimo septimo Kal. Nov. idest 16. Octo-  
bris.

B. PETRUS BAPTISTA, Hispanus,  
Vicium S. Stephani Diœcesis Abulensis  
natalitij splendore coruscavit, Salmanti-  
nam Universitatem suis studijs (Theolo-  
giæ ibidem vacavit, cujus tractatum de  
prædestinatione propria manu scriptum  
Peñarandensis Conventus Provinciae S.  
Pauli Discalceatorum, vbi Philosophiam  
docuit, decenter asservat) ac sua solemnè  
professione Discalceatam S. Josephi Pro-  
vinciam, & peculiaritèr S. Andreae Are-  
narum celeberrimum Conventum. Om-  
nium Fratrum (Tiburtium Navarro audi  
cap. 6. de Fructibus Posthumis S. Petri de

Alcantara) humillimus, obedientissimus;  
pœnitentiæ, & orationis amarissimus ha-  
beatur, qui prædicationis officium cum  
maximo audientium progressu exercuit.  
Cum autem ad Philippinas transmeasset  
Custodiæ præfici, & à Philippo II. Ca-  
tholico Monarcha Episcopatu Cameri-  
narum destinari meruit; sed sanctiori de-  
siderio motus conversionem Infidelium  
ambiebat, quare in Japonium (licet ægrè  
accepto Legati munere) profectus est.  
Quid ibi pro Dei gloria, fidei Catholicæ  
exaltatione, Christianorum, & Gentilium  
salute corporis, & animæ patravit, quis  
enarrabit? Igitur Petrus Baptista cum ge-  
mino sui Patroni munus impleset; cum  
(veit olim Apollolorum Princeps) Infi-  
deles multos ad fidei dogmata convertis-  
set; cum (sicut Præcursor) pœnitentiam  
omnibus prædicasset, & viam Domini in  
Eremo Japonij præparasset, innocenti-  
simam vitam pretiosa in conspectu Domi-  
ni morte conclusit, & qui Petri Apostoli  
fidem in genere mortis imitatus est, offi-  
cium quoque Baptistæ in patibulo Crucis  
accepit, dum Japonum Proto Martyr  
effectus, primus Cœlestis gloriæ viam  
monstravit verbo, & exemplo, dicens:  
*Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccata  
Mundi.* Hactenus Tiburtius Navarro.  
Stylo signavit:

Consultationem Moralem Regularem,  
quæ inedita asservatur Arenis, in Conv.  
Sanct. Andreae. Insupèr, è carcere scrip-  
sit:

Epistolas plures, quasi ultimas, & cyg-  
neas Canciones, non semel editas Latine,  
& Hispanè. Publici juris feci, vna cum  
ejus actibus, tom. 1. Chronicor. Prov. S.  
Pauli, lib. 5. Destinatus Cameriniensis  
Episcopus à Philippo II. Catholico His-  
paniarum Rege, ad Ecclesiam, quæ sur-  
sum est assumptus est anno 1597. die 5.  
Februarij, in Beatorumque numerum re-  
latus à Urbano VIII. Pont. Max. anno  
1627. die 14. Septembris. Ejus celebrant  
triumphum Arturus, Uvadingus, Gubert-  
natis, Bollandus, alijsque plures apud  
meam Biblioth. Minorum Discalceato-  
rum, pag. 222. & parte 2. pag. 49. Ipsam  
confule, & Fortunatum Huever in Mono-  
logio Franciscano ad diem 5. Februarij  
accinentem:

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

*Abjicit exossum furibundus Jappo triumphum  
Christi; sed renovat lancea aperta Thronum.*

**B. PETRUS REGALADO**, Hispanus, Vallisoletanus, Vir ab infantia perfectione deditus, V. Fr. Petri Villacretij fidelis Discipulus, Zelantissimus, in Hispania, rigidioris disciplinae promotor: Conventus Domus Dei de Aguilera, ac B. Mariæ de Scala Cœli, vulgò *del Abrojo* prudentissimus Præfectus, tot virtutibus, atque meritis illuxit, ut & vivus spiritu prophetico, & mortuus miraculis propè innumeris, illustratus sit. Scripsit:

*Compendium vite sui V. Magistri Fr. Petri de Villacreces.*

*Expositionem Regula Fratrum Minorum.*

*Constitutiones, Ritus, & Leges pro laudatis Conventibus de Aguilera, & del Abrojo.*

*Exercitia vite contemplativa, & activa alumnorum prædictorum Conventuum.*

*Opusculum de arbore vite, seu de Sanctissima Cruce.* Ex his plura habes impressa apud Fr. Emmanuel de Monzaval in ejus vita Vallisoleri edita anno 1684. fol. 56. & 188. & alibi. Et apud Fr. Eusebium tom. 6. Chronicorum Ordinis, lib. 1. præcipuè cap. 8. & 9. Scripsit quoque:

*Epistolas plures suo spiritu dignas, in Conventu del Abrojo asservatas, Orans, & psallens placidè expiravit ad illa verba: In manus tuas Domine commendo spiritum meum, in suo Conventu de Aguilera anno 1456. die 30. Martij. Corpus ejus suavissimum spirans odorem, & à corruptione immune in communi Fratrum sarcophago jacuit 36. annis, donec Serenissima Elisabetha Hispaniarum Regina, nobiliori sepulchro honoravit, ubi præcipua ejus miracula, & epitaphium, cujus initium: *Facet ornata caro, &c.* alabastro incidi curavit Harenis Comitissa. Incisum quoque legitur hoc præconium.*

*Christum Jesum, lapidem pretiosum, electum, angularem, in fundamentis Sion positum, in titulum, & fundamentum hujus Domus Dei, ut alter Jacob BEATUS PETRUS, Deo, & hominibus dilectus erexit; se ipsum*

*tanquam gemmam, & aurum superedificans. Ipse pro nobis intercessor existat ut in Christo cum ipso coedificemur in habitaculum Dei, in Spiritu S. Amen.*

Ejus festum colitur in Ordine Minorum, die 13. Maji. Consule Bolandum ad diem 30. Martij, & Arturum ad diem 31. ejusdem mensis.

**PACIFICUS NOVARIENSIS A CEREDANO**, Lombardiae, Sardiniae Commissarius, ac inter Commissarios Apostolicos prædicandæ contra Turcas Cruciatæ destinatus, Vir sanctitate celebris, stylo signavit:

*Summam casuum conscientia, quæ Summa Pacifica* dicitur. Illam reddidit Italicè Fr. Franciscus Tarvisinus Carmelita, & iteratò prodijt Venetijs 1574. & 1580. ex officina Joannis Baptistæ Sommasci, in 8. Vidi. Migravit ad Dominum anno 1482. & postridè Nonas Junij, ut beatus colitur Ceredani, precibus, votis, & oblationibus fidelium, quorum magna multitudo concurrat venerandi corporis adhuc integri gratia. Consule Uvadingum in Animalibus, ad prædictum annum.

**PACIFICUS PICENUS**, primas Franciæ Provincialis à S. Francisco designatus, mirabili visione ad Religionem vocatus, ac propter animi tranquillitatem, & mansuetudinem, ita à Seraphico Patre nominatus, in sæculo scripserat:

*Cancionum genera varia*, in quibus componendis, ita excellebat, ut à Frederico Secundo Imperatore, Poetæ insignis lauream acciperit, *Rex versuum* appellatus. Quo anno obierit non constat, de sepultura ejus contendunt Veneti, Ripani in Italia, & Lensenses in Belgio. Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 10. Julij asserit in Lentensi Conventu sepultum, sub hoc epitaphio:

\*\*\*  
\*\*\*  
\*\*\*  
\*\*\*  
\*\*\*

Sub

Sub hoc lapide recondita  
servantur ossa Sacra B. Pacifici  
Ordinis Minorum,  
qui ipse primus fuit  
Provinciae Franciæ  
Minister.

Claruisse creditur circa annum 1240:

**PACIFICUS A GERA**, Italus, Cremonensis, Minorita, scripsit:

*De Immaculata Conceptione Virginis questionem*, impressam Mediolani anno 1645. in fol. Consule Alva, col. 1124. *Militia.*

**PACIFICUS PORTELLIUS**, Capuccinus, Gallus, Patria Parisinus, ejusdem Provinciae Concionator, ac sapius Diffinitor, Vir vitæ innocentia, humilitate, patientia, abstinentia, ac sancta morum venustate satis commendatus, qui etiam plurimos annos in eadem sua Provincia in Novitiorum educatione, maxima cum charitatis, mansuetudinis, ac prudentiæ laude consumpsit, scripsit Genuensis teste:

*Præxim anima devota, in qua variæ pietatis exercitia recensentur.* Parisijs anno 1657. in 8. apud Dionysium Thierry.

**PACIFICUS A PROVINCIA**, Capuccinus, natione Gallus, Provincia Parisiensis filius, Vir verè Apostolicus, Concionator salutis animarum zelator, Missionarius Evangelicus in Regionibus Orientis, & Occidentis apud Persas, Ægyptios, Thraces, & alios Infideles à Rege Persarum humanissimè exceptus fuit, & ab eodem ad Christianissimum Regem Ludovicum XIII. Legatus. Hic, recentente Genuensi, cum innumeros labores, & ærumas in Fide Catholica promovenda, & in Infidelium conversione procuranda extantlasset, novam navigationem suscipiens, ad terras Australes Americae pervenit, ubi copiosa animarum messe in Dei Ecclesiam reportata, meritis, ac virtutibus dives, pijsima morte ex vivis excessit, anno 1653. Scripsit Gallico idiomate:

*Relationem Historicam suæ peregrinationis, sive Missionis ad Terram Sanctam, Palestinam, Ægyptum, & Persiam.* Fuit Tom. II.

impressa Parisijs anno 1648. apud Dionysium Thierry, in 8. Vidi.

*Relationem veram, sive Descriptionem Insularum S. Christophori in America, & Guadalupi.* Ibidem apud Thierry 1648. in 8. Vidi. Scripsit etiam alium librum Apologeticum in defensionem B. Raymondii Lullij Martyris, sicut videri potest in Compendio ejus vitæ impresso, in quo citantur relationes authenticæ de ejus Martyrio, & hæc verba apponuntur: *Martyrizatus est Bugia in Regno Tunetania in Aprica, anno 1315. ætatis suæ 452 secundum Historiam à R. P. Pacifico, Capuccino, Missionario Apostolico factam per auctoritatem Regis Christianissimi, & Congregationis Cardinalium de Propaganda Fide*, impressam Parisijs anno 1645. De hoc Authore etiam meminerunt honorificè, sicut & de ejus scriptis, Arturus à Monasterio in annotationibus ad Martyrologium Franciscanum, R. P. Marcus de Guadalaxara, & Xavier, part. 5. Historiæ Pontificalis, lib. 18. cap. 11. litt. D. pag. 512. & 519. & Le-Long, lib. 4. Bibliothecæ Gallicæ.

**PACIFICUS SCALIGERUS**, natione Gallus, Provinciae Aquitanicæ Concionator, Superior, ac Præfectus Missionum Capuccinorum Persiæ, & Armeniæ; Vir pius, doctus, sanctis moribus decorus, ac salutis animarum zelo fervidus, scripsit, & typis dedit:

*Litteras annuas, sive Epistolas de progressu Missionum in Imperio Othomano, & alijs Regnis Ultramarinis.* Parisijs, Mediolani, & Papiæ anno 1638. Ex Genuensi.

**PACIFICUS VENETUS**, Capuccinus, eruditus Ecclesiastes, Italico idiomate emisit:

*Quadragesimale à Perla 4. Cinerum usque ad Feriam 3. Pascha.* Paduæ typis Joannis Mamfre 1722. in 4. Vidi.

**PADUANUS GRASSUS**, sive DE GRASSIS, Apulus, Barditanus, ex Minoritis Conventualibus Theologus insignis, olim in Gymnasio domus magnæ Venetiarum Regens in exercitatione scholastica, ac celeberrimus Concionator, opus egregium concinnavit, hoc titulo insignitum:

*Consilium Pauli per modum Dialogi collectum ex Augustino, & aliorum Patrum operibus; per compendium locorum Thomæ, & Epistolæ Paulinæ apparenter pugnantium, in quo Apostolum optime cum*

Evangelio convenire ostendit. Venet. in 8. apud Bibliothecam Tellerianam, fol. 16. Extat etiam in 4. Vidi Abulæ in Bibliotheca Conv. S. Antonij.

*De Ecclesiastica Republica.* Venetijs typis Bindonij 1543. in 8. Vidi.

*Enchiridion Scholasticum contradictio- num Quodlibetalium Doctoris Subtilis.* Venetijs anno 1544. ex typographia Comini, in 12. Vidi. & postea simul cum reliquis operibus anno 1583. apud Felicem Valgrisium. Vidi. Vivebat anno 1547.

**PALÆMON QUINTAPOLITANUS**, Capuccinus, Natione Gallus, Provinciae Parisinae alumnus, Vir doctus, & eruditus, ac vitæ perfectione illustris. Hic ad Apostolicum concionandi munus assumptus, eo spiritus fervore suos sermones accendit, vt mirabiles ad poenitentiam motus in cordibus peccatorum excitaverit, innumeraeque ex ijs conversiones animarum reportaverit. Quotidiè indefesso labore Vicos, & Castella peragrabat, vt verbum Dei pauperibus, & idiotis ministraret, & sæpissimè tres, vel quatuor Conciones ad Populum habebat; semper tamèn jejunos manebat; & quantum vis siti æstualet, nunquam, vel vnicum aquæ haustum sumpsit, & sic poenitentiam, quam spiritu Apostolico, & ore fervido auditoribus prædicabat, suo confirmabat exemplo. Scripsit Gallicè opusculum, quod fuit impressum absque ejus nomine, sub hoc titulo:

*Instructio ad bene vivendum pro diversis statibus personarum.* Parisijs anno 1625. in 12. Maximo omnium mœore in Oppido Bononiensi, dum inibi peste laborantibus magno charitatis ardore inferviret, vitam finivit, anno 1625. Vide tom. 3. Annal. Cappuccinorum.

**PANCUS VISDOMINE**, Minorita, Mathematicis disciplinis insignis, & Artium Magister, scripsit:

*De Rhetorica.* Ideo ejus exornatur effigie celebris Bibliotheca Dominae nostræ de Salicero Provinciae Castellæ Regularis Observantiæ, cui tale carmen fuit impostum:

*El Cielo en el mundo os hizo;  
Por general en la ciencia,  
El Padre de su eloquencia.*

**PANTALEO DE AVEYRO**, Lusitanus, ex Provincia Algarbiorum Regul. Observ. peregrè in Palæstina regio-

nibus veneranda nostræ salutis monumenta perlustrans didicit, quod ad nos reversus in eo libello comprehenderet, cujus inscriptio:

*Itinerarium Terræ Sanctæ*, Lusitanicè; Ulyssipone apud Simonem Lopez 1593. in 4. Vidi. Et 1600. in 4. apud D. Nicolaum Antonium Familiam Authoris minime recensentem. Laudatur à Joanne de Acuña in Historia Hispanica Veronicæ Sanctæ, fol. 204. & in Censura D. Pauli de Zamora præfixa *Itinerario* Fr. Blasij de Buyza Minoritæ, edito Matrili 1622.

**PANTALEO BAPTISTA**, Lusitanus, ex Discalceata Provincia Brasiliensij, vernaculè emisit:

*Fasciculum florum spiritualium* impressum Ulyssipone anno Domini 1655. in 4. De eo D. Nicolaus Antonius, tom. 2.

**PANTALEO A SANCTISSIMO SACRAMENTO**, Lusitanus, Regul. Observantiæ Provinciae Portugalliae, Lector emeritus, & à Theologicis Censuris S. Inquisitionis, communes fecit à se habitas eruditas, ac graves Conciones. Hæ sunt:

*De Translatione S. Bonaventurae.* Conimbricæ in officina Emmanuelis Diaz, 1673. in 4. Vidi.

*De Translatione osium S. Benedicti.* Ibidem anno 1674. in 4. Vidi.

*De S. Elisabeth Portugallia.* Ibidem anni 1680. in 4. Vidi.

*De Poenitentia*, ad Tertiarios Ordinis. Ibidem anno 1680. in 4. Vidi.

*De S. P. N. Francisco.* Ibidem eademque tempestate in 4. Authorem commendant Fr. Ferdinandus à Solitudine in Chronicis laudatæ Provinciae.

**PASCHALIS DE ARAGON**, Hispanus, Henrici Cardonæ Ducis; Magni Regnorum Aragoniæ Comestabilis filius, qui à puero scientijs politioribus navavit operam, ex Doctore vtriusque Juris, ac Supremi Senatus S. Inquisitionis Regente, ad Purpuram Cardinalitiam ab Alexandro VII. assumptus, moxque Pro-Rex Neapolitanus, demùmque Toletanus Archiepiscopus nominatus, vigilantis, bonique Pastoris partes adamussim complevit. Obijt Toleti die 10. Septembris anni salutis 1677. cumulatam sanctis operibus animam Cælo consignans, ineditumque relinquens:

*Cursum Juridicum*, vti in sua Purpura *Abbatia* narrat D. Josephus Eggs; lib. 6. pag. 467. Tertij Ordini Seraphici alumnus fuisse assertit Fr. Clemens Ledesma in *Compen-*

*pendio Tertij Ordinis*, subdens dilucidè id etiam constare ex Testamento ejusdem met Cardinalis.

**PASCHALIS CODRETUS**, Minorita, natione Italus, Patria Perusinus, editit Italicè; vt ex Raphaelæ Soprano narrat Marracius in Appendice.

*Sermones Rosarum mysticarum ad intendendos crines B. Virginis Mariæ.* Carmajolæ 1661. in 4. Illaudatur in Athenæo Augusto Perusinarum.

**PASCHALIS RAPINÆUS**, Gallus, strictioris Observantiæ Recollectorum emisit à se habitam in populo gravi:

*Orationem in obitu D. Annæ Austriacæ Galliarum Reginae.* Paris. 1666. in 4. Com-mendant Le Long, lib. 3. Bibliothecæ Gallicæ.

**PASCHALIS DE TORRELLAS**, Hispanus, munere Concionator in Provincia S. Gregorij strictioris Observ. Dis-calceatorum, accuratè conscripsit:

*Historiam Venerabilium Martyrum Molucensium Fr. Sebastiani à S. Josepho, & Fr. Antonij S. Annæ Discalceatae Prov. S. Pauli sutorum.* Eam commendat Fr. Antonius de la Llave in Chronicis Prov. S. Gregorij, triennio 10. cap. 13. fol. 1001.

**PASCHASIUS AURANTIUS**, Gallus, Regul. Observ. Conventus Insulensis, vertit in linguam Gallicam.

*Sopronij Patriarchæ Pratum spirituale.* Ex Uvadingo. Florebat Lovanii 1598. Uvilloto teste.

**PASTOR DE ALBERNACO**, seu **DE SERRATE**, vel **SERRASCUDE-RIUS**, Gallus, professione Minorita, ex Doctore Parisiensi, suæque Provinciae Ministro Episcopus Assisus, deinde ad Archiepiscopatum Ebrodunensem translatus, ac demùm Cardinalis tit. SS. Marcellini, & Petri à Clemente VI. cui utilitèr assisit, creatus, multa scripsit:

*In sacros, & prophanos libros*, vti Ciacconius notat. Insuper, vt Eifengrenius refert:

*De gestis suo tempore in Ecclesia memorabilibus.* Obijt Avenione anno 1354. die 11. Octobris, ibidem ad Minores sepultus. Ejus in laudem apud Fr. Petrum Antonium de Venetia, tom. 2. sui *Hortuli Seraphici*, fol. 405.

*Albernace, suis vigilat; que insignibus Ales Cristata, ing enim vim notat illa tui.*

Lege Ughellum tom. 1. Italiae Sacrae,

Authores Galliae Christianae, & Uvadingum in Annalibus.

**PATRICIUS CONORUS**, Hyber-nus, strictioris Observ. scripsit, laudante Uvadingo.

*Sydas Borbonicum, & paraphrasticum rationarium in idem.*

*Triumphum Conceptionis Beatissimæ Deiparae* miro artificio elaboratum. De eo etiam in *Militia* Fr. Petri de Alva, col. 1125.

**PATRICIUS CULLIN**, Hyber-nus, strictioris Observ. (fortè indistinctus à Patricio Maccollen, de quo inferius) publici juris fecit:

*Syntomiam in universam Aristotelis Philosophiam.* Ex relatu Collegij Lovaniensis Hybernorum.

**PATRICIUS DUFFIUS**, Hyber-nus, strictioris Observant. olim in Academia Lovaniensi Artium, & Sacrae Theologiae primarius Lector, Majestatis Catholicae, ad Urbem Theologus, ibidemque emeritus, & generalis Ordinis Chronologus, revisit, correxit, indicibusque locupletavit:

*Acta, & Vita B. Alberti à Sartiano* conscripta à Fr. Francisco Haroldo, ejusdem Nationis, ac Instituti, & in publicum misit Romæ typis Joannis Baptistæ Busfoti 1688. in fol. Vidi. Emisit à se elaboratam:

*Theologiam Bai-Jansenianam*, Coloniae typis Guljelmi Friesen 1680. in fol. Eam iterum impressit Fr. Martinus à Torrecilla Capuccinus in suo opere inscripto: *Propugnaculum orthodoxæ Fidei*, à fol. 200. juxta editionem Matrili factam typis Antonij Roman 1698. in fol. Vidi. Eiusdem, in laudem Ill. Fr. Nicolai Plumbensis Episcopi, & deinceps Martyris habes:

*Epigramma præfixum vitæ V. Servii Dei Fr. Sebastiani de Apparicio*, Romæ editæ anno 1696. in 4.

**PATRICIUS FLEMINGUS**, Hyber-nus, Medensis, strictioris Observantiæ, in Collegio Lovaniensi Philosophiæ & in Pragensi Theologiae Professor, qui ab Hæreticis, dum in Germaniam proficisceretur, multis vulneribus confossus, vna cum ejus socio Fr. Matthæo Hoare martyrio coronatus est anno 1632. rebus suæ Patriæ elucidandis totus intentus, compilaverat:

*Acta, & opuscula S. Columbani adjectis notis, & scholijs.*

*Aliorum Sanctorum Vitæ, & opuscula;* addit.

additis Commentarijs, quæ in vnum to-  
mum redacta commisit Moreto Typo-  
grapho Antuerpiensi, antequam Pragæ  
proficisceretur, Uvadingo teste. Lauda-  
tur à Leone Allatio *de Viris Illustribus*;  
fol. 200.

PATRICIUS MACOLLIN, Hy-  
bernus, ex strictiori Observantia, Sacræ  
Theologiæ Professor apud S. Isidorum in  
Urbe, Italico idiomate librum confecit,  
qui hunc affert titulum:

*Dominarum recessus in Crucifixum, per  
Meditationes, ac spirituales instructiones.*  
Romæ per Joannem Franciscum Charcas,  
anno 1715. in 8. Vidi.

PATRICIUS SPORER, Passaviens-  
is, ex strictiori Observantia Recollecto-  
rum Provinciæ Argentinæ, Lector Jubi-  
latus, ac valdè doctus, publici juris fecit:  
*Theologiam Moralem*, in tres tomos in  
fol. distributam. Prodiit post alias editio-  
nes Venetijs ex typographia Nicolai Pe-  
zana, anno 1724. Vidi.

### Tractatus tomi 1:

*De Conscientia, Actu humano, & Pec-  
cato in genere.*

*De Fide, Spe, Charitate, Religione, &  
Peccatis oppositis.*

*De Jurejuramentis, Votis, Observatione*

Qui legis hæc, Fratris Paulini cerne sepulchrum:  
Pars jacet hîc, cujus pars tamèn Astra tenet.  
Astra tenet, quoniam pacem dilexit, & illam  
Servari monitis sanxit in Urbe suis.  
Cujus multa licèt fuerint præconia; saltèm  
Hæc tibi quæ referas accipe posteritas.  
Vir fuit in latio vitæ longævus honestæ,  
Assiduus normæ dogma tenere suæ.  
Dulcibus eloquijs cui persuadere quietem  
Civibus, & Patriæ sedula cura fuit.  
Pacifer hic Patavæ sedavit scandala terræ:  
Exulibus Patrios restituitque Lares.  
Foedera dùm ferret Regi laudanda Bohemæ  
Urbe Tridentina turbine febris obiit.

*Festorum, & jejuniorum; de obligatione  
Pietatis, & Observantia erga Majores;  
charitate, & misericordia erga proximum;*

### Tomi 2. tractatus:

*De Justitia, & Restitutione in communi;  
De Delictis contra justitiam, seu injusta  
lesione Proximi in bonis anima, vita, sed  
corporis, fama, fortuna, ac restitutione  
indè debita.*

*De Domino, & acquisitione rerum legi-  
tima: adeoque etiam de contractibus in ge-  
nere, & in specie.*

### Tractatus tomi 3:

*De Ordine, & Horis Canonici.*

*De Sacerdotio, Sacrificio, & Eucharistia  
De Pœnitentia.*

*De Matrimonio, ac de peccatis contra  
sextum præceptum, & de abortu. Vide su-  
perius verbo Kiltanus.*

PAULINUS, absque vllò cognomi-  
ne, Minorita, ac Doctör insignis, quem,  
vt Uvilloto loquar, etsi necdum ad nos  
pervenerint, edidisse clara eloquentiæ ar-  
gumenta, & doctrinæ symbola cœnota-  
phium busto ejus incisum Paduæ in Æde  
D. Antonij, subindicat:

Hunc appellat Uvadingus, Paulinum Pa-  
tavinum in Annalibus ad annum 1323.  
quo ad Urbem nativam ex Tridento cor-  
pus ejus translatus est.

PAULINUS AMBIANENSIS, Ga-  
llus, alumnus, Provinciæ Parisiensis Mi-  
norum Capuccinorum, Diffinitor, ac Mis-  
sionarius Apostolicus; Vir Divini Verbi  
prædicatione, Sacrarum Litterarum eru-  
ditione, Catholicæ Religionis zelo, ac  
perfecta Seraphicæ Regulæ Observantia  
satis commendatus; scripsit Latine:

*Manuale Missionariorum, sive Metho-  
dum, quam tenere debent Missionarij Ca-  
puccini ad confirmandos Catholicos, & con-  
vincendos Hæreticos.* Parisijs 1656. tom. 1.  
in 8.

PAULINUS DE BEAUVAIS, Ga-  
llus, Capuccinus, à Genuensi illaudatus,  
Gallico idiomate conscripsit, communem:  
que fecit:

*Vitam S. Bovonis, & S. Dodi, Funda-  
torum Abbatie S. Petri de Reims.* Remis  
anno 1655. in 8. teste Le-Long, lib. 2.  
Bibliothecæ Historicæ Franciæ. Emisit  
etiam,

*Apologiam pro humilitate Seraphicæ,  
Gallicè.* Parisijs 1642. in 8, apud Biblio-  
thecam Tellerianam, fol. 207.

PAULINUS BELLOVACENSIS,  
Capuccinus, natione Gallus, in Provinciâ  
Parisienâ, cujus exitit alumnus ingenio,  
doctrina, tam Scholastica, quam Exposi-  
tiva, & Oratoria facultate, Genuensi sua-  
dente, illustris; edidit librum:

*De Visitatione Sanctissimi Eucharistia  
Sacramenti* in 8. Habuit etiam, & typis  
dedit:

*Orationem funebrem de Laudibus Ludo-  
vici XIII. Galliarum Regis Christianissimi.* Parisijs 1644. in 4.

PAULINUS NOVELLIS, Nolanus,  
ex strictiori Observ. Minorum Reforma-  
torum, Terræ Sanctæ Generalis Commis-  
sarius, publici juris fecit opus morale  
inscriptum:

*Theaurum Mentalium, cum additione  
Decalogi Orationis Mentalis.* Neapoli apud  
Franciscum Paci 1659. in 8. Laudatus  
Nicolaus Toppi in sua Bibliotheca Nea-  
politana.

PAULINUS DE VENETIJS, Mi-  
norita, Sacellanus Joannis XXII. Pont.  
Max. Vir fuit gravis, & doctus, atque in  
rebus agendis optimè versatus, cui proin-  
dè ponderosissima, & plurima negotia,  
maximè contra Hæreticos, vel de hæresi  
suspectos Pontifex commisit. Ad Episcopa-  
tum Puteolanum assumptus ob præcla-

ra merita, & Ecclesiæ præstita obsequia;  
Author fuit, vt nonnulli asserunt apud  
Lequile, tomo 2. *Hierarch. Francisc.* fol.  
227. libri

*Secretorum fidelium Crucis*, qui circum-  
fertur in fine magni tomi inscripti: *Gesta  
Dei per Francos.* Consulè Uvadingum in  
Annalibus ad annum 1325. quo florebat:

PAULUS DE ALICANTE, Hispa-  
nus, Capuccinus, à Genuensi illaudatus  
devotum opusculum conscripsit Hispani-  
cè, sub titulo:

*Amicus bonus in morte.* Prodiit post Au-  
thoris obitum. Valentia apud Benedicum  
Macè 1670. in 8. Vidi.

PAULUS AMALTHÆUS A POR-  
TU NAONA, in Foro Julij, Minorita,  
edidit:

*Poema de bello Germanico adversus Hæ-  
reticos*, à Tosigniano, & Uvadingo lau-  
datum.

PAULUS ASSISIAS, ex Minoritis  
Conventualibus, Doctör Theologus que-  
dam scripsit de quorum titulis tacet Illust.  
Ulysiponensis, part. 3. Chronic. Ordinis,  
lib. 8. cap. 44. Clatuit anno 1427.

PAULUS BERTUS, Italus, Patria  
Lucentis, Regul. Observ. de integro lo-  
cupletavit:

*Manuale Prælatorum Regular.* à Ludo-  
vico Miranda ejusdem Instituturi quondam  
editum, in quo Religionum omnium ori-  
gines, progressus, & dilatationes recen-  
set. Adjunxit separatim tractatum

*De Sacris Montalibus.* Colonia apud  
Joannem Kochium in fol. Florebat anno  
1612. Ex Auberto de Scriptoribus, sæc.  
16. cap. 188.

PAULUS BIGUNTINUS, profes-  
sione Minorita, laudante Uvadingo, exara-  
vit:

*Tractatum doctum* objecto sibi hoc du-  
bio: *Quare Deus fecit peccabile genus hu-  
manum.*

PAULUS BONCAGNANUS, Pe-  
rusinus, Minorita, in Divinis Scripturis  
doctus, & Theologiæ publicus professor,  
publicæ luci commisit:

*De Sermonibus Quadragesimalibus*, tom.  
1. Incipit: *Cogit me.*

*Pro diebus festiis*, tom. 1. Incipit: *In  
illa die stillabunt.* Ex Uvilloto, & Oldoi-  
no, pag. 164. sui Athenæi Perusinarum.

PAULUS BONCAMBIUS, Perusi-  
nus, Minorita magni nominis, gentilis  
Pauli Boncambij Senatoris Urbis, & Jū-  
risconsulti eximij, sub Innoc. VIII. Pont.  
Maximo, edidit:

*Sermones Quadragesimales, & festivos,*



Tri ex Ludovico Jacobillo refert laudatus Oldoinus, immeritò citans Uvadingum, à quo illandatur.

PAULUS BRITIUS, ex Provincia S. Thomæ in Subalpinis, Vir doctus, ac celebris Concionator, præcipuis suæ Provinciæ muneribus, ac Diffinitoris Generalis munere functus, à Victorio Amadæo Sabaudicæ Duce ad Philippum IV. Hispaniarum Regem, pro rebus gravissimis Legatus, ac demùm pro meritis cumulatissimis ad Ecclesiam Albanensem assumptus, de rebus suæ Provinciæ scripsit sub hoc titulo:

*Seraphica Subalpina D. Thomæ Provin-*

*cia monumenta Regio Subalpinorum Principi sacra, in quibus Urbium, Oppidorum, ac Conventuum initia describuntur, Procerum, ac familiarum pietas, & nobilitas commendatur, insigniumque doctrina, bonoribus, & sanctitate Virorum gesta recensentur.* Taurini apud Hæredes Joannis Dominici Tarini 1647. in fol. Vidi. Emisit etiam:

*De progressibus Ecclesie Occidentalis Italico sermone, librum editum Casignola 1650. in fol. apud tomum 1. Bibliothecæ Tellerianæ, pag. 189. Missa faciens aliorum præconia Monumentis suis præfixa, subjicio:*

## JOANNIS DOMINICI GUERRÆ COMITIS, ELOGIUM.

*Habes gesta, & prisca Conventuum  
Provinciæ Divi Thomæ*

*Non quia nota: sed quia nova*

*Non suscepta ut laudarentur, quia laudata cum facta*

*Flores leges, si legis.*

*Non quidem Pratenfes: sed ferè Cælestes.*

*Auctor est PAULUS BRITIUS Albæ Episc. & Comes*

*Suo calamo Priscorum gesta testatus*

*Ut Orator ortus, ut Præsul vivit.*

*Prius Infulam crevit, quam Matrem*

*Vindex sui, non aliorum.*

*Ergo Lector.*

*Si cupis cingere flore comas*

*Ingredere hos hortos*

*Odora Rosaria,*

*Carpe flores,*

*Tingere hac nardo,*

*Quoniam BRITIUS*

*Compositas alacri dat tibi fronte rosas.*

PAULUS A CÆSENA, Italus, ex Prov. Marchiæ Minorum Capuccinorum, Vir eruditus, ac munere Generalis Minister, ineditas reliquit graves

*Conciones Roma habitas Anno Jubilat 1600. Asservantur, Genuensii teste, in*

Bibliotheca Portus Mauritiij Genuensii Prov. Vivebat anno 1613.

PAULUS CALDERON, Hispanus, ex Regulari Observantia Prov. Castellæ, Major Collegiatus, ut vocant, Collegij SS. Petri, & Pauli, ex genuinis, atque

authenticis documentis opus conflavit Hispanicè:

*De Domo, ac Genealogia de los Manriques de Lara.* Ineditum adhuc latet in scrinijs curiosorum, magnoque cum Authoris, operisque elogio citatur à Josepho Pellicerio, Philippo de Gandara, & Ferdinando de Saà, apud Bibliothecam Genealogicam Gerardi Ernesti, pag. 326.

PAULUS CALANNA, natione Italus, Capuccinus, Provinciæ Romanæ, sive potius S. Francisci, Concionator; Vir genere, ac vitæ integritate illustris, reduxit primus in Compendium Italico idiomate, ac typis dedit:

*Manuale Martini Azpilcueta Doctoris Navarri.* Tom. 2. in 8. Venetijs ann. 1610. Ex Genuensi.

PAULUS A S. CATHARINA, Lusitanus, Provincialis Minister Discalceatæ Prov. S. Antonij, ac Provinciarum Pietatis, & Arrabidorum Visitator, edidit:

*Concionem de Plagis Christi Domini.* Conimbricæ 1662. & 1617. in 4. Alia non vidi.

PAULUS DE CRUCE, Lusitanus, Ulyssiponenfis Regul. Observ. Prov. Conceptionis, Vir doctus, ac Lector emeritus, Hispanicè emisit:

*Centiloquium Encamlorum pro festivitibus Sanctorum.* Vallisoleti typis Didaci Francisci de Cordova 1612. in 4. Vidi.

*Conciones de Sanctis.* Ibidem eodem anno in 4. Vidi.

*Vespertinas Conciones pro tempore Quadragesimali.* Ulyssipone apud Georgium Rodericum 1614. in 4. Vidi.

*Mariale* in 13. tractatus divisum, cujus meminit in *Centiloquio.* Laudant Uvadingus, Marracius, ac D. Nicolaus Antonius. Floruit Segobiæ anno 1619.

PAULUS A CRUCE, alter, Lusitanus, ex Prov. Portugalliæ Regul. Observ. scripsit vernacule:

*Carmina Sacra* in 8. D. Nicolaus Antonius, ex Georgio Cardolo.

PAULUS GADITANUS, Hispanus, Prov. Bæticæ Minorum Capuccinorum, Concionator, ac Diffinitor, Vir pius, ac eruditus, edidit idiomate Hispanico,

*Speculum anime* in 8. Fides sit apud Genuensem, pag. 264.

PAULUS GLEMONENSIS, Prov. S. Antonij strictioris Observ. scripsit:

*De Legatis perpetuis relictis Fratribus Regul. Observ.* Hæc Uvadingus.

PAULUS GRANATENSIS, Hispanus,

Bæticæ Prov. Minorum Capuccinorum Concionator, Theologusque pius, & eruditus, stylo signavit:

*De origine felicitatum Hispania, ac Dominus Austriacæ super Psalmum: Exaudiat te Dominus.* Hispanicè prodijt Matrili ex typographia Gregorij Rodriguez 1652. in 8. Vidi. De eo D. Nicolaus Antonius, Alphonsus Laffor, ac Genuensis.

PAULUS DE GUILLEBAU, natione Belga, professione Minorita, qui claruit circa annum 1660. conscripsit tommum in fol. Latine inscriptum:

*Rescriptum pro tuendo titulo Immaculate Conceptionis.* Incipit: *De titulo Immaculate, &c.* Habetur in Archivio Civitatis Gandavensis, teste Alva in Militia, col. 1526. à Marracio exceptus in Appendice.

PAULUS KING A SPIRITU SANCTO, Hybernus, strictioris Observ. Theologus, ac Custos Prov. Hybernæ, & Romani Collegij S. Isidori in Urbe Guardianus, Vir virtutibus, litteris, ac idiomatibus Græco, & Hebræo conspicuus, exaravit:

*Ideam Cosmographia Seraphica impressam Romæ apud Joannem Petrum Collinium 1654. in 8. Vidi.*

*Elegiam in mortem admirabilem V. D. Fr. Francisci Ximenez Archiepiscopi Tolentani.* Præfixam habes tomo inscripto: *Discursos Complutenses* edito Romæ 1652. Incipit: *Quid gemis?* Tomo secundo *Ideæ Cosmographia* vacans obiit anno 1655. non exiguam sanctitatis opinionem relinquens. Laudatur à Fr. Hieronymo Muñoz in Descriptione Capituli Generalis intermedij Toleti celebrati anno 1673.

PAULUS LAGNI, seu LANTIACUS, Gallus, ex Minoritis Capuccinis Prov. Parisiensis, in Orientalibus Regionibus Missionarius Apostolicus, Vir eruditione, ac virtutibus clarus, vernaculè composuit plura, nec poenitenda. Ea sunt:

*Canones Divini Amoris.* Parisijs. apud Dionysium Thierry 1659. in 8.

*Tractatum de duplici spiritu Elia.* Ibidem 1659. in 8.

*Ideæ perfecti Religiosi proposita in Regula Fratrum Minorum.* Ibidem 1661. in 8.

*Via perfectionis ad voluntatem Divinam redacta.* Ibidem 1668. in 8.

*Meditationes annuæ* etiam Concionantibus viles. Paris. per Dionysium Thierry 1660. in 4.

*De Oratione Mentali.* Ibidem, ac eisdem formis 1659. in 4.

*Praxis bene moriendi*, tom. 2. in 4. Ibidem apud eundem 1663. Vivebat anno 1680. quo sub prælo habebat, volumina duo:

*De perfectione in voluntate Divina.* Prodiert in fol. anno 1692. teste Dupino, sæculo 17. ex Genuensi.

**PAULUS A LAUDA**, Infubriæ Urbe, strictioris Observ. olim Provincialis Minister Mediolanensis, postea Guardianus Jerosolymitanus, perutile confecit opus hujus inscriptionis:

*Glaucularium Breviarij Romani.* Venetijs per Marcum Gignamum 1636. in 8. Aperit quasi triplici clave, primò Historias Sacræ Scripturæ in Breviario contentus: secundo, Sanctorum Homilias: tertio, egregias virtutes præcipuorum Sanctorum in eo descriptas. Patitèr emisit,

*Breviarij Romani Claviculam* in Concionatorum gratiam. Mediolani an. 1642. Uvadingo teste.

**PAULUS LOMBARDINUS**, Dreptitanus, Generalis præfectus Tertiariorum Regularium in Italia, Vir in idiomatibus Græcis, Hæbraicis, ac Gallicis verfatissimus, ex Gallico sermone in Italianum transtulit:

*Morales Reflexiones super Historiam Veteris Testamenti, adjecta Chronologia* à D. Rayaumont elaboratas, publicique juris fecit Romæ apud Josephum Nicolaum de Martijs 1710. in 8. Memoratur à D. Antonio Mongitore, tomo 2. Bibliothecæ Siculæ in Appendice. Vivebat anno Virginei Partus 1713.

**PAULUS LUCENSIS A JOVA** dictus, Parisiensis Doctor, Apostolicus Concionator, Observantium in Tuscia Minister, & Ordinis generalis Diffinitor, cujus Acta habes apud Fr. Antonium Terinca, Theatro 1. Tusciæ, tit. 4. inter alia, quæ ad notitiam meam non devenere, erudita edidit:

*Symbola de Conceptione Purissima Dæiparæ.* Citatur à Fr. Bernardino de Bultos, Sermone 6. de Concept. Commendant Marianus, Uvadingus, & alij apud Alva, col. 1131. suæ Militiæ. Florebat anno 1473.

**PAULUS LUNATUS**, Capuccinus, natione Italus, Patria Aquensis, Provinciæ Genuensis Concionator, Diffinitor, ac Minister Provincialis, Vir fuit pijsis moribus decorus, & religiosæ conversationis suavitate spectabilis, atque ob sum-

mam ejus in regendo prudentiam, mansuetudinem, charitatem, aliasque animi virtutes, omnibus amabilis; scripsit aliqua opuscula spiritualia, inter quæ, Genuensi teste, adhuc extant impressa:

*Exercitium Orationis Mentalis*, & *Vocalis*, in 12. Prodiit Alexandria apud Herculeum Quintianum 1601.

*Septem exercitia magna devotionis distincta per dies totius hebdomadæ.* Ibidem apud eundem 1602. Obijt in Conventu Aquensi, in quo erat Guardianus 1608. cum antea non sine Regularis Observantiæ laude per triennium Genuensem Provinciæ administrasset.

**PAULUS A LUGDUNO**, Gallus, ejusdem Prov. Minorum Capuccinorum Theologus, ac Diffinitor, ad vsum Theologiæ candidatorum, scholastica methodo delineavit tomos 6. in 8. sub hoc titulo:

*Totius Theologiæ specimen.* Prodiert Lugduni apud Fratres Bruyset ab anno 1729. vsque 1731. Vidi. Laudatur in Memorij Trevoux anni 179. in mense Decembri.

**PAULUS DE MADRID**, Hispanus, strictioris Observ. Discalceatorum, inter Laicos, professor in Provincia S. Josephi, in Romana Curia Procuratorem agens Causæ Canonizationis S. Petri Alcantarenensis,

*Vitam ejusdemmet Sancti*, compendiosa, sed grata methodo evulgavit, teste Fr. Petro Especial Rosel in sua Relatione Panormitanæ Octavæ S. Petri de Alcantara, edita Panormi typis Erasmi de Simeon 1633. in 4. fol. 6. & 7. De hoc pertractat Converso Gubernatis, tomo 2. Orbis Seraphici, lib. 7. cap. 2. numero 50. & alibi.

**PAULUS MANASSÆUS**, Italus, Interamnenis, ex Prov. Sancti Francisci Minor. Capuccinorum, à Paulo V. Pont. Max. in Rhetiam Apostolicus Missionarius destinatus, vitæ austeritate, assidua rerum Cœlestium meditatione, ac zelo animarum eluxit. Conscriptit Italico sermone opus verè aureum, minimeque prænitendum, hoc insignitum titulo:

*Paradisus interior*, seu *Corona spiritualis*, sæpius impressum Venetijs, Mediolani, Brixia. Editio, qua vtor facta est Bononiæ 1636. in 16. Amplectitur tomos iste 33. spiritualia exercitia omnium virtutum. Obijt felicissimè anno 1620. ejusque vitam habes apud Matisconensem, tomo 3. Annalium Capuccinorum, pag. 356. PAU-

**PAULUS MARIA ASTENSIS**, Capuccinus, in Genuensi Provincia, infestus Dominicæ Vineæ Operarius, ac doctrina, & vitæ probitate illustis, communia fecit Italicè opuscula duo, sub his titulis:

*Stimulus peccatoris pro preparatione ad 40. Horarum celebrationem.* Brixia apud Franciscum Marchetum 1618. in 16.

*Pro preparatione ad Sanctam Communionem septem frena ori peccatoris posita.* Ibidem, ac eisdem typis 1618.

**PAULUS MARIA RIVAROLA**, natione Italus, Patria à Clavaro, optimis vitæ exemplis exacto probationis anno ad professionem inter Minores Capuccinos admittus, post sex mensium decursum gravi quadam infirmitate correptus, furore omnino remansit, ac proinde ad Sacros Ordines, secundum Canones inhabilis; quapropter in Ordine Clericali mansens, totum se exercitijs humilitatis, labori manuum, lectioni, atque scriptioni applicuit, Conventusque Genuensis Immaculatæ Conceptionis Bibliothecæ Præfectus, eandem, non solum magna sollicitudine per triginta, & amplius annos diligentissimè custodivit, verumetiam optimis Divinarum Scientiarum omnium libris magna industria Benefactorum elemosynis locupletavit. Scripsit, ac infestissimo studio, & laborare collegit ex Sanctis Patribus omnes figuras, similitudines, & elogia ab ipsis in honorem Beatissimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ explicata, in frontispitio operis hoc titulo præ-

missio:

- Alphabetum Marianum tribus tomis in folio distributum.*
- Virgo Deipara sub multiplici figurarum, similitudinum, & elogiorum a Sanctis Patribus representata.* Opus ad tantæ Virginis honorem ordine alphabetico concatenatum, ac in 8. tomos in folio discretum.
- Amalthea Mariana aureis undique fructibus, floribusque ex Hesperidis Sacra Scripturæ, Catholicæ Ecclesiæ, Sacrorumque Doctorum excerptis, affatim repleta.* Tom. 9. in folio. Contextuit insuper:

*Indicem Anctorum, qui in universa Biblia, vel universè, vel singulatim etiam in versiculos data opera scripserunt. Juxta eorundem Bibliorum ordinem dispositum in duobus tomis in folio comprehensum.* Quorum primus continet: *Scriptores in veteris Testamentum.* Secundus verò, *qui in novum Testamentum scripserunt.* Cui addi-

ta sunt *Authoritates omnes veterisque Testamenti expositæ à Divo Anselmo Cantuariensi, Eusebio Emiseno, Hugone Victorino, Petro Damiano, Richardo Victorino, & Theodorico; eo quia in eorum operibus non habentur Tabule locorum Sacra Scripturæ.*

**PAULUS MASSILIENSIS**, Gallus, Capuccinus, Prov. S. Ludovici Concionator, ac Diffinitor, Vir, apud Genuensem, pijsis, ac virtutibus clarus, Gallico idiomate conscripsit devotissimum opusculum hac prænotatum epigraphæ:

*Flamma Divini Amoris.* Malsiliæ apud Gueirin, anno Virginei Partus 1659. in 8.

**PAULUS E MERCATELLO**, ex Minoritis Conventualibus, Studiorum Regens in magna domo Venetiarum, edidit:

*Commentaria in primum, & secundum Sententiarum Scoti*, à Baronio, & Sannig; ex Uvadingo laudata. Natus est ann. 1484. quando autem obierit nescitur.

**PAULUS DE MESSA**, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Castellæ, in Complutensi Cœnobio S. Didaci, seu S. Mariæ à Jesu, Sacræ Theologiæ professor, Hispanicè emisit à se habitas,

*Panegyrim in Translatione SS. Martyrum Justini, & Pastoris.* Compluti per Viadum Antonij Rodriguez, anno 1643. in 4. Vidi.

*De SS. Patriarchis Dominico, & Francisco* aliam. Ibidem apud Antonium Rodriguez 1642. in 4. Vidi.

*De admirabili Ascensione Domini Jesu* Ibidem in officina Mariæ Fernandez, anno 1646. in 4. Vidi. Edidit insuper:

*Historiam omnium, quæ in Comitij generalibus Ordinis Toleti habitis anno 1645. gesta sunt.* Matriti ex typographia Regia 1645. in 4. Vidi. Hominem laudant Uvadingus, D. Nicolaus Antonius, ac Fr. Petrus de Alva, col. 1132. suæ Militiæ.

**PAULUS MONDELLUS A CIALENTIO**, Regni Neapolitani, Regul. Observ. Prov. Principatus, publici juris fecit à se conscriptam

*Expositionem Regule Seraphicæ.* Neapoli anno 1608. Uvadingus, & Alva, tabula 2.

**PAULUS A MONTE ACUTO**, Gallus, professione Capuccinus, celebris Concionator, ac Theologus sublimis Provinciæ Turoniæ doctissimus, sed Gallicè, concinnavit opus sub titulo:

*Dies Divini.* Agit de Natura, Gratia, & Gloria, id est, de diebus Creationis, &

Redemptionis, ac de magno die Æternitatis. Parisijs apud Dionysium Thierry 1680. tomis 8. in 8. Ex Genuensi.

PAULUS NASARRE, Hispanus, Cæsaraugustanus, Regul. Observ. Prov. Aragoniæ, ex Laicorum numero, celeberrimus Psalter, etsi à pueritia cæcus, testimonium perhibuit suæ liberalis scientiæ, publicè luci mandans nativo idiomate, *Fragmenta Musica*. Matrili in officina Musicæ, anno 1700. in 4. Vidi.

*Scholæ Musica*, tomos duos in fol. Prodiertunt Cæsaraugustæ ex typographia Hæredum Didaci de Larumbe, anno Virginie Partus 1723. Vidi. Obijt anno 1730.

PAULUS AB OFFIDA, Capuccinus, natione Italus, Picenæ Provinciæ Concionator, pluries Diffinitor, ac in varijs Provincijs Commissarius Generalis. Vir vitæ integritate, simul & sapientia clarus: qui etiam Philosophiam, ac Sacram Theologiam, Divinasque Scripturas sapius exposuit, doctrinæ nomine celebris, scripsit plurima, tam Philosophica, quam Theologica, quæ parata typo habebat, sed morte præventus M. S. reliquit. Ea sunt, Genuensi narrante:

*Disputationes Logicæ complectentes libros Prædicamentorum, Universalium Porphyrij, & Analyticorum Aristotelis, ac etiam librum formalitatum, juxta mentem Scoti.* Tom. 1. in 4.

*Disputationes Physicæ complectentes libros de Generatione, & Corruptione, de Cælo, & Mundo, de Elementis, &c.* Tom. 1. in 4.

*Disputationes in libros Aristotelis de Anima, & de ejus potentijs.* Tom. 1. in 4.

*Disputationes de Ente Metaphysico, & de ejus Proprietatibus.* Tom. 1. in 4.

*Disputationes Theologicæ complectentes totum Cursum Theologicum secundum mentem Scoti.* Tom. 3. in 4.

*Disputationes de Auxilijs Divina gratiæ.* Tom. 1. in 4.

Alia plura scripsit, tam Moralia, quam ad Sacram Scripturam spectantia, quia tamen eorum titulum non habemus, hic non aponuntur.

Sanguine præclaro Pisotus nomine Paulus,  
Parmensis Patria, Religione Minor.  
Officio primus, sanctis in moribus æquus:  
Eloquio omnipotens, omnipotens calamo.

In-

PAULUS OLIVERIUS CYRNÆUS, Regul. Observ. Philosophicis studijs conspicuus, anno 1651. quo clarebat, typis tradidit:

*Tractatum Logicæ juxta mentem D. Thomæ, ac Doctoris Subtilis.* Prodiit Genuæ, teste Raphaelè Soprano apud Bibliothecam Ligusticam, fol. 451. Insuper emisit Lucæ in Etruria *opus aliud* cujus titulum desidero. Ejus autem mentionem facit Angelus Franciscus Columna apud laudatam Bibliothecam.

PAULUS E PERUSIO, qui ex Doctore vtriusque Juris, dum prælegeret in Academia Perusina, factus Minorita fermè in exordio nascentis Regul. Observ. scripsit:

*Tractatus varios in Jure Canonico, præsertim in defensionem Montis Pietatis.*

*Tractatum de societatibus mercatoris,* in tres partes distinctum, primam de Socijs in negotio pecuniarum, secundam de Pecudibus, tertiam de Agricultura. Hujusce tractatus Compendium Italicum fecit, quod olim apud se habere fastus est Uvadingus. Meminit ejusdem Ludovicus Jacobillus apud *Athenas Perusinarum.* Floruit circa annum 1400.

PAULUS PISOTUS, Parmensis, Regul. Observ. Vir in omni scientiarum genere non mediocriter peritus, totius Ordinis Minorum Generalis Minister, electus in Comitibus Parmensibus anno 1529. scripsit eruditè, & eloquentèr:

*In Tbreos Jeremia Propheeta doctos Commentarios.*

*Variarum rerum reconditarum, librum, cui de mysticis titulum præscriptum:*

*In Evangelia, & Epistolas, quæ per anni circulum leguntur, doctarum Homiliarum,* tom. 2.

*Orationum Sacrarum in Sacello Pontificio habitatum,* lib. 1. Deposito propter infirmitates officio, obiit in Patria anno 1534. ætatis 55. nondum expleto, cui Epitaphium adscripsit Anonimus Minorita, qui diffusè ejus gesta narravit, cujus opusculum ineditum habuit Uvadingus, ipsomet teste. Ecce epitaphium:

Ingenio celsus, virgo virtute, beatus  
Nunc Cælo, jacet hoc corpore sub tumulo:

PAULUS A PORTIUNCULA, Lusitanus, Guardianus Conv. S. P. N. Francisci à Ponte in Lusitano Regno, communem fecit à se habitam:

*Concionem de S. Joanne Evangelista.* Connimbricæ apud Didacum Gomez 1632. in 4. Vidi.

PAULUS A PORTO, Lusitanus, strictioris Observantiæ Discalceatorum in Provincia S. Antonij ejusdem Regni, vernaculè conscripsit:

*De Institutione, & excellentijs Tertij Ordinis Franciscani.*

*Ceremoniale Missale.* Morte præventus vtrumque ineditum reliquit. Nicolaus Antonius, ex relatu laudatæ Provinciæ.

PAULUS REATINUS, Provinciæ Romanæ Lector, & Concionator Generalis illustravit *Commentaria in Cantica,* sub nomine Scoti, nunc verò Thomæ Cisterciensii reddita ex sententia diffinitiva. Prodiertunt Romæ ex typographia Stephani Caballi 1666. in fol. Vidi. Præfixum habes hujus Reatini:

*Carmen super Salomonis Cantorum materia.* Incipit: *Ille sacris Solymi Regis celebrata cæmenis.*

PAULUS RESINGET, Germanus; edidit:

*Reportorium super omnia opera Alexandri Alensis.* Basileæ 1502. Sannig in Synopfi ex Uvadingo.

PAULUS SALVATOR A S. JULIANO, Neapolitanus, Minorita Conventualis, Italicè emisit:

*Compendium totius Grammaticæ.* Trani apud Laurentium Valerium 1650. in 8. teste Nicolao Toppi in sua *Bibliotheca Neapolitana.*

PAULUS, cognomento SCRIPTOR, Regul. Observ. Prov. & Conventus Bononiensis alumnus, scripsit:

*Lecturam copiosam in librum primum Sententiarum Scoti,* quam edi curavit Joannes Montedoca, Hispanus, Sacræ Theologiæ Magister, qui Carpi jussu Alberti Pij Principis eandem facultatem prælegebat. Prodiit Carpi apud Benedictum Dulcibellum, anno 1506. in fol. Vidi. Habetur M. S. in Bibliotheca Minorum Mirapicensi, teste Uvadingo. Vidi primam editionem factam in Universitate Tuvinæ, Tom. II.

geni per Joannem Ottmar, anno 1498. & habetur Hispali in Bibliotheca Ecclesiæ. Vide superius verbo *Joannes Montedoca.*

PAULUS SUEUVUS, Uvillensis; edidit, laudante Uvadingo, ex Uvilloto: *Explanationem in primum Scoti.* Impressum Tubingæ anno 1498. Scripsit etiam:

*Summulas Logicæ,* quæ cum alijs multis ejus operibus interijisse putantur. Sanè laudatur in Incunabulis typographiæ; fol. mihi 130. Pro veritate exilium passus triennio, rediens obiit Keisempergæ anno 1504.

PAULUS DE TAURIS, ex strict. Observ. Reformatorem, Theologus, ac Concionator Generalis, Provinciæ Austriæ Pater, necnon Provinciæ S. Mariæ Hungariæ tertio Minister Provincialis; edidit opus prænotatum:

*Anthologia Mariana.* Romæ ex typographia Joannis Petri Collinij 1654. in 4. Vidi. Coronidem imponit, ita canens:

*Paccata Divina parens, hæc suscipe frontem  
Accepta placidè, quæ dona cliens tibi  
deserit, &c.*

PAULUS A S. TERESIA, Lusitanus, Guardæ natus, Seraphicæ Religionis nomine dato in Collegio Missionariorum, vulgò *de Baratojo,* in eodem Regno, Guardiani munere functus, prælo paratos habebat anno 1731. in varios tomos distribuendos.

*Sermones 300. tum de Sanctis, tum de Tempore, virtutibus, ac vitijs.* Ex relatu laudati Collegij.

PAULUS TRECATE, Italus, Regul. Observantiæ Provinciæ Mediolanensis (à Uvadingo illaudatus) Lector generalis, ac Diffinitor, opus edidit hoc titulo insignitum:

*Lector instructus ad Catholicas veritates ex Scripturis sacris educendas, & per varios sensus concordatas fidelibus populis enuntiandas,* ad Cardinalem Trivultium, Venetijs per Jacobum Sarzinam 1639. in 4. Vidi.

PAULUS A TRINITATE, ex Ura  
No 2 be

be Macao oriundus, Prov. S. Thomæ Regul. Observ. filius, Theologus, ac generalis Commissarius, necnon a Commissionibus S. Officij Lusitanico idiomate conscripsit:

*Expugnationem spiritalem Orientis.* Fusius vernaculè: *Conquista spiritual do Oriente, em que se dá relaçao de algũs cosas mais notaveis que fizerao os Frades Menores da S. Provinza de S. Thome da India Oriental, em a pregaçao da Fè, et converçao dos Inseis em mas de trinta Regnos, desde Cabo de Boa Esperanza, atte as remotissimas Ilhas de Japao.* Opus est in 4. magno in tres libros divisum, quod approbationibus, ac licentijs munitum asservatur Matrili in Archivio Ordinis. Vidi. Prologus incipit: *He taon natural, &c.* De opere, & Authore tractat D. Nicolaus Antonius, ex Georgio Cardoso. Exaravit etiam:

*Commentaria in Regulam Seraphicam,* teste Fr. Hiacyntho à Deo (superius laudato) fol. 48. sui operis Lusitanicè prænotati: *Caminho dos Frades Menores.*

PAULUS UVETELESUS, natione Italus, Patria à Fulgino, Provinciæ S. Francisci Minorum Capuccinorum alumnus, eximius Theologus, & Concionator, Vir raris virtutum ornamentis illustris, in Divinis Scripturis interpretandis, in Historijs, & antiquitatibus Ecclesiasticis enodandis, laudante Genuensi, in signis, scripsit latinè:

*Chronica FF. Minorum Capuccinorum ab anno 1525. usque ad annum 1626. ex quibus plurimâ Zacharias Boverius collegit, & in suos Annales retulit.* Obijt in sua Patria anno 1629. De hoc Authore meminit Ludovicus Jacobillus, lib. de Script. Umbriæ, lit. P.

PAULUS XIMENO, Hispanus, strictioris Observ. Discalceatorum Provinciæ S. Joannis Baptistæ in Valentino Regno, in publicum misit sermone nativo:

*Ceremoniale Missale.* Valentia anno 1650. in 4. Vidi.

PELBARTUS OSVALDUS, Temesvariensis, ex Regulari Observ. Vir in Sacra Scriptura egregiè versatus, insignis Concionator, scripsit:

Volumen sat grande prænotatum: *Aureum Sacra Theologiæ Rosarium, juxta quatuor Sententiarum libros quadripartitum; ex doctrina Doctoris Subtilis, & D. Bonaventuræ, atque aliorum Sacrorum Doctorum.* At vltimum librum istorum quatuor, nondum Pelbarti morte abso-

lutum, supplevit Osvaldus à Lasco, Provinciæ Hungariæ, Pelbarti aliu. nus. Prodiertunt primò Hagenoæ 1504. & 1508. duobus volum. in fol. Porro cum hoc opus antea prodijisset, postremò quoque fuit Venetijs excusum an. 1586. & 1589. apud Vincentium à Prato sumptibus Petri Mariæ Marcheti, tomis quatuor, deindè rursus anno 1594. Brixia. Vidi. Conscripsit quoque:

*Stellarium Coronæ Benedicte Mariæ Virginis, in laudem ejus pro singulis prædicationibus elegantissimè coaptatum.* In libros 12. distribuitur, quorum in primo agitur de *Mysterio suæ dignissimæ Annuntiationis.* In 2. de *Mysterio suæ gaudiosissimæ Visitationis.* In 3. de *Mysterio Sacratissima Purificationis.* In 4. de *Mysterio Immaculatæ suæ Conceptionis.* In 5. de *Mysterio sanctissima suæ Nativitatis.* In 6. de *Mysterio sui benedicti Nominis.* In 7. de *Mysterio suæ virtuosissimæ vitæ, & operationis.* In 8. de *Mysterio suæ purissima Virginitatis.* In 9. de *Mysterio suæ excellentissima Charitatis.* In 10. de *Mysterio suæ gloriosissimæ Assumptionis.* In 11. de *Mysterio multiplici, & præexcelsæ privilegiationis, ac dignificationis.* In 12. de *Mysterio debitoria servitutis, & cultu devotionis, scilicet, à nobis sibi exhibenda.* Perperam à nonnullis cum *Pomerio Sermonum* confunditur *Stellarium* istud, de quo mentionem facit idem Auth. in Prologo *partis Hiemalis de Sanctis*, ita inquit: „*Scire te volo*, quod de B. Virgine Maria nullum sermonem in hoc opere „*conscripsi specialem*, pro hac ratione, „*quod ex speciali devotione*, qua Beatissimæ Dei Matri tenēbar, præcipuum „*librum nomine Stellarium Coronæ B. Virginis*, intitulatum, jam antea conscripseram, vbi pro singulis festivitibus ejusdem gloriosissimæ V. Mariæ „*abundantissimi extant Sermones.* Ex his liquidò constat Pelbartum hunc Authorem esse laudati *Stellarij*, ad cujus finem hi versus leguntur:

*Opere nunc isto perfecto, gloria Christo, Laudibus hic insto: Coronas Matri Desisto. Honor Franciscæ, &c.*

Prodiit Hagenoæ ex officina Joannis Riman 1515. Venetijs ex typographia Joannis Antonij Bertanni 1586. in 4. Vidi. Habetur etiam in fol. in Abulensi Biblioth. nostri Coenobij S. Antonij, & alibi. Vidi.

*Pomerium de Sanctis.* Lugduni 1513.

in 4.

*Pomerium de Tempore.* Ibidem per Joannem Clein 1514. in 4.

*Pomerium de Tempore*, totum alium hyemalem. Ibidem per eundem 1513. in 4.

*Pomerium de Sanctis* tempore hyemali. Ibidem.

*Quadragesimale triplex*, quorum in primo agit de *Pœnitentia*, & *ejus partibus.* In 2. de *Vitijs in genere, & specie.* In 3. de *Decalogi præceptis.* Lugduni per Joannem Clein 1509. in 4. Vidi. Prodiertunt simul Conciones omnes Hagenoæ sumptibus Joannis Rainman, anno 1520. & 1521. in fol. Vidi. Hoc autem opus, ait „*Author in Prologo superius laudato, statui nominandum communiter, vt di-*

„*catur Pomerium Sanctorum, quia ni-*  
„*mirum sicut in Pomerio varia capiuntur*  
„*poma, & fructus diversorum saporum,*  
„*sic in hoc opere varietates Sermonum*  
„*de Sanctis, pro varietate auditorum,*  
„*Emisit demum:*

*Commentaria in Psalmos.* Hagenoæ apud Henricum Gran, anno 1504. in fol. commendata à Uvadingo, & Jacobo Le-Long, pag. 897. suæ Bibliothecæ Sacræ.

*Super Canticum B. Virginis.* Habetur lib. 1. *Stellarij.* Claruit in Hungaria anno 1490. quem *scientia, & pietate plenum* appellat Ludovicus Bail, part. 3. suæ Bibliothecæ Concionatorum, cap. 76. ex laudato *Stellario* pauca exscribens. De eo etiam Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 27. Maji, §. 3. apud quem, quidam, de ejus doctrina ita cecidit:

*Hæc si Pieridum oblectant pomeria sacra,  
Carpe, sunt Phœbi, quæ tibi poma placent.*

PEREGRINUS BONONIENSIS, Minorita, Vir pius, & bonus scripsit ad Gundisalvum Hispanum Generalem Ministrum, à Tosignano, & Uvadingo laudata

*Chronica de rebus notabilibus Generalium, qui Gundisalvum prædecesserunt, quæ Chronica Peregrini* appellantur. Habetur inedita Pincia in celebri Bibliotheca Comitit de Gondomar in fol. sub titulo: *Chronica abbreviata.* Initium: *Quoniam præteritorum narratio.* Vidi. Consule Uvadingum in Annalibus ad annum 1305. quo florebat. Extat etiam Cod. Membran. in fol. in Toletana Bibliotheca S. Joannis Regum sub FF. num. 43.

PEREGRINUS CINTARI, Vicentinus, ex Tertiarijs Regularibus, Doctor Theologus Patavinus, ac præclarus Orator composuit, ac recitavit in Templo D. Jacobi luculentissimam

*Orationem ad honorem S. Hieronymi Maximæ Doctoris.* Patavij typis Joannis Baptistæ de Martinis, anno 1624. Laudatur in Chronologio Bordonij.

PERFECTUS CONSTANTINIENSIS, Capuccinus, Germanus, Provinciæ Anterioris Austriæ Concionator, ac pluries Diffinitor, Vic spectatæ virtutis, & doctrinæ, qui suam Provinciæ magno cum observantiæ zelo prudentissimè per aliquot annos est moderatus, edidit:

*Rituale Ecclesiasticum, Regulare, & Tom. II.*

*Oeconomicum pro eadem Provincia, in 8. Hæc Genuensis.*

PETRINA DE BALMA, Clarissa, fidelis socia S. Coletæ:

*Ejus Vitam* conscripsit, de qua, apud Papebrochium die 6. Martij hæc leguntur: „*Primus locus* debetur Sorori Petri- „*næ quæ annos sexaginta sex nata, & cum*  
„*beata Matre annis circiter triginta fami-*  
„*liariter conversata, non diu post ejus*  
„*excessum videtur per puncta, & in fo-*  
„*ma attestationis dictasse Fr. Francisco*  
„*desMarez Conventus Heddinensis Con-*  
„*fessario, quæcumque, vel ipsa viderat*  
„*oculata testis, vel ex ipsius Beatæ ore*  
„*se audivisse meminerat, vel ab illius*  
„*Confessarijs, & antiquioribus Sororibus*  
„*rerum sibi certò cognitarum relatrici-*  
„*bus, acceperat, imprimis à Patre Hen-*  
„*rico de Balma, patruo suo, qui Refor-*  
„*mationis negotium cum Beata Coleta*  
„*suscepit primus, vehementerque pro-*  
„*movit, & post primi in reclusorio Con-*  
„*fessarij mortem, eidem à Confessionari-*  
„*bus fuit. Hujus commentarij, sive ar-*  
„*testationis, fortasè immediatè ante-*  
„*quam vita conscriberetur, ad ipsius Au-*  
„*thoris instructionem formata, authen-*  
„*ticum exemplar Gandavi extat, sub hoc*  
„*titulo: Le cahier de seur Petrine, id est,*  
„*Charta, seu scriptum Sororis Petrinæ;*  
„*quod rogatu nostro admodum R. P.*  
„*Franciscus Vanhuele Minister Provin-*  
cia-

cialis per Flandriam, sive Provinciam S. Josephi Ordinis Minorum Latine reddendum curavit a R. P. Anselmo de Beyl, ejusdem Ordinis Sacerdote, ac Concionatore.

PETRUS DE ABILA, Hispanus, strictioris Observantiae Discalceatorum, Habitu Seraphico in Provincia S. Josephi indutus, ad Fratres Minores Discalceatos Philippinarum transit, indeque ad Japonicam conversionem. Pro nomine Jesu graves contumelias passus, singulari patientia praeditus, satellibus ipsis convivium fecit, supplantationem propter charitatem dissimulans. In vinculis suis cum esset, ignito eloquio vehementer scripsit:

Epistolas varias. Ex his ad ejus Commissarium V. Fr. Didacum a S. Francisco, conservata vulgatur in Historia Martyrum Japonensium edita Manilae anno 1625. cap. 17. fol. 45. Igne combustus triumphavit anno 1622. die 10. Septembris. Extrait pro ejus Canonizatione confecti tres processus. Consule meam Bibliothecam Minorum Discalceatorum, pag. 222.

PETRUS DE ABREU, alias DE ABREGO, Hispanus, Regul. Observantiae Provinciae Baeticae, Sacrae Theologiae Lector emeritus, quam tribus, ac viginti annis professus est, edidit vernacule:

Expositionem verborum Purissime Virginitatis, quae Evangelistae recensent. Gadibus apud Ferdinandum Rey 1617. in fol. Vidi.

Explanationem Cantici Magnificat. Habes ibidem.

Expositionem Cantici trium Puerorum. Ibidem apud Clementem Hidalgo 1610. in fol. Vidi.

Orationem funebrem in obitu Ducissae de Medina-Caeli. Hispani per Clementem Hidalgo 1606. in 4. Vidi. Editioni paratam habebat, vti ex facultate Ministri Generalis praefixa: Expositioni verborum B.V. constat:

Descriptionem Gaditanae Civitatis. Claruit anno 1617. Pertractant de eo Nicolaus Antonius, Uvadingus, Jacobus Le-Long, tom. 2. Bibliothecae Sacrae, pag. 595. & Alva, col. 1139. suae Militiae.

PETRUS DE ACCIAJOLIS, Florentinus, Minorita, qui anno 1328. florebat docta reliquit (sui ingenij monumenta, de quorum inscriptionibus tacet Fr. Antonius Terrinca in Theatro Genealogico Pro-

vinciae Tusciae, part. 3. tit. 1. pag. 210.

PETRUS DE AGUADO, Hispanus, Valdemaurenensis in agro Toletano, Regul. Observ. alumnus, ac Provinciae Jucathan Minister Provincialis contempnit, non autem edidit:

Historiam novi Regni Granatensis in libris 19. ac duos tomos in fol. distributam, quam M. S. asservari testatur Fr. Petrus Simon in prologo operis inscripti: Noticias Historiales de Tierra-Firme. Authorem, & opus, ex Antonio Leonio, & Thoma Tamajo commendat D. Nicolaus Antonius.

PETRUS DE ALABA, Hispanus, Theologus Complutensis, ac suae Provinciae Castellae Regul. Observ. Pater, Apologiam edidit pro Regulari Observantia Hispanico idiomate. Inscriptio:

Doctrinale satisfactorium. Editio secunda, qua vtor facta est Matriri, typis Ludovici Sanchez 1601. in 4. Ejusdem hominis appellationem, vti monet D. Nicolaus Antonius, praefert liber vernacule inscriptus:

Tratado de la Humildad, y fundamento de la Vida Christiana, quem non vidi. Claruit anno 1598.

PETRUS DE ALVA (Conveniunt rebus nomina saepe suis.) ET ASTORGA, Hispanus, in Oppido Carbajales, Dioecesis Compostellanae in Zamorensi territorio natus, ex Regul. Observ. Peruvianae Provinciae XII. Apost. Lector emeritus, in Curia Romana Generalis Procurator, ac Causae S. Francisci Solani, Supremae Inquisitionis Qualificator, ac Ordinis Pater, Vir Deipararum amantissimus, ejusque Immaculatae Conceptionis propugnator acerrimus, quem merito Doctissimum, ac Devotissimum, & satis laudatum, licet nunquam satis laudatum, commendat R. A. P. Fr. Leander a SS. Sacramento, tomo 7. disp. 34. quaest. 15. & bonae causae defensorem egit, & solidam gloriae laudem reportavit, reportat, ac reportabit, & a prudentibus, & a Minoritis, & a Regibus, & a Pontificibus Maximis. Extat Alexandri VII. Innovatio Constitutionum, & Decretorum in favorem sententiae afferentis animam Beatae Mariae Virginis in sui creatione, & in corpus infusione a peccato originali praeservatam fuisse, editorum, Romae apud S. Mariam Majorem, die 9. Decembris 1661. Pontificatus sui anno 7. Et Clementis XI. qui novissime Immaculatae Conceptionis diem, ex praecipuo observari iussit, a So-

lis ortu usque ad occasum. Nec displicere valet ijs qui sese Reginae Angelorum privilegio tenendo, ruendoque addixerunt displiceat quamvis D. Nicolao Antonio, (Viro aliunde docto, & Canonico Hispanensis Ecclesiae pro Immaculata Conceptione Virginis valide militantis) qui tomo 2. suae Bibliothecae Hispanae, pag. 133. voces pingit, imo pungit, adverbij proacriter sonum edens in Alva nostrum male animatus. Consideravit, sed studiosè D. Nicolaus Antonius dumtaxat Quomodo; minime vero, Quid, & Ubi, & Cur, & Quibus auxilijs, & Quando? Quis aequo ferre animo poterit, quod aliorum honor praefendus sit honori Reginae Sanctorum omnium, admirabilis Matris, cujus flores flores sunt honoris, & honestatis? Vel quis crederet honoribus Reginae, ac Matris, quae nec similem visa est, nec habere sequentem, alicujus Sancti Personam dehonorem? His accuratè conspectis a D. Nicolao, rectius Alva nostrum a litteris, & argumentis commendaret, nec ejus laborem laborem improbum appellasset. Profecto homo natus est ad laborem, & laborem R. A. P. Petri de Alva praegrandem, ac, ac indefessum (hoc etiam vox improbus significat) esse, a nemine in dubium vertitur. Aliter vero si accipiat laborem improbum; consule ejusdem Alva libros, certoque certius Lucillio rogabis:

Omnes formosi, fortes, ubi ergo improbus est?

Scripsit Alva, sed quomodo oportuit, quando ita scripsit, & summo criterio, & servato inculpatae tutelae decore.

Scripsit Alva noster memor illius: (Ecclesi. 4. v. 30.) Non contradicatur verbo veritatis ullo modo, & de mendatio in eruditionis tua confundere; & illius (Esdrae 3. cap. 4.) Veritas manet, & invalescit in aeternum, & vivit, & obtinet in saecula saeculorum. Nec est apud eam accipere personas, neque differentias: sed quae justa sunt facit omnibus, injustis, ac malignis, & omnes benignantur in operibus ejus. Et non est in iudicio ejus iniquum, sed fortitudo, & Regnum, & potestas, & majestas omnium. Benedictus Deus veritatis. Scripsit demum, praeculis habens Augustinum (de Dono Perseverantiae, cap. 16.) monentem: Dicatur verum, maxime, ubi aliqua questio ut dicatur, impellit ut capiant qui possunt, ne forte cum tacetur propter eos qui capere non possunt, non so-

lum veritate fraudentur, verumetiam falsitate capiantur, qui verumetiam capere, quo caveatur falsitas, possunt. Quod si unum e duobus contingere necesse sit, ut vel peior fiat, nobis dicentibus, qui capere non potest, vel nobis tacentibus, qui capere potest, potius est dicendum verum, ut qui potest capere capiat, quam tacendum. Veritatis ergo scuto armatus scripsit; ca-propter in praefatione ad suam Militiam rogat: Quid enim prodest homini litterato, si universum mundum lucretur pro aliqua opinionis parte si veritas detrimentum patitur? Et ad Lectorem sui operis praenotati: Radix Solis, scribit: Cum liber iste, non processerit ex libera nostri discur-sus phantasia, neque ex conjecturis ab attramento ad calamum currentibus; aut ex illis illationibus Scholasticis, in quibus est illud mare magnum tergiver-sationum: sed solummodo nitatur illo primo principio, est, vel non est, atque illi evidenti, atque palpabili demonstrationi: ecce, ostendo, do demonstrando. Auctores ab Adversarijs allegatos, & in ipsis auctoritates verbaliter pro sua opinione adductas, ut ex ipsismet conf-tet irrefragabilis veritas. Et pag. 2244. ejusdem eruditissimi operis: Pro cujus honore, inquit, defendenda, & veritate indaganda tot libros revolvimus, originalia conquissimus, Bibliothecas lus-travimus, manuscrip-ta antiquissima, & quasi sepulta e tenebris eruimus, a blat-tis vindicavimus, terras peragravimus, tot noctes in somnos duximus, & om-nem lapidem movimus, nihilque inten-tatum reliquimus, ut cum veritate, scientia, ac certitudine quisque deinceps lo-qui, ac scribere possit, & valeat, ac inter me, & Adversarios de veritate judicet. Demumque concludit: Concludimus ra-dios Solis Coeli Seraphici, & zeli veritatis cum dicto Tholosano: Fac bene, & non carebis amulis, fac melius, & vinces omnes. Non antea dudum impressi sunt tomi duo Bibliothecae Scriptorum Ordinis Praedicatorum, cujus eruditorum Auctorum testimonijs veritas nostri Alva liquidò demonstratur. Ita videre est tom. 1. pag. 177. vbi agunt de Alberto Magno: pag. 909. vbi pertractant de Nicolao de Cusa: pag. 489. vbi sermonem instituunt de Joanne Pekaam: pag. 702. verbo Joannes Brunyardus: pag. 700. verbo Joannes Spornogasse: pag. 907. verbo Bernardinus de Busco, alijsque missis compluribus locis, tom. 2. pag. 3. verbo Vincentius de Ca-

*Casali.* Utinam à verbis duris, dictetijſque abſtinerent! Sanè, vt Cicero loquar: *Inmiſſam à te injuriam recognovi, perveniſſe autem ad Alva, nunquam putavi.* Ad monumenta nunc ſuæ pietatis, ſuique verè *alacris* (alacer dicitur is, qui omni ſenſu, & mente benè eſt conſtitutus) ingenij, me vertam. Igitur ex ejus penu habentur

Edita.

*Indiculus Bullarij Seraphici, in quo literæ omnes Apoſtolica, quæ à principio Religionis Minorum, à Summis Eccleſiæ Pontificibus, pro tota Seraphica S. P. N. Franciſci, tam in commun, quàm in particulari bucuſque expeditæ fuerunt, breviter recensentur.* Romæ ex typographia R. Camera Apoſtolicæ 1655. in 4. Vidi.

FRAY PEDRO DE ALVA ſe llama  
Por quien à la Chriſtiandad  
Saliò el SOL DE LA VERDAD;  
Cuya luz nueſtra Fè inflama:  
Buele ( ò FR. PEDRO! ) tu fama  
Por quanto el Sacro Farol,  
(Que es breve el Orbe Eſpañol;  
Si ha de ceñir tu tamaño;  
Sepaſe haſta el clima eſtraño  
Qual ALVA diò tanto SOL, &c.

*Radix Solis veritatis Cæli, atque zeli illuſtrantes Fratrum Minorum ſententiam communem, & Patrum Ordinis Predicatorum opinionem ſingularem pro Sanctiſſima Deipara electione, productione generatione, formatione, ortu, Conceptione, Nativitate in utero, & ex utero, &c.* Lovanij anno 1663. in fol. Vidi.

*Militia Univerſalis pro Immaculata*

Dum tua Franciſci Romanas incolit arces,  
Cui Perſona, dedit, ſat reverenda fidem:  
Sors tulit, vt tibimet charus vocitarer amicus;  
Ut cui grata dabas ora, redundet honos.  
Solicitam naçtus ſtudioſorum noſcere curam,  
Queis geris in Matrem, munera tanta, Dei.

*Delineatio Bullarij Seraphici extracta ab indiculo univerſali.* Romæ 1654. in 8. Vidi.

*Funiculus nodi indiffolubilis de conceptu mentis, & de conceptu ventris, ad Alexandrum VII. Pont. Max. Bruxellis 1661. in 8. & ibidem maximis cum additionibus 1663. in 4. Vidi.*

*S. Franciſcus natura prodigium, gratiæ portentum.* Matrili apud Julianum de Paredes 1631. in fol. Vidi.

*Sol veritatis cum ventillibro Seraphico pro candida Aurora Maria in ſuo Conceptionis ortu ſancta, pura, immaculata, & à peccato originali præſervata ad Philippum IV. Catholicum Hiſpaniarum Regem.* Matrili anno 1660. in fol. In hujus operis laudem Hiſpanè accinebat D. Joannes Garcia Romero Eccleſiæ de Lucar Dioceſis Adarenſis Rector:

Hujus ab exemplo, conſcripſi carmen opellæ;  
Quam tibi tam parvam ſubdere tardus eram;  
Sed Patriam rediens, nova, te viſurus agentem;  
Excitor impavidus reddere quodvis opus.  
Militiæ florum Mariane jungis acervos,  
Atque in bias laudi Virginis, hoſtis obex.  
Floribus, hos, tantis, foliorum texe maniplos;  
Utriſque annexis culta vireta placent.  
En tibi compactum carmen ſine lumine ſubdo;  
Det tua ſplendorem luminis, Alva, manus.

*Armamentarium Seraphicum pro tuendo Immaculata Conceptionis titulo, opus egregium, cum alijs eruditjs Minoritis elaboratum.* Matrili anno 1648. in fol. Vidi.

*Opusculum pro conſciendo Armamentario majori pro Immaculata Conceptione.* Matrili 1649. in fol. ad Regnum, & Procuratores Regni Hiſpaniarum. Vidi.

*Opusculum, quod titulus Immaculata, quomodocumque Mariæ adſcribatur, ſemper appellat, & ſupponit pro phyſico, & naturali Conceptionis inſtanti, ex Scriptura, Concilijs, & Sanctorum dictis.* Matrili 1648. in Charta expanſa. Vidi.

*Nova, & litteraliſ Canticum Magnificat, pro Myſterio Immaculata Conceptionis V. Mariæ expoſitio.* Ruremundæ, ac Matrili 1656. in 4. Vidi.

*Bibliotheca Virginalis.* Prodiertunt dumtaxat ſub littera A. tres tomi Matrili anno 1649. in fol. Vidi. Colligit ſcripta B. Amadæi, Alberti Caſtellani, Ambroſij Catharini, S. Anſelmi, S. Antonini, & aliorum pro Immaculata Conceptione Regiæ Angelorum.

*Alphabetum celebriam Ordinis Minoris Authorum omni in facultate nova, vel inaudita rerum inventionem, primò quidem motorum, Opusculum ab Authore non raro laudatum. Vidi, ſed abſque anno, & loco. Incipit: Primi principium A. Alphabeticum Dictionarium, &c.* Hæc Latine, Hiſpanè autem:

*Magnes cordis humani, ſeu Vita dulciſſimi Jeſu in puriſſimo utero Immaculata Virginis.* Matrili apud Paulum de Val 1660. in 16. Vidi.

*Quæſtiones peripateticæ.* Lovanij 1664. in 8. Vidi.

*Reſponſio abſque reſponſione, ſeu Apo-*

*logia pro judicio Salomonis laudato.* Caſaræ auguſtæ 1663. in 8. Vidi.

*Apologia pro veris Authoribus, ſub titulo: Pleyto de los libros.* Dertulæ 1664. in 8. ſub nomine Roderici Rodriguez. Vide in hac Bibliotheca, verbo Joannes Garcia, & verbo Petrus à Conceptione, verbo Martinus Perez, & verbo Franciſcus à Matre Dei. Inſuper aliorum inedita publici juris fecit, nempe:

*Joannis de Segovia Canonici Toletani Allegationes, & Aoiſamenta pro Immaculata Conceptione Deiparæ.* Bruxellis typis Balthaſaris Vivien 1664. in fol. Vidi.

*Monumenta Dominicana pro Immaculata Conceptione.* Lovanij 1666. in 4. Vidi.

*Monumenta antiqua Seraphica pro Immaculata Conceptione.* Ibidem 1665. in fol. Vidi.

*Monumenta antiqua pro Immaculata Conceptione.* Ibidem anno 1664. in 4. Vidi.

*Monumenta Italo-Gallica pro eodem Myſterio.* Ibidem in 4. Vidi. Hæc collegit ex viginti tractatibus, & ſermonibus antiquis 4. Benedictinorum, vnius Cruciferi, vnius Cisterciensis, vnius Carthusiani, trium Dominicanorum, quinque Cœleſtinoſum, quinque Auguſtinianorum, vnius Carmelitæ, vnius Trinitarij, duorum Jeſuitarum, vndecim Minoritarum, 17. ex Sæcularibus, & quorundam Anonimorum. Reliquit etiam, quorum alia ſemiplena, alia cepta, aliaque ferme, ad præſens lum matura.

Inedita.

*Bullarium Ordinis Seraphici, in 10. tomos diſtributum.*

*Bibliothecam Immaculatę Conceptionis, sex voluminibus.*

*Armamentarij Seraphici pro tuendo titulo Immaculatę Conceptionis, tomum secundum paratum.*

*Armamentarium Angelicum ab Authore laudatum in sua Militia, col. 906.*

*Franciscum Evangelizatum in illud Confiteor tibi Pater, & in illud: Si quis vult venire post me, &c.*

*Memento homo quia pulvis est, &c. pro Immaculatę Conceptionis Mysterio, ubi refertur quiddam contra illud actum est ab aliquibus Scriptoribus antiquis, in 4. Meminit col. 1144. suę Militię.*

*Bibliothecę Mariangę, volum. 18.*

*Arcana elogia S. Francisci, & super duo Evangelia festorum ejusdem.*

*Glorias Seraphicas, vulgari lingua.*

*Vix radios Aurora suos spargebat in Orbem;*

*Cum nox nascenti pręlia sæva movet:*

*Cede locum nobis, tenebrę dixere minaces;*

*Sis licet ipsius Solis amica Parens.*

*Risit ad has Aurora minas, abscedite, dixit;*

*Hinc Umbra: armata vos fugat Alva manu;*

*Jam Superum Solis Mater purissima, non est*

*Cur timeas, scriptis, quam juvat Alva suis;*

*Si namque Auroram cognatam vendicet Alva.*

*Quid mirum alterius se judet alter ope?*

**PETRUS DE ALAXIO**, Prov. Genuensis Minorum Capuccinorum Concionator, Vir religiosa virtute commendatus, bonarum litterarum amans, in lectione, & descriptione Sacrorum Librorum assiduus; pro suo singulari in Deiparam Virgine devotionis affectu; scripsit in ejus honorem opus prænotatum:

*Sanctissima Virgo Deipara Maria in libro Genesis figuris aperta, & similitudinibus adornata, quam varia eruditiones produunt venustiore.* Tom. 1. in fol.

**PETRUS DE ALCAZAR**, Hispanus, ex Discalceata Prov. S. Josephi, Verbi Divini præco, Diffinitoris munere fungens anno 1685. Latino idiomate compilavit in fol.

*Memoriale suę Provincię. Incipit: Prædenter quidem.* Asservatur in Matritensi Archivio Ordinis. Vidi.

**PETRUS ALEXANDER CASTI-**

Tomos 18. *Imaginum Matris admirabilis D. Gaspari de Bracamonte Comiti de Peñaranda, &c. sacros.* Consule col. 1142. suę Militię. Demum ejusdem habentur M. S. ac edita aliqua opuscula parva, & magna, & etiam anonyma pro Mysterio Immaculatę Conceptionis, de quibus suis locis in hac Bibliotheca. Obijt & pijsimè, vt creditur, (scriptum est enim: *Qui operantur in me non peccabunt, & qui elidant me vitam æternam habebunt.*) Bruxellis anno 1667. Aprilis mense. Memoratur à Dupino, & Uvadingo, & cum laude lib. 6. Chron. Provincię Limentis, cap. 7. pag. 571. & à Fr. Hieronymo Muñoz in Descriptione Congregationis generalis Ordinis Toleti celebratę anno 1673. impressa Matriti eodem anno. Demum R. P. Antonius de Goyeneche Theologus, Societatis Jesu, sic de illo cecinit:

**LLEJOS**, Hispanus; Reg. Observ. Provincię Angelorum alumnus, post aliquot annos in Collegio Sanctorum Petri, & Pauli Complutensi, humanis, Divinisque litteris non infeliciter detritos, Philosophiam, & Theologiam, non mediocri discipulorum fructu, prælegit; deinde ad Sacras explicandas Scripturas se totum convertit, atque cum præ cæteris Sacrorum Bibliorum libris integros quatuor Evangelistarum Codices memoriter sciret, & in promptu haberet, vti ipse in operis præfatione fatetur, ac linguas Græcam, & Hebræam optime calleret, scripsit:

*In Evangelicam harmoniam, ex quatuor Evangelij concinnatam, litterales, & Mysticos Commentarios in duas centurias divisos.* Opus est, Uvadingus loquitur, certè doctum, & grave, prælo dignissimum, quatuor tomis distinctum, quod apud

apud me habeo, addito quinto, qui ex varijs Indicibus confurgit. Si aliquando Deus orium, subsidiumque contulerit, communis officiam juris, propterea à Reverendissimo P. Benigno Genuensi, dum Minister esset Generalis, ex Hispania translatos, & mihi traditos. Duo sunt exemplaria, authographum ipsum lectu difficile, & aliud meliori scriptum characterè, sed Scriptoris vitio multis vbique foedum erroribus, & mendis scatens Orthographiæ. Hęc Uvadingus. Insupèr, vti habeo ex relatu Historiæ laudatę Prov. in Matritensi Archivio Ordinis asservatę, conscripsit, ad prælumque matuta reliquit:

*Commentaria in Isaiam.*

*Commentaria in Jeremias.*

*Commentaria in Job.*

*De Incarnatione, tom. 1.*

*Cursum Philosophicum absolutum.*

*Topographiam, & Chronographiam Prov. Angelorum,* ex præscripto RR. P. Fr. Francisci Gonzaga Ministri Generalis elaboratam anno 1583. in 4. Asservatur Hispali M. S. in Archivio Conv. S. Antonij. Vidi. Hominem laudat D. Nicolaus Antonius, Jacobus Le-Long in sua Bibliotheca Sacra, pag. 670. & RR. Guadalupe in Chronicis ejusdem Prov. fol. 491.

**PETRUS ALENCONIENSIS**, Gallus, Prov. Turonię Minorum Capuccinorum, Apostolicus Concionator, generis nobilitate, ac vitę sanctitate illustris, pro nomine Jesu, Marrochij in carcerem detrusus, ex ipsa Custodia, anno 1628. die 5. Octobris, scripsit:

*Epistolas de sua captivitate, ærumnis, & præsuris.* Lugduni impressas, teste Genuen.

*De mortificatione hominis interioris ad vitę sanctitatem consequendam necessaria,* opusculum ibidem editum anno 1625. In corporali pestiferum obsequio occupatus, ac zelo plenus ad immortales concessit Marrochij anno 1629. die 22. Martij. Ipsi gesta habes apud Matisconensem, tom. 3. Annal. Capuccin. ad prædictum annum, §. 35.

**PETRUS DE ALIAGA**, Hispanus, ex Prov. Aragonię Minorum Capuccinorum, pius Concionator, ac Novitiorum Magister, vernaculè typis commisit opera prænotata.

*Dies practica Capuccini,* hoc est, de modo benè operandi. Cefaraug. 1680. in 8. Majoricę apud Michaelen Capo 1690. in 16. Vidi.

*Lux clara,* opus bipartitum. Probat in

prima veritatem Religionis Christianę. In secunda doctrinam primę confirmans ea explicat, quę Christianus credere, sperare, & operari debet, adjecta methodo ad generalem Confessionem probè faciendam. Insulis Ballæaribus apud Petrum Frau in officina S. Inquisitionis anno 1689. in 4. Vidi. Agit de eo Gennensis.

**PETRUS DE ALMENDRALEJO**, Hispanus, strictioris Observantię Discalceatorum, Sacrę Theologię professor, ac Diffinitor Prov. S. Gabrielis in Extremadura, necnon à Synodalibus Examinibus Diocesis Pacis Augustę, perutile edidit Hispano idiomate opus sub titulo:

*Scutum Seraphicum Indulgentiarum totius Religionis Franciscanę.* Hispali apud Hæredes Thomę Lopez 1699. in 4. Vidi. Communem quoque fecit:

*Panegyrim de S. Ludovico Episcopo ad Congregationem generalem Ordinis Toleti habitam.* Matriti per Antonium Gonzalez de Reyes 1677. in 4. Vidi.

**PETRUS ALVAREZ**, Hispanus, Regul. Observ. Prov. S. Jacobi, professione Laicus, ac Pŕsates in Salmantino Cœnobio S. P. N. Francisci, Vir exemplaritatis nota insignitus ineditum reliquit opusculum prænotatum:

*Vita Christi,* adjecta Fidei denuntiatione sanguine proprio subscripta. Asservatur in Bibliotheca laudati Conv. vti habetur tomo 1. Chronic. ejusdem Prov. pag. 131.

**PETRUS ALVERNUS**, seu **DE AVERNICULA**, ex Minoritis Provincię Etrurię Philosophus, ac Theologus egregius, à Terrinca, ex Uvadingo, & Tosigniano, laudatus parte 3. Theatri Prov. Tuscię, pag. 210. Conscripsit:

*Quæstiones Quodlibetales,* quę Patavij extant M. S. in Bibliotheca D. Antonij.

*Quæstiones in Metaphysicam.* Apud tomum primum Bibliothecę Barbetinę, pag. 32. habes Petri de Alvernia.

*Expositionem in parva naturalia Aristotelis,* impressam Venetijs 1551. in 8.

*In quosdam libros D. Thomę Aquinatis expositionem,* in 8.

**PETRUS A. S. ANTONIO**, Lusitanus, ex Discalceata Prov. S. Marię Arabidorum, decem tractatibus Evangelicam perfectionem docturus, atque explanaturus, vulgari lingua dedit:

*Viridarium spirituale ex doctrina Sanctorum, ac Virorum spiritualium.* Ulyssipone per Mattheum Pinheiro 1632. in 4.

Vidi. De eo Nicolaus Antonius, Alva in Militia, col. 1146. & Pluteau initio tomi primi sui *Dictionarij Lustrati*.

PETRUS ANTONIUS AGUIRRE; Hispanus, strictioris Observ. Discalceatorum, Mexicanæ Prov. S. Didaci filius, ac Pater, Theologus, Historicus, ac Sancti Officij Qualificator, prælo dedit opus mysticum inscriptum:

*Stimulus Divini Amoris*. Mexici, apud Carrasco, in 8. Insupèr vernaculè emissit:

*Conciones de Immaculata Conceptione Virginis, ac de ejus Assumptione*. Prodierunt ibidem.

*Apologiam eruditam*, sub titulo: *Precedencia Seraphica*. Ibid. anno 1694. in 4. & Angelopoli apud Sebastianum de Guavara 1701. in 4. Vidi.

*Panegyrim de S. Petro de Alcantara*. Mexici typis Lupercij 1702. in 4. Vidi.

*De Preparatione ad celebrandum*, opusculum ibidem impressum apud Bernardum de Hogal 1730. in 24. Vidi. Scripsisse audio

*Juridicos tractatus*, quos hæcenus non vidi. Claruit initio hujus sæculi.

PETRUS ANTONIUS ROSINUS, Italus Ferrariensis Conventualis, Sacræ Theologiæ Magister, insignis Poeta Latinus, & Græcus in decantandis versibus Lyricis, & Epicis peritissimus, scripsit:

*Epigrammata varia*.

*Grammaticam novam*.

*Orationes diversas*.

*De modo scribendi Epistolas*.

*De Arte Rhetorica*. Habentur M. S. in Biblioth. Conventualium Ferrariæ. Obijt Adriæ anno 1614. Hæc Uvadingus.

PETRUS ANTONIUS DE VENECLA, Italus, ex strictiori Observantia Reformatorum, Vir de Religione Seraphica optimè meritus, idiomate Italico edidit tomos duos in 4. hunc titulum affectentes:

*Viridarium Seraphicum*. Vernaculè:

*Giardino Seraphico Historico secondo di fiori, & frutti di virtù di zelo, è di santità, nelli tre Ordini Instituti dal Gran Patriarcha de Poveri S. Francesco*. Venetijs typis Dominici Lovisa 1710.

*Legendarium Franciscanum* in tom. 12. in 4. distributum, & ibidem editum. Anno 1721. dumtaxat prodierant ex laudata officina tomi decem, quos vidi, ac legi Mediolani anno 1723. ex quibus aliqua

nobis licuit excerptere, & alia exscribere.

PETRUS DE AQUILA, seu AQUILANUS, cognomento SCOTELLUS; ex Minoritis Prov. S. Bernardini, Vir in doctrina Scoti egregiè versatus, honorario nomine dictus *Doctor Sufficiens*, Joannæ Reginæ Siciliæ Sacellanus, Inquisitor Fidei apud Florentinos, ac demùm Episcopus S. Angeli, scripsit:

*Commentaria in 4. libros Sententiarum*, ex quibus, tria opera, sed non rectè fecit Possévinus à Uvadingo exceptus. Habentur M. S. in Bibliotheca Aracelitani Conventus, teste Uvadingo, & scripta in membran. in Bibliotheca S. Germani Parisiensis, cod. 321. Prodierunt Spiræ anno 1480. in 4. & studio Cardinalis Saranani, Venetijs apud Zenarum 1584. & Parisijs 1585. Vidi. De eo Ludovicus Seta Veronensis:

*Abdita vis Triadis sanctæ mysteria nosse?*

*En Scotellus adest; qui tibi pandit iter.*

Nec audiendus est Casimirus Oudinus Hæreticus, qui de Aquilano nostro, more suo agens, ita inquit: *Perperam Antonius in Apparatu Sacro*, tomo 2. pag. 239. censet eum fuisse Scotellum dictum, nam Petrus Aquilanus habet hujus agnominis obligationem Constantio Cardinali Sarnano; cui baptismo altero ita eum appellare placuit, nempe, in altera editione hujus Commentarioli Veneta anno 1584. quod antea nusquam auditum fuerat. Sed hæc gratis, & imperitè fudit Oudinus; quippè Venetijs apud Simonem de Luere in Contrata S. Cassiani 7. Februarij impressa habentur anno 1501. in 4. Aquilani nostri Commentaria, sub hoc titulo: *Petrus de Aquila dictus Scotellus super 4. libros Sententiarum Magistrj*. Vidi, ac legi; hanc quoque citat editionem Fr. Petrus de Alva in Militia, col. 1147. Pergit idem Hæreticus subdens: *Errat quoque Possévinus in Apparatu Sacro*, verbo *Joannes Scotus*, pagina 869. dum Petrum Aquilanum insignioribus doctrina Scoticæ Scriptoribus accenset. Sed contrarium facillè evincitur ex ipsismet

Commentarijs, quibus in editione Veneta anni 1501. præfixa habes carmina ista:

\*\*\* \*\*

*Si tibi corde sedet excelsas noscere causas:  
Si tibi corde tuo pagina sacra sedet:  
Si vis subtilis apices decerpere Scoti:  
Hæc Aquila Petri volvito dives opus.  
Qui volat in summis Aquilam precor arripe  
causis,  
Qui sudavit Scoti maxima scripta sequi, &c.*

Turpius errat idem Hæreticus addiciens: *Dùm scribebat anno 1320. vel 1330. Petrus Aquilanus, nondùm Secta Scotistarum in lucem emerferat*. Hæc sanè nugæ sunt, etenim V. ac Marianus Doctor Subtilis explevit tempora multa, obiens anno 1308. 6. Idus Novembris. Huc accedit Franciscum Mayronium, qui teste eodemmet Oudino obiit anno 1325. *Formalitates declarasse quas docuit Scotus*. Scripsit insupèr Scotellus noster, laudante Uvadingo:

*Commentaria in libros Aristotelis de Anima*. Incipiunt: *Anima*, &c. Claruit circa annum 1340.

PETRUS DE AQUILA, alter, à Uvadingo illaudatus, Italus, Minorita, & Baccalaureus Parisiensis, in

*Epitomen* redexit univèrsam doctrinam Scoti, teste Fr. Bonavent. Baro, tomo 1. Opusculorum, parte 14. §. 1. licet ævum ejus non designat. Haud dubiè, in Hispania in Toletana Bibliotheca Conventus S. Joannis Regum, sub nomine *Petri de Aquila Parisiensis Baccalauri*, habetur Codex membran. in fol. sub GG. 42. tribus libris super Sententias constans, & incipit primus: *Principium verborum tuorum veritas*. Sed hæc me judice, potius *Commentaria*, quàm *Epitoma* dicenda veniunt.

PETRUS ARANDA QUINTANILLA ET MENDOZA, Hispanus, Complutensis, ex Togato ejusdem Academiae sodali, Regul. Observ. Provinc. Castellæ alumnus, Coneionator, Notarius Apof-

tolicus, à Secretis Ordinis in Romana Curia, in partibus Italiæ Terræ Sanctæ Generalis Commissarius, & pro Canonizatione V. D. Francisci Cisneros S.R.E. Card. & Toletani Archiepiscopi, in Romana Curia Procurator, Complutensis Collegij nomine edidit Hispanè:

*Vitam V. Patris, ac Servi Dei Fr. Francisci Ximenez de Cisneros*, sub titulo: *Archetypo de Virtudes, Espejo de Prelados*. Panormi apud Nicolaum Bua 1653. in fol. Vidi. Præfixa legitur *Elegia* à Joanne Ohestenam, Minorita Hyberno, cujus initium:

*Audiat Astriferi, Ximenez, culmen Olympi  
Cisneros gesta, & nomen in Orbe tonans.*

Emissit etiam:

*Summarium ejusdem Vitæ*, Italico idiomate. Romæ 1654. in 8. teste Fr. Petro de Alva, col. 1185. suæ Militiæ.

*Tractatum super Decreta de non caltu*; Compluti 1671. in 4.

*Discursus Complutenses in laudem ejusdem Cardinalis*. Romæ apud Franciscum Monees 1654. in 4. Vidi.

*Ciceronianum*. Francofurti apud Andream Uvchelium in 8. teste Teisserio, tomo 2. sui Catalogi, fol. mihi 226.

*Historia Complutensis*; tomum in fol. sub titulo Hispanico: *Tesoro escondido en el Campo de Alcalá*. Extat M. S. Matrili in Bibliotheca Conventus Regul. Observ. sub KK. num. 153. Incipit Prologus: *No avrá novedad*, &c. Vidi. Latine edidit:

*Oranum Ximenij virtute Catholicum*; seu *de Aphricano Bello, in Tremezenij Regno, sub Servi Dei Francisci Ximenij de Cisneros S. R.E. Cardinalis protectione per 152. annos continuatos*. Romæ per Franciscum Moneta 1658. in 4. Vidi. In ejus laudem Fr. Franciscus Molloy, Minorita Hybernus, ac Lector Jubilatus in Collegio S. Insidori in Urbe:

Quintanille tuum legi de Marte laborem;

Qui viginti sex, codice, bella refers.

Mirror quo nervo, comprehendat tanta libellus;

Qui non à vera, disidet vngue, fide.

Laus tua, laus Operis sint (Quintanille) peracti;

Quæ tibi, post mortem, nescia mortis erit.



Demum, communem fecit vernaculè: *Orationem funebrem in ejusdem V. Cardinalis laudem.* Compluti typis Francisci Garcia Fernandez 1671. in 4. Vidi. Floruit anno 1670.

**PETRUS DE ARIZTIZABAL,** Hispanus, Regul. Observ. Prov. Castellæ, Supremi Senatus S. Inquisitionis Qualificator, Concionatorem agens Matritensis Conventus, prælo dedit vernaculè:

*Super Canticam Habacuc Discursus Politico-Morales.* Matriti typis Regijs, sumptibus Thomæ de Alfay, anno 1648. in fol. Vidi.

*Commentaria Latina in librum Josue.* Ibidem ex typographia Regia 1652. in fol. Vidi.

*In Josue* tomos tres in fol. à primo distinctos ineditos reliquit, quos vidi Matriti in Bibliotheca Conv. Regul. Observ. ubi asservantur. Claruit circa annum 1660.

**PETRUS AB ASSUMPTIONE,** Lusitanus, ex Discalceata Prov. S. Mariæ Arrabidorum, publici juris fecit:

*Stationem ad S. Birgittam.* Ulyssipone in officina Musicæ 1725. in 16. Vidi.

**PETRUS AB ASSUMPTIONE,** alter, Hispanus, ex Oppido *Guerva* Toletani Archiepiscopatus, Discalceatæ Provinciæ S. Pauli celeberrimus filius, qui primus, post illos sex Nangasiachanos Athletas coronam Martyrii est adeptus, in carceris ergastulo, igne potius quam attramento conscripsit:

*Epistolas varias,* quarum meminit Georgius Cardoso, tomo 3. Agiologij Lusitani die 22. Maji. Communes feci, vna cum ejus vita, tomo 2. Chronicor. Provinciæ S. Pauli, lib. 2. Pluribus, quoque, de eoque parte 1. meæ Bibliothecæ *Mincrum Discalceatorum*, pag. 221. & parte 2. cho. to 1. littera P. In Cælum ascendit die 22. Maji anni 1617. Ejus concinnens triumphum Fortunatus Hueber in Monologio Franciscano ad diem 22. Maji exaravit:

*Non satis est pugna, redeunt spectacula Christi.*

*Sanguis Christi adum solida petra manet.* Extat pro ejus Canonizatione tres confecti processus impressi Romæ in fol. anno 1675. 1685. & 1690.

**PETRUS AB ASSUMPTIONE,** alter, Hispanus, strictioris Observantiæ Discalceatorum Provinciæ S. Pauli Sacræ Theologiæ professor duas Marianas Conciones in populo gravi habitas publici juris fecit. Titulus primæ:

*Enigma sacrum panegyricum.* Matriti

apud Franciscum del Hierro 1723. in 4. Vidi. Titulus secundæ.

*Sacra Decima.* Ibidem, eodemque anno in 4. Vidi. Emissit etiam:

*Stationem ad S. Petrum Alcantarensem,* Legionem 1726. in 32. Vidi. Vivit Guardianum agens Segobienfis Conventus S. Gabrielis, & majorum spem faciens.

**PETRUS AVELLAN,** Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Joannis Baptistæ in Valentino Regno, Concionator Apostolicus, in animarum profectum, edidit:

*Enchiridion Christiani* Hispanè. Murcia per Vincentium Llofriu 1691. in 16. Vidi.

*De perfectione Christiana* tractatum ibidem impressum anno 1692. Vidi. Præmittitur in Bibliothecis Hispana, & Valentina.

**PETRUS AUREOLUS,** Gallus, Vermetiæ, Oppido ad Iaram fluvium natus, Ordinem Minorum professus, ac Subtilis Doctoris Discipulus, laurea Doctorali in Parisiensi facultate insignitus, atque ob ingenij perspicaciam *Doctor facundus* appellatur. Deinde ad Archiepiscopatum Aquensem promotus, & ad Purpuram Cardinalitiam assumptus (*quem omni scientiarum peritia clarissimum, & singularem Concionatorem ad summam usque admirationem Sixtus Senensis appellat*) egregia reliquit sui ingenij monumenta. Scripsit:

*Pro Immaculata Conceptione* Deipara tractatum cujus initium: *Nondum erant abyssi.*

*Pro eodem dulcissimo mysterio opus aliud,* nempè: *Repercussorium* Tolosæ exaratum. Incipit: *Justificationem meam.*

*Explanationem Epistola S. Bernardi ad Canonicos Lugdunenses.* Incipit: *Beatus Bernardus.* Hæc tria publici juris fecit Fr. Petrus de Alva in suis Monumentis Seraphicis Immaculatæ Conceptionis. Prodiertunt in Germania anno 1489. in 4. teste eodem Alva, col. 1301. suæ *Militiæ.* Sanè S. Bernardinus in suo tractatu de Conceptione, ita inquit: *Quintus Doctor Dominus Petrus Aureoli elucidavit hanc Conceptionem componendo unum pulchrum tractatum magnum, quem vidi in Civitate Ariminij de Conceptione Virginis, concludendo semper ipsam fore præservatam ab omni peccato.* Uvadingus testatur Aureoli tractatum de Conceptione haberi M. S. Tolosæ in Collegio Fuxensi, quem excipit Alva in *Militia* addens col. 1148. & Parisijs apud D. D. Cancellarium, & apud ipsum. Consentit Dupinus, sæc. 14. & Domini-

canus Graveffon, tomo 5. *Historia Ecclesiastica*, sæc. 14. Trithemius, & alij.

*Sermones de Immaculata Conceptione B. Virginis.* Tolosæ anno 1514. impressos, teste laudato Dupino.

*Tractatum de decem præceptis,* laudatum tomo 1. Bibliothecæ Bodlejanzæ, fol. 116. cod. 223 r. num. 10.

*Librum qui inscribitur Rosa distinctiones,* testibus Uvadingo, Dupino, & alijs.

*Tractatum de paupertate, & usu pauperum rerum.*

*Sermones de Tempore.* Tria hæc scripta, uti Uvadingus asserit in Conv. Sagiensî Provinciæ Normanniæ asservantur, & citantur sæpè in summa Angelica.

*Compendium Theologiæ in octo libros partitum,* in Bibliotheca S. Francisci Paduæ asservatum, teste Thomafino in suo tractatu de *Bibliothecis Patavinis* edito Utini in 4. anno 1639.

*Commentarios in 4. libros Sententiarum.* Prodiertunt Romæ studio Cardinalis Sarnani, & Clementi VIII. Pont. Max. dicati. Tomus primus in fol. ex typographia Vaticana 1596. Tomus secundus ex officina Aloisii Zanneti, anno 1605. in fol. Vidi. Extant M. S. in Urbe, in Bibliotheca Conv. Aracclitani recensente Uvadingo. Et Patavij in Bibliotheca S. Antonij, ex laudato Thomafino. Et Salmanticæ in Bibliotheca Collegij Majoris S. Bartholomæi, num. 254. Vidi.

*Quodlibeta sexdecim.* Prodiertunt etiam Romæ cum Sententiarijs. Vidi. Toleti in Bibliotheca Conventus S. Joannis Regum sub FF. num. 10. habetur M. S. *Quodlibetum unum.* Incipit: *Proposui in animo meo.* Vidi. Et Venetijs in Bibliotheca SS. Martyrum Joannis, & Pauli extant *Quodlibeta* Magistri Petri Aureoli, fol. in membrana.

*Commentaria brevia,* sed egregia *super universa Biblia,* seu *Breviarium Bibliorum.* Habuit Illust. Tarraconensis annorum C. L. forma quadrati in membranis, 1586. ipsomet laudante in sua Bibliotheca impressa Tarracone anno 1586. in 4. Habetur M. S. in Biblioth. Canon. Regul. S. Augustini in Valle S. Martini, Lovanij teste Sanderò, Toleti in Biblioth. Conv. S. Joannis Regum sub FF. num. 11. Hispani in Bibliotheca Ecclesiæ in fol. in membranis. Vidi. Et Salmanticæ in Bibliotheca Collegij Majoris S. Bartholomæi, sub num. 254. in fol. Vidi. Prodiit Parisijs 1508. in 8. Venetijs 1508. in 4. Argentorati 1514. in 8. Paris, 1565. in 8. Venetijs Tom. II.

1571. in 4. Vidi. Auctum tabulis Analyticis studio Stephani Novellerij S. Theologiæ Doctoris Parisijs 1685. in 8. Rothomagij 1596. & 1649. Lovanij 1647. ac Parisijs 1613. Vidi. Memoratur editio hæc à Michaelè de Mathaire in *de Vitis Typographorum*, fol. 220. simulque laudatur Gallicè: *Ce livre,* inquit, *est assez estimé.*

Quidam Oudinus, præsumptuosè ut Hæreticus loquens, omnia prædicta alteri Petro invitè tribuit, quasi vera non esset Senilis Hispanorum sententia: *Ay muchos Pedros Fernandez en el Mundo.* Stant, inquit, *contra me omnes, qui de Petro Aureolo scripserunt, ego contra omnes paratus tamen mutare sententiam dum quis idoneè probaverit, duos eodem tempore fuisse Petros Aureolos de Verberia ambos Theologos, alterum Franciscanum, alterum ex Ordine Vallis Scholarium. Probatur fuisse ex Ordine Vallis Scholarium authentico testimonio, quod extat sæculo 6. Historiæ Universitatis Parisiensis ad annum 1332. pag. 236. &c. Hæc oscitantèr scriptis tomo enim 2. laudatæ Historiæ Universitatis Parisiensis in Catalogo Illustrium Academicorum hæc habentur: *Reperio & alium ejusdem cognominis, sed Ordinis Vallis Scholarium, qui cum alijs Doctoribus à Philippo Valesio advocatis interfuit determinationi de visione beatifica apud Vincennas, anno 1332. Alium dico; natus Petrus Aureoli, seu de Verberia Picardus Franciscanus, fuit factus Aquensis Archiepiscopus anno 1321. Hæc ibi, & hæc sufficiant, nisi nodum velis quærere in scitæ po.**

Uvadingus ad annum 1316. Purpuræ Aureoli refragatur, dicens: *Nec apud vestros Authores hujusmodi Cardinalatus vlla prorsus occurrit memoria; neque ullam de Cardinale mentionem agunt Pisanus, Rodolphus, aut Gonzaga, qui Cardinalium ex Ordine Minorum assumptorum Catalogum intexunt.* Sed pace tanti Viri, pro Cardinalatu Aureoli certant Domesticis, & extranei. Principio Ill. Gonzaga non semel, sed bis. Parte 3. in Prov. Aquitanicæ antiquioris in descriptione Conventus secundi: *Ill. P. Fr. Petrus Aureoli à Joanne XXII. P. Max. in Sancta Romana Ecclesiæ Cardinalium numerum etiam reatatus.* Et ibidem in Prov. Aquitanicæ inferioris: *Fr. Vitalis de Furno, & Fr. Eltas de Hannibalis ad Cardinalitiam dignitatem evecti sunt; insuper doctiss. P. Fr. Petrus Aureoli in Sacra Theologia Magister, & P. Fr. Franciscus de Fabrica eadem digni-*

nitate insigniti, hujus Prov. alumni fuerunt. Henricus Sedulius in Commentario Vitæ S. Francisci, cap. 3. Nec mihi prætercendus Petrus Aureolus Archiepiscopus Aquensis S. R. E. Cardinalis. Augustinus de Uvite, pag. 36. in Cathalogo Cardinalium: Petrus Aureolo Presbyter Cardinalis. Cardinalem pariter appellant Fr. Christophorus Alvarez in sua Brachylogia purpurea, ad calcem sui operis Hispanè inscripti: Padre tiene, editi Legione anno 1678. in 4. ibidemque citat Vieigas in Apoc. cap. 9. comm. 3. sect. 2. & 3. & Ill. Ulyssiponensem, parte 2. Chronicor. Ordinis. Arturo in Martyrologio Franciscano ad diem 27. Aprilis, §. 1. Fr. Petrus de Alva in Militia, col. 1148. V. Fr. Alvarus de Rojas Discalceatæ Prov. S. Gabrielis alumnus in cap. 6. Apocalypsis: Quæ sententia, inquit, Petri Aureoli Cardinalis ex nostro Seraphico Ordine, testimonio confirmatur. Vitalis Algeira in Arbore, Haye, & alij. Ex extraneis Andreas Victorrellus, & Ughelus apud Briceño inferius citandum. Henricus Ludovicus Cataneus Nomenclator S. R. E. Cardinalium, & novissimè, pluribus D. Georgius Josephus Eggs, lib. 2. Purpurea docta, pag. 342. editæ Monachij 1714. in fol. Consule Castell in Francologio, lib. 2. cap. 15. §. 6. sed præcipuè Fr. Ildephonsus Briceño in suo Apparatu Historico, præfixo suis Controversijs Theologicis, à pag. 103. Horum amplector sententiam, tum quia etiam Ciaconius prætermisit Americum Gallum de Castro Lucij Cardinalem valde distinctum ab alio Americo à Clemente VI. ad pileum Cardinalitium assumpto; & ex nostris, vno dempto Mariano Florentino, omnes Bertrandum de Monte Faventio, ex Minorita Cardinalem Diaconum tituli S. Mariæ in Aquiro omisere. Tum præcipuè, quia rationem reddens Cardinalis Sarnanus in Epistola ad Clementem VIII. Operibus Scholasticis Aureoli præfixa, ita inquit: Hoc, vel Aureolus ipse suo exemplo docet, qui cum primum hac scripsit, & qua Theologus, & qua Cardinalis Joanni XXI. tunc Pontifici suos labores dicandos putavit. Quis ergo credat, subdit laudatus Briceño ibidem, pag. 104. num. 25. Sapientissimum Cardinalem Minoritam, qui antiquarios Ordinis Historicos calluerat, peruestigatis vetustis Aureoli scriptis, ex Gallia, & Italia regionibus summo studio conquistis, Aureolum Cardinalitia purpura ornatum predicare, & in ipso Orbis Theatro Purpuratorum Cæ-

læ adscribere, si ipsi Constantio Cardinæ li id exploratam non efficit?

Ad laudatum Breviarium Scripturarum demùm me vertens, missam facio paucyricam censuram Georgij Ederi à Uvadingo in Catalogo, & Arturo in Martyrologio exscriptam; subjicim verò Stephanij Novelletij testimonium in Epistola ad D. Petrum Gondio Parisiensem Episcopum, juxta editionem Parisinam anni 1585. Hunc igitur, inquit, dum tumultuariè, ut sit, lectitarem, non tamen tumultuariam in eo miratus sum eruditionem, quippè qui, tam brevi compendiolo, tam copiosa nobis in versam Scripturæ Sacræ molem Commentaria ediderit, ut vix mihi persuadere possim aliquid unquam melius in hoc scribendi genere (si tamen phrasim excuses vbi res est contenta doceri) literis mandari potuisse, quod majorem interpretationi, quam litteralem dicunt, lucem attulerit. Vitæ quoque sanctitatem emicans, claruit circa annum 1330. Pluribus de eo laudatus Arturus, & Eggs.

PETRUS BAPTISTA DE LA PUERZA, Italus, Discalceatæ Prov. Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano alumnus, Italicè scripsit, ac edidit:

Considerationes super Viam Sacram, seu Crucis. Neapoli apud Franciscum Ricciardum 1720. in 8. Vidi.

PETRUS BAPTISTA, Perusinus, doctus, ac pius Minorita, ac Evangelij Præco, edidit Italicè idiomate opusculum, sub titulo:

Scala animæ contemplantis. Perusij anno 1674. Obijt in Patria die 13. Julij anno 1677. Laudatur in Athenæo Augusto Perusinarum.

PETRUS DE BARAONA. Vide inferius, verbo Petrus Varona.

PETRUS BARRON, Hispanus, strictioris Observ. Discalceatorum Provinciae S. Joannis Baptistæ in Regno Valentia, Guardianus Coenobij S. Onuphrij Urbis Setabensis, ex jussu Blasij de Aybat Ministri Provincialis, dedit ad Benignum Genuensem Ministrum Generalem,

Historiam prædictæ Provinciae. Habuit penès se M. S. Uvadingus.

PETRUS BELLOCHIUS, Anconitanus, strict. Observ. Reformatorum Provinciae Marchia, Sacrae Theologiae, & vtriusque Juris peritus, olim Commissarius Visitator Reformatorum Prov. Bononiensis, deinceps Pœnitentiarius Basilicæ Lateranensis, quod officium semè-

septuagenarius exercuit. Varia scripsit Latine, & Italicè, quorum aliqua sunt excusa, alia habebat ad prælum anno 1650. Ea sunt, Uvadingo laudante;

### Latine.

Praxis Moralis Theologiae, de Casibus Reservatis Archiepiscopis, & Episcopis Piceni, in qua juxta consuetudinem eorundem quæ in singulis Diocesisbus sentiendum sit, clara, & facili methodo declaratur. Venetijs apud Jacobum Sarcinum, anno 1627. in 4. Vidi.

Compendium totius Praxis Moralis Theologiae, de Casibus Reservatis, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis Provinciae Piceni, Venetiarum, Bononia, & Umbriae, necnon Prælati Regularibus, quorumcumque Ordinum.

Tractatus de Confessariis Sanctimonialium, quorumcumque Ord. Religiosorum, & de illarum clausura.

Aphorismi legales, seu Axiomata universi Juris Canonici, & Civiles serie Alphabetica perbellè digesti.

Promptuarium pro Confessariis Prælatorum, & Principum Christianorum.

Praxis Moralis Theologiae, de Casibus Reservatis Summo Pontifici Romano in Bulla Cœna Domini, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis cunctarum Civitatum omnium Prov. totius Orbis Christiani.

Collectanea omnium Epistolarum Decretalium cunctorum Summorum Pontificum à Sancto Petro usque ad Innocentium Decimum.

Novissima omnium Summarum Summa generalissima quorumcumque Auctorum, qui usque ad hæc tempora de Casibus Conscientia scripsere, serie Alphabetica luculentè ea omnia, quæ ad munus Confessariorum rectè subeundum, & pœnitentium utilitatem pernecessaria sunt, exactè complectens.

### Italicè.

Varia exercitia spiritualia pro quibussumque ad perfectionem aspirantibus. Venetijs apud Jacobum Sarcinum 1623.

Cantus devotissimus B. Mariæ Virg. ad puerulum Jesum in cunis jacentem. Pisauri apud Joannem Paulum Gotti, ann. 1647.

Regula Minorum Sancti Francisci expositio.

Tom. II.

Scala spiritualis, per quam facillimè ad Cælum ascenditur.

Proverbiarium delectabile ordine Alphabetico digestum, ex quo desumi possunt varia sententia, & salutaria documenta, pro ijs, qui Christianè vivere satagunt.

Polidori Comædia, in qua narratur hominis scelestissimi mira conversio, Dei gratia, Angelo Custode, & uxoris interveniente pietate.

Admonitiones, & instructiones pro pueris secularibus, quæ cupiunt transire ad statum Religiosum, & pro Novitijs, & Sanctimonialibus professis S. Clarae, necnon aliorum Ordinum, quæ desiderant in puritate spiritus suo Sponso Jesu Christo complacere. Sunt 30. Admonitiones, & prodierunt Romæ apud Petrum Collignij 1650. in 4. Vidi.

PETRUS BENEDICTUS JOANNINIUS DE URBINO, Italus, in Provincia Piceni Minorum Capuccinorum Sacrae Theologiae professor, Vir apud Genuesem, doctus, in Divinis, ac humanis litteris excultus, sed pietatis, eloquentia, eruditionis, & gratia in declamando incrementis adauctus, scripsit Italicè:

Vitam religiosam in statu Seculari, tom. 2. in 16.

PETRUS BENJUMEA, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Baticæ, Lector emeritus, Custos, ac Regens Collegij S. Bonaventuræ, scripsit vernaculè opusculum:

De recta electione RR. P. Fr. Joannis Merinero in Ministrum Generalem Ordinis. Editum vidi in 4. sed absque loco, & anno.

Super litteras Gregorij XV. de abrogatione Patrum perpetuorum, in 4. sed loco, & anno non expressis. Vidi Hispali in Bibliotheca Conv. S. Antonij.

Conciones varias, quæ ad manus meas non devenere.

PETRUS BERGERIUS, Segustianus, Gallus, ex Minoritis Conventualibus, Sacrae Theologiae Magister, Gallicè edidit:

De sufficientia Communionis sub unica specie, librum in 8. Parisijs impressum anno 1630. apud tom. 1. Bibliothecæ Barberinae, pag. 137. Insupèr, recensente Uvadingo, scripsit:

Breviarium Historia Seraphicæ omnia complectens, quæ ad tres Ordines à S. Francisco Institutos pertinent. Vapinci apud Melchiorum Dalmatium 1632. in 4.

Op 3

Lau-

Laudatur à Vernonenſi in *Annalibus* 3. *Ordinis*, Syllabo 2. Authorum.

PETRUS BERGOMENSIS, natione Italus, ex Minoritis Capuccinis, Concionator Provinciæ Brixienſis, Vir doctrina, pietate, ac ſanctis moribus ſelectus, qui vitam Evangelico Profefſore dignam uſque ad ultimum annorum crepuſculum fideliter produxit, ſcripſit Italico ſermone:

*Commentaria doctiſſima ſuper Regulam à S. P. N. Franciſco Fratribus Minoribus preſcriptam, & ſecundam mentem ejuſdem Seraphici Patris.* Ad immortales conceſſit in Conventu Brixia anno 1619. ætatis ſuæ 82. magnum ſui relinquens deſiderium. Ex Genuenſi.

PETRUS BERMUDEZ, Hiſpanus, primò ex Tertiarijs Regularibus Prov. S. Michaelis, demùm verò Regul. Obſerv. Prov. Granatenſis, Vir, tum Latino, tum Græco idiomate, Philoſophia, ac Theologia, necnon utroque jure apprime excultus, ſcripſit:

*Opusculum de inſtitutione ſolemnitatis Preſentationis Deiparæ.* Ex Chronicis Prov. Granatenſis, tract. 3. cap. 68. Obijt anno 1643.

PETRUS A S. BERNARDO, Hiſpanus, ex Diſcalceata Prov. S. Gabriëlis in Extremadura, Vir doctus, abſolutum, ſed ineditum reliquit:

*De Locis communibus, ac ſenſibus Sacræ Scripturæ,* tomum in fol. Aſſervatur in Bibliotheca Conventus S. Petri de Alcantara, vulgò *del Palancar* in laudata Provincia. Vidi.

PETRUS BESSONIUS, Gallus, Droceſis, Provinciæ Pariſienſis Minorum Capuccinorum Concionator, Vir Evangelicarum virtutum luce præfulgidus, quædam

*Opuscula* ſcripſit, quorum inſcriptiones, nec Genuenſis habuit. Hæreticarum armis conſoſſus ad coronas Martyrum evolavit anno 1598. ejuſque corpus ſeptimum poſt annum, Aureliani conquiſitum, integrum, incorruptum, ac rubente aſperſum ſanguine apparuit. Ejuſ vitam conſcripſit Boverius, tomo 2. *Annal.* ad prædictum annum.

PETRUS BLANSACO, Minorita, laudante Uvadingo, ſcripſit:

*Sermones Dominicales,* qui aſſervantur M. S. in Bibliotheca Minorum Mirapiceniſi.

PETRUS A S. BONAVENTURA, Hiſpanus, Diſcalceatæ Provinciæ S. Joſepi filius, Guardianum agens Manilena-

ſis Conventus Provinciæ S. Gregorij in Philippinis Inſulis, typis mandavit:

*Dictionarium illarum Inſularum,* vti narrat Fr. Antonius de la Llave in Chronicis hujus Prov. triennio 14. indice ultimo. Edidit etiam:

*Dictionarium Hiſpanicum,* in tomos 2. in fol. diſtributum. Proderunt in Oppido Pila ex officina Thomæ Pimpin, anno 1613. Vidi.

PETRUS BONAVENTURA, natione Italus, profefſione Minorita elaboravit, ac edidit:

*Annotationes in Commentaria, & Quodlibeta Petri Tataroti.* Venetijs typis Deuchini 1607. in fol. 2. vol. Ex Bibliotheca Telleriana, fol. 39.

PETRUS A S. BONAVENTURA ET SEPULVEDA, Hiſpanus, ex Complutenſi Magiſtro Minorita in Compoſtellana Prov. Regul. Obſerv. de Oratione Mentali ſcribens edidit opusculum inſcriptum:

*Anima iter* impreſſum anno 1614. in 16. Vixit circa annum 1611. De eo Uvadingus, ac Nicolaus Antonius.

PETRUS BOUCHERIUS, natione Gallus, profefſione Franciſcanus, Gallicè edidit librum hoc titulo inſignitum:

*L' Olympe Francoy.* Pariſijs 1624. in 4. Fides ſir apud Alphonſum Laſſor, tomo 1. ſui *Univerſi calamo delineati*, pag. 380.

PETRUS AD BOVES, Gallus, Minorita, Theologus Univerſitatis Pariſienſis, Vir magni ſua ætate nominis, quem (licet Regina nomen tacetur) Regina Franciæ Confeſſarium Uvillotas facit, & meritò fuit enim à Confeſſionibus Iſabellæ de Bavaria Caroli VI. vxoris. Hic, qui noluit eſſe Phaleratus Orator, ſed ſeverus, & inſtituendæ hominum vitæ rigidus Cenſor, quem verè *Eccleſiæ Herculeum* appellat in liminari Epiftola laudandis Concionibus præfixa, illius Author, Concionatoribus dedit:

*Sermones aureos.* Opus eſt tripartitum. Amplectitur prima *Conciones Adventuales.* Secunda, *Sermones à Septuageſima uſque ad diem Paſchæ.* Tertia, *à die S. Paſchæ, & de Sanctis.* Pariſijs apud Jodocum 1521. Lugduni in ædibus Jacobi Mareſcal 1520. in 4. Vidi. Antuerpiæ prodierunt anno 1643. & habentur M. S. in Bibliotheca Colbertina, cod. 2452. Ejuſ in laudem Fr. Joannes Lagrenus, Minorita, cujus ſtudio editio facta eſt.

*Horrea qui in Domini gravidos vis ferre manipulos,  
Hoc poteris campum mentis arare bove.*

ſcripſit etiam, recenſente Uvadingo, ex Uvilloto:

*Directorium præcipuarum quaſtionum Theolog.* certo Indice adjecto.

*Commentaria in 1. Sententiarum.* Habentur M. S. Aſiſijs.

*Orationem præclaram ad Carolum VI.* quæ inedita aſſervatur in Regia Galliarum Bibliotheca. Claruit circa annum 1430. minimè verò anno 1521. quem Uvadingus, & Uvillotus aſſignant. Quieſcit in Aula Capitulari magni Conventus Pariſienſis, inſignijs Pontificijs ejuſ imagini lapidi incisæ inſculptis. Conſule Ludovicum Ballium, parte 3. ſuæ Bibliothecæ Concionatoriæ, cap. 86. pag. 403. aliqua ex laudatis ſermonibus, brevius tamen exſcribentem.

PETRUS BURETIUS. Vide inferius, verbo *Petrus Montanus.*

PETRUS CABEZUDO, Hiſpanus, ex Oppido Zuagæ, Vir doctus, Commiſſarius Sancti Officij in Provincia novi Regni Granatenſis, præſertim in Civitatibus Tuyæ, & Chilæ, reliquit poſteris prælo parata hæc monumenta:

*Libros quatuor de virtute patientiæ, & victoria, quam præſtat in tribulationibus.*

*Libros ſex de malitia, & pernicioſibus effectibus peccati.* Aſſervantur nitido charactere ſcripti in Cœnobio S. Mariæ de Pietate Oppidi Guadalcanali Prov. Angelorum. Hæc Uvadingus à Nicolao Antonio exceptus, ſed idioma deſiderante. Opera laudata ſunt. tomi 10. in 4. ſermone latino conſcripti. *In quatuor primis pertractat de victoria patientiæ, & triumpho tribulationum.* In 5. *de peccato mortali.* In 6. *de veniali.* In 7. *de fortitudine peccati mortalis.* In 8. *de ejuſ ſeditate in 9. de nominibus peccati mortalis.* In 10. *de ejuſ poena.* Habentur in Provincia Angelorum, cujus filius fuit, & cuſtodiantur in Bibliotheca Conventus S. Ludovici, cujus Guardianum egit, teſte Fr. Franciſco Velazquez in Hiſtoria inedita laudatæ Provinciæ, quam Hiſpali legi in Bibliotheca Conventus S. Antonij. Ibidem narratur ad Episcopatum Chilenſem aſſumptum fuiſſe. Laudatur à Fr. Vincentio Coronelli, tomo 7. *Biblioth. Univerſ. numero 59.*

PETRUS CABRERA, Hiſpanus, ex Regulari Obſerv. Prov. Granatenſi, eruditus Concionator, communem, vti ex relatu habeo, Hiſpanè fecit:

*Concionem de Ss. Dominico, & Franciſco.*

*Concionem de Sacra Euchariftia.*

*Concionem de Sancta Cruce.* Ad manus autem meas hæcenus non devenere.

PETRUS CALANNA, Thermitanus, ex Minoritis Conventualibus Provinciæ Siculæ, Sacræ Theologiæ Magiſter, Vir profectò (vt Mongitori loquar, tom. 2. *Bibliothecæ Siculæ*) eminentiſſimi ingenij, qui in Philoſophicis, ac Theologicis ſtudijs eximiam ſubtilitatem manifeſtavit, & in nonnullis Academijſ gravioreſ diſciplinæ docuit magnam nominis famam aſſecutus, edidit Latine opus eruditum, ſub titulo:

*Philoſophia Seniorum Sacerdotia, & Platonica, à Junioribus, & Laicis neglecta Philoſophis, de Mundo animarum, & corporum.* Panormi apud Joannem Antonium de Franciſcis 1599. in 4.

*Orationem funebrem in obitu Philippi II. Hiſpaniarum Regis.* Ibidem, ac ejuſdem typis in 4. Obijt Thermiſ 19. Januarij 1606. & in Eccleſia proprij Cœnobij ſeorſim ab alijs ſepultus eſt. Ejuſ laudes habes apud laudatam Bibliothecam, & apud tom. 7. *Bibliothecæ Coronelli*, col. 237.

PETRUS CALARITANUS, Capuccinus, Theologus, ac Miniſter Provincialis Prov. Sardinia, ingenti ſtudio conſecit

*Commentaria in 4. libros Sententiarum S. Bonavent.* Inedita ob Authoris mortem aſſervantur in Conventu Calaritano, teſte Genuenſi.

PETRUS A CALATIA, Neapolitanus, ejuſdem Provinciæ Minorum Capuccinorum alumnus, Concionator doctus, & facundus, necnon Poeta eruditus, ſcripſit, & typis dari permiſſit:

*Epigramma varia Moralia, & alia Carmina.* Neapoli apud Octavium Beltramum, anno 1648.

PETRUS CALDARINUS, ſive CALDERONUS, Meſſanenſis, Vir, inter Minores Conventuales Prov. Siculæ, pro-

profundissimi ingenij, magnisque virtutibus ornatus, Sacrae Theologiae laurea insignitus, scripsit:

*Comuentaria in Officium Prophetam laudata* tomo 2. Biblioth. Siculae. Antio-

chenfis Episcopus (forsan Patriarcha) electus decessit Mesianae. Jacet in Ecclesia S. Francisci, ubi in ejus laudem, hoc legitur Epitaphium à Georgio Gualterio in Tabul. Sicil. pag. 83. relatum:

Hic jacet R. Pater, & Dominus  
F. Petrus Calderonus Episcopus Antiochenfis electus,  
qui obiit anno Domini M. CCCC. XL.  
XXIV. mensis Novembris.  
Cujus anima requiescat in pace. Amen.

PETRUS CALIXTUS CAMPETTI, Capuccinus, natione Gallus, patria à S. Severo, Provinciae Aquitaniae filius, doctissimus Verbi Dei Declamator, ac salutis animarum zelo fervidus; generis nobilitate, doctrinae praestantia, ac vitae perfectione illustris; scripsit, ac typis dedit opus praecclarum ad usum, & commodum omnium Pastorum Sanctae Ecclesiae Catholicae, sub hoc titulo:

*Pastor Catholicus, sive Theologia Pastoralis in tres partes distributa; scilicet, in Catechisticam, Moralem, & Sacramentalem, in quibus rudimenta Fidei, & ea, quae ad bonos mores pertinent, plentius explicantur.* Tom. 1. in folio. Lugduni sumptibus Philippi Borde, anno 1668. Scripsit etiam alia duo volumina in 8. & sunt:

*De Praeceptis Decalogi, & Ecclesia.*

*De peccatis septem mortalibus, & Censuris Ecclesiasticis.* Ibidem apud eundem anno 1669. Haec tria opera omnium, etiam Regularium sensu praecipua habentur inter Catechistica, & Commentaria, maximeque ab omnibus Viris doctis commendantur. Obijt devotissimè Burdigalae anno 1670. Ex Compilatore Scriptorum Capuccinorum.

PETRUS CALO, Venetus, quem Georgius Vicellius, & Possivinus, nostri faciunt Instituti, Dominicanus fuit, & scripsit:

*De Vitae Sanctorum* duo ingentia volumina, quae teste Leandro Alberto, lib. 4. de Viris Illustribus Ordinis Praedicatorum, inedita asservantur in Bibliotheca Dominicana Bononiensi. Consentiant Uvadingus, & Alva. Lege Bolandum in praefatione generali ad Vitas Sanctorum, §. 4.

PETRUS DE CAMPIS, Gallus, primitus Regularis Observ. deinceps Ca-

puccinus, Prov. Parisiensis alumnus, qui semel, & iterum Sepulchrum Domini visitavit, & ubique Haereticos acerrimè insectatus Latine exaravit:

*De Controversijs Fidei contra Calvinistas.* Obijt devotissimè Bruxellis anno 1589. Ex Genuensi.

PETRUS A CAMPO, Hispanus, Hispanensis, ex Tertio Ordine Seraphico, Musis valde deditus, praelo commisit:

*Epithalamium Duels del Sesto*, Matriti apud Franciscum del Hierro in 4. sed suppresso nomine. Vidi.

*Proserpinam* ibidem 1721. in 4. Vidi. Inedita reliquit, sed edenda versu heroico elaborata.

*Fabulas Narcisi, & Orphaei*, & alia plura *Poemata.* Habentur M. S. Matriti in Bibliotheca Exc. Ducis de Alburquerque. Vidi. Obijt Matriti anno 1726. die 25. Julij.

PETRUS DE CAMPOPOLITO, Callus, Regul. Observ. Theologus, Episcopus Pamphiliensis, & Archiepiscopi Ebredunensis suffraganeus, scripsit:

*De Excellentia Seraphica Religionis, sive Theaurum Regularem, & Historiam Ord. Minorum.* Ebreduni apud Stephanum de Prato 1620. in 4.

*In varios libr. Sacra Scriptura.* Ex Uvadingo.

PETRUS DE CANDIA. Vide tomo 1. hujus Bibliothecae, pag. 34. verbo *Alexander V.*

PETRUS DE CAÑEDO, Hispanus, Salmanticensis, ex Regul. Observ. Prov. S. Jacobi, Theologus, & apud Fidei Judices, Compostellae Consultor, vernaculè dedit:

*Compendiolum de Sacramentis*, quod Uva-

Uvadingus, & ex eo D. Nicolaus Antonius *Summam Casuum Conscientiae* appellat. Salmanticae per Joannem, & Andream Renaut, fratres, anno 1592. in 8. Vidi. Ineditum reliquit:

*Directorium Curatorum*, laudatum in Catalogo Scriptorum Prov. S. Jacobi apud Archivium Ordinis Matritense. Vixit anno 1587. Memoratur à D. Egidio Gonzalez in *de Ecclesia Salmantina*, pag. mihi 22.

PETRUS CAPONSACOHUS DE PANTANETO, Italus, Aretinus, qui vixit anno 1586. typis commisit:

*Observationem in Cantica Canticorum, & Apocalypsim.* Florentiae 1571. in 4. & 1586. in fol. Ex Jacobo Le-Long, tomo 2. Bibliothecae Sacrae, fol. 666.

PETRUS CAPULLIUS, Cortonensis, ex Minoritis Conventualibus, Venetijs, Bononiae, ac Romae Sacrae Theologiae professor, & ob eminentem doctrinam cognomento *Maestrinus*, Vir pius, ac demum Episcopus Conversanus, communis juris fecit:

*Commentaria in 1. Sententiar. S. Bonaventurae.* Venetijs apud Joannem Gueril, anno 1622. in fol.

*Commentaria in 2. Sententiarum S. Bonaventurae.* Ibidem in fol. Vidi. Obijt in suo Episcopatu die 24. Junij anno 1625. sepultus in Cathedrali in Sacello S. Francisci à se constructo. Ejus cum laude meminit Coronelli, tomo 7. Bibliothecae Univers. col. 1405. & Terrinca in Theatro Provinciae Tusciae, pag. 210.

PETRUS CARUEL, Minorita, teste Tosigniano, edidit.

*Directorium Juris* in Angelica citatum. Praeterrmittitur à Uvadingo. Indistinctum judico à Petro Quessvello de quo inferius, licet etiam citeretur initio *Summae Baptistae Trovamal*, sub titulo: *Petrus Casuel.*

PETRUS CASCALES, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Castellae, egregius Praedicator, & Sacrae Theologiae professor, cujus Viri, & quidem prudentissimi, opera vsus est Philippus II. pro vendicando sibi Regno Lusitaniae, à multis Principibus, juxta varios titulos praetexto, scripsit:

*Sermonum variorum quatuor magna volumina*, quae habentur M. S. in Biblioth. Religiosissimi Cœnobij S. Mariae de Saliceto. Haec Uvadingus à D. Nicolao Antonio exceptus, & meritò; testatur enim Ill. D. Petrus Gonzalez, lib. 3. Historiae

Dominæ nostrae de Saliceto, cap. 22. pag. 685.

PETRUS DE CASTILIONE, Minorita, Italus, laudante Uvadingo, scripsit:

*Brevem lectionem in libros Sententiarum* scriptam in Academia Conimbricensi. Insuper:

*Quodlibeta pro cursu suo in eadem Universitate*, quae absolvit die 28. Junij anno 1453. vti habetur in fine magni Codicis M. S. in fol. qui asservatur in Bibliotheca Minorum Varesij apud Insabres, Uvadingo teste.

PETRUS DE CASTROBEL, scripsit:

*Commentarios in varios libros Philosophorum.* Illerdæ anno 1489.

*Commentarium in Symbolum S. Athanasij.* Pampilone in 4. Haec Uvadingus; à Uvilloto enim, & Nicolao Antonio praeterrmittitur. Complura autem supplementa nunc adjiciam. *PETRUS*, minime *CASTROBEL*, sed *CASTROVOL*, natione Hispanus, ex Majorica Legionensis Diocesis, Minorita, Sacrae Paginae Magister, & Prov. Aragoniae Minister Provincialis, plura reliquit sui ingenij monumenta. Ea sunt:

*Super Symbolum S. Athanasij.* Incipit: *Quamvis mihi laboriosum.* Vidi in Extramadura in Bibliotheca Conventus Bononiensis S. Mariae de Luce Prov. S. Gabrielis, sub littera A. num. 162. Est antiqua editio in 4. in cujus calce ita legitur: *Tractatus super Psalmum: Quicumque vult per R. in Christo Seraphici Ord. Fr. Petrus de Castroval in Sacra Pagina Magistrum compilatus, rursus Tolose revisus, fideliterque examinatus, Pampilone impressus fuit.*

*Commentum super libros Economicae, secundum translationem novam Leonardæ Aretini.* Pampilone apud Guilielmum de Brocario 1496. in fol. Vidi. Incipit: *Et qua rogasti me.*

*In octo libr. Politicorum, secundum eandem translationem.* Ibidem per Arnaldum Guilielmum 1496. in fol. Vidi. Incipit: *Requisivit me.*

*Super libros de Caelo, & Mundo.* Editio antiqua in fol. facta anno 1488. Incipit: *Cogit me charitas.* Vidi, & habetur in Bibliotheca Hispanensis Ecclesiae.

*In libros de Generatione, & Corruptione*, etiam in fol. & eodem anno. Incipit: *Te servare me cogit.* Vidi, & extat etiam ibidem.

*In libros Metheorum.* Ibidem, etiam in fol. & eodem anno. Vidi.

*Super libros de Anima*, tomus in fol. editus anno 1488. & ibidem asservatur. Vidi.

*Super libros parvos naturales Aristotelis* etiam in fol. ibidemque, in cuius fine hæc habentur: *Præclarissimi Doctoris, ac in Prov. Aragonia Fratrum Minorum Ministri meritissimi Fratris Petri de Castrovól professoris eximij opus perutilissimum super totam Philosophiam naturalem, secundam novam, excellentemque Leonardi Arætini translationem feliciter explicat. Quod in nobili Civitate Illerdensi impressum est summa cum diligentia anno salutifera Incarnationis Domini nostri Jesu Christi 1489. 12. die mensis Novembris.* Vidi.

*Super libros Ethicorum.* Editio antiqua in fol. per Henricum Botel, anno 1489. absque loco, in Bibliotheca Hispanensis Ecclesiæ. Vidi. Titulus prævius hic est: *Incipit scriptum, seu commentum super libros Ethicorum Philosophi Aristotelis factum per Fratrem Petrum de Castrovól Ordinis Fratrum Minorum, ac Sacræ Theologiae Magistrum, natione Hispanum de Regno Legionensi, & de Villa vocata Mayoza, quod quidem scriptum, seu commentum factum est super novam translationem Leonardi Arætini.* Incipit: *Proposuit hoc opus formare.*

*Formalitarum* tomus in 4. editus anno 1468. typographo, & anno minimè expressis. Vidi, & habetur in Extremadura in Civitate Pacis Augustæ in Bibliotheca Conventus Regul. Observantiæ sub N. tum. 35. Floruit anno 1497.

PETRUS CHAMFOLINUS, natione Gallus, Patria Gallo-Forensis, Provinciæ Aquitanæ Minorum Capuccinorum alumnus, Vir in eadem Provincia maximè commendatus: qui munus Concionatorum, atque Seraphicæ vitæ stadium magno cum Catholica Fidei, ac salutis animarum zelo, paupertatis, humilitatis, ac aliarum virtutum splendore fidelissimè est profecutus, optimè interpretatus est:

*Regulam Fratrum Minorum, juxta mentem Seraphici P. N. S. Francisci, & totam suam perfectionem.* Hæc expositio prodijt primùm Ruesij sumptibus Claustrianis anno 1646. deindè Parisijs anno 1651. in 8. De illo meminij Uvadingus à Genuensi exceptus.

PETRUS A S. CATHARINA,

Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Josephi, Sac. Theologiæ Professor. Definitoris munere functus, elaboravit, ac edidit ad mentem Doctoris Subtilis:

*Cursum integrum Philosophicum* impressum Venetijs typis Pauli Balleonij 1697. tribus volum. in 8. Vidi. Claruit anno 1690. Vide inferiùs verbo *Thomas à S. Josepho.*

PETRUS DE CETINA, Hispanus, strict. Observ. Discalceatorum Provinciæ S. Gabrielis, Cœnobij Caurientis Guardianus, Sacræ Theologiæ Lector, & Definitor, jubente Francicò à S. Laurentio Ministro Provinciali, dedit ad Benignum à Genua Ministrum Generalem:

*Historiam dictæ Provinciæ*, Hispanè in 4. Vidi, & asservatur in Archivio ejusdem Provinciæ.

*Historiam ejusdem Provinciæ ab anno 1559. usque ad annum 1621.* Vidi. Utrumque opus habuit Uvadingus pro Minorum Annalibus conficiendis. Authorem, qui anno 1650. vivebat, commendant Uvadingus, Nicolaus Antonius, ac Teissierius, tomo 2. sui Catalogi, pag. 221.

PETRUS CIANNOLIUS, natione Italus, Patria Mutinensis, Provinciæ Bononiensis Minorum Capuccinorum Concionator, Serenissimi Francisci Estensis Ducis Mutinæ intimè familiaris, & à Confessionibus: Vir consilio prudens, doctrina præstans, ac vitæ, morumque integritate venerandus, scripsit Italicè, ac prælis submisit:

*Librum Epistolarum, tam Moralium, quam Spiritualem cujuscuque generis.* Parmæ apud Marium Vignam, anno 1649. in 4. Descripsit etiam eodem idiomate:

*Idæam Principum Christianorum exhibitam in vita, & gestis B. Beatricis Estensis, quam dicavit S. M. Regina Hispaniarum.* Mutinæ apud Julianum Casnanum, anno 1650. Tom. 1. in 4.

*Vitam B. Contardi Confessoris ex Familia Estensi, cujus corpus requiescit in Oppido Ducatus Mediolanensis.* Ibidem apud eundem 1648. in 4. testatur Genuensis.

PETRUS CID, Hispanus. Regular. Observantiæ Prov. S. Michaelis, celebris Concionator, Diffinitoris munere functus, emisit à se habitas Hispanè:

*Historicam Panegyrim de Domina nostra de Valvanera*, in 4.

*Eucharisticam Concionem pro triumphis D. Philippi V. Hispaniarum Regis.* Matriti 1701. in 4. Vidi.

PE:

PETRUS CITUS, Capuccinus, natione Italus, patria à Martina in Apulia, Provinc. Hydruntinæ alumnus, Vir Evangelica prædicatione celebris; ingenio, eruditione, ac religiosis moribus nitens: in quo etiam facultatis Poeticæ, cæterarumque liberalium Artium splendore optimè emicuerunt, scripsit Italicè, ac prælo tradidit:

*Poema Sacrum de Doloribus Beatissime Virginis Mariæ.* Licij apud Petrum Michaelem, & Nicolaum Franciscum Brusum, anno 1643. in 8. Descripsit etiam:

*Historiam Beatæ Mariæ Hydruntinæ nuncupata, quam etiam Rythmis Italicis, & versibus exornavit.* Ibidem apud eundem anno 1645. De eo meminerunt Hippolytus Marracius, lib. de Scriptor. Marianis, litt. P. Uvadingus de Scriptor. Ord. Minor. Nicolaus Toppi in Bibliotheca Neapolitana, ac Genuensis. Vivebat anno saluti 1643.

PETRUS COELESTINUS. Vide verbo *Cælestinus de Monte Marsano*, tomo 1. hujus Biblioth. pag. 273.

PETRUS DE COLLANTES MORIZ, Hispanus, Regul. Observ. Provinc. Granatenis, Lector emeritus, & à Censuris Theologicis S. Officij, publici juris fecit eruditam:

*Concionem de Inventione S. Crucis in populo gravi habitam.* Granatæ per Blasium Martinez 1624. in 4. Vidi.

PETRUS DE COLLE, natione Theutonicus, Minorita, in sæculari Philosophia egregiè doctus, ac in Divinis Scripturis eruditus opus instructum edidit in Concilio Basiliensi recitatum:

*De Auctoritate Concilij.* Incipit, *Trithemio laudante: Regnavit Ecclesia, &c.* Extant ejusdem:

*Questionum notabilium in Magistrum Sententiarum*, lib. 1.

*Multiplicium Concionum*, lib. 1. & alia complura, quæ ad manus meas non devenere. Claruit anno Virginci partus 1440. De eo Tosignianus, Uvadingus, & alij.

PETRUS A CONCEPTIONE, Minorita, Hispanus, Hispanicè edidit libellum, sub hoc titulo:

*Flatus in defensionem puræ Conceptionis Domine nostræ V. Mariæ contra nonnullos atomos Soli veritatis objectos, &c.* Vaylone 1661. in 8. Vidi. Laudatur in Militia, & in Appendice Marracij. Claruit circa annum 1670.

PETRUS A CONCEPTIONE, alter, Hispanus, ex Regul. Observantia

Provinciæ Nominis Jesu à Guatemala, Apostolicus Concionator, typis subjecit:

*Orationem funebrem Panegyricam in obitu V. P. Fr. Melchioris Lopez à Jesu ejusdem Instituti, ac muneris.* Mexici in typographia Mariæ de Benavides 1700. in 4. Vidi.

*De Doloribus purissime Delparæ.* Hispali per Joannem de la Puerta 1705. in 4. Vidi.

PETRUS A CONCEPTIONE, alter, Hispanus, ex Regul. Observ. Apostolicus Concionator, Fundator Collegij Missionariorum Urbis de Zacathecas in Occidentalibus Indijs, & Episcopus designatus Ecclesiæ S. Joannis de Puerto-Rico, opus edidit prænotatum:

*Aurum Numisma*, in duas partes distributum. Agit in prima Hispano idiomate de *Doloribus Virginis.* In 2. de *Passione Christi.* Matriti anno 1706. Vidi.

PETRUS DE CORNIBUS, Minorita, ac Parisiensis Doctor, Rodolphum si excipias, lib. 3. Historiæ Seraphicæ, multa scripsit, quæ tamen desiderantur. Floruit anno 1555. Ejusdem memoriam fecit Fr. Augustinus de Uvite in *Catalogo Scriptorum illustrium Ordinis Minorum*, pag. mihi 65.

PETRUS CORREA, Hispanus (à Uvadingo, & Nicolao Antonio illaudatus) ex Regul. Observ. Prov. Angelorum, munere Concionator, ac Historicus; Guardianum agens Cœnobij de *Constantina*, Hispana lingua edidit:

*Speculum vitæ ex tragicis exemplis confectum.* Ulyssipone apud Antonium Alvarez 1639. in 8. Vidi.

*De Fundatione Conventus S. Mariæ Angelorum ejusdem Provinciæ.* Ad manus meas non devenit, verùm lucem publicam vidit, vti recensetur in Catalogo Scriptorum Prov. Angelorum ab anno 1596. apud Archivium Ordinis Matritense. Insuper, ex eodem Catalogo, scripsit, edendaque reliquit:

*Compendium Historicum originis Conceptionistarum.* Habetur M. S. in 4. Hispali in Archivio Conv. S. Antonij. Vidi. Incipit: *Poco mas.*

*Medicinam mortis, ac tentationum remedia*, etiam vernaculè:

*Dictionarium locorum antiquorum Hispaniæ*, eodem sermone.

*Chronologiam Imperatorum, ac Regum Mundi*, lingua Hispana.

*De amplitudine Domus de Bejar, ac Stemmatis gentis de los Zuñigas.*

No.

*Nofocomium Mundi aduersum vitia amplectentes.*

*De nobilibus Stemmatibus Hispania Decades.* Ex his plura habentur in laudato Archivio. Vidi.

*Historiam Provincie Angelorum, ac gesta quorundam Venerabilium Fratrum ejusdem Prov. filiorum.* Asservatur M. S. in fol. in eodem Archivio. Vidi. Floruit circa annum 1636. Memoratur à RR. Guadalupe in Chronic. Prov. Angelorum, lib. 10. cap. 10.

PETRUS CORREA, Lusitanus, ex Oppido Moura in antiqua Batica, Regul. Observ. Prov. Algarbiorum, celebris Ecclesiastes, Guardianus, ac S. Inquisitionis Eborensis Deputatus, proprio Lusitanæ idiomate, publici juris fecit:

*Conspirationem uniuersalem septem vitiorum contra virtutes.* Ulyssipone apud Petrum Craesbeeck, anno 1615. in fol. Vidi.

*Triumphorum Ecclesiasticorum*, partem primam, quæ Conciones de Sanctis amplectitur. Ibidem per eundem anno 1617. in 4. Vidi.

*Triumphorum Ecclesiasticorum*, partem secundam, seu *Conciones de Christo, & Christipara.* Eboræ formis Emmanuel. Carvalho 1623. in 4. Vidi.

*Speculum vite*, editum Ulyssipone 1639. ipsi donat Uvadingus, & ex eo Nicolaus Antonius, sed perperam. Vide præcedentem Correa.

*Goncionem habitam in solemnibus Actibus Dei.* Eboræ per Emmanuelem Carvalho 1627. in 4. Vidi. Demum ex Nicolao Antonio emisit:

*Triumphos Seraphicos*, anno 1623. Floruit anno 1630.

PETRUS CORVARIUS, seu CORBARIO. Vide inferius, verbo *Petrus Rarnaldus*.

PETRUS CRABBIUS, minimè *Scabbeus*, Belgæ, Mechliniensis, ex Regulari Observ. in Patria, aliisque in locis sæpè Guardianus *Concilia* collegit. Sed præstat hic inferere verba R. P. Fr. Petri de Alva in suo *Alphabeto Principiorum*, principio 18. sub littera R. *Religionis Christianæ*, inquit, *Concilia* omnia, tam Oecumenica generalia, quam Provincialia, ab Apostolorum temporibus, vsque in hanc ætatem à SS. Ecclesiæ PP. celebrata, ex diversis, & vetustissimis, ac diversarum Regionum Bibliothecis, vbi in tenebris latitabant, quæsvit, extraxit, suæ integritati restituit, & ad

tres reducta tomos in lucem emisit, & typis mandavit N. Fr. Petrus Crabbe Mechliniensis, atque hic primus exitit qui Epistolas omnes Decretales SS. Pontificum in vnum collegit corpus, & primus Religionis Christianæ fontes, ante invios, ad Dei gloriam, Ecclesiæ tamen puros, & *vividos aperuit.* Hæc eruditus Alva. Ergo:

*Conciliarum collectio* nostri Crabbij edita est primò Colonie apud Petrum Quentel, anno 1538. Et ibidem per Joannem Quentel, anno 1551. tom. 3. in fol. Vidi. Anno 1565, ad quatuor auxit Laurentius Surius, cujus de Petro ad Philippum II. Hispaniarum Regem, tom. 1. hæc habentur: *Annis superioribus, multo labore, & sudore, ex diversis Biblioth. quidquid haberi poterat collegit, atque in vnum corpus, tum Synodos, tum Epistolas, Pontificum Decretales redegit, suoque digestsit ordine Vir doctus, & pius Petrus Crabbe, apud Mechliniam professione Franciscanus, &c.* Anno 1618. Severinus Brinius in multis auxit; vnde successivis incrementis habentur 36. tomi Conciliarum, sub titulo: *Collectio Regia, Parisijs edita.* Mortuus est in Patria anno 1554. die 30. Augusti, ætatis 83. Memoratur cum laude à Uvadingo, Valerio Andrea in Bibliotheca Belgica, & alijs.

PETRUS DE CRUCE, Lusitanus, Conventualis, ex Provincia Portugalliæ, scripsit:

*De Entibus rationis ad mentem Scotti.*

*Anti-Minorica pro Clausuralibus.* Venetijs an. 1501. & 1505. per Simonem de Luere in 8. Ex Uvadingo, Nicolao Antonio, & Fr. Ferdinando à Solitudine, tom. 5. Chronicor. Prov. Portugalliæ.

PETRUS DAVID, Minorita, Gallus, publici juris fecit:

*Sermones Adventus.* Parisijs 1664. in 8. Vidi. Insuper, opus prænotatum:

*Summula Philosophiæ ad mentem Scotti.* Ibidem 1649. in 8. vii legitur in Bibliographia Anissoniana edita anno 1726.

PETRUS DIAZ MORANTE, Hispanus, litterarum ludi Magister, atque nulli sua ætate in arte formandi litteras secundus; atque adeò Examinator ejusdem artis Professorum, tertiam Regulam Franciscanam professus, Habitumque Tertiariorum propalam indutus; scripsit, ac publici juris fecit:

*Principum instructionem* in 4. partes divisam. Prima, & secunda prodierunt Martii

triti 1623. & 1624. Tertia, sub titulo: *Ars nova scribendi*, ibidem 1629. Quarta impressa fuit ibidem typis Joannis Gonzalez 1631. in 4. Regali, & pulcherrimis characteribus. Vidi. Eum commendat D. Nicolaus Antonius. Claruit anno 1624.

PETRUS DOMINGO, Hispanus, ex Discalceata Prov. S. Joannis Baptistæ in Valentino Regno, Apostolicis Missionibus deditus, stylo signavit:

*Devotionaria multiplicia, adjectis quibusdam Novenis.* Edita hæc sunt, sed neutrum cum viderim, fides sit apud Relationem laudatæ Provincie ad me missam. Vidi dumtaxat:

*Stationem ad S. Michaelem* diffusam, impressam Barcinone typis Raphaelis Figuero 1709. in 16.

*Orationem funebrem in obitu V. Virginis Rufinæ Rosæ à Jesu Tertiariæ Franciscane.* Oriolæ 1697. in 4.

PETRUS DOVE, Gallus, Minorita, fidem si facias D. Antonio de Leone in sua Bibliotheca Mariana, quam Teisserius laudat, fol. 23. sui Catalogi, & ineditam vidi, ac legi in Matritensi Bibliotheca Conv. Regul. Observ. Gallicè edidit opus inscriptum:

*Imago virtutis, ac Sanctissima vite Domina nostra.* Parisijs 1540. in 8. Fortè indistinguitur à Petro Deveze qui Minorita non fuit, & Marracio teste parte 2. suæ Biblioth. Marianæ, Gallicè edidit: *Imaginem perfectionis, seu Vitam gloriose Virginis Mariæ Matris Dei.* Paris. apud Petrus Recolet 1644. in 8.

PETRUS ESCUELA, Hispanus, in Oppido Maella Casaraugust. Diocesis natus, in Aragonensi Prov. Regul. Observ. Concionator, emisit à se habitam:

*Panegyricam Concionem de S. Elisabetha Hungaria Regina.* Casaraugustæ per Paschalem Bueno 1701. in 4. Vidi. Aliorum spem mors succidit. Obijt enim die 21. Martij 1715.

PETRUS, nullo cognomine addito, ex Minorita Episcopus Epulanus, S. Ludovici Episcopi individuus Comes, descriptit:

*Vitam S. Ludovici Episcopi.* Consule Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem XIX. Augusti, §. 3. & in AA. Indice. Claruit circa annum 1310.

PETRUS ESPINOSA DE LOS MONTEROS, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Castellæ Filius, & Pater, Leg-

Tom. II.

tor emeritus, Regius Concionator, à Theologicis Censuris S. Officij, & à Secretis Ordinis, publicavit à se habitam in populo gravi:

*Orationem funebrem in Exequijs D. Sor. Mariana Austriacæ à Cruce.* Matriti, ex typographia Emmanuelis Ruiz 1715. in 4. Vidi.

*Orationem in obitu Ludovici I. Hispaniarum Regis.* Ibidem, per Thomam Rodriguez 1725. in 4. Vidi.

*Orationem funebrem in laudem RR. P. Fr. Antonini Cloche, Ordinis Prædicatorum Magistri Generalis.* Ibidem 1720. in 4. Vidi. Ad Episcopatum Jaccæ assumptus impræsentiarum sedet.

PETRUS ESTEVE, Hispanus, Regular. Observ. Valentinae Prov. Apostolicus Concionator; Hierosolymitanus Commissarius, Vir profectò virtutibus; ac dono prophetiæ insignis, scripsit veteri naculè:

*Historiolam Dertofensem, seu de gestis in obsidione, ac recuperatione hujus Urbis in Catalaunia.* Valentia typis Silvestri Sparza 1651. in fol. Vidi. Ligato sermone concinnavit:

*Gaudia Jesu pauperis*, opus sanè devotissimum; ac pariter:

*Historiam S. Sepulchri.* Utrumque opusculum, vna cum alijs *Carminebus* publicavit Fr. Christophorus Mercader laudatæ Prov. alumnus, vna cum ejus Vita typis data Valentia anno 1677. in 4. Habentur à fol. 121.

PETRUS FABER, Gallus, Minorita, laudante Uvadingo, scripsit Gallico idiomate:

*De gratia, & operibus Spiritus Sancti.* Memoratur etiam à Uvilloto, & à Fr. Augustino de Uvite in *Cathalogo Illustrorum Scriptorum Ordinis Minorum*, pag. mihi 61. sed uterque de tempestate qua floruit tacet.

PETRUS FERAY, natione Gallus, professione Minorita, Concionatoribus, dedit Gallica lingua:

*Conciones 24. Adventuales super cap. 12. Apocalypsis, adjecto Sermone de Immaculata Virginis Conceptione.* Parisijs per Joannem Pitu 1618. in 8. Pertractant de eod. D. Leo Pinedo in sua Bibliotheca Mariana M. S. & Alva in Militia, col. 1164.

PETRUS FERMOSELLO, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Baticæ, qui Guardianum egit Hispalensem conscripsit, ac edidit;

PP.

Com.

*Commentaria in Logicam Francisci Tielman*, nisi opus indistinctum sit ab alio in scripto:

*Tractatus argumentationum, & solutionum in totam Francisci Tielmanni Dialecticam.* Hispali apud Martinum à Montefdoca 1555. in 4. Vidi. Primum laudat ex Uvadingo, D. Nicolaus Antonius, ejusque editionem Hispalensem eodem anno 1555. factam.

PETRUS FLORIANUS, Hispanus, Discalceatæ Prov. S. Gabrielis Filius, Apostolicis Missionibus in Custodia de Paraguay Argentei fluminis vacans, utilitati Neophitorum illius Regionis consulens, eorum idioma edidit:

*Doctrinam Christianam*, ut ipsemet testatur in Epistola ad Fr. Joannem Baptistam Moles. Et opus, & Epistola memorantur tomo 4. Chronic. Prov. S. Gabrielis, lib. 8. fol. 524. Claruit circa annum 1607.

PETRUS FOSSECHUS, Italus, Minor. Conventualis, scripsit:

*Commentaria in Antiphonam majorem Sæve Regina.* Ticini anno millesimo sexcentesimo quarto. Hæc Uvadingus. Commentaria laudata sunt *Conciones sex Italica lingua*, & prodierunt ibidem ex typographia Petri Bartholi 1604. in 8. Vidi. Edidit etiam Italicè:

*Carmina Sacra in laudem Reginae Angelorum.* Habentur à fol. 86. & incipiunt: *O Gloriosa Donna, &c.*

PETRUS FRANCISCUS, Genuensis, ejusdem Prov. Minorum Capuccinorum Concionator, Theologiæ quæ ad mores spectat professor, plurimumque Conventuum Guardianus, servato sensu, proprietateque verborum, ex Hispano in Italicum idioma, sub titulo:

*Mystica Città di Dio, Miracolo della sua Omnipotenza, &c.* Opera vertit V. Matris Mariæ à Jesu de Agreda. Prælo matura erant anno 1691. teste Genuensi in Appendice.

PETRUS FRANCISCUS VERCELLENSIS, Regul. Observ. Provinciae Mediolanensis, in Sacris Canonibus eruditus, multis annis in Ecclesia Archiepiscopali Mediolanensi Pœnitentiarii functus officio, scripsit:

*Lecturam in Summam Francisci Cardinalis Toleti.*

*Lecturam in quosdam tractatus, sive titulos Summæ Angelicæ.* Extant M. SS. in Bibliotheca Coenobij Viridarij, sive del Giardino Mediolanensis.

*Commentarios in Tertiam Regulam S. Francisci.* Hæc Uvadingus à Rossoto exceptus in Syllabo Scriptorum Pedemon-tij. Ineditos quoque reliquit:

*De Theologia Morali* tomos 15. teste Fr. Joanne à Vacallo in *Descriptione Historica Prov. Reformatæ Mediolanensis*, apud Archivium Ordinis Matritense. Legi.

PETRUS A S. FRANCISCO, Lusitanus, Regularis Observ. Prov. Portugallia Lector emeritus, ac Pater, lingua Lusitana emisit:

*Expositionem Psalmi 50.* (minimè primi, uti narrat D. Nicolaus Antonius) Ulyssipone apud Petrum Craesbeeck, anno Virginæ partus 1629. in 4. Vidi. Memoratur à Jacobo Le-Long, pag. 903. suæ Biblioth. Sacræ.

PETRUS DE LA FUENTE, seu A FONTE, Hispanus, ex Bætica Provincia Regularis Observantia, pius, ac eruditus Concionator, & S. Officij Qualificator, minimè pœnitenda elaboravit. Edidit vernaculè:

*Directorium Religiosorum*, cui adjungitur *Expositio Sacrarum Vestium, & Mysteriorum Missæ.* Hispali per Simonem Faxardo 1646. in 4. Vidi.

*Transitum stricissimum Jordanis mortis.* Hispali apud Clementem Regium 1664. in fol. Vidi.

*De modo adjuvandi morti appropinquantes*, cui adjungitur *tractatus de Methodo efformandi Testamentum, & tractatus de Indulgentiis concessis Chordigeris Franciscanis.* Ibidem typis Joannis Gomez de Blas 1640. in 4. Vidi.

*Septentrionem peccatorum.* Valentia apud Josephum Gasch 1646. in 8. Vidi. Claruit circa annum 1660.

PETRUS GABRIEL DE ARAGON, Hispanus, Minorita, scripsit, ac edidit à se habitam:

*Concionem de Purissima Conceptione Deipara*, impressam cum alijs Cæsaraug. 1619. in 4. Ex Fr. Petro de Alva col. 1165. *Militia.*

PETRUS GALAN, Hispanus, Theologus, ac Custos Carthaginensis Prov. Regul. Observ. emisit:

*Orationem funebrem in translatione ossium Marchionem de Ayamonte.* Prodiit anno 1608. in 4. sed loco non expresso. Vidi. Incipit: *A lo que el Latino.*

*Concionem de festivitate Immaculatae Conceptionis Reginae Sanctorum omnium.* Con-

*Conchæ 1615. in 4.* Laudatur in Appendice Marracij, & in *Militia*, col. 1165.

PETRUS GALATINUS, Apulus, Provinc. S. Nicolai, Reg. Observ. Minister, Vir Græcæ, Hebraicæ, Chaldaicæ, & Latinæ linguæ perquam peritus, Philosophiæ, & Theologiæ professor, L. Pucio Sanctorum quatuor coronatorum Cardinali familiaris, Pœnitentiarius Apostolicus, cum Joannis Capnionis Maximiliani Imperatoris Consiliarij operibus contra Judæos scriptis quidam detraherent, prædictorum Cardinalis, & Imperatoris hortatibus, & Leonis X. nutu Capnionis suscepit defensionem. Scripsit itaque:

*De Arcanis Catholicae veritatis*, opus perquam utile Reip. Christianæ, summo peritè commendatum, ex Thalmud, alijsque libris Hebraicis excerptum Maximiliano Imperatori dicatum, Barij scriptum, Orthonæ maris impressum per Hieronymum Suncinum ann. 1518. Basileæ 1550. & ibidem 1561. fol. Parisijs 1602. fol. Francfurti 1612. fol. & 1672. fol. Vidi. Possévinus monet, quod hujus libri pleraque plene omnia præter Cabalisticam legentur in *Victoria Porchetti.* Porchettus porrò hic ex Familia Selvaticorum, Genuensis, Ordinis Carthusiani scripti librum contra Hebræos, quem prænotavit *Victoriam*, & Augustinus Justinianus Ordinis Prædicatorum, Episcopus Nebensis, edi curavit Parisijs ann. 1520. biennio postquam prodijt opus Galatini. Atqui in hac Porchetti *Victoria* habentur etiam Thalmudica, & Cabalistica frequentissimè, quin & hæc etiam, materiamque sui compilandi libelli se accepisse à Raymundo Martino Catalano Ord. Prædicatorum, qui intima quæque Hebræorum penetralia vestigavit, fatetur Porchettus in sui libri præfatione. Quo autem tempore floruerit Porchettus, neque Justinianus, qui opus edidit, neque Possévinus, qui Scriptoris Ecclesiasticos recensuit, neque Theodorus Petreyus, qui Bibliothecam Carthusianam edidit, enarrant. Raymundi etiam ætas à Possévinus, & Antonio Senensi tacetur. Quis, quid, & à quo acceperit, prorsus incomptum, & quidem Galatinum veratissimum in Hebraico, & Chaldaico idiomate, Hebræorumque, & Arcanis fuisse, univèrsa ejus opera testantur, atque ex ipsis fontibus ad convincendos Hebræos doctrinam haurire potuisse, ejus ingenium, & singularis in hujusmodi rebus peritia facile persuadebunt. Hæc & modestè Uvadingus.

Tom. II.

Non me latet de hac re plura, nec commendanda edidisse R. A. P. Fr. Pertum de Alva, quem consulas præcipuè in suo opere prænotato *Pleyto de los Libros.* Ego autem dumtaxat subjiciam Cisterciensem eruditum Carolum Josephum Imbonato in sua Bibliotheca Latino-Hebraica hæc, verba facientem: *Verum enim verò*, acrius, & sub iniquè ab Authoribus reprehenditur Galatinus, quasi omnia Raymundi mundi exscripserit, atque in suum Commentarium transfulerit, aut quæ in Galatino sunt, eadem occurrant apud Raymundum. Nam præterquamquod pro diversis tractatibus habendi sunt, qui diversa methodo constant, & scripture, sæpèque etiam rebus; permulta enim, ex libro Zoliar adducit Galatinus, item, ex Gale Razeja, quod dicitur revelator arcanorum, ex quo fuisse librorum suorum titulum desumpsit Galatinus, quæ non ita Martinus, ut ipsimet Authores, haud ignorant, & ego conspexi in opere Raymundi M. S. quod extat apud me in Bibliotheca S. Pudentianæ de Urbe, & licet minimè negari possit, ex Raymundo præcipuas, & potissimas Thalmudicorum assertiones Galatinum accepisse, tamen adhuc dicendus est Galatinus sui operis Author, in hoc solum culpandus, quod Raymundi nomen, & librum subticuerit, illaque quasi sua venditavit. Sanè opus hoc Galatini hoftri, examine præmissò nonnullorum S. R. E. Cardinalium, commendatur à Leone X. P. Max. cujus Apostolicas litteras habes ad calcem editionis Barij factæ. Scripsit etiam:

Opus insigne *de Theologia*, in quinque partes distinctum, quarum sub divisionem, in libros, aut in tractatus hic subjiciemus, ut lectori innotescat, de quibus rebus in singulis partibus tractaverit. Habentur etiam in initio cujusque partis Indices capitum, quæ sub vnoquoque libro continentur, quos nos, Uvadingo adhærentes, etsi scitu vtilis, tædio vitando, prætermisimus.

)(\*\*)(✠)(\*\*)(

## PRIMA PARS,

Quam Paulo III. Pontifici Maximo dedicaverat sex continet libros.

- Primus est de Deo absolute.
- Secundus de Divina Essentia Unitate, & Attributis.
- Tertius de Divinarum Personarum Trinitate.
- Quartus de Divina Scientia, Præscientia, & Prædestinatione.
- Quintus de Divina Voluntate.
- Sextus de Divina Potentia.

## SECUNDA PARS,

Rodulpho Pio Cardinali Carpensium nuncupata sex itidem habet libros.

- Primus est de Mundi Authore.
- Secundus de Cælo Empyræo.
- Tertius de Angelis.
- Quartus de Dæmonibus.
- Quintus de Dæmonum potestate.
- Sextus de Materia prima.

## TERTIA PARS,

Quam nulli dicarar, sicuti nec reliquos sequentes, 14. constat libris.

- Primus est de Luce primo die creata.
- Secundus de Cælo Crystallino, seu primo mobili.
- Tertius de Firmamento, seu Octava Sphæra secunda die producta.
- Quartus de Planetarum Cælis.
- Quintus de Elementis, eorumque Sphærarum.
- Sextus de Aquarum separatione, & Iris apparitione tertio die facta.
- Septimus de Ijs, quæ quarto die facta sunt.
- Octavus de Stellarum actionibus, & potestate.
- Nonus contra Astrologos prognosticantes.

Decimus de Fato.  
Undecimus de Divina Providentia, & ejus effectibus, viti, & de casu, & fortuna.

Duodecimus de Animalibus brutis quinto die ex aqua productis.

Decimus tertius de Animalibus sexto die ex terra factis, deque hominis productione.

Decimus quartus de Dei Imagine, ad quam homo factus est.

## QUARTA PARS,

Dividitur in tres tractatus, & singuli tractatus subdividuntur in varios libros. Tractatus porrò sunt:

- Primus de Statu innocentie.
- Secundus de humana nature lapsu.
- Tertius de Auxilijs contra lapsus miserias.

Primus tractatus hos habet libros.

- Primus est de Terrestris Paradiso.
- Secundus de Adæ cognitione.
- Tertius de Evæ ex Adæ cost. formatione.
- Quartus de Filiorum procreatione.
- Quintus de Status innocentie immortalitate.

Secundus tractatus his libris comprehenditur.

- Primus liber agit de Dei præcepto, Diaboli tentatione, Adæ peccato, & pœnis eidem, Evæ, & Serpenti infligitis.
- Secundus de Pœnis, quibus Adæ posteritas propter ejus peccatum punita est.

Tertius tractatus his libris comprehenditur.

- Primus agit de Libero Arbitrio.
- Secundus de Gratia.

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

QUIN-

## QUINTA PARS,

Dividitur in libros tredecim:

Primus refutat errores improbantium Christi Divinitatem.

Secundus agit de aeterna Christi generatione.

Tertius de Filij Dei Incarnatione.

Quartus de congruitate Incarnationis Verbi.

Quintus de modo Incarnationis Verbi.

Sextus de Causa efficiente Incarnationis.

Septimus de Causa meritoria Incarnationis.

Octavus de Cooperatione B. Virginis ad Incarnationem.

Nonus de Persona assumente, & natura assumpta.

Decimus de Filij Dei prædestinatione.

Undecimus de Cultu Latria Christo exhibendo.

Duodecimus de perfectionibus Animæ Christi.

Tertius decimus de Merito Christi. Summam hanc non absolvit morte præventus, eam namque, ut ipse in Epistola nuncupatoria secundæ partis ad Cardinalem Carpensium refert, in decrepita scriptitate, quare de Sacramentis, de Visione beatifica, de quatuor Novissimis, alijsque, quæ dicenda proposuit, nihil scriptum reliquit. Alia insuper composuit opera:

Commentaria luculentissima in Apocalypsim Joannis, Carolo V. Imperatori dicata. Incipiunt: Expositiones ad verum, propriamque sensum. Citat ista Commentaria in Epistola Dedicatoria primæ partis veræ Theologiæ ad Paulum III. Summum Pontificem. In Epistola autem nuncupatoria horum Commentariorum valde laudat Cardinalem Quiñonium tit. S. Crucis Presbyterum, ex Minoribus assumptum. Vidi, ac legi hæc Commentaria Abulæ in Bibliotheca Conventus S. P. N. Francisci. Memorantur à Cornel. Alapide in Argum. in Apocalypsim, & Le-Long in Bibliotheca Sacra, pag. 173.

Opus singulare de Ecclesiæ Catholica institutione, de formatione, & reformatione. in quatuor volumina distributum. Prima pars de Ecclesiæ instituta. Incipit: De Ecclesiæ Christi. Secunda de Ecclesiæ destituta. Incipit: Prima pars operis de Ecclesiæ Tom. II.

destituta. Tertia de Ecclesiæ restituta. Incipit: Quamquam de Ecclesiæ restituta in nostris opusculis multa incidenter, ac sparsim diximus. Hæc autem opuscula sunt:

Tractatus de reâ Sacra Scripturæ interpretatione, dictus Ostium apertum. Incipit: Quoniam voluntas. Laudatur à Francisco Carriere in cap. suorum Commentariorum in Sacram Scripturam.

Tractatus alter de Sanctissimo Eucharistia Sacramento, quem ann. 1532. Francisco de Angelis, sive Quiñonio, Cardinali Minoritæ supra nominato dedicaverat. Incipit: Inter cætera omnia Christianæ Fidelis Sacramenta.

Opusculum de Anima intellectiva, ad Cardinalem Rodulphum Pium Carpensium. Incipit: Disputari de Anima.

Alterum de Homine, ad eundem Cardinalem. Incipit: Cum in Superioribus nostris tractatibus.

Tertium de septem Ecclesiæ temporibus, & statibus, ad Cardinalem Quiñonium. Initium est: Septem esse principalia Ecclesiæ tempora.

Quartum de cognoscendis pestilentibus hominibus, ea potissimum tempestate regnantibus, deque refellendis eorum verisutis, ad Andream de Valle tit. S. Priscæ Presbyt. Cardinalem, Ord. Minor. Prorectorem. Incipit: Quoniam mala, quæ ignorantur.

Quintum de Angelico Pastore. Incipit: Et si multa in libris. Memoratur à Cornelio citato.

Sextum continet Expositionem cujusdam vaticinij Romani sub obscuri.

Septimum scripsisse de Vaticinij Methodij, S. Cataldi, & B. Cyrilli, constavit Uvadingo, ex præfatione sexti opusculi.

Octavum etiam composuisse de optimo Principis diademate ad Ferdinandum Regem Catholicum, suaque manu illud tradidisse in adventu Regis ad Regnum Neapolitanum, ipse recenset in Epistola nuncupatoria expositionis ad Apocalypsim Carolo Quinto Ferdinandi nepoti directæ. Horum omnium Authographa habentur in Vaticana Bibliotheca. Apographa habuit Uvadingus, in suoque Sancti Isidori in Urbe Archivio asservantur ipomet recensente, & asserente omnia introspectisse, demptis duobus posterioribus opusculis ab ipso relatis. Ex his postremum, nempe:

De optimo Principe in 18. capita distributum, Ferdinando Aragonum, & Hesperia Regi sacrum, vidi, ac sedulo legi



Pinciae. Ibidem asseruatur in 4. in Bibliotheca Conuentus S. Pauli, non in scrinijs, sed in arca. Opus est praeclarum, imò cetero dignissimum. Incipit Epistola nuncupatoria: *Reclè à prifeis, &c.* In opere, Regio adaptat diademati lapides Apocalyp-

*Gemmatum diadema cupis si noscere Regis  
Catholici: relege candidè Lector opus.  
Gemmarum vires, virtutum munera discas  
Principis, & Regis, Christicolæque pij.  
Exemplis veterum demonstrat singula Petrus  
Seraphicus Doctor, dogmata sacra docens.  
Hæc Reges, procuresque legant, hoc providus omnis  
Perlegat: hoc lectam quemquam iudare potest.*

Ad calcem operis laudat, habetur ejusdem Galatini.

*Expositio pulcherrima dulcissimi Nominis Tetagrammaton contra Judæos pro Mysterio SS. Trinitatis. Et ibidem Epistola Zenonis Episcopi S. Marci, data Neapoli pridie Kalendas Junias 1507. & inter alia, continet quæ subijcio: Ita; inquit, supra hominem tuum in hoc ipso summo conquirendo bono, id est, supra omnes vires humanas, terrenasque conatus te extulisti, quo perpauci admodum proculdubio, per tam inextricabiles tenebras omni hinc accita luce ingenij, & quantumvis vigilantissimi studij aliquandò potuerunt, &c. Galatinus ergo dum videret felsenili cursu ad mortem properare anno 1539. rogavit Paulum III. Pont. Max. vt sibi faceret facultatem opera sua legendi Bibliothecæ Conv. Aracoelit. è qua extrahi non liceret, nisi ad effectum ea typis committendi: cui Pontifex libens annuit, edita Bulla, qua aliquot honoris titulis Petrum ipsum dignatur, & libros ipsius in illam Bibliothecam deponendos recenset. Consule Uvadingum ad annum 1539. ac Fr. Didacum de Lequile, tomo 1. Hierarc. Franciscanæ, distinct. 3. pag. 232. Galatinum commendantem, cujus effigie adornatur celebris Bibliotheca Domine nostræ de Saliceto, adjecto hoc carmine;*

*Con gala, y sal, Galatinos  
Sacas à luz la barmofura;  
Y galas de la Escritura.*

PETRUS GALLISARDUS, Gallus, egregius Theologus, scripsit:  
*Librum in quo ex Divina Scriptura in*

sis. Incipit: *De Carbunculo Catholicam, atque Orthodoxam Fidem denotante, quæ summopere debet esse in Rege, caput 1. Ad operis calcem Authorem commendans Franciscus Escalona Astumensis Cantor, accinit ita:*

*optimam methodum, atque in compendium redegit Decalogi explicationem, quæ per tabulas objecta oculis, summam peccatorum, & capita casuum conscientia facile representat. Libros S. Augustini de Doctrina Christiana Gallicè reddidit. Lugduni apud Benedictinum Rigaudum, anno 1578. Hæc Uvadingus.*

PETRUS GALTERIUS, Provinciæ Aquitanie alumnus, recensente Uvadingo, scripsit Tolosæ:

*Commentaria in Genesim:*

PETRUS A GANDAVO; Laicus, Provinciæ Flandriæ filius, etsi non eam doctrinam habuit, quæ in Academijs requiritur, ea certè abundavit, quæ de Cœlo demittitur, idque ita vt magni Viri partes apud Indos obtinuerit, nam hic ex tribus illis fuit, qui primi novam Hispaniam cum Ferdinando Cortesio adierunt. Mexici puerorum Gymnasium exercendis incultis illis ingenis erigendum curavit. Anno salutis 1572. toleratis 50. annorum in colenda Indorum vinea laboribus, Mexici in Sacello Sancti Josephi Conuentus Minorum, extenuatum corpus sepelitur. Si Sacros Ordines suscipere voluisset, (erat Laicus) Archiepiscopus Mexicanus fuisset, invitatus ab Imperatore Carolo V. Scripsit:

*Catechismum pro erudiendis pueris, qui impressus circumfertur.*

*Epistolas varias, & multas ad Patres Flandria, adhortans, vt opera sua in tam ubere segete adessent, eoque, ubi tam copiosus sese offerebat, animas Christo lucrandi campus, sese conferrent.*

Huic Symbolum: *Non metentis, sed serentis* tribuit Uvadingus. Pluribus de eo Ar-

Arturus in Martyrologio Franciscano ad diem 29. Junij, encomio isto meritò præmisso: *Mexici in India Occidentali, Beati Petri à Gandavo, Confessoris, qui Religione, ac humilitate præclarus, tanto spiritus fervore operam dedit in procuranda Indorum conversione, & salute, vt innumeros eorum Christo lucrificeret, cultum Divinum amplissimum reddiderit, & diærum, ac honorum operum plenus sanctissimè obierit.* Primum fuisse in Occidentalibus Indijs Scriptorem censet Fr. Antonius Daza, quem consulas tomo 4. Chronicon. Ordinis, lib. 2. cap. 23.

PETRUS GARCIA, Hispanus, ex Regulari Observ. Prov. Castellæ, Vir exemplaritatis nota insignitus, & à Confessionibus suæ V. Sororis Agathæ Sanchez, stylo signavit:

*Vitam V. Agathæ Sanchez Tertiaria Franciscana.* Inedita asseruatur Caracæ, in Archivio Conuentus Regul. Observ. teste Fr. Eusebio Gonzalez, tomo 6. Chronicon. Ordinis, lib. 3. cap. 34. pag. 504. Ad Dominum migravit anno 1712.

PETRUS GODEFRIDUS, Tertij Instituti S. Francisci in Belgio Minister Generalis in Capitulo Zeperensi electus,

& Pater Conuentus Andarturicensis, designatus Suffraganeus Archiepiscopus Cameracensis. Incredibile, quanta animi verecundia, & humilitate onus illud recusavit. Opus enim illud erat planè indoli suæ, & innato sibi pudori contrarium. Bis Romam vidit in negotijs sui Ordinis. Multa prudenter constituit, multa tum ad domesticos, tum ad externos vitia excogitavit, dixit, fecit, & ab alijs fieri curavit. Fratribus integritate vitæ erat exemplo, alienis admirationi, omnibus adjumento. Scripsit, vti habetur tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 479.

*Proverbia impressa Parisijs. Insuper, Uvadingo laudante, emisit: Concionem de Resurrectione Salvatoris nostri.* Antuerpiæ 1551.

*Chlamydem sponsi, de interiore invitatione Vitæ, ac Crucis Christi.* Ibid. 1563.

*Bremum Domini*, vernaculè, quo probat modum sequelæ Christi. Memoratur à Vernonenfi in Annalibus Tertij Ordinis. Sanctissimè diem clausit extremum Antuerpiæ anno 1558. & sepultus in summo Choro, ante Templi ab Iconoclastis devastationem, adjuncto epitaphio, quod ex Uvadingo exscribere decet:

**Cujus in hoc Templo, Lector, venerabile bustum  
Aspicias, monitis certior esto meis.  
Nempè Pater tumulo requiescit Petrus in isto;  
Cui cognomentum gens Godefrida, dedit.  
Cuique fuit genitor Cornelius, istius Urbis  
Indigena, & gnatus Coenobiarcha domus:  
In qua Francisci residet speciosa propago  
Sancti, cognomen Tertius Ordo facit.  
Vixit in hac lustris, sanctissima vota professus,  
Bis quinque, haud multa, plusvè, minusvè pius.  
Divorum factus Mystes, Christique Sacerdos,  
Quatuor ætates, deindè quaterque decem  
Exegit, factò nunquam reprehensus in villo,  
Integer vsque ad eò, morigerusque fuit.  
Ergo illum probitas, ne non dotata maneret;  
Præcipuo ornavit semper honore Deus.**

Principio hanc ædem iusto moderamine rexit  
 Præfectus sancti bis tria lustra loci.  
 Hocque gradu ascenso, meritis poscentibus, idem  
 Ordinis Antistes totius indè fuit.  
 In quo sic pietas, cunctis innotuit illis  
 Concilij ditio, quos Zeperensis habet.  
 Ut sibi non alium optarent habuisse Ministrum,  
 Præfuit annos sex, quinque, quaterque, quibus  
 Expletis, donec vitæ feliciter annis  
 Septem, sed decies addidit, vsque bonus.  
 Cum Deus æterni moderator, & arbiter orbis  
 Evocat ad gratiæ præmia certa poli.  
 Sol ter quingentos ferè ab orto, vt voluerat annos  
 Jam Christo, & decies quinque, quaterque duos,  
 Dena pruinosi nam lux erat orta Novembris  
 Quarta, nunc animæ fausta precatus, Abi

PETRUS GOMEZ DE GUINALDO, Hispanus, Regul. Observ. Prov. S. Michaelis, doctus Concionator, publici juris fecit vernaculè:

*Concionem de S. P. N. Francisco.* Hispaniæ anno 1616. in 4. Vidi.

*Orationem eruditam in translatione ofsum plurium Sanctorum.* Ibidem in 4. anno 1603. Vidi.

PETRUS GONZALEZ DE MENDOZA, Hispanus, Innici Lopez Marchionis de Santigliana filius, in lucem prodijt anno 1428. die 3. Maji inventæ Crucis sacra, quæ ab eo dum viveret summis honoribus exulta, & exaltata; nam Xenodochium Toleti, & Collegium Vallisoleti in honorem Sanctissimæ Crucis erexit, ac Basilicam S. Crucis in Urbe erectam restauravit. Hic Petrus magni Cancellarij in Hispania munere cum laude fungens à Sixto IV. Pont. Maximo Purpura condecoratur, exactoque biennio

Archiepiscopus Hispalensis; moxque Toletanus, & Hispaniarum Primas, Sedisque Apostolicæ per Hispanias Legatus renuntiatur. Convertit in Hispanicam linguam:

*Historiam Salastij;*

*Homerum.*

*Virgilium.*

*Ovidij Elegias aliquas;* vti ex Oldoino; & Morerio refert D. Josephus Eggs in sua *Purpura Docta*, lib. 3. pag. 213. Tertiariorum Franciscanorum Ordini adscribitur. R. P. Alva, col. 1167. *Militæ* narrat ejus studio reformatum esse Breviarium Toleranum impressum Venetijs anno 1488. in 4. E vita migravit in Hispaniæ Urbe Caraca, tertio Idus Januarij anno Domini 1495. ætatis sexagesimo septimo. Corpus Caraca translatum Toletum, ibidem in Ecclesia Principe, prout testamento jussit, cum hoc epitaphio testæ mandatum est.



Petro Mendoza Cardinali Patriarchæ  
 Archipræsuli de Ecclesia benemerito:  
 Obijt anno M.CCCC.XCV. tertio Idus Januarij.  
 Cardineo quondam Petrus lustratus honore  
 Dormit in hoc saxo, nomine qui vigilat.

Dum ægrotaret ad mortem, Crux splendidissima supra ædes ejus tandiù apparuit donec Ecclesiæ Mysterijs expiatus purissimam Deo animam reddidisset; Crux enim Petro benefactori, vel miraculo parentare voluit. Imò admirationi erit id, quod referunt, & præcipuè, vt oculatus testis narravit mihi R. P. Fr. Josephus Alvarez de la Fuente, Prov. Castellæ Reg. Observantiæ Diffinitor, nempè Caracæ, vulgò *Guadalaxara* in Hispania inter ædes Petri quotannis stato tempore enasci herbulam, nullo semine jactam Crucis formam perfectissimè referentem. Consule laudatum Eggs.

PETRUS GONZALEZ DE MENDOZA, alter, Hispanus, Vir nobilis, Roderici Gomez de Silva, & Annæ de Mendoza Ebolensium Principum, & Ducum de Pastrana filius, Philippo Secundo Hispaniarum Regi apprime charus, cum in domo religiosissima S. Mariæ de Saliceto, vulgò *de Salceda*, Habitum sumpsisset, & per varios gradus ad Commissariatum generalem Familiæ Cismontanæ pervenisset, atque indè ad Episcopatum Oxomentem, deindè ad Archiepiscopatum Granatensem, mox ad Cæsaraugustanum eveheretur, demùm Siguntinum pinguisimum Episcopatum accepisset, vbique in regimine prudens, omnibus acceptabilis, omnibus commendabilis, erga pauperes beneficus, erga suos contodales Minoritas liberalis, statim vbi Archiepiscopatum acceperat Granatensem, voluit rependere domui Salicetanæ suæ religiosæ institutionis beneficium. Postquam enim Cœnobium varijs ædificijs, multis sacris parametis, & pretiosa suppellectile abundè illustravit, voluit adhuc reddere illustris, edito præclaris rebus, & Viris illustribus ejusdem Conventus integro volumine, quod Hispanicè inscripsit:

*Historiam Montis Cælis B. Mariæ Virginis de Saliceto, Margaritæ Austriacæ,*

Clarissæ, Imperatorio stemmate, & virtutum splendore nobilissimæ, dedicatam. Prodiit Granatæ apud Joannem Muñoz, anno 1616. in fol. Vidi. Insuper laudante D. Thoma Tamajo apud D. Nicolaum Antonium, tom. 2. pag. 157. scripsit: *Litteras Pastorales* (cum esset jam factus Episcopus) quibus ad votum pro Immaculata Conceptione emittendum Fideles suæ Diocesis adhortatus est, & favoribus prosequutus. Cæsaraugustæ 1619. in Charta expansa, teste Alva in Militia, col. 1167.

*Institutionem authenticam Eremitarum de penitentia, ac Tertiariorum S. Francisci,* vernaculè.

*Epistolam ad Paulum V. Pont. Maximum circa definitionem Mysterij Immaculatae Conceptionis.* Extat in Matritensi Archivio Conceptionis, tomo 4. in principio. Vidi. Laudatur à præcitato Alva, quo teste edidit etiam:

*Concionem de Immaculata Conceptione Deipræ* in Toletano Ordinis Capitulo habitam anno 1606. Prodiit anno 1608. in 4. Demùm, ex Antonio de Leon Pineo in sua Bibliotheca Mariana sapius laudata, conscripsit:

*Conciones de Sanctis*, quæ habentur M. S. in Bibliotheca Conv. Dominæ nostræ de Saliceto. Eodemque teste in Appendice, collegit:

*Indicem omnium librorum ad omnes scientias spectantium, qui in Bibliotheca laudati Cœnobij inveniuntur*, & in publicum misit Matriti typis Ludovici Sanchez 1609. Decessit anno 1639.

PETRUS GONZALEZ, alter, Hispanus, ex Bætica Prov. Regul. Observ. Sacræ Theologiæ professor, communem fecit egregiam:

*Concionem de nova solemnitate Immaculatae Conceptionis Virginis in universo mundo.* Hispani per Lucam Antonium de Hermotilla 1709. in 4. Vidi.

PETRUS GONZALEZ, alter, Hispanus,

Parus, Regul. Observ. Prov. Granaten-  
sis, Theologus, & à Secretis ejusdem  
Provinciae, communem fecit:

*Concionem de Sacratissima Eucharistia.*  
ad Congregationem generalem Ordinis,  
Victoriae habitam, anno 1648. Granatae  
apud Franciscum Sanchez 1649. in 4.  
Vidi.

*Orationem ad Fratres in Comitibus gene-  
ralibus Ordinis Victorie celebratis*, ibidem  
impressam 1649. in 4. Vidi.

*Certamen Poeticum, & perorationem  
pro festivitate Immaculate Conceptionis  
Reginae Angelorum.* Granatae 1651. in 4.  
Memoratur in *Militia*, col. 1167.

PETRUS GONZALEZ DE SOSA,  
Hispanus, ex Tertiarijs Regular. Prov.  
Baticae, Sacrae Theologiae professor, pu-  
blici juris fecit:

*Orationem in obitu R. P. Fr. Petri à S.  
Cruce suae Provinciae Ministri.* Hispali per  
Joannem de la Puerta 1712. in 4. Vidi.

PETRUS DE GROSSIS, natione  
Gallus, professione Minorita, Gallica  
lingua scripsit opus praenotatum:

*Viridarium Nobilium* asservatum in se-  
cundo Sixto Bibliothecae Regiae Galliae,  
feste Philippo Labe in sua nova Biblio-  
theca Librorum M. SS. impressa Parisijs  
1653. in 4.

PETRUS HERMOSILLA. Vide su-  
perius, verbo *Petrus Fermoello*.

PETRUS DE HERMUA, Hispanus,  
ex Regul. Observ. Prov. Cantabrigae,  
Concionator, Definitoris munere  
functus, publici juris fecit opus Con-  
cionatoribus valde utile, hoc titulo insigni-  
tum:

*Tractatus de Missionibus, ac Parochiis,*  
*adjectis conditionibus boni Concionatoris;*  
*decem praecipuis Decalogi, ac methodo do-*  
*centi filios.* Flaviobrigae per Nicolaum  
Sedano 1691. Ediderat etiam sub titulo  
*Kalendarij*.

*Ceremoniale Sacrum, addita expositione  
Gavanti.* Ibidem, ac eisdem typis, an-  
no 1680. in 8. Vidi.

PETRUS HONTOYUS, Belgae,  
Lucemburgensis, Uvilloto Namurcensis,  
sex tomis partitus est *Conciones*, quas scrip-  
sit.

Primò continentur, quae sunt in *Epis-*  
*tolas ab Adventu, usque ad Septuagesimam.*

Secundò, quae à *Septuagesima usque ad  
Pascha*.

Tertiò, quae à *Dominica in Albis, usque*

*ad tertiam Dominicam post Pentecostem.*  
Quartò, quae ab *illa Dominica usque ad  
Adventum.*

Quintò, quae habitae *diebus Festis tem-*  
*poris aestivo.*

Sextò, quae *ipsidem habitae tempore hy-*  
*emali.*

*Mensam insuper Apostolicam* compo-  
suit, hoc est: *Commentarios de genuino  
sensu Epistolarum Dominicarum per an-*  
*num.*

Præfixa verò est cuilibet epistola *ta-*  
*bula dispositionis.* Moguntiae apud Albi-  
num, & Coloniae apud Mitium, anno 1604.  
Hæc Uvadingus Valerio Andreae adhe-  
rens. Eum à *pace, & litterarum amore*  
commendat Uvillotus. Vivebat anno sa-  
lutaris 1598.

PETRUS JACOBI, cognomento  
JUSTI, Hispanus, Jacobi II. Aragonum  
Regis, & Reginae Constantiae S. Ludovi-  
ci Episcopi vterinæ sororis filius, ex Dei,  
ac laudati S. Ludovici revelatione, Mi-  
noriticum Habitum Barcinone accepit  
anno 1358. & ultra annos 20. nobilitatem  
generis vitæ sanctimonia superavit. Theo-  
logiarum quaestionum, rei quoque His-  
toricæ, & Poeticæ haud nescius, varij ge-  
neris composuit:

*Poemata multiplicia* enumerata à Fr. Jo-  
sepho Antonio Hebrera, lib. 1. suorum  
Chronic. Regal. Seraphic. cap. 31. num.  
291. & sequentibus. Scripsit:

*Epistolas graves*, quae in Vaticano Ar-  
chivio asservantur. Ex his, Latine apud  
Uvadingum ad annum 1380. num. 27. &  
Hispanè, apud laudatum Hebrera ibidem,  
cap. 38. eam habes, quam ad Carolum  
V. Galliae scripsit. Insuper:

*Epistolam de vero Pontificata Urbani  
VI.* & alias. Floruit anno 1380. ejusque  
ossa in arca lignea recondita habentur  
Valentiae in Ecclesia Conv. D. Francisci.  
Pluribus de eo pertractat Arturus in Mar-  
tyrologio Franciscano ad diem 5. Junij.  
Gesta ejus copiose perstringit Ill. Tolsig-  
nianus, lib. 2. Historiae Seraphicæ, de  
eoque distichon refert:

*O te felicem, proles Aragonica! dum te  
Hic macerans, crasso tegmine membra te-*  
*gis.*

PETRUS A JESU, Hispanus, Abu-  
lensis, strictiorem Observantiam Discal-  
ceatorum professus in Prov. S. Pauli Aposto-  
li, virtutibus, ac doctrina claruit, Guar-  
dia-

diatumque egit Conventus Villacastinen-  
sis S. P. N. Francisci Hispana lingua con-  
scripsit duos minimè poenitendos tracta-  
tus impressos Matrili anno 1601. Titu-  
lus 1.

*De modo legendi flores in flore agrì  
Christo Domino nostro.* Secundi inscrip-  
tio:

*De modo legendi flores in campo virtu-*  
*tum supernaturalium, ac moralium.* Obijt  
bonus odor Christi anno 1631. Consule  
partem 1. meæ Biblioth. Minor. Discal-  
ceatorum, pag. 225.

PETRUS A JESU, alter, Hispanus,  
ex Oppido *Adæ de Abila* Salmantinae  
Diocesis, ex Discalceata Prov. S. Pauli,  
Concionator, iteratò Pater, Discal-  
ceatorum Provinciarum S. Gabrielis, S.  
Josephi, ac S. Joannis Visitator, Vir pru-  
dens, atque eruditus, jussu RR. P. Fr. Il-  
dephonsi Biezma Ministri generalis, suorum,  
& practitorum studiorum fructus  
scripto traddens, opus concinnavit egre-  
gium Latino idiomate. Hunc affert ti-  
tulum:

*Elucidatio judicialis Canonica Regula-*  
*ris in practicam Canonicam ab A. R. P. Sanc-*  
*toro de Melsi elaboratam, Juribus Canoni-*  
*co, & Civili, Statutisque generalibus nos-*  
*tri Seraphici Ordinis valde conformem, nec-*  
*non in pauca municipalibus nostrae almae  
Prov. D. Pauli, caterarumque VV. Pro-*  
*vinciarum strictioris Observantiae Discal-*  
*ceatorum haud dissimilem.* Salmanticae ex  
typographia S. Crucis, anno 1729. in fol.  
Vidi Censuris munere. Scripsit etiam La-  
tinè:

*Descriptionem Historicam Salmantini  
Conventus S. Josephi, vulgò del Calvario.*  
Incipit: *Arma, utrumque canant prophæ-*  
*ni, Martialesque Chronologi, &c.* Ad ma-  
nus habeo in fol. Ineditas vernaculè re-  
liquit:

*Consultationes Regulares* asservatas in  
laudatò Cœnobio, in cujus Ecclesia ex-  
pectat Resurrectionem mortuorum. Obijt  
anno 1725.

PETRUS INSULENSIS, Flander,  
vulgò dictus *Doctor Notabilis*, scripsit,  
Galeo teste:

*In lib. 4. Sententiarum.*  
*Commentarios in Psalmos Davidis* lau-  
datos à Jacobo Le-Long, pag. 901.

*Sermones de Tempore, & de Sanctis.* Huic  
Symbolum, *Altiore ne quaeris.* Vale-  
rius Andreas in sua Bibliotheca Belgica,  
& Uvadingus.

PETRUS JOANNES, Hispanus, ex

Catalaunensi Principatu, vulgò dictus  
*Pere Juan*, Provinciae Catalauniae Regul.  
Observ. alumnus, ac Parisiensis Bacca-  
laureus, posteritati reliquit libros ali-  
quos:

*Super libros Sententiarum.*  
*Super universam Sacram Scripturam.*  
Ex Fr. Angelo Vidal in Chronicis M. S.  
laudatæ Provinciae, fol. mihi 129.

PETRUS JOANNES MOLINA,  
Hispanus, ex Discalceata Prov. S. Joan-  
nis Baptista in Valentino Regno, Sacrae  
Theologiae Professor, & impraesentiarum  
à Secretis R. A. P. Procuratoris genera-  
lis Minorum Recollectorum, ac Discal-  
ceatorum in Romana Curia, concinnavit

*Lectiones secundi Nocturni*, quas ex no-  
vo Decreto recitant Minoritæ in festo B.  
Joannis de Prado Martyris. Alia, audio  
exarasse, quæ ad manus meas hætenus  
non devenere.

PETRUS JOANNES OLIVI, Ga-  
llus, è Castro S. Mariae Sirignani, alias  
Semicani, adolescentulus suscepit Habi-  
tum in Conventu Bitterrensi in Provincia  
Prov. & Custodia Narbonensi, tandem  
post solertem, fructuosamque curam stu-  
dij adhibitam, factus est Baccalaureus  
Parisensis. Regularis disciplinae restituenda  
perquam cupidus promotor, multo-  
rum in se concitavit invidiam, plurimas-  
que passus in vita molestias, & post mor-  
tem calumnias, quas latè refert, & re-  
fellit Uvadingus, tom. 2. *Annal.* ad annum  
1297. Scripsit multa, quæ perperam ab  
æmulis intellecta, fuerunt diù suppressa.  
Ea porro sunt:

*Quæstiones de Papa, & Concilij aucto-*  
*ritate.* Extant M. SS. Patavij in Musæo  
Benedicti Salvatici Medici.

*Postilla ad omnem fermè Sacram Scrip-*  
*turam.*

*Commentarij in Evangelium S. Matthaei.*  
*Expositiones in Apocalypsim.*  
*Quodlibeta.*

*Liber de Laudibus, & Excellentia Vingt-*  
*nis*, in qua laudanda excessisse judicantur  
praecipui Ordinis Patres.

*Expositio in Regulam S. Francisci.*

*Tractatus de paupere rerum usu, & alla.*  
Obijt Conventu Narbonensi anno 1297.  
die 16. Martij. Hætenus Uvadingus, cui  
supplementa addiciens, ab operibus exor-  
dium summam. Extant igitur hujus Olivij,  
in Bibliotheca Colbertina, cod. 1002.

*Refutatio eorum, quae in Postilla Fr.*  
*Joannis super Apocalypsim videntur esse*  
*haeretica, aut erronea, vel periculosa, se-*  
*cun-*

cundum quod sunt ab eo intellecta, & declarata, & prout etiam verba sonant. Con-  
sule Baluzzium in Notis ad Viras Papatum  
Avenionensium, col. 752. quo teste,  
in eadem Bibliotheca, codice 2743. ha-  
bentur ejusdem Olivi opera prænnotata:

*Postilla super librum B. Dionysij de An-  
gelica Hierarchia.*

*Expositio Regule Fratrum Minorum,  
Quaestio de Paupertate.*

*Liber dictus Exorcismus.*

*Traктatus de Sacramentis.*

*Traктatus de Usuris, Emptionibus, &  
Venditionibus.*

*Opus dictum Miles armatus.*

*Quaestiones Logicales.* Insuper, laudante  
Jacobus Le-Long, pag. 885. suæ Biblio-  
thecæ Sacræ, ex Thomasio, fol. 105. Bi-  
bliothecæ Venetæ, in ea habentur M.S.

*Postilla Joannis Olivi super Genesim.*

*Postilla super quatuor Evangelistas.*  
Scorsim: *Super Matthæum.* Scorsim: *Super  
Marcum, Lucam, & Joannem.* Item  
ibidem, ex Thomasio, pag. 105.

*Postilla in Apocalypsim.* Et in Colbertie-  
na, cod. 2056.

*Postille in 12. Prophetas Minores* in fol.  
Demum, Hispali in Bibliotheca Ecclesiæ,  
& Matriti in Bibliotheca Regul. Observ.  
sub littera Q. num. 124. vidi

*Quodlibeta, adjectis Impugnationibus,  
& Defensionibus.* Editio antiqua in folio,  
præmissa ad Lectorem Tetralicho;

*Perlege Lector opus sublime Joannis;*

*Quod j. immi redolet dogmata sacra Dei:*

*Nil nisi Catholicum, & Sanctum sonat iste  
libellus:*

*Quis poterit contra cum ratione loqui?*

**Titulus operis: Quodlibeta Petri Joannis  
Puenzalis Doctoris. solemnissimi Ordinis  
Minorum.** Ad operis calcem, inquit: *Quo-  
niam verò in omnibus predictis non inten-  
do, nec volo aliquam novam sententiam  
diffinire; quin potius in his, & alijs Roma-  
ne Ecclesiæ judicium, cujus post Deum est  
ad diffinienda fidei dubia summa auctori-  
tas, desiderem, & expectem.* Item, ad fi-  
nem Impugnationum Articulorum, pag.  
53. ita ait: *Quaeso igitur fratres mei quid  
feci Ordini meo, vt fratres mei, & pa-  
tres sic me vbique terrarum dilacerent;  
& vt ante sim omnibus per infamiam no-  
tus, quam natus? Et si celestus homo  
sum, tamen ratione fidei zelum habeo,  
& altissimè, ac sincerissimè Regulæ nos-  
træ, & omnis spiritualis sublimationis*

*Ordinis mei, fratrumque meorum. Ego  
credo, quod Deus mandavit eidem  
quod propter occulta mea scelera ma-  
ledicant; ac vt semper sim humilior, &  
in fide exercitior me exercere non  
cessent. Curram igitur per gloriam, &  
ignobilitatem; per infamiam, & bonam  
famam; vt castigatus, & non mortifi-  
catus; vt seductor, & verax; vt omni-  
bus denudatus etiam scriptitationibus  
meis, Christi tamen clementia non exu-  
tus, sed vndique circumfultus. Vos au-  
tem bene valete, optimè vivite, & Deus  
pacis sit ipse vobiscum. Alia his similia  
mitto. Laudatur profectò ab omnibus  
Domesticis, & à S. Antonino, 3. parte  
Histor. tit. 24. cap. 9. §. 11. & 13. Apolo-  
giam pro ejus doctrina fecit Ubertinus de  
Casali, eodem ipso tempore, quo memo-  
ria ejus post mortem exagrabatur, quam  
Apologiam apud se fuisse testatur Uva-  
dingus laudatus. Contule Illust. Cornejo;  
tomo 3. Chronic. Ordinis, & Dermitium,  
Notet hic Lector Abrahamum Bzovium  
scripsisse primò *Petrum Joannis* vixisse an-  
no 1199. & secundò ejusdem ætatem re-  
vocare ad annum 1310. Utrumque est fal-  
sum. Secundum ostenditur, quia mortuus  
est anno 1297. Primùm; quia apud Quod-  
libeta impressa, & superius laudata, pag.  
50. suæ Defensiones finiuntur ita: *Dat-  
um Nemausi anno Domini millesimo du-  
centesimo octuagesimo quinto.* Sed revocet  
Bzovius Olivi tempestatate ad ann. 1199.  
vt ipsemet Petrus Joannis iterùm (vt su-  
prà) dicat: *Ut ante sim omnibus per inf-  
miam notus, quam natus.* Anno 1199.  
juxtà Bzovium ossa Petri Joannis cremata  
sunt, qui anno 1284. scribebat. O præ-  
clarum ratiocinium! Insuper. Juxtà Bzo-  
vium vivebat anno 1310. Quomodo ergo  
anno 1199. cremata fuere illius Minoritæ  
ossa, priùsquam formaretur in mundo Mi-  
norum Ordo? Dominicanus Graveson  
pro viribus conatur tomo 5. suæ Historiæ  
Ecclesiasticæ, pag. mihi 211. & sequenti-  
bus hæreseos labe Olivi maculare subdens  
pag. 213. *Verùm vt candidè fateor, in pur-  
gandis Petro Joanne Olivi, aliisque Pseudo  
Minoritis, laterem lavant, & oleum, ope-  
ramque perdunt Dermitius, & Uvadingus.*  
Ego autem, vt non solum candidè, sed  
amicè loquar; nec Dermitio, nec Uva-  
dingo indigere Joannem Olivi suomet  
testimonio iteratò purgantem fateor: *Quin  
potius, inqut, in ijs, & alijs Romane  
Ecclesiæ judicium, cujus post Deum est ad  
diffinienda fidei dubia summa auctoritas,**

de.

*desiderem, & expectem.* Vel ex hoc, ni  
fallor, colligitur inconsequentè proce-  
dere Dominicanum Graveson, eorum-  
que oblitus, quæ de Joachimo Abbate  
conscripterat, parte 2. tomi 4. suæ Histo-  
riæ Ecclesiasticæ. Fol. 514. ita inquit:  
*Ex hac porro damnatione facta in Con-  
cilio generali nonnulli occasionem su-  
munt notam hæreseos inurendi Abbati  
Joachimo, sed injustè, & perperam.  
Nam primò quamvis in IV. Concilio ge-  
nerali Lateranensi libellus, quem edi-  
dit Abbas Joachimus contra Magistrum  
Petrum Lombardum de Unitate, seu  
Essentia Trinitatis, proscriptus fuerit,  
indè tamen colligi non debet, eum fuisse  
hæreticum, quia certissimè constat;  
cum duobus annis ante mortem omnia  
scripta sua Apostolica Sedis judicio ap-  
probanda, vel corrigenda subjecisse: :  
Quia, inquit Angelicus Doctor, Abbas  
Joachimus Apostolica Sedis judicio scrip-  
ta sua subjecit. Sed scripta sua, non se-  
mel, sed iteratò S. R. E. subjecit Fr. Pe-  
trus Joannes Olivi, vt liquido patet ex  
ejus scriptis: Ergo. His adde libros *Joan-  
nis Olivi* præmissò diligenti examine, à  
Sixto IV. Catholicos declaratos esse, teste  
Haroldo ad annum 1297. num. 23.*

**PETRUS JOANNES SIMON,** His-  
panus, Regul. Observ. Provinc. Catala-  
niensis, Lector emeritus, lingua Hispana  
scripsit, ac edidit:

*Expositionem Decalogi.* Barcinone per  
Franciscum Cormellas 1676. in 8. Vidi.

*Expositionem damnatarum propositio-  
num,* ad mentem R. P. Lumbier. Ibid. ex  
typograph. Jacobi Cay 1683. in 16. Vidi.

**PETRUS JOYER,** Gallus, ex Regul.  
Observ. laudante Dupino in Supplemen-  
to, scripsit:

*Opera spiritualia.*

*Sermocinationes ad Religiosos.*

*Devotiones animæ Christiana;* Gallico  
idiomate.

**PETRUS JOJUCENSIS,** vulgò  
*Giojusa,* Siculus, strictioris Observantiæ  
Reformatorum, Vir doctrina clarus, qui  
ingenij sui præstantiam, Lectoris, ac ge-  
neralis Concionatoris munere exercuit, ac  
Provinc. Vallis Nemorum Provinciale  
egit, Italicè edidit pro Novitiorum in-  
structione librum prænnotatum:

*Religiosus optimè instructus.* Messanæ  
apud Josephum Bisagnium 1668. in 4. In-  
super, ex Tognoleto apud Mongitore, to-  
mo 2. Bibliothecæ Siculæ M. S. reliquit  
podem idiomate;

*Tom. II.*

*Decisionem quorundam dubicum circa  
Regulam Seraphicam,* in 4.

*Praxim Cæremoniarum Sacrarum,* in 4.  
Floruit anno 1668.

**PETRUS A SANCTO JOSEPHO  
DE TRIXUEQUE,** Hispanus, ex Dis-  
calceata Prov. S. Josephi, Concionatoris,  
ac Sacræ Theologiæ Lectoris muneribus  
functus, opus eruditum valdè, ac Regu-  
laribus perutile, sed vernaculè, conscrip-  
sit, hoc titulo insignitum:

*Concilium Superioribus salutare, ac Re-  
legatio immodicæ cupiditatis honoris,* in 4.  
Suscitatorum expectat M. S. in Cordubensi  
Bibliotheca Conv. S. Petri de Alcantara  
sub G. num. 79. Vidi. Incipit: *Pregunta  
el Angelico Doctor, &c.*

**PETRUS LACEPIERA,** Franciscanus,  
qui se Minorum minimum factus est,  
Latine scripsit:

*De oculo morali* tom. 8. impressum Ju-  
liobrigæ apud Arnaldum Gulielmum de  
Brocaro 1500. die 4. Aprilis. Custodi-  
tur in Biblioth. Regia Maritensi. Vidi.

**PETRUS LAURENTIUS,** Hispanus,  
Regularis Observ. Compostellanæ Prov.  
Lector emeritus, & à Censuris Theolo-  
gicis S. Officij quaestionem elaboravit:

*An Christus post mortem meruerit,* quam  
affirmativè resolvens, publicè propugna-  
vit Compostellæ, in publicumque missit  
in 4. sed absque loco, & anno. Vidi.

**PETRUS LAZARO FERRER,** His-  
panus, in Oppido Saldon Diocesis Al-  
barrainensis natus, Regularis Observ.  
Provinciæ Aragoniæ alumnus, Philoso-  
phia Lector, Superiorum jussu in Sicilia  
translatus, in S. Mariæ Angelorum Pa-  
normitano Conventu Prædicator, & Lec-  
tor Generalis institutus, Provinciarum  
Calabriæ, & Terræ-Laboris Ex-Commis-  
sarius Visitator, & ex Pro-Minister Pro-  
vincialis, Archiepiscopatus Panormitani  
Examinator Synodalis, Librorum Revisi-  
tor, Visitator, & Vicarius Generalis Sira-  
cusanæ Diocesis, Regiæ Monarchiæ, S.  
Inquisitionis, & Neapolitani Provincia-  
lis Concilij Theologus, & in illius Univer-  
sitate Regia, Moralis Philosophiæ Mode-  
rator, & demùm in Neapolitano Regno  
electus, & consecratus Uxentinus Antis-  
tes: typis dedit primur eruditissimas  
Theses rotius Theologiæ pro Comitij.  
Generalibus habitis Romæ die 13. Junij  
anno 1688. sub titulo:

*Domus Sapientiæ; vna cum peculiaribus  
elogijs ligato Sermonè 7. Doctorum princi-  
palium Ordinis Minorum.* Neapoli apud

Domin. Antonium Parrino, anno 1688. in fol. Vidi. Italicè emisit:

*Speculum Montalium*, S. Petro Alcantarenfi sacrum. Panormi apud Petrum Coppula 1688. in 8. Vidi.

*Orationem funebrem in obitu D. Joannis Barbosa Panobremiani Castellii Præpositi*. Romæ per Thomam Romulum 1692. Demùm Latinè:

*Epistolam Pastoralem ad Dicesanos*. Romæ apud Josephum de Martijs 1705. in charta expansa. Anno 1724. diem, & sanctè clauserat extremum.

PETRUS LOBO, Hispanus, ex Minoritis Discalceatis Prov. S. Joannis Baptistæ in Valentino Regno, verè Germanus Frater nostri Apostolici Viri Fr. Alphonsi Lobo, abstinentia, contemplatione, ac miraculis clarus, pro regimine nonnullarum Confraternitatum Crucis, quas in Valentino Regno erexit, conscripsit:

*Statuta*, laudata, & publici juris facta tomo 1. Chronic. laudatæ Prov. lib. 3. cap. 37. Puerulum resuscitavit, ac meritis cumulatus senio confectus moritur anno 1618. Semèl, atque iterùm gloriosus apparuit.

PETRUS LE-MAYRE SERAPHINUS, à Genuensi illaudatus, Gallus, ex Minoritis Capuccinis Provinc. Parisiensis, edidit:

*Homiliarum in Dominicis omnibus*, & *festivitatibus anni*, tomos 8. in 12. Parisiis.

*Homiliarum in Evangelia Adv. & Quadragesimæ*, tomos 4. Paris.

*Homiliarum aliarum in Mysterijs, & Festis Sanctorum*, tomos plures. Ibidem. Memoratur à Dupino in *de Scriptoribus Ecclesiasticis sæculo 17. quo floruit*.

PETRUS MANERO, Hispanus, Aragonius, Carthæna Oppido oriundus, Provincie Aragoniæ Reg. Observ. Guardiae Lector emeritus, Causarum S. Inquisitionis Cenfor, à Secretis Ordinis Joanni à Neapoli Ministro generali, Definitor generalis, demùm Vice Commissarius generalis Familiæ Cismontanæ, Vir doctus, & religiosus, ac demùm, ex Ministro generali Ordinis ad Turiasonensem Ecclesiam assumptus, publici juris fecit:

*Tertulliani Apologeticum contra gentes, à se Hispanicè traductum Notis eruditissimè illustratum*, præfixa doctissima, & diffusâ præfatione de vita, doctrina, ætate, & respicientia Tertulliani. Cæsaraugustæ

per Didacum Dormer, anno 1644. in 4. In *librum Tertulliani de Patientia*, & in *ejus exhortationem ad Martyres in carcerem missos*. Matriti, vnâ cum Apologia ad Philippum IV. Hispaniarum Regem, typis Pauli de Val, anno 1657. in fol. parvo. Vidi.

*Expositionem Regulæ Fratrum Minorum ab ipso Seraphico P. N. Franc. Legislatore verbis, factis, exemplis traditam*. 2. Cæsaraugustæ apud Petrum Carreras 1716. in 8. Vidi. & Gandavi 1664. in 8. Vidi. Eleganter admòdum, ingeniosèque scripsit vernacula lingua:

*Vitam Venerabilis Joannæ Valesiæ, olim Regine Galliæ, Ordinis Annuntiatæ Fundatricis suo Seraphico Instituto militantis*. Matriti ex typographia Regia 1654. in 4. Vidi. Celsit è vita ferè sexagenarius, anno 1660. die 5. Decembris. Congregaverat librorum volumina vltra 14. millia in insigni sua Bibliotheca, quæ omnia, è vivis abeunte, miserimè perierunt maximo Religionis malo. De eo cum laude pertractat Uvadingus, D. Nicolaus Antonius, ac Gubernatis, tom. 1. Orbis Seraphici, lib. 3. misit alijs.

PETRUS MANRIQUE, Hispanus, Minorita, scripsit:

*De Conceptione Virginis Delpara*, Daza Author, apud Alva in Militia, col. 1162.

PETRUS MARCHANT, ex Tractu Leodiensi, Prov. S. Josephi in Comitatu Flandriæ Minister, Sacræ Theologiæ, & Ordinis Definitor, Vir sanè eruditus, ac Religiosus, scripsit, & doctè:

*Expositionem in Regulam Seraphicam, sub titulo: Fundamenta duodecim Ordinis Fratrum Minorum*. Antuerpiæ, apud Petrum Bellerum 1657. in fol. Vidi.

*Expositionem Testamenti S. P. N. Francisci*. Ibidem.

*Chronologiam Generalium Ordinis, usque ad RR. P. Fr. Petrum Manero*. Ibidem ad calcem operis laudati.

*Expositionem litteralem Regulæ Fratrum Minorum*. Editio 3. qua vtor facta est Antuerpiæ 1648. in 8. Vidi.

*Tractatum de Sanctificatione S. Josephi in utero*. Brugis in 16. apud Nicolaum Beygellium, & Gandavi typis Alexandri Serlandri 1631. in 8. Vidi. Sed cum contra hanc sententiam Claudius Dauquius Tornacensis Canonicus duplici invehentur libello, scripsit Marchantius.

*Festum diem illustrantem Sponsi Mariæ, Nutritij Jesu gratiosam sanctificationem*

*in utero, ab eo, quem Pater sanctificavit, & misit in mundum*. Gandavi anno 1632. apud eundem, in 8. Vidi.

*Baculum Pastoralem*, sive de potestate Episcoporum in Regulares non exemptos ab originibus suis explicata. Brugis per Nicolaum Brehighelium 1630. in 8. Vidi.

*Examen curris mystico Historici Ordinis S. Francisci*, à quodam P. Conventuali editi, in quoplnra refelluntur. Gandavi apud Joannem Kerkovium 1631. Insuper opus prænotatum:

*Copini fragmentorum Panis Verbi Dei*. Gandavi 1665. Ex Bibliotheca Krisiniana edita Hagæ Comitum typis Petri de Hondt 1727.

*Lucernam Fidei per Fratres Minores S. Francisci Regul. Observ. accensam in Palatinatu, & nonnullis Provincijs Germaniæ*, in qua labores suscepti pro conversione animarum, & illustres conversiones locorum, & personarum testimonijs authenticis Imperatoris, Principum, & Civitatum comprobantur. Gandavi apud Serfandum absque nomine Authoris anno 1631. Ex laudato Lippenio.

*Orationem funebrem in Exequijs Serenissime Infantis Elisabethæ Archiducissæ Austriae habitam Romæ in Conventu Ara-cæli*. Mediolani anno 1634. Ex Uvadingo.

*Encomia in consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatum, primitijs Sacerdotum*, quæ spartim impressa sunt.

*Tribunal Sacramentale, & visibile animarum in hac vita mortali tomis duobus explicatum*. Gandavi apud Bartholom. Pauli, anno 1642. in fol. opus quidem doctissimum Confessarijs perutile, & necessarium. Extat etiam:

*Tertius tomus complectens omnium statuum, graduum, officiorum naturam, obligationes, peccata, &c.* Prodiit cum præcedentibus Antuerpiæ ex typographia Petri Belleri 1672. in fol. Vidi.

*Notabiles resolutiones variorum casuum, & questionum practicarum*. Antuerpiæ typis Petri Belleri 1653. in 8. apud Bibliothecam Tellerianam, fol. 96. Et ibidem 1655. in 8. Vidi.

*Expositionem incruenti Missæ Sacrificij*. Antuerpiæ 1653. in 8. teste Lippenio, tomo 2. Bibliothecæ Theologicæ, pag. 303. Floruit circa annum 1650.

PETRUS MARCUS DE GATA, Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Gabrielis, tomum in fol. conscripsit vernaculè:

*De rebus Prov. S. Gabrielis ab anno Tom. II.*

1592. usque ad annum 1639. quo clarebat. Aservatur in Archivio ejusdem Provincie. Vidi. Incipit prologus: *O quam hermosa!* Laudatur tomo 2. Chronic. prædictæ Provincie, lib. 2. & lib. 8. cap. 24. num. 19.

PETRUS A S. MARIA, Lusitanus, professione Capuccinus, laudatur à Nicolao Antonio in suis Appendicibus M.S. apud Regiam Bibliothecam Matritensem, ceterum Author operis prænotati:

*Viridarium spirituale*, Hispana lingua impressi anno 1632.

PETRUS A S. MARIA, alter, Hispanus, Malacitanus, strictiorem Observantiam Discalceatorum professus in Granateni Prov. S. Petri de Alcantara, typis subjecit opus in 4. Hispanè amplectentem: *Manuale Sacerdotum*.

*Speculum Christianorum*.

*De Cereemonijs Missæ tractatum*. Granatæ apud Sebastianum de Menna, anno 1598. De eo Uvadingus, ac Nicolaus Antonius.

PETRUS MARMOL, Hispanus, Cordubensis, Lector primarius in Conv. Matris Dei Prov. Baticæ Tertiariorum Regularium communem fecit, à se vernaculè habitam:

*Orationem Eucharisticam pro insigni victoria Philippi V. Hispaniarum Regis*. Granatæ anno 1711. in 4. Vidi.

PETRUS MARSÆUS CRATEPOLIUS, Juliacensis, alijs Colonienfis, alijs verius Opmetensis, Minorum Conventualium Sacræ Theologiæ Baccalaureus, in re historica non vulgaritè versatus, cui pietas, & eruditio nomen non in celebre dederunt, scripsit:

*Catalogum Academicarum Orbis Christiani*. Colonia 1593. in 8.

*Catalogum Archiepiscoporum Coloniaensium, ac Trevirensium, Leodiensium, Ultrajectensium, Monasteriensium, Osnaburg. & Mindensium, additis Mogunt. Principibus Elector. & deinde omnium fermè Orbis Archiepiscoporum, & Episcoporum, qui contra Misoliturgos Sacrosanctum Missæ Sacrificium asseverant*. Colonia primùm anno 1592. & postea apud Gulielmum Lutzentirchen. anno 1596. in 8. Vidi.

*Catechismum Catholicum in compendium rededit*. Colonia 1592. in 12. & Lugduni 1592. in 8.

*Sermones varios*. Lugduni anno 1592. *De Resurrectione corporum, & anime immortalitate, contra Saduceos*. Ibid. apud Hobergum 1598. in 8.

*De Schismaticis, ac Pseudo Doctoribus, & quamplena periculi res sit ab Ecclesia Catholica rescdere* 1592. in 8.

*Lectioes ad Romanum Breviarium de patrie Colonienfis Sanctis, qua in Romano desiderantur.* Ex Uvadingo.

*Ludovici Granatensis Conciones in Epitomen redegit*, in publicumque misit. Prodiit Lugduni ex officina Claudij Morillon 1609. in 8. Vidi. Habentur aliqua ab eo adjecta Conciones. Insuper:

*Affertionem Sacrificij Missae.* Antuerpiae 1596. in 8.

*De virtutibus, & vitijs.* Ibidem 1600. in 8. De eo Uvadingus, Dupinus, ac Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, verbo *Petrus Cratepolius*. Claruit circa annum 1598.

**PETRUS MARTINEZ**, Hispanus, ex Oppido Urones Legionensis Regni, Regul. Observ. Compostellanæ Provinciae, munere Lectoris Sacrae Theologiae fungens, gradum in Chilensem Prov. Regul. Observ. faciens, moramque trahens in Conv. S. Francisci del Monte, conscripsit vernaculè:

*Enchiridion fidelium executorum*, in duos tomos distrib. In primò Philippo IV. Hispaniarum Regi sacro, agit de rebus vendibilibus juxta taxationem in Regni Castellæ, ac Legionis prescriptam. In secundò, de eisæm mercibus juxta pretium in Indijs Occidentalibus prescriptum. Utèrque asservatur ineditus, & indicibus locupletatus Salmanticæ in Bibliotheca Regalis Conv. S. P. N. Francisci. Vivebat anno 1630.

**PETRUS MATTHÆUS DE LARA BARNUEVO**, Hispanus, Cordubensis, ex Regul. Observ. Granatensis Prov. Theologus, ac Concionator doctrinæ præstantia satis notus, notior vero in Terra Sancta, pro Ecclesia Catholica Romana adversus Græcos verbo decertans, atque scriptis, exaravit:

*Tractatum de Sacra Eucharistia laudatum à San Juan del Puerto*, lib. 6. *Patri-monij Seraph.* cap. 25. Obijt in Conventu Nazareth, anno 1671. 21. Septembris.

**PETRUS MATHIAS**, Hispanus, ex Discalceata Prov. S. Josephi (adhuc indivisa) zelo animarum ductus ad Philippenses Insulas, & Discalceatæ Prov. S. Gregorij associatus, muneribus Definitoris, Custodis, Visitatoris, ac Provincialis Ministri cum laude functus, Ecclesiae de Zebu Sponsus à Philippo III. dari promeruit, deincepsque ad Camariensem Episcopatum assumi. Sedens habuit, ad Malinensem Ecclesiam:

*Orationem funebrem in Exequijs Margaritæ Austriacæ Hispaniarum Reginae*, ibidem impressam, una cum relatione funebri apparatus, anno 1612. Scripsit etiam:

*Relationem authenticam actuum V. Martyris Molucensis Fr. Sebastiani à S. Josepho Discalceata Prov. S. Pauli filij* in fol. Legi. Asservatur in Archivio ejusdem Prov. Obijt, haud sine sanctitatis opinione, in sua Sede, circa annum 1616. Ejus conscripsit Vitam Fr. Antonius de la Llave in Chron. M. S. Prov. S. Gregorij, triennio 11. cap. 23. fol. mihi 1125.

**PETRUS A MATRE DEI**, Hispanus, in Oppido Villada, Diocesis Legionensis natus, Discalceatæ Provinciae S. Pauli filius, Vir prudens, strictioris Observantiae amantissimus, & cultus Deiparæ Virginis addictus, Ministri Provincialis munere, haud sine laude functus, ex Sacra Pagina, Sanctorumque Ecclesiae Doctorum doctrina compilavit:

*Præconia Mariana*, quæ sub titulo: *Præces Mariana*, edita sunt Matrili anno 1630. Ineditos reliquit, sed absolutos, tom. vnum:

*De Doctrina Magistrorum, & forma Novitiorum.* Incipit: *Dice San Gregorio Nazianceno.* Tomum alium:

*De Oratione, & Meditatione.* Incipit: *Dicese en el capitulo septimo.* Obijt Vallisoleti, in S. Didaci Conventu apud suos sepultus anno 1634. De eo pertractavi tomo 1. Chron. Prov. S. Pauli, lib. 1. cap. 6. num. 41. Memoratur à Uvadingo, & Nicolao Antonio.

**PETRUS A MAUTINA**, seu **MARTINA**. Vide superius verbo *Petrus Citus*.

**PETRUS DE MENNA**, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Castellæ, Regius Concionator, ac Ex-Minister Provincialis, publici juris fecit vernaculè:

*Concionem de admirabili Domini Ascensione ad Capitulum generale Ordinis, Toleti habitam.*

*De Spiritu Sancto* aliam ibidem habitam. Utraque prodijt Matrili typis Joannis Garcia, anno 1682. in 4. Vidi. Ejus cura, edita extat:

*Vita S. Francisci Solano à Fr. Didaco de Cordova*, Minorita, conscripta. Matrili in Regia typographia 1676. in 4. Vidi.

**PETRUS DE MENSA**, Minorita, Hispanus, ineditum reliquit:

*Concionum de Sanctis*, tom. 1. asservatum in Bibliotheca S. Francisci Matrili, teste

teste D. Antonio Leon Pinelo in sua Bibliotheca Mariana M. S. ibidemque recensente ejusdem Authoris *Concionem de Assumptione Virginis*.

**PETRUS MERCADO**, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Aragoniæ, in Custodia Terræ Sanctæ Apostolicus Concionator, ac Græci idiomatis Lector, prælo subjecit opus prænotatum:

*Nova Encyclopædia Missionis Apostolica in Regno Cypræ, seu Institutiones lingua Græcæ vulgaris, cum aliquibus additamentis apprime necessarijs ad vernaculam Græcorum facilius addiscendam pro majori Apostolicæ Missionis commodo.* Romæ per Salvionum 1732. Opus est Grammaticale Græco-Latinum, Hispanum, & Italicum, præcipuè verò Grammaticam Græcam amplectitur. Vivit.

**PETRUS A MINAYA**, Hispanus, munere Conservator in sua Burgenfi Prov. Regul. Observ. typis dedit opus mysticum hunc habens Hispana lingua titulum: *Arancel espiritual*, id est, *Norma spiritualis*. Pampilone per Martinum Gregorium Zabala 1667.

**PETRUS**, absque vilo cognomine, Minorita dictus, Sacrae Theologiae Magister, scripsit præclarum:

*Tractatum adversum Richardum Armbanum*, teste Petro Riochâ, lib. 4. Comp. Tempor. cap. 6. Consule Arturum in Additionibus, pag. mihi 638. §. 156.

**PETRUS DE MOLIANO**, Oppido non ignobili in Piceno, Diocesis Firmanae, Vir vitæ sanctissimæ, & in vitæ spiritualis documentis versatissimus, à Dominico Leonefiano, Minorita egregie pio, & docto pro rostris dicente ad Ordinem Minorum coarctus, in eo tales fecit profectus, vt domesticis, & exteris fuerit admirationi. Scripsit:

*Instructiones spirituales pro ijs, qui Deo volunt inservire.* Habentur simul cum ejus vita in 4. parte lib. 5. Chronicorum Bartholomæi Cimarelli. Obijt anno 1490. apud Camertes.

**PETRUS MONTANUS**, PARUVETANUS, quod est celebre municipium Gallo-Brabantiae, juxta Comitatum Namurcensem, Sac. Theologiae Licentiat, Pædagogij Falconis Lovanij Rector, tandem etiam ipsius Academiae Rector, Minorum hoc modo subivisse ferunt Institutum, scilicet dum hanc Academiae Rectoris dignitatem præferret, pallio honorario indutus ea pompa, qua solent illius Praefecturae Viri ad solemnes Con-

Tom. II.

ventus deduci, præcuntibus de more signiferis, sive (vt vocant *Bedellis*, Franciscanam ædem petijisse, atque in ipsius limine sigillum dignitatis insigne, vni illorum ad primores Academiae referendum commisisse, illisque, vt abirent, jussisse, his eos compellens: *Hæc requies mea in saeculum seculi.* Evasisit Vir valde pius, & devotus. Præfuit multis Cœnobijs, Lovanij præsertim, & Antuerp. Anno 1578. dum Antuerpiæ Guardianum ageret, cum Fratibus suis, recusato impio juramento à Geurij exacto, contra Regem, & fidem Catholicam, exulare iussus, elegit abjectus esse in domo Dei, magis quam in tabernaculis habitare peccatorum. Habuit Fratrem eloquentissimum Ecclesiasten Episcopum Daventriensem, ejusdem secum vt generis, ita & professionis Franciscanae, R. D. Ægidium Montanum. Claruit hic dicendi, ille scribendi ornameto, reliquitque:

*Commentaria in septem Psalmos Pœnitentiales.* Antuerp. anno 1569. typis Steelij in 12. Vidi.

*Enarrationem Dominicæ Passionis, secundum quatuor Evangelistas, ex veterum Doctorum Commentarijs concinnatam.* Ibid. 1555. 1556. & 1571. in 8. Vidi. Lovanij an. 1578. die 20. Aprilis pestilenti febre decessit, ante fores Chori sepultus. Ex Valerio Andrea à Uvadingo excepto. Memoratur à Jacobo Le Long in *Bibliotheca Sacra*, fol. 658. verbo *Petrus Buretius*.

**PETRUS MONTERONE**, B. Petro Pectinario (qui obijt anno 1289. pridie Nonas Decembris) coævus, & amicus, scripsit Latine:

*Vitam ejusdem B. Petri Pectinarii*, quam fecit Italicam Seraphinus de Leccieto Augustinianus, typisque vulgavit Senis Simeon Nicolaus de Nardo, an. 1519. Hæc Uvadingus.

**PETRUS A MONTEPILOSO**, Provinciae Basilicatae alumnus, Sacri Montis Sion Guardianus:

*De rebus Terræ Sanctæ*, opus ineditum reliquit laudatum à Fr. Didaco Lequile, tomo 2. Hierarch. Franciscanae, fol. 234.

**PETRUS DE MONTESIO**, Senensis, Vir pijsimæ vitæ, & musicæ peritus, hujus artis aliquot reliquit monumenta. In Cœnobio Montis Pulitiani habetur pulchrum ejusdem *Antiphonarium*, & *Officium SS. Trinitatis*, cujus modos ille composuit. Testatur Fr. Antonius Terinca in Theatro Prov. Tusciae, pag. 210.

**PETRUS DE MORAGA**, minimè

fuit Minorita, ut aliqui volunt, sed Minimus, ut ex ejus opere constat edito Toleti 1616. in 4. Vidi.

PETRUS DE MOREDA, Hispanus, Matritensis, Regul. Observ. Prov. Castellæ Concionator generalis, & Apostolicus, à Confessionibus Caroli II. Hispaniarum Regis, Vir, qui Compluti, & Matriti Guardianus agens, ac Diffinitorius, & Provincialis Ministris muneribus fungens, egregium virtutis specimen dedit, ac officia sublimiora Ordinis, multiplicesque Episcopatus à laudato Rege, cui erat valde dilectus oblatos, humilitati iteratò postposuit, typis dari permisit à se habitam coram populo gravi:

*Orationem funebrem in obitu Caroli II. Hispaniarum Regis.* Compluti typis Universitatis, anno 1700. in 4. Vidi. Ejus vitam conscripsit, ac in ejus obitu orationem habuit R. P. Fr. Franciscus Martinez laudatæ Prov. Definitor, & impressenti Matritensis Cœnobij Guardianus. Consule tomum primum hujus Bibliothecæ, pag. 403. verbo *Franciscus Martinez.* Migravit ad Dominum anno 1728. die 22. Decembris, hæud sine sanctitatis opinione, apud suos Matritensis Cœnobij sepultus.

PETRUS MORENO, Hispanus, ex Discalceata Prov. S. Petri de Alcantara, Granatensis, Sacræ Theologiæ professor, communis juris fecit Hispana lingua:

*Concionum Dominicarum, ac Feriarum Quadragesimalium*, tom. 1. Matriti apud Joannem Fernandez de Buendia 1672. in 4. Vidi.

*Concionum multiplicium*, tom. 1. Ibidem typis Matthæi de Espinosa 1674. in 4. Vidi.

*Sermonum multiplicium*, tom. alium. Ibidem per eundem 1675. in 4. Vidi.

*Concionum Dominicalium post Pentecostem*, tom. 1. Matriti apud Josephum Fernandez de Buendia 1672. in 4. Vidi. Prodiierunt etiam ibidem anno 1685. quo Author clarebat.

PETRUS MORENO, alter, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Castellæ, celebris Concionator, ac Toletani Conventus S. Joannis Regum Guardianus, emisit vernaculè:

*Orationem funebrem in obitu Servi Dei Rochi de Torres Tertiarj Franciscani.* Toleti per Augustinum de Salas 1700. in 4. Vidi.

PETRUS MORONIUS, Minorita, Latine conscripsit, ac edidit opus prænotatum:

*Responsa Moralia.* Venetijs 1645. in fol. Fides sit apud Bibliothecam Slusianam Romæ editam anno 1690. in 4. Regali: Fortassis diversus non est à *Illuminato Moronio*, de quo superius egimus. Vide ibi.

PETRUS MORSALINUS, seu MORSELINUS, Gallus, Minorita,

*Martyrologium Romanum* à se recognitum evulgavit Parisijs in typographia Jacobi Kerver, anno 1573. in 4. Vidi.

PETRUS MUÑOZ, Minorita, Hispanus, laudantibus Uvadingo, ac Nicolao Antonio, elaboravit, ac typis commisit:

*Conciones de Adventu.* Pinciaz anno Virginei Partus 1643.

PETRUS DE NAVARRO, Hispanus, Talaveranus, Regul. Observ. Prov. Castellæ, Sacræ Theologiæ Lector emeritus, & Pater, insignis Concionator, à Theologicis Censuris Supremæ Inquisitionis, variisque dotibus illustris, scripsit Hispanicè:

*Vitam, & Acta Joannæ à Cruce Tertij Ordinis S. Francisci, sanctimonia illustris, per Hispanias, & extrà notissima, & quidem doctè explicat favores, & dona Cœlestia, quæ à Christo suo Sponso hæc Sacra Virgo recepit, atque ad singula loca, vel obscura, vel difficilia, aut communem hominum captum excedentia, eruditæ adnotationes Theologicas, & Morales adjunxit.* Librum dedicavit Isabelle Borboniæ Hispaniarum Reginæ. Matriti apud Thomam Juncti Regium Typographum, anno 1622. in 4. Vidi.

*Apologeticum de præsenso Monachatu S. Francisci*, Latine à Uvadingo editum, Hispanum reddidit, ut quo Joannes Marquez Magister Salmanticensis conatus est persuadere Sanctum Franciscum fuisse aliquando Eremitam Augustinianum, eodem idiomate opposita prodiret assertio. Matriti anno 1623. in 4. ex typographia Regia. Vidi.

*Commentaria in Regulam Minorum.* Matriti ex Regia typographia, ann. 1641. in 8. Vidi. Et ibidem 1615. in 4. Vidi. Et Latine Parisijs apud Dionysium Moreau, anno 1621. in 8. Vidi.

*Descriptionem Capituli generalis Ordinis, Toleti celebrati anno 1606.* Prodiit in 4. ibidem ex officina Petri Rodriguez. Vidi. De eo Nicolaus Antonius, & Uvadingus.

PETRUS NAVARRO, à Superiore diversus, Hispanus, Compostellanæ Provinciae

viciæ Regul. Observ. alumnus, edidit:

*Manuale Cœnobij, secundum usum Ordinis Fratrum Minorum correctum juxta Missale, & Breviarium Romanum.* Salmanticiæ apud Gulielmum Foquel 1586. in 8. magno. Vidi. Memoratur etiam à Uvadingo, & Nicolao Antonio.

PETRUS NICOLAUS FACTOR, Hispanus, Valentino, patre Siculo, matre Hispana natus anno 1520. factus Minorita anno 1537. eos fecit in virtute progressus, ut sæpe ad suos Confosdotes regendos Cœnobij præficeretur, & in Conventu Valentino tyrones instrueret. Nullus eo humilior, nullus continentior, nullus omnium saluti magis intentus, neque operibus charitatis, obsequio præsertim infirmorum, & leproforum, magis addictus. Corpus miris modis affligebat, ut carnem spiritui subjiceret, neque tamen adeò comprimere potuit, quin frequenter recalcitraret, & molestas strueret insidias. Totus in Deum absorptus, ejusque inflammatus amore, videbatur potius in Cœlis, quam in terris versari, mente, & oculis in altum elevatis extases passus vehementes, & sæpius in ærem elevatus. S. Ludovico Beltrano Ord. Prædicatorum, summè familiaris, de rebus Divinis frequentes cum eo miscebat sermones. Quædam scripsit ad aliorum ædificationem; nempe,

*Tractatus aliquot Spirituales.*

*Sermones de Sanctis.*

*Epistolam ad Virginem Clarissam Monasterij Valentini, nuncupati de Jerusalem, in laudem Joannis Evangeliste, quæ cum vita ejus circumfertur.*

Obijt Valentiz anno millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, die 28. Decembris, miraculis, & spiritu prophetico illustris. Agitur de referendo inter Sanctos, pro quo suas interposuerunt preces Reges Hispani, & Regnum Valentinum. Ex Uvadingo, Possivino, ac Nicolao Antonio. Ejus vitam habes, apud Salazar, tomo 6. *Martyrologij Hispani*, die 23. Decembris, quem consulas, & *Bibliothecam Valentianam*, pag. 389. Vide tomum 1. hujus Bibliothecæ, pag. 265. verbo *Christophorus Moreno.*

PETRUS NIETO, Hispanus, Seta-bienfis, Vir obediens, humilis, spiritua-lis, fervidus, poenitentiz deditus, virtutum veluti compendium factus, Discalceatam S. Joannis Provinciam illustrans, edidit in lucem tractatum valde devotum:

*De Oratione Mentali.* Floruit ann. 1589. & spiritu prophetiz clarus, sepultus: am nactus est in Conventu S. Onuphrij non longè à Serabi, ejusque corpus annos post sex repertum est integrum. Operis, & Authoris meminerunt Nicolaus Antonius, Uvadingus, Arturus in Martyrologio 26. Julij, §. 13. Consule Joannem à S. Maria; part. 1. Chronicor. Prov. S. Josephi, & Chronologum Provinciz S. Joannis Antonium Panes, part. 1. lib. 1. cap. 63.

PETRUS NUÑEZ DE CASTRO, Hispanus, Regul. Observ. Provinc. Conceptionis alumnus, & Conventus Rivificci Guardianus, scripsit patrio sermone:

*Sermones de Sanctis Minoritis.* Rivificci apud Franciscum Fernandez, anno 1618. in fol. Vidi.

*Apologiam pro impressione Sacror. Stigmatum B. P. N. Francisci.* Ibidem.

*Apologiam pro Regul. Observ.* Ibidem. *Concionum pro tempore Adventus, & Sanctis occurrentibus*, tom. 1. Pinciaz in Regia typographia 1643. in 4. Vidi. Spem fecit in Prologo aliorum, quos ad prælum licentiz, ac Censuris munitos habebat anno 1643. Eorum inscriptiones:

*De Casu Juda,* tom. 1. lingua Hispana.

*Super Epistolas Dominicales Quadragesimales*, tom. 1. vernaculè. Claruit circa annum 1650. Memoratur à Uvadingo, Nicolao Antonio, & Laffor, tomo 1. *lui Universi calamo delinçati*, fol. 108. laudante ejusdem Authoris, *Discursus de Sancta Maria de Portiuncula.*

PETRUS N. id est, absque vilo cognomine, Minorita, Hispanus, Latino sermone ineditum reliquit tomum magnum in fol. completentem:

*Commentaria in Cantica Cantecorum.*

*In Daniele.*

*In Apocalypsim.*

*Chronologiam ab Adamo usque ad Romanos Imperatores.*

*Catalogum Summorum Pontificum à Christo Domino, usque ad Benedictum XII.*

*Tractatum de Judicio, & Anti-Christo, ad Joannem Archiepiscopum Toletanum Regis Aragonum filium.* Opus est characteribus rubris, & nigris exaratum, & Barcinone in Bibliotheca D. Raimundi Dalmasses Viri nobilis custoditum. Vidit meus Germanus Fr. Fr. Petrus à S. Bonaventura, Concionator, Theologiæ, quæ ad mores spectat Lector, Ex Guardianus, & Notarius Apostolicus. Raymundi hujus, suæ.

staque Bibliothecæ memoriã facit Petrus Serra in suo opere Hispanè inscripto: *Prodigios, y finezas de los Santos Angeles*, pag. 403. num. 602. Claruit Petrus noster anno 1340.

PETRUS OPMERSENSIS. Vide superius verbo *Petrus Marfæus*.

PETRUS DE ORBASANA, Capuccinus, Pedemontanus, in eadem Provincia Vir doctus, ac in Geometria, & Astronomia peritissimus, inedita reliquit opuscula Italico sermone conscripta:

*De immobilitate terra, ac de rebus Geometricis*, Taurini asseruata. Confule Genuesem, & Rossotum in Syllabo de Scriptoribus Pedemontanis.

PETRUS ORBELLIS, Gallus, Andegavensis, professione Minorita, insignis Concionator, ac Sacræ Theologiæ professor, publici juris fecit:

*Quadragesimale hortulæ conscientia super Epistolas Quadragesimæ*. Lugduni apud Engelhardum Schultis Alemanum 1491. in 4. die 24. Növembris. Vidi.

*Carmina*. Parisijs anno 1508. teste Dupino, sæc. 16. Memoratur à Tosigniano, & Uvadingo. Claruit circa annum 1500.

PETRUS ORDOÑEZ FLORES, Minorita, Hispanus, circa annum 1660. prælo parabat:

*Expositionem Regule Seraphicæ*, cujus meminit Fr. Petrus de Alva, tabula 2. de *Expositoribus Regule Minorum*.

PETRUS OROZ (Uvadingo OROSIUS) Hispanus, Pampilonensis, Regul. Observ. Provinciæ S. Evangelij filius, & Pater, pro conversione Gentilium apud Occidentales Indos:

*Grammaticam lingua Ottomina à suo consodale Fr. Petro de Palacios compositam, correxit, & auxit*. Mexicana lingua conscripsit ad instar Fr. Philippi Diez. de quo inferius:

*Copiosas Conciones pro singulis anni festivitatis Dominicis, & ferijs, quæ nondum prodierunt*. Demùm Hispanè.

*Historiam Prov. S. Evangelij*, quemadmodum recensetur Latine ab Illust. Gonzaga. Ex Fr. Joanne de Torquemada, cap. 23. part. 3. *Chron. Prov. S. Evangelij*, & Fr. Augustino Ventancur in eisdem Chronis, fol. mihi 190. Florebat anno 1585.

PETRUS DE OROZCO, Hispanus, ex Discalceata Provincia S. Josephi, Pater Provinciæ Austriæ, Commissarium generalem Hierosolymitanum Germaniæ agens, edidit Hispano sermone:

*Christiani Institutionem super septem*

*Sacramenta Ecclesiæ fundatam*. Viennæ Austriæ per Matthæum Formica 1635. in 8. magno. Vidi. Spem fecit in prologo alterius operis edendi, hætenus mihi ignoti. Ad Episcopatum Temniæ assumptus votum accepit, seu juramentum ab honorato Consilio Regali *de la Meza, y Caballa*, de tuenda Immaculata Virginis Conceptione, ut videre est in libro de hac re impresso Matrili 1654. in 4. Anno 1656. edidit secundò laudatam *Institutionem Christiani*, & prodijt Marriti ex typographia Juliani de Paredes, in 8. Vidi. Illaudatur à Nicolao Antonio, memoratur verò à Fr. Petro de Alva in Militia, & cum laude à Fr. Hieronymo Muñoz in Descriptione Congregationis Generalis Ordinis Toleti celebratæ anno 1673. impressa Matrili eodem anno in 4. Claruit circa annum 1660.

PETRUS ORTIZ, Hispanus, Regul. Observ. Provinciæ Angelorum, muneribus Concionatoris, Desinatoris, ac Provincialis Ministri functus, prælo subiecit Hispana lingua:

*Methodum instruendi Novitos prædictæ Provinciæ*. Hispani per Simonem Faxardo 1633. in 8. Vidi.

PETRUS DE PADUA, seu PATAVINUS, Minorita doctus, conscripsit tommum in fol.

*Super problemata Aristotelis*. Habetur Cod. Membran. Hispani in Biblioth. Ecclesiæ, & ita absolvitur: *Explicit prior, expositio hujus libri Magistri Petri de Padua cæpta Parisijs, finita Padua. Deo gratias*. Vidi.

*Sermones Dominicales per anni circulum*. Incipiunt, laudantibus Tosigniano, & Uvad. *Induimini Dominum*. Hæbebantur M.S. Paravij in Bibliotheca S. Antonij.

PETRUS DE PALACIOS, Hispanus, Regul. Observ. apprimè peritus in lingua Ottomina apud Mexicanos in Indijs Occidentalibus, scripsit illo idiomate:

*Grammaticam, quam correxit, & auxit Petrus Orofius*.

*Catechismum, seu Doctrinam Christianam*.

PETRUS A PALUDE. Vide inferius littera Q. sub qua verbo *Quidam* de Anonymis sermonem instituit.

PETRUS A PANORMO, Italus, Vide inferius verbo *Petrus Tognoletus*.

PETRUS PAULUS DE COPELLA, è Potentia in Regno Neapolitano, Minorita Conventualis, ex Studio-

rum Regente, ut vocant, ad Cotroniensem Episcopatum assumptus, scripsit, ac edidit:

*Questionem de Matrimonio ad mentem Doctoris Subtilis*. Neapoli per Cilium 1542. in 4. Insuper, recensentibus Tosigniano, & Uvadingo, edidit:

*Tractatum de Operibus Misericordiæ*, fortè indistinctum ab alio:

*De bonis operibus in peccato mortali factis*, laudatum à Jeremia Buchio, lib. 1. *nostris Pisa*, fructu 8. juxtà editionem Bononiæ factam, anno 1590.

*Tractatum de Purgatorio*. Obijt anno 1556. De eo agitur tom. 9. *Italia Sacra*, fol. 532. & in *Bibliotheca Neapolitana Nicolai Toppi*.

PETRUS PAULUS DE VALLE, ex Regulari Observ. Sacræ Theologiæ professor, Vir etiam præcipuo cum pietate, litterisque commercio laudibus extollendus, evulgavit:

*Orationem habitam in Templo Araceli-tano, mandante S. P. Q. R. in die, qua ultimo lapide supra posito, admirandus Tholus in Apostolorum Principum Templo universali Urbis letitia fuit absolutus* 1590. Ex Prospero Mendoso, centuria 4. *Bibliothecæ Romanae*.

PETRUS PAUPER, Hispanus, Discalceatæ Provinciæ S. Pauli filius, Procuratorem in Urbe agens Canonizationis nostrorum Sanctorum Martyrum Japonensium, Petri Baptistæ, ac Sociorum ejus, ibidem, anno 1627. edidit in charta expansa, paucis perstringens, ligato, ac soluto sermone:

*Historiam laudatorum Martyrum*, Illustrissimi D. Fr. Antonij de Trejo, Carthaginensis Episcopi auspicijs. Hieroglyphica quibus ornatur, exscripta habes part. 1. mæx *Bibliothecæ Minor. Discalceatorum*, pag. 228. & 229.

PETRUS DE PHOCCCHIO, Italus, ex Minoritis Conventualibus, Vir doctus, ac eximius Concionator, Italicè edidit:

*Conciones sex super Salve Regina, & unam de festo Annunciationis B. Mariæ Virginis*, vti ex Marraccio narrat F. Antonius Terrinca in Theatro Prov. Tusciæ, pag. 210. Florebat anno 1600.

PETRUS PICTAVIENSIS, Gallus, Vir in Provinciæ Turoniæ Minorum Capuccinorum eruditus, ac pius, nec sine laude, Ministri Provincialis, ac generalis Desinatoris muneribus functus, vti Genuesis narrat, præter suas Philosophi-

cas, atque Theologicas lucubraciones; aliaque opera prælo dignissima, evulgavit dumtaxat Gallica lingua opus egregium in 4. tomos in 8. distributum, sub titulo communi:

*Dies Mysticus*. Parisijs apud Dionysium Thierry 1671. quo clarebat. Agit in primos: *De natura Mysticæ Orationis, & de excessiva activitate, vel proprietate Imaginum*. In secundo: *De nuda Fide, tam Divina, quam humana, & de ejus affectibus*. In tertio: *De subjectis remoto, & proximo Mysticæ Orationis*. In quarto: *De Oratione quietis Mysticæ saporosa, & non saporosa*. Floruit circa 1670.

PETRUS DE LA PIÑUELA, Mexicanus, Evangelicus Minister, ac Commissarius Provincialis Minorum Discalceatorum in Sinarum Regno prædicantium, in lucem edidit Cantone anno 1700. typis Joannis Josephi Guillena Carrasco, fol. 9, opus in 4. sub hoc titulo:

*Catalogus Religiosorum S. P. N. Franciscani, qui Sinarum Imperium ad Jesu Christi Evangelium prædicandum ingressi sunt ab anno 1579. usque ad annum 1700*. Hoc in Catalogo, fol. 4. num. 25. de se testimonium perhibet, hisce verbis: *Pa-*

*ter Fr. Petrus de Piñuela, ex Mexicana Civitate oriundus, eodem anno 1676. Sinas ingressus, prædicavit Evangelium in Provincia FoKien, vbi quatuor erexit Ecclesias, gubernavitque. Postea in Provincia Kuan-tung, in Provincia Kiang-si, vbi quinque magno cum animarum fructu fundavit Ecclesias. Ac demùm Cantonensium Metropoli Commissarij Provincialis fungitur ministerio. In lucem dedit opera sequentia:*

*Controversiæ de Lege Dei cum Gentilibus*.

*Exercitium Orationis ex Sancto Petro de Alcantara cum additionibus*.

*Differentia inter temporale, & æternum*.

*Brevis explicatio Indulgentiarum*.

*De pietate, ac devotione animarum Purgatorij*.

*Doctrina de Catechismo, Confessione, & Communionem per interrogationes digesta cum Orationibus, ac virtutum exercitijs*.

*Virtutes aliquarum barbararum, & lapillorum*.

*Regula Terti Ordinis S. P. N. Franciscæ, nondum typis mandata*.

*Ars dicendi Sincicum idioma* Hispanicè elaborata. Sinarum Missionarij sepulchro nostri Authoris hunc titulum adjunxerunt.



R. P. Fr. Petri Piñuela,

Natione Hispani, Patria Mexicani, Professione Minoritæ: Post diuturnam Vineæ Sinensis culturam in qua opere, verbo, scriptoque plurimum laboravit, anno Domini M. DCC. IV. tertio Kalendas Augusti, ætatis suæ LIV. Missionis autem XXVIII. Chancheufu vita functi, hic ossa jacent.

PETRUS PIZARRO, Hispanus, Regul. Observ. Prov. Angelorum, Lector emeritus, ac Pater, Hispana lingua edidit:

*Apologiam pro vero Authore*, libri prænotati: *Vida de la Serenissima Infanta Sor Margaritã de la Cruz, Religiosa Descalza de Santa Clara*, editi Matriti anno 1636. in fol. Prodiit Hispani ex officina Francisci de Blas 1708. in 4. Vidi.

PETRUS POISSON, Gallus, professione Minorita, vernaculè edidit:

*Orationem funebrem in obitu Sanctæ Columbe*. Biturgiæ apud Ravoux 1707. in 4. teste Jacobo Le-Long in Supplem. Bibliothecæ Gallicæ, fol. 909. Gallicè quoque dedit foras,

*Tractatum mechanicum*. Parisijs in 4. Consule Ephemerid. 11. Eruditorum Galliarum anno 1666.

PETRUS POYTIER. Vide superius, verbo *Petrus Pictaviensis*.

PETRUS POLIARES, rectius POYARES, Lusitanus, ex Discalceata Prov. Pietatis, in Elvensi Domo Sacræ Theologiæ professor, publici juris fecit:

*Dictionarium Lusitano-Latinum de nominibus proprijs Regionum, Provinciarum, Urbium, Oppidorum, Castellorum, Marium, Fluminum, &c.* Ulyssipone per Joannem de Costa 1667. in 4. Vidi.

PETRUS DE PORTIUNCULA, Lusitanus, Regul. Observ. Prov. Algarbiorum, Sacræ Theologiæ Lector, vernaculè emisit:

*Posna mihi patria est Craciæ, patria altera Athenæ;*

*Monstravit veram Religio patriam.*

*Non potiore loco potui, mihi credite nasci;*

*Non potiore coli, non potiore mori.*

*Panegyrim pro Canonizatione S. Pij V.* Eboræ in typographia Universitatis 1713. in 4. Vidi.

PETRUS POSNANIENSIS, Regul. Observ. Prov. Poloniæ Minister, Vir pius, & doctus, edidit:

*Decisiones totius Theologiæ speculativæ, & Moralis*, libris sex. Venetijs 1629. in 4. Vidi.

*Commentaria in librum primum Sententiarum Scoti*, in quibus Doctoris textus elucidatur, & adversariorum sententiæ refelluntur. Venetijs apud Marcum Giannum, anno 1628. Vidi.

*In singulas Deiparæ festivitates Sermones ternos*. Ex Uvadingo.

*Institutionum Sacrarum Moralium in Dominicis totius anni*. Antuerpiæ 1638. in fol. Vidi.

*Institutionum Sacrarum Moralium in eisdem Dominicis*, tomum alium in folio. Ibidem. Vidi.

*In secundum librum Sententiarum Questiones subtilissimas*.

*In tertium librum Sententiarum Questiones*.

*In quartum librum Sententiarum Questiones*.

*In singulas anni festivitates ternos Sermones*, teste Simone Starovolco, qui in suo opere *de Polonia Illustribus Scriptoribus*, pag. 173. eum appellans *Virum doctum, argutum, & judiciosum*, encomium subjungit, à Joanne Scrobcovizio concinnatum, quod tale est:

Florebat anno 1640. Memoratur etiam à Fr. Petro de Alva in Militia, col. 1184. & Marracio, parte 2. *Bibliotheca Mariana*.

PETRUS DE PUY, Gallus, Capuccinus, in Provincia Occitanicæ celebris Concionator, pietate, ac eruditione insignis, Gallica lingua emisit librum hunc afferentem titulum,

*Patronus Divinæ Justitiæ*. Tolosæ apud Philippum Boude, anno 1640. in 4. De eo scribunt Uvadingus, Genuensis, ac Dupinus.

PETRUS QUESVELLUS, Anglus, Coenobij Norvicensis Minoritarum alumnus, Jurisconsultus, & Theologus, eruditè scripsit:

*Directorium Juris in Foro Conscientiæ, & Judiciali*, quod opus in quatuor libros distinxit, scilicet:

*De Summa Trinitate, & Fide Catholica, & de septem Sacramentis*, librum vnum.

*De iisdem Sacramentis ministrandis, & accipiendis*, librum vnum.

*De Criminibus, quæ à Sacramentis impediunt, & de poenis iisdem injungendis*, librum vnum.

*De ijs, quæ ad jus, & judicium spectant, ordinatè dirigendis*, librum vnum. Quæ omnia diu M. SS. servabantur in Bibliotheca Norvicensi. Extat adhuc M. S. in Bibliotheca Vaticana, & Minorum Tolotana, littera X. num. 81. Titulus libri est:

*Summa, quæ vocatur Directorium Juris, in Foro Conscientiæ, & judiciali, composita à Fr. Petro Quesvel de Ordine Fratrum Minorum, ex Juribus Doctorum, & Summis diversorum*. Incipit: *Si quis ignorat, ignorabitur*. Volumen est ingens, & stylus præter Juristarum consuetudinem elegans. Hæc Uvadingus. Habetur etiam M. S. in Bibliotheca Claræ Vallis Abbatæ, & in Bibliotheca Parisiensi Colbertina, codicibus 328. & 2302. Habetur impræsentiarum cod. magus membran. in Tolotana Bibliotheca S. Joannis Regum, sub FF. num. 20. Clar. circa annum 1388. Memoratur etiam à Uvillorq, & Possævino.

PETRUS QUINTINOPOLITANUS, (vulgò *de San Quintin*) natione Gallus, Provinciæ Parisiensis Minorum Capuccinorum alumnus, Vir doctus, & in Sacris Scripturis eruditus: qui piè, & salubritèr Evangelicæ prædicatione in Vineâ Domini diu laboravit; composuit, typisque submisit volumen Gallico idiomate sub titulo:

*Speculum Oriniacense, in quo describitur Vita Sancti Benedicti, & multa recensentur de Monasterio Oriniacensi*. Quintinopoli anno 1646. tom. 1. in 4. Item: *Vitas Sanctorum Martyrum Domitij, & Uulsi, qui Ambiani coluntur*, in 8.

PETRUS DE QUIROS, Minorita, Hispanus, communem fecit:

*Concionem de Purificatione Immaculatæ Virg. Mariæ*, laudatam col. 1185. Militiæ, & à Marracio in Appendice. Hispani 1654. in 4.

PETRUS RARNALDUCCIUS E CORBARIO, vico agri Reatini, Vir variæ fortunæ, & proinde inconstantis, incertæque apud homines famæ. Uxoratus in sæculo, conjuge vivente, transiit ad Minores, inter quos magna virtutis, & doctrinæ, Evangelicæque prædicationis gloria in Urbe conversatus, assumptus est à Ludovico Bavaro Imperatore, ejusque sectarijs ad Summi Pontificatus effectum honorem, sub nomine Nicolai V. vt Joannis XXII. Avenione agentis sequela, & reverentia minueretur. Post biennium pertæsus hujusmodi schismaticæ majestatis, poenitens, & corde compunctus sponte è specioso honoris fastigio descendens Avenionem abiit, & ad pedes Joannis, veri Pontificis, fune ad collum injecto, veniam sui erroris deprecatus est. Vixit in Palatio Apostolico honorificè, & benignè à Joanne habitus per triennium, vbi anno 1333. mense Septembri defunctus, sepultus est apud suos confodales. Ille porrò scripsit:

*Opusculum de Christi imitatione*, lib. 1. *Abdicationem Antipapatus sui inter manus Joannis XXII. Pont. Max. Avenione in publico Consistorio factam*, quæ habetur in Elencho Cardinalium Felicis Contelarij, & in vita Joannis XII. à Francisco Bosquetò Viro eruditissimo edita. Consule Uvadingum, tomo 3. *Annalium D. Georgium Eggs*, lib. 2. *Purpura doctæ*, pag. 342. & illust. Cornejo in suis *Chronicis Ordinis*, tomo 3. Memoratur in *Bibliotheca Pontificia*.

PETRUS REGINALDUS, sive REGINALDETUS, Gallus, Minorita, Provinciæ Franciæ, Sacræ Theologiæ Magister, scripsit:

*Speculum finalis retributionis*. Venetijs 1498. in 8. Lugduni 1494. in 4. & 1528. in 8. Vidi ejus editionem factam suburbij S. Germani de Pratis per Petrum Levet, anno 1499. in 8. studio R. P. Fr. Guilielmi Totani Dominicani, vt in prologo refertur hæc verba faciens: *Uj de cæteris ta-*

468

55 cuerim optime fecisse videtur egregius  
 56 Sacrae Theologiae Doctor Magister Pe-  
 57 trus Reginaldetti Ordinis Fratrum Mi-  
 58 norum, cujus mentem Divina Sapien-  
 59 tia ita fecundasse arbitror mirabili, ac  
 60 ineffabili modo inebriasse, ut nihil ter-  
 61 renum, nihilque mundanum cor ejus  
 62 alliceret, sed toto mentis suae conatu,  
 63 intuitu, & affectu futuram operum bo-  
 64 norum, malorumve retributionem con-  
 65 templaretur, de qua in Symbolo Arha-  
 66 nianus ait: *Qui bona egerunt, ibunt in*  
 67 *vitam aeternam: Qui vero mala in ignem*  
 68 *aeternum.* Unde, & tanquam de hujus-  
 69 modi non ignarus libellum hunc, quem,  
 70 si caeteris placet, *speculum finalis retri-*  
 71 *butionis* appello, non sine magno labo-  
 72 re, magnaue diligentia composuit sty-  
 73 lo grato, & foecundo, celsaque senten-  
 74 tia, atque ordine decentissimo ad fi-  
 75 nem vsque perducendo. Cujus utilita-  
 76 tem frequentissime cogitans ego Fr.  
 77 Guilielmus Totani Sacri Ordinis Fra-  
 78 trum Praedicatorum humilis Doctor, &  
 79 Lector insignis Ecclesiae Primatis Gal-  
 80 liarum S. Joannis Lu memor prioris  
 81 charitatis Patrum nostrorum Domini,  
 82 ci, scilicet, Sanctissimi Patriarchae, ac  
 83 gloriosissimi Confessoris Francisci Sera-  
 84 phici Sacri Ordinis Minorum Fundato-  
 85 ris egregij, qui adhuc mortales Virgine  
 86 Sacratissima Dei Matre procurante co-  
 87 ram Deo, & Christo Jesu mirabiliter  
 88 corpore affectu, & effectu convenerunt  
 89 in vnum charitatis amplexibus post vi-  
 90 sionem mirabilem se invicem osculan-  
 91 tes, & dicentes: *Quia simul pergemus,*  
 92 *ad idem conabimur: nostri quoque veri*  
 93 *pariter successores.* Tantum ego ad tam  
 94 utile opus ad gloriam praefati Sacri Or-  
 95 dinis Minorum in lucem omnibus prae-  
 96 bere volens, quo salus plurimum valeat

97 procurari ex exemplari non modicum  
 98 viciato studui, quoad potui verum exem-  
 99 plar conficere de minus bene correctis,  
 100 veniam petens cum orationum suffra-  
 101 gij.

De Gaudijs piorum, & poenis malorum.  
 Prodiit Basileae anno 1499. apud Joan-  
 nem Pfortze, & Parisijs anno 1509.

Commentaria in quatuor libros Sententiarum. Habebat Uvadingus in primum, & secundum M. SS. in quorum calce ita habetur: *Explicit primus, & secundus Magistri Petri Reginaldetti scriptus per Fr. Andream Couytin in parvo Conventu Mentensi, anno Domini 1470. hac die, scilicet Translationis Beatissimi Patris nostri Francisci: Deo gratias.* Primus incipit: *Veteris, ac nova legis continentiam.* Secundus: *Creationem rerum insinuans Scriptura.*

PETRUS REGIS, vulgo CO-  
 NINCKK, Belga, Provinciae Flandriae  
 alumnus, Theologus, atque Ecclesiastes  
 celebris nominis, varijs in Ordine functus  
 muneribus, Conventum Audomarensem  
 annis continuis 11. suamque Provinciam  
 bis rexit. Fuit praeterea *Leonora, & Ma-*  
*ria* Austriacis, Francia, atque Hungariae  
 Reginae, a Confessionibus, & Calvinista-  
 rum flagellum. Reliquit patrio sermone  
 conscriptos:

*Dialogos de reali Corporis Christi in sa-  
 cra Synaxi praesentia.*

*Traetat. de Voluntate Dei,* quem M. S.  
 habuit Uvillotus.

*Conciones varias,* recensentibus Vale-  
 rio Andrea in Bibliotheca Belgica, ac  
 Dupino in Supplemento. Obijt Nivellae  
 13. Kal. Februarij, anno à salute parta  
 1573. aetatis 84. ibidem apud suos condi-  
 tus, adjecto hoc epitaphio, cujus memi-  
 nit Uvadingus, ex Uvilloto.

Monte sub hoc tegitur Frater, sed nomine Petrus  
 Regis, & hic nostrae gloria prima domus.  
 Ille fuit quondam Reginae clarus alumnus  
 Hungariae, & nostrae Religionis honos.

PETRUS DE REINOSA, Hispanus,  
 Provinciae Castellae Minorum Capuc-  
 cinorum, Sacrae Theologiae professor, ac  
 Complutensis Guardianus, communem fe-  
 cit Hispanae:

*Vitam S. Castilae Reginae Toleti,* ligato  
 sermone. Matriti apud Laurentium Fran-

ciscum Mojados, anno 1727. in 4. Vidi.  
*Concionem de Nativitate Reginae Ange-*  
*lorum.* Pincia 1718. in 4. Vidi.  
*Orationem Funebrem in Exequijs Ext.*  
*D. Ducum del Infantado.* Compluti 1692.  
 in 4. Vidi.  
*Orationem funebrem in obitu Caroli II.*  
 Ill-

*Hispaniarum Regis.* Toleti per Augusti-  
 num de Salas Zazo 1701. in 4. Vidi.

PETRUS RESCHINGERUS, Mi-  
 norita, opus edidit ita inscriptum:

*Clavis Theologiae, sive Repertorium in*  
*Summam Alexandri de Ales.* Vener. 1502.  
 in 4. & Lugduni 1517. in fol. Uvadingo  
 teste. Vidi editionem aliam Basileae fac-  
 tam, anno 1502. in 4. magno.

PETRUS REVEILLAUDUS, Prov.  
 Aquitaniae Minister, laudante Uvadingo,  
 scripsit:

*Exhortationem cordis pij Christiani,* in  
 quo agitur de circumspecta Missae cele-  
 bratione, de indumentorum ejus mystica  
 significatione, ac ipsius humili, ac devo-  
 ta auditione. Tolotae apud Nicolaum Vie-  
 llard, anno 1533.

PETRUS DE RIVERA, Hispanus,  
 genere clarus, Discalceatae Prov. S. Jose-  
 phi Provincialis Minister, publici juris  
 fecit:

*Expositionem poenarum Ordinis,* ver-  
 nacule. Ex relatu laudatae Provinciae.

PETRUS ROBERTUS DE AN-  
 DAGIO, Minorita, edidit:

*Disputationem de Statu Religioso, ac*  
*de ijs, qui sese Religiosi Ordinibus manci-*  
*parunt.* Augusta Trevirorum apud Hen-  
 ricum Bock, anno 1594. Uvadingus, &  
 Lequile, tom. 2. Terlegislat. tract. 6.  
 lib. 11.

PETRUS RODULPHUS E TOS-  
 SINIANO, Aemiliae Oppido, in agro  
 Imolensi ad radices Appennini, Minorum  
 Conventualium, Theologus, Ecclesiastes,  
 & Historicus insignis. Bononiae pri-  
 mum, deinde Venetijs suorum Gymna-  
 siorum Regens, demum Episc. Senoga-  
 liensis, scripsit:

*Seraphicam Historiam,* in qua compen-  
 diose satis de Viris sanctitate, dignitate,  
 vel doctrina illustribus, de pijs foeminis,  
 de Militris, & Comitijs generalibus, de  
 varijs Instituti Congregationibus, de Sum-  
 mis Pontificibus, Cardinalibus, Episcopis,  
 de Provincijs, & Coenobijs Ordinis  
 Minorum disseruit: in quibus tamen col-  
 ligendis majorem indaginem, & scriben-  
 dis majorem solertiam harum rerum pe-  
 riti requirunt. Opus dedicavit Sixto V.  
 cui erat familiaris. Prodiit Venetijs anno  
 1586. apud Franciscum de Franciscis Se-  
 nentem, & anno 1595. Ibidem in fol.  
 Vidi.

*Conciones 20. in praeclearis Italia Urbibus*  
*habitas vernaculo sermone.* Venet. per  
 Tom. II.

Franciscum de Franciscis, anno 1584. in  
 4. Vidi.

*Super Canticum Beatissimae Mariae,* Ita-  
 licè, ac de 7. verbis Domini in Cruce.  
 Ibidem.

*Homilias centum Latinas in septem Psal-*  
*mos Poenitentiales.*

*Libros tres de Christiano Oratore,* vbi  
 diversa Themata ad mores instruendos,  
 citatis hinc inde locis ex Sacris Biblijs, &  
 insignioribus Patribus tractantur.

*Dictionarium Latinum, per Alphabeti*  
*seriem, de virtutibus, & vitijs,* Concio-  
 natoribus percommodum. Prodiit primum  
 Bononiae apud Societatem Typographi-  
 cam, anno 1580. deinde Lugduni anno  
 1581. in 8. apud Antonium Tardif. Vi-  
 di.

*Vitam B. Michaelinae Pisauriensis nobili*  
*genere Metellorum exorta,* edidit Itali-  
 ce Arimini 1585.

Ejus cura prodierunt Venetijs *opera S.*  
*Bernardini Senensis,* tom. 4. Florebat cir-  
 ca annum 1587. Ejus adornatur effigie  
 celebris Bibliothecae Dominicae nostrae de  
 Saliceto, adjecto hoc carmine:

*Ruedan, Rodulpho, las Ciencias*  
*Debaxo de vuestros pies,*  
*Que tan sujetas tenies.*

PETRUS DE ROJAS, Hispanus,  
 scripsit:

*De Concordia Evangelistarum,* libros,  
 seu partes duas. Matriti anno millesimo  
 sexcentesimo vigesimo primo. Fides sit  
 apud Uvadingum.

PETRUS ROSIQUE, Hispanus, ex  
 Discalceata Prov. S. Petri de Alcantara  
 in Granatensi Regno, Sacrae Theologiae  
 professor, Guardianum agens Granaten-  
 sis Conventus S. Antonij, dedit foras, ver-  
 nacule:

*Concionem eruditam Dominae nostrae de*  
*Loreto.* Prodiit cum alijs Granatae typis  
 Francisci Gomez 1645. in 4. Vidi.

*Panegyricam Concionem de SS. Martyri-*  
*bus Justo, & Pastore.* Ibidem, apud An-  
 tonium Torrubia 1688. in 4. Vidi.

*Orationem funebrem Historico-Panegy-*  
*ricam in obitu V. Discalceati Fr. Francisci*  
*Molineri.* Ibidem 1695. in 4. Vidi.

PETRUS ROTA, Capuccinus, na-  
 tione Italus, Patria à Martinengo, Pro-  
 vinciae Brixiae Minister Provincialis, Vir  
 singulari doctrina, ac sapientia praestans,  
 sermonum assiduus, fervidus, ac celebris

declamator: moribus suavis, iudicio maturus, in consultatis, & consultandis expeditus, & prudens: Divini honoris zelo, animarumque saluti, & omnigena vitæ perfectione candidatus, plurima scripsit ad commodum, & vilitatem Concionatorum, eaque sunt:

*Sylva conceptuum Scripturalium, & Moralium cum adnotationibus super omnia Evangelia, qua per totum anni decursum leguntur in Ecclesia Dei.* Tom. 6. in 4. Vidi.

Primus tomus continet *Conciones à Circumcisione Domini usque ad Dominicam Septuagesimam.* Venetijs apud Paulum Baileonium, anno 1664.

Secundus tomus exhibet *Conciones à Dominica Septuagesimæ usque ad Dominicam in Albis exclusivè.* Ibidem apud eundem, anno 1665.

Tertius tomus à *Dominica in Albis usque ad Dominicam secundam post Pentecostem.* Ibidem 1665.

Quartus à *Dominica secunda post Pentecostem usque ad duodecimam inclusivè.* Ibid. eodem anno 1665.

Quintus à *Dominica tridecima usque ad decimam octavam.* Ibidem 1668.

Sextus à *Dominica decimoctava usque ad ultimam.* Ibidem 1669. Scripsit etiam, ac typis dedit:

*Sylvam conceptuum Scripturalium, & Moralium pro omnibus Festis Sanctorum, quæ ab Ecclesia Dei per totum anni circumsum celebrantur.* Tom. 2. in 4. Vidi.

Primus tomus continet *Conciones à festo S. Antonij Abbatis usque ad festum S. Laurentij.* Mediolani apud Antonium Mafestam, anno 1672.

Secundus tomus à *festo S. Clara usque ad S. Silvestrum.* Ibidem 1672.

*Sermones octoginta de Augustissimo Evangelicæ Sacramenti pro tempore Orationis 40. Horarum,* quos dicavit Eminentiissimo Cardinali Barbadico. Brixia apud Ricciardum anno 1666. tom. 1. in 4.

*Sermones duplices, & Conciones super omnia Evangelia totius Quadragesimæ.* Tom. 2. in 4.

*Conciones super Evangelia Adventus Domini.* Tom. 1. in 4.

Alia plura scripsit, ait Genuensis, quæ labore, & industria P. Laurentij Ulmi Bergomenis Brixianæ Provinciæ Ministri Provincialis prælo parantur. Obijt devotissimè in Conventu Brixia anno 1667. Hujus Conciones Latinas fecit Fr. Bruno

Neasser, Minorita, publicique juris fecit Moguntia 1677. Vidi.

PETRUS RUSELLUS, Anglus, Oxoniensis Academiae alumnus, & ibidem, ut videtur, tandem Sacrae Theologiae Doctor, diligens quidem litterarum, sed diligentior virtutum cultor; virtutum dico, quarum intuitu factus est communi suorum suffragio, totius Ordinis per Angliam Minister Provincialis. Quod autem ad doctrinam attinet, Sacrarum Scripturarum lectioni, & meditationi, se dedit, & pia quadam devotione incensus erga Divum Petrum suum singularem Patrum, & Divum Tutelarem, scripsit:

*In utranque S. Petri Epistolam*, libros duos. De alijs ejus scriptis nihil reperitur. Eum claruisse putat Lelandus circa an. 1410. Memoratur à Cabilonensi, lib. 1. suæ Biblioth. Pontificæ, pag. 185.

PETRUS DE SACEDON, Hispanus, ex Discalceata Prov. S. Josephi Theologus, Regius Concionator, S. Officij Qualificator, & Ex-Minister Provincialis, edidit:

*Orationem ad Fratres in Capitulo Provinciali congregatos.* Matrili, apud Dionysium Hidalgo 1665. in 4. Vidi. Opus prænotatum:

*Itinerarium Orationis.* Matrili apud Didacum Martinez 1700. in 32. sed sub nomine D. Josephi Antonij Sanchez. Vidi. Inedita reliquit aboluta

*Commentaria in Mattheum*, asservata olim Matrili in Archivio Regalis Conv. S. Ægidij.

PETRUS DE SALAZAR, Hispanus, Casarrubiensis, Regul. Observantia Prov. Castellæ, Theologus, iteratè Pater, Historicus, & à Theologicis Censuris S. Officij, in publicum dedit Hispana lingua:

*Chronica Prov. Castellæ Ordinis S. P. N. Francisci.* Matrili ex Typographia Regia 1612. in folio. Vidi.

*Bullam Canonizationis S. Didaci*, Hispanè redditam. Compluti apud Didacum Sanchez 1592. in 4. Vidi.

PETRUS SALMERIUS, natione Gallus, professione Minorita, laudante Uvadingo, scripsit:

*Vitam S. Didaci*, impressam Matrili anno Domini 1592. in 4. Ineditam reliquit:

*Postillam super Epistolas, & Evangelia Dominicalia*, quæ habetur Tolosæ apud Minores.

PETRUS SALVATOR ARROYO, Hispanus, ex Regul. Observ. Prov. Sancti Evangelij, munere Concionator, ac Visitator Tertiariorum, communem fecit vernaculè:

*Dialogum Regularem de singulari privilegio Sacrorum Stigmatum S. P. N. Francisci.* Colonia Agrippinæ apud Joannem Basæum 1684. in 4. Vidi.

PETRUS SANCHEZ RUIZ, Hispanus, Lector primarius Theologiae Sacrae in Conv. Concheni S. P. N. Francisci, & à Synodalibus Examinibus ejusdem Dioecesis, emisit sub metaphora *Palma*, eruditam

*Concionem de S. Juliano Episcopo Concheni* ad suam Ecclesiam habitam. Prodiit Matrili ex officina Francisci del Hierro 1720. in 4. Vidi.

PETRUS A S. SEVERINO, Capuccinus, natione Picenus, ejusdem Provinciæ Concionator, Vir eruditus, ac vitæ integritate venerandus; evulgavit Sermones de Sanctis, inter quos extat:

*Concio de Sancto Ansovino Episcopo Cameriniensi.* Impressa est Camerini apud Franciscum Ghislerium, anno 1641.

PETRUS DE SANTIAGO, Hispanus, Regul. Observ. Prov. S. Michaelis Lector emeritus, ac Pater, foras dedit:

*Concionem in publicatione Edicti S. Inquisitionis.* Hispali apud Haro 1681. in 4. Vidi.

*De Conversione S. Pauli.* Hispali 1679. in 4. Vidi.

*De S. Elisabetha Hungariae.* Salmanticae per Eugenium Antonium Garcia, anno salutis 1681. in 4. Vidi.

*De S. Ludovico Episcopo* ad Capitulum generale Ordinis, Toleti habitam. Habetur à fol. 248. Historiæ prædicti Capituli. Legi. Demum:

*Orationem in Exequijs Annæ de Christo, Clarissæ.* Hispali apud Bolivar, ann. 1665. Vidi.

PETRUS A SANTOYO, Hispanus, Vir abstinentia, vitæ austeritate, oratione, ac zelo Evangelicæ paupertatis, inter primos, qui feliciter Regularem Observantiam in Hispania auxerunt, illustris, qui etiam Custodem egit Custodiæ illius, quæ nunc Provincia Conceptionis vocatur, scripsit:

*De Remedijs contra tentationes spirituales*, opus laudatum à Fr. Alphonso de Espina pristino Minorita, lib. 5. *Fortalitij Fidei*, fol. mihi 280. col. 3. *Illius*, inquit, *illuminati, & Sancti Viri Fr. Petri de Sancto*, Tom. II.

*toyo, in quibusdam suis notabilibus de rebus medijs contra tentationes spirituales, quæ fuit unus de principalibus Reformatoribus Ordinis nostri in Regno Castellæ.* Miraculis clarus migravit ad Dominum anno 1431. die 7. Aprilis, in Vallisoletano Conventu S. P. N. Francisci honorificè sepultus. Confulo Arturum in Martyrologio Franciscano ad diem 7. Aprilis, & Fr. Eusebium Gonzalez, tomo 5. Chron. Ordinis, lib. 3. cap. 10. pag. 254.

PETRUS SARNUS, Panormitanus, qui inter Tertiarios Regulares virtutibus claruit, Definitorem generalem egit, ac nonnullas dignitates vltro rejecit scripsit Italicè:

*Hortulum spiritalem in gratiam agonizantium.* Panormi apud Joannem Antonium de Francisci 1619. in 12.

*Pro consolatione damnatorum ad mortem*, opusculum in 12. ibidem impressum 1613. Prædicto mortis die sanctè decessit in Patria anno 1624. die 26. Martij. Hujus cum laude meminit Bordonus, & Montigatore, tomo 2. Biblioth. Siculae.

PETRUS SAXO, sive DE SAXONIA, Germanus, in Sacris Scripturis eruditus Philosophus, & in Jure Canonico nobilitè versatus, Divini Verbi Prædicator non vulgaris, ob ingenij gloriam in univèrsa Germania percelebris, scripsit:

*Summam Conscientiæ.*

*Sermones de Tempore.*

*Sermones de Sanctis.* Eum sub an. 13192 reponit Gulielmus Eysengrenius. Memoratur à Sixto Senensi, & Trithemio.

PETRUS SELLERAS, Hispanus, ex Oppido *Torre los Negros*, Casaraugustani Archiepiscopatus, Provinciæ Aragoniæ Regul. Observ. nomine dato, virtutibus, ac miraculis claruit. Definitoris cum laude munere functus, spiritalis vitæ asecelis Hispanè donavit, quæ in ejus vita (prælo data Casaraugustæ apud Joannem Perez anno 1703.) habentur. Ea sunt:

*Diarius Excitator*, à fol. 47.

*Diarium Horarium*, à fol. 50.

*Meditationes breves Marianæ pro singulari Hebdomada diebus*, à fol. 58.

*Carmina spiritualia*, à fol. 23. Cussum consummavit die 28. Februarij ann. 1622. haud sine opinione sanctificatis.

PETRUS SERRA, Hispanus, Barcinonensis, Tertium Ordinem Franciscanum expressè professus, plura, & memoria digna conscripsit. Prælo dedit Hispanè:

*De Prodigijs, ac favoribus Sanctorum Angelorum Custodum in Catalaunia Prin-*

*clpatu*, tomum in 8. Barcinone apud Jay-  
mum Suria, anno 1726. Ad prælum pa-  
rata habet ipsomet recensente à pagina  
407.

*Historiam Ecclesiasticam Diariam Ma-  
rianam Catalauniæ*, in 12. tomos in 4. dis-  
tributam.

*Sypsanothecam Laletanam.*

*Arborem Vitæ*, seu de Crucis mirandis  
in eodem Principatu.

*Catalauniam coronatam Spinis Corona  
Salvatoris Mundi.*

*De mirandis Sacre Eucharistiæ in eodem  
Principatu.*

*Oracula Laletana*, seu de Sacris Imagi-  
nibus, quæ locuta sunt.

*Historiam S. Eulaliæ Barcinonensis Virg.  
& Martyris.*

*Historiam S. Fortiani*, qui vnus fuit  
ex Sanctis Innocentibus.

*Purpuram Laletanam*, id est, de Lale-  
tanis Cardinalibus.

*Catalogum Archiepiscoporum*, aliorum-  
que Ecclesiasticorum Principum Laletano-  
rum.

*Alphabetum Ecclesiarum Parochialium  
ejusdem Principatus.*

*Theatrum Religionum Monachalium, ac  
Militarium Catalauniæ.*

*Theatrum Conventuum Laletanorum.*

*Miranda Dei*, ac naturæ in laudato  
Principatu.

*Septem Virginis miracula in Catalau-  
nia.*

*Septem prodigia singularia, ac diaria  
Laletana.*

*De S. Jacobo in Catalaunia.*

*De S. Petro in Catalaunia.*

*De Laletanis nomine Petri insignitis,  
sanctitate, litteris, ac muneribusclaris.*

*Bibliothecam Sanctam Catalauniensem,  
id est, de Laletanis, qui Sanctorum Vitas  
conscripterunt.*

*Archivium Librorum à Laletanis Ma-  
nuscriptorum.*

*De Lectione sancta.*

*De Mulieribus illustribus Laletantis;*

*Quare Barcinone.*

*De Domo nobili*, vulgò Centellas.

*De Senatu Barcinonensi.*

*Deputatorum Instructionem.*

*Genealogiam Comitum Barcinonensium*,  
Ex his, quædam absoluta, aliqua cœpta,  
aliqua femiplena habebat anno 1729.

PETRUS SIFRONIUS, Minorita,  
Uvadingo laudante, edidit:  
*Vitam S. Joannis à Capistrano* per Ni-  
colaum de Fara, ejusdem B. Viri Socium,

conscriptam, additis quibusdam encomijs;  
seu præconizatione Capistrani. Deest lo-  
cus, & annus impressionis, habetur tan-  
tommodò in fine vitæ: *In Vigilia SS. Pe-  
tri, & Pauli* 1489. & in fine præconiza-  
tionis: *Anno salutis* 1523. in 4.

PETRUS SIGLER DE UMBRIA,  
Minorita, Hispanus, Concionatoribus  
dedit:

*De Atributis Domine nostræ in sua Im-  
maculata Conceptione*, tomum in fol. edi-  
tum Hispali 1632. Testantur D. Nicolaus  
Antonius, Marracius, & Alva in Militia,  
col. 1189.

PETRUS SIMON, Hispanus, Oppi-  
di Parrillæ, Diocesis Conchenfis, Pro-  
vinciæ Carthaginensis alumnus, & Pro-  
vinciæ novi Regni Granatensis in Indijs  
Occidentalibus Minister, Lector emerit-  
us Sacre Theologiæ, Sancti Officij Qua-  
lificator, scripsit Hispanicè:

*Notitias historiales devotarum Indiarum  
Occidentalium*. Prima pars prodijt in  
Urbe Conchenfi apud Dominicum ab Ec-  
clesia, anno 1627. in fol. Vidi. De eo  
Uvadingus. D. Nicolaus Antonius, ac  
Laffor, tomo 1. *Universi calamo delineati*,  
fol. 45.

PETRUS SLUPICK, Batavus, Mi-  
norita, olim Delphis in Hollandia Reli-  
giosus Clarissis à Confessionibus, Vir apud  
Uvadingum, totus pius, publici juris fecit:

*Praxim spiritualem Orationis Domini-  
cæ*, in qua agitur de Sacramentis, quodidiana  
pœnitentia, de septem horis, alijsque  
ad Orationem pertinentibus. Antuerpiæ  
1561. Germanicè. Ex Uvilloto.

PETRUS DE SOBREVILLA, His-  
panus, Regul. Observ. Prov. Burgenfis,  
Theologus emeritus, Definitor, ac S. In-  
quisitionis Qualificator, Hispanicè con-  
scripsit:

*Tractatum adversum Theses quasdam*,  
quæ deinceps prohibitæ fuerunt anno  
1659. die 26. Aprilis. Prodiit Juliobrigæ  
anno 1658. & habetur Matriri in Biblio-  
theca Conv. Regul. Observ. Vidi.

PETRUS DE SOSA, Minorita,  
Hispanus, à Uvadingo illaudatus, recen-  
sentibus Antonio de Leon in *Bibliotheca  
Orientali*, & *Occidentali*, impressa Matriri  
anno 1629. in 4. & D. Nicolao Anto-  
nio, tomo 2. *Biblioth. Hispanæ*, in publi-  
cum misit Hispanicè:

*De lubrico statu Regni Chilensis*, tomum  
in fol. cujus memini in meâ *Biblioth. Mi-  
norum Discalceatorum*, pag. 231.

PETRUS A STEEMBERGHE, Vir

nobilis propè Zutphaniam in Belgio na-  
tus, strict. Observantiæ Recollectorum  
Provinciæ Germaniæ inferioris Definitor,  
Custos Custodum, sæpius etiam Guardia-  
nus, Prædicator celeberrimus, Philoso-  
phiæ, ac Theologiæ Moralis Lector,  
scripsit:

*Apologiam contra quendam Ministrum  
hæreticum; circa controversas Fidei*, lau-  
datam ex Uvadingo à Fr. Didaco Lequite  
in Minoritis qui pro Fide Catholica  
scriptis dimicavit.

*Catechismus* Flandricè, & Gallicè ite-  
ratò impressum, teste Fr. Carolo Cou-  
denhove in *Compilatione Chronologica*  
laudatæ Provinciæ.

PETRUS SULPINUS, Gallus, Reg.  
Observ. Provinciæ Aquitanæ, Episcopus  
Vasatensis, scripsit:

*Tractatum de Hierarchia Angelica*. Inci-  
pit: *Ne in vacuum gratiam Dei recipia-  
mus.*

*Alterum de Hierarchia Ecclesiastica*. Inci-  
cipit: *Cum clamarem ad Dominum.*

*Tertium de Divinis Nominibus*. Incipit:  
*Littera Hebraica He.*

*Quartum de Mystica Theologia*. Incipit:  
*Primam veritatem*. Ex Uvadingo, & Uvi-  
lloto. Clarebat anno Virginei partus  
1340.

PETRUS TARTARETUS, omni-  
modè à Uvadingo illaudatus, laudatus  
verò à Bordonio in suo Tertij Ordinis  
Chronologio, Parisiensis nuncupatus,  
Scotista Subtilissimus, ac Tertij Ordinis  
S. Francisci expressè alumnus, publici ju-  
ris fecit:

*Questionum Moralium*, tom. in 8. Pa-  
risijs per Joannem Frelon 1512.

*In Summulas Petri Hispani* (deinceps  
Joannis XXI.) cum *passibus Scoti*. Basileæ  
1514. in fol. Vidi.

*Tractatum insolubilem*. Ibidem. Vidi.

*In Isagogas Porphyrij, & libros Logico-  
rum Aristotelis*. Ibidem. Vidi. Et Venetijs  
1592. in 8. Vidi.

*In libros Philosophiæ naturalis*. Ibidem.  
Vidi.

*In libros Metaphysicales*. Ibidem. Vidi.  
Et Venetijs 1503. in 4. Vidi.

*In libros Ethicorum Aristotelis*. Ibid.  
Vidi.

*In primum, & secundum Sententiarum*.  
Venetijs apud Evangelistam Duchinum  
1607. in fol. Vidi.

*In tertium, & quartum Sententiarum*.  
Ibidem apud Hæredes Simonis Galignani  
1584. in fol. Vidi. Prodiunt etiam Ve-  
Tom. II.

netijs 1580. Floruit circà annum 1500.  
De eo Sylvester Maurolius in suo Mari  
Oceano Religionum, fol. 260. Illauda-  
tur à Fr. Joanne Maria Vernonensi in  
*Syllabo Scriptorum Tertiariorum*.

PETRUS E TEBAR ALDANA, In-  
dicus, Lincensis, Regul. Observantiæ Pro-  
vinciæ duodecim Apostolorum, Philippo  
Quarto Regi Hispaniarum à sacris Con-  
cionibus, Sanctæ Inquisitionis Qualifica-  
tor, scripsit Hispanicè:

*Excellentias Dei, Virginis Mariæ, &  
Beatorum, divisas in tomos duos*. Primus  
prodiit Barcinone 1633. ex officina Se-  
bastiani Mathevad, in fol. Vidi. Secundus  
Matriri anno 1634. ex typographia Regia,  
in fol. Vidi.

*Sermones Quadragesimales*, tomis duo-  
bus. Ibidem 1627. & 1644. in 4. Vidi.

*Sermones de Christo, & sua Genitrice*.  
Barcinone 1633. & Ulyssipone apud  
Laurentium Craesbeeck 1635. in 4. Vidi.

*Sermonem de Resurrectione*. Valentæ  
1609.

*De laudibus S. Bonaventuræ* ad calcem  
Quadragesimalis. Vidi.

PETRUS TERRE, Hispanus, co-  
llegit monumenta Ordinis prætermitta in  
alijs collectionibus, ediditque sub titulo:

*Supplementum privilegiorum*. Barcino-  
ne apud Carolum de Moros, anno 1523.  
quo florebat in Custodia Catalauniæ. Uva-  
dingus, Nicolaus Antonius, & Alva in  
Militia, col. 1191.

PETRUS THOMAS, scripsit:  
*Tractatum Formalitatum ad mentem  
Scoti*. Habetur manuscr. in Conv. Afsijs.

*Commentaria in quatuor libros Senten-  
tiarum*.

*Epistolam ad Infantem Aragoniæ, de  
Conceptione B. Virginis*.

*Tractatum de esse intellectuuali*.

*Commentaria in aliquot libros Aristote-  
lis*. Hæc Uvadingus. Hujus Petri habetur  
Matriri in Bibliotheca Conv. Regul. Ob-  
serv. Codex Membraneus in 4. in cujus  
calce legitur: *Explicit tractatus de con-  
ceptu Virginali editus à Fr. Petro Thoma,*

*Ordinis Minorum. Deo gratias*. Vidi. Fr.  
Petrus de Alva, publici juris fecit, vnâ  
cum alijs *Monumentis Antiquo-Seraphicis*.  
Lovanijs 1665, in fol. Et in serie Autho-  
rum, se habuisse testatur duplex origina-  
le latinum, vnum in 4. & alterum in fol.  
itemque alterum lingua Gallica dicatum  
Reginæ Franciæ, & reperiuntur Parisijs in  
Bibliotheca Regia, & alibi. Profectò in  
Parisienfi Regia Bibliotheca habetur in 2.

Sixto, num. 1009. Tractatus iste Gallicè redditus studio Comitis de Villars D. Antonij de Levis, teste Philippo Labbe in sua nova Bibliotheca M. S. librorum, Parisijs edita anno 1653. in 4. Hispanum fuisse, & Barcinone Sacrae Theologiae Lectorem liquidò constat, non verò, ut aliqui conjiciunt Provinciae Aragoniae filium, ipso enim initio *Tractatus de Conceptione*, legitur ita: *R. P. Petri Thomae Ordinis Minorum, de Provincia S. Jacobi Doctoris Parisiensis, liber de Innocentia Virginis Mariae*. Claruit anno 1340. & meo iudice minimè diversus est à Petro Nuperitis laudato, qui eidem Joannis Regis Aragonum filio, & hoc *de Conceptione* opus, & *Commentaria in Cantica Canticorum* sacravit.

**PETRUS TOGNOLETUS**, Panormitanus, strictioris Observantiae Reformatorum, Apostolicus Concionator, Theologus insignis, ac Ordinis Chronologus, Vir doctrina conspicuus, & virtutibus religioso Viro dignis, muneribus quoque Definitoris, ac Visitatoris clarus, plura reliquit sui ingenij monumenta. Habemus igitur ex illius penu:

*Catalogum Beatorum, necnon Venerabilium Fratrum, ac Tertiariorum utriusque sexus summa sanctitatis illustrium, qui in Reformatione Sicula floruerunt*. Panormi apud Petrum de Isola 1660. in fol. expanso.

*Vitam V. Fr. Benedicti de S. Fratello, vulgò el Negro, professione Laici, ex Reformatis Provinciae Siculae*. Ibidem apud eundem 1652. in 4. Vidi. Ex hac Italicè conscripta, suam Hispanè concinnavit Petrus Mataplana Canonicus Panormitanus.

*Vitam V. Fr. Innocentij à Chusia, Laici, Reformati Prov. Vallis Mazzariae*. Primo ibidem anno 1655. in 4. Secundo aucta ibidem, per Dominicum Anselmum 1677. in 4. quam in linguam vertit Hispaniam Didacus Sotus Theologus, ediditque Matrili formis Andreae Garcia 1673. in 4. Vidi.

*Vitam V. Innocentiae Rizzo Tertiariae Franciscanae*. Panormi apud eundem anno 1659. in 4. Vidi. Adjectam habet:

*Vitam V. Annae Mariae Tertiariae Franciscanae Sororis laudatae Innocentiae*.

*Vitam V. Seraphini à Panormo, Reformati*. Ibidem apud Josephum Bisagnium 1659. in 4.

*Compendium Vitae, ac miraculorum V. Fr. Simonis à Neapoli, Fundatoris Reformatae Prov. Siculae*. Ibidem per Petrum de Mola 1665. in fol. expanso.

*Vitam V. Fr. Cherubini Sacerdotis ejusdem Prov. alumni Compendium*. Panormi typis Dominici Anselmi 1655. in fol. expanso.

*Paradisum Siculum Seraphicum, seu Chronica Reformatorum*. Panormi apud eundem 1667. in fol.

*Chronicorum*, tomum secundum. Ibidem, ex officina Thomae Romali 1687. in fol. qui prodijt post Authoris mortem.

*Speculum studentium*, id est, *Vitam Alexandri Berti, Medici Florentini*. Ibidem apud Dominicum Anselmum 1671. in 12. & recussam suppresso nomine in lib. inscripto: *Mazzeto di Fiori*, ibidem apud Romulum 1688. in 12. teste D. Antonius Mongitore tomo 2. Bibliothecae Siculae.

*Vitam V. Servi Dei, & I. Doct. D. Hieronymi Iweglia Chordigeri Franciscani*, sub titulo: *L' unica Fenice del nostro secolo*. Panormi ex typographia Dominici Anselmi 1671. in 12. Vidi. Haec omnia Italicè. Inedita reliquit teste laudato Mongitore:

*Vitam V. Fr. Bartholomaei de Salubrio ex Reformatis*.

*Chronica Regularis Observantiae* in 4. libros divisa in fol. Panormi aervabat P. Seraphinus Manzellus; & ijs, ni fallor, utitur praecipuè Gubernatis, tomo 2. Orbis Seraphici. Demùm, reliquit Latina lingua:

*Vitas Sanctorum Episcoporum Ecclesiae Agrigentinae*, in 4. Vivere desijt in Caenobio Thermitano suae Provinc. 1680.

**PETRUS DE TLOMAR**, Lusitanus, ex Reg. Observ. Prov. Portugalliae, opusculum edidit vernaculè:

*Pro devotione Sponsae Deiparae*, impressum Ulyssipone typis Antonij Alvarez 1636. Laudatur à secundo Historico praedictae Provinciae, in Catalogo.

**PETRUS DE TRABIBUS**, Minorita, recententibus Ill. Gonzaga, & Uvadingo, scripsit:

*Commentaria in librum primum Sententiarum*. Initium: *Ad Dominum ponam eloquium meum*.

**PETRUS TRIGOSUS**, natione Hispanus in nobilissimo Aragoniae Municipio Calatayud procreatus, Vir fuit doctrina, & eruditione insignis. Hic prius inter Patres Illustrissimae Societatis Jesu professus, aliud religiosae vitae genus, divino spiritu afflatus, inter Capuccinos amplecti decrevit: inter quos praclarum perfectionis cursum, quem in priori Religione coepit, rat ita fuit prosecutus, ut apud omnes

non exiguum pietatis, ac factimoniae famam sibi comparaverit. Multa scripsit Philosophica, ac Theologica, inter quae extant impressa:

*Commentaria in quatuor libros Sententiarum Divi Bonaventurae, seu Summa Theologica ad mentem Seraphici Doctoris*, in 4. tomos in folio distributa. Vidi.

In primo tomo *disputat de Deo secundum se, quatenus est Unus, & Trinus*.

In secundo *de Deo ut Creaturarum principio*.

In tertio *de ipsius Verbi Incarnatione, & Redemptione nostra*.

In quarto *denique de Sacramentis, quibus ad aeternam gloriam pervenire possimus*. Haec summa meritò ab omnibus Viris doctis in pretio habetur: nam praeter difficiles Theologiae quaestiones, quae facillimè ab ipso Authore enucleantur, variae, & imperviae Sacrae Scripturae Sententiae, Sanctorum Patrum interpretationibus adductis, exponuntur.

*Nosse, & amare Deum, vita haec est summa beata;*

*Hoc majus quando centinet illa nihil.*

*Unus Trigonus vitam dedit ergo beatam:*

*Namque illud scriptis, moribus hac docuit.*

**PETRUS** (non rectè apud Uvadingum **PAULUS**) **TRIMAVELLA**, Gallus, Narbonensis, scripsit:

*Quaestiones in quatuor libros Sententiarum*, quae Patavij in Bibliotheca D. Antonij M. SS. extabant, teste Uvilloto.

**PETRUS DE TURONIA**, Minorita, laudatur, ceu Author cujusdam

*Dictionarij*, col. 1193. *Militia*, ex Episcopo Azernensi in *Elucidario suo*, parte 2. fol. 63. col. 3.

**PETRUS VAELE**, Flander, ex Provin. Recollectorum Germaniae inferioris, Vir zelosus, pariter & pius, qui aliquando Instructorem Juvenum, Guardianum, & Prov. Chronologum fecit, emisit Flandricè:

*Speculum asceticum, seu Vitam S. Petri Alcantarensis*. Bruxellae apud Gulielmum Scheibels 1668.

*Vitam S. Appolloniae*. Ibidem typis Jacobi Vanden Velde 1669.

*Militiam Sacram pro Immaculata Conceptione Reginae Sanctorum omnium*, metro Flandrico, ibidem impressam litteris Scheibels 1665.

*De solitudine sex dierum, cum Medi-*

Primus tomos primae partis tantum fuit impressus Romae in typographia Vaticana anno 1593. in fol. dum adhuc Author viveret, deinde Lugduni anno 1616. & dedicatus est Clementi VIII. Pontifici Maximo, reliqui verò etiam nunc lucem desiderant Gratissimus Deo, Angelis, & Hominiibus propter vitae suae innocentiam spectabilis, ad suorum laborum praemia pervenit in Conventu Neapolitano anno 1593. aetatis suae sexagesimo octavo. De eo meminerunt Zacharias Boverius tom. 2. Annal. Capuccin. ad annum praedictum, quo obiit. Uvadingus de Scriptore. Ordin. Minor. D. Michael Martinez, lib. de Patronatu Calatajudensi impresso Neapoli. D. Nicolaus Antonius Hispanensis in sua Bibliotheca Hispan. Gonzalvus Ponce de Leon Archidiaconus Talaverensis in Ecclesia Toletana, qui in laudem hujus pijsimi, ac doctissimi Authoris sequens Epigramma composuit.

*tationibus de Pasione*. Antuerpiae apud Petrum Belleram, sub titulo: *Turtur solitaria*.

*Seraphicum Medicum contra febres*, sub titulo Flandrico: *Seraphinschen Medecyn*, &c.

*Exercitia 10. dierum pro recessu servando*, eadem lingua, in quam transtulit:

*Cantica S. P. N. Francisci cum quibusdam alijs*, sub titulo: *Philomena spiritualis*. Antuerpiae apud Belleram 1662. Transtulit quoque, ac edidit Flandricè:

*Marianum Hassletanum*, cui conjunxit devotionalia quaedam ex S. Bonaventura, inter quae *Officium Compassionis B. Virginis, ejusque Psalterium parvum*, quae postea seorsum impressa sunt typis Belleri, Antuerpiae 1660.

*Annotationes plures pro prosecutione Annal. Uvadingi, aliaque plura Opuscula*, quorum inscriptiones me fugiunt. Pertractat cum laude de eo Carolus de Coudenhove in *Compilatione Chronologica* laudatæ Provinciae Matrili asservata in Archivio Ordinis. Obijt Bruxellis 1696.

**PETRUS DE VALBAS**, Hispanus, Regul. Observ. Provinciae Conceptionis, Lec-

Lector emeritus, & Definitor, Sacri Senatus Inquisitionis Hispanicæ Qualificator, collata alijs opera, opus edidit pro tuendo titulo *Immaculata Conceptionis, Armamentarium Seraphicum*, Matrili editum anno 1694. Ipse autem solus conscripsit:

*Apologiam pro V. Clarissa Ludovica de Carrion, sive ab Ascensione.* Matrili apud Didacum Diaz, anno Virginæ Partus 1643. in fol. Vidi.

PETRUS DE VALBUENA, Hispanus, ex Recollectis Prov. Baticæ, Concionatoris, ac Definitoris muneribus functus, Vir pius, Hispanè edidit opus prænotatum:

*Salutaria consilia in Religiosorum gratiam V. M. Sor. Mariæ de la Antigua, Clarissa, una cum compendio ejus vitæ.* Hispaniæ 1678. in fol. & Barcinone 1697. apud Josephum Llopis. Est tertia editio. Vidi.

PETRUS VALDIVIESSO. Vide inferius, verbo *Petrus Varona*.

PETRUS VALESIIUS, seu VALOIS, quem Dupinus, seculo 17. Anglum facit, strictioris Observant. alumnus, ac Sacræ Theologiæ professor, scripsit:

*De auctoritate Papæ, & Principum, sub titulo: Causa Valesiana Epistolis prælibata.* Londini typis Joannis Brome in 8. Vidi. Vide Acta Eruditorum Germaniæ, anno 1685. in mense Junio. Claruit circa annum 1670.

PETRUS A VALLIBUS, passim *Petrus de Remis* appellatus, Minorita, pluribus annis Confessarius S. Coleræ:

*Ejus vitam conscripsit Gallico idioma te, cujus exemplar, verbis vtor P. Pape, brochij die 6. Martij, in membranis curiosissimè describendum, & artificiosissimis ad singula capita picturis, seu miniaturis exornandum curavit Margarita Eboracensis, Eduardi Regis Angliæ Soror, Vidua Caroli Valesij Burgundiæ Ducis, & Conventui Ganden. si S. Claræ donavit, eidem propria manu Gallicè in hæc verba subscribens: Vestra fidelis filia Margarita Anglica: Orate pro ea, & ipsius salute. Mortua ann. 1503. & in Choro Fratrum Minorum Mechliniæ sepulta. Eandem vitam Latinam fecit Stephanus Juliaco, Minorita. Laudatur à Jacobo Le-Long, tom. 2. Biblioth. Franciæ, S. 4.*

PETRUS VARONA DE VALDIVIESSO (de quo non rectè iteratò agit Uvadingus, primò illum appellans *Petrus*

*Varona de Valdivieso*, pag. 276. Secundo, pag. 288. *Petrus Barrona de Valdivieso*; est enim idem Author) Hispanus, ex Oppido *Villa-Hermosa*, Vallis de Valdivieso in Montanis Burgenibus, ex Regulari Observ. Prov. Castellæ, egregius Concionator, ac Sacræ Paginæ Professor, Vir doctissimus, scripsit, ac edidit super illud Apostoli ad Hebræos 4. *Vivus & sermo Dei*, &c. sectiones 6.

*De arcano verbo, sive de vivo, omniumque factiva sermone Dei, atque de Concionatoribus ejusdem.* Matrili apud Ludovicum Sanchez 1595. in fol. Vidi. Ejus in capite habentur quædam dialogetica carmina, quorum initium: *Hem, quis Aristarchus*, &c. Insupèr vernaculè:

*Traëtatum super Ave Maria.* Salmantica apud Joannem Renaut 1596. in 4. Vidi, ejusque archetypum asservatum in Bibliotheca Conventus de Pinaro, in eadem Prov. Castellæ. Latina lingua:

*Interpretationem Psalmi 86. litteralem, mysticam, & moralem B. Virginis, ejusque Immaculata Conceptioni adaptatam.* Salmantica per Joannem Renaut 1596. in 4. Vidi. Ejus in laudem, carmen heroicum à Fr. Francisco Sarnica Cisterciensi conscriptum operi præfixum habes, quod incipit:

*Efferat eximium nomen Cantabrica tellus*

*Solis ad egressum vergens, septemque Tritones*

*Non prociul è pelagi sinuoso littore distans, &c.*

*De Hospitio S. Francisci, & Remuneracione benefactorum.* Matrili 1609. Uvadingo teste. Demùm, in Tolerana Bibliotheca Conv. S. Joannis Regum sub FF. num. 10. habetur *Quodlibetum Petri Aureoli*, in cujus calce ita legitur: *Petrus Varona*, Oppidi de Valermosa apud Vallem de Valdivieso, Cœlesti dono, & gratia vocatus Sacræ Ord. Min. Philadelphicæ fociatus, ac Seraphico Habitu indutus fuit in hoc S. Joannis Regum insigni Conventu 7. die Octobris, anno post Christum natum septuagesimo quinto post millesimum quingentesimum. Vixit ad sexcentessimum, & deinde. Scripsit ista, quæ sequuntur opera:

*Traëtatum super Missus est.*

*Super Ave Maria.*

*De Nominibus Christi.*

*De Fraternitate.*

*De Hospitio FF. Minorum, & Symbolo Charitatis, & Misericordia.*

*De Arcano verbo super Epist. B. Pauli ad Hebræos, juxta vulgatam editionem, & Syriacam interpretationem.* Adducuntur quamplurimæ auctoritates ex sacro fonte decerptæ secundum B. Hieronymi, & Pagnini Lucensis versionem, ex Hebræo, & LXX. Interpretum, ex Græco, & Chaldaicæ paraphrasis translationem.

*De Conceptu Virginali.*

*Super Epistolam B. Pauli Apostoli ad Galatas.*

*Super Psalm. 86. Fundamenta, &c.* Hactenus in laudata Nota. Pertractant de eo D. Nicolaus Antonius, Marracius, & Alva in Militia. Clarebat circa ann. 1610.

PETRUS VENTURA MINAYA. Vide superius, verbo *Petrus Minaya*.

PETRUS VIBAS, Hispanus, ex Regulari Observ. Prov. S. Michaelis, scripsit, sed ineditum reliquit tomum in fol.

*Super Aristotelis Logicam ad mentem Doctoris Subtilis.* Asservatur in Extremadura, in Civitate Pacis Augustæ in Bibliotheca Conventus S. P. N. Francisci. Vidi. Incipit: *Vatibus hic mos est centum sibi poscere voces.*

PETRUS A VICOVARO, Italus, strictioris Observ. Reformatorum, Sacræ Theologiæ Lector, vernaculè emisit:

*Stationem ad S. Josephum dulcissimum Deiparæ Sponsam.* Romæ apud Michaelem à Ripa 1721. in 8. Vidi.

PETRUS VIGNAMUS, Uratislaviensis, Slesita, Minorita doctus, laudatibus Uvilloto, & Uvadingo, edidit:

*Traëtatum de Adoratione Dulcissimi Nominis Jesu.* Memoratur à Fr. Didaco de Lequile in *de Minoritis, qui scriptis pro Fide Catholica dimicant.*

PETRUS VILLAROELE, Calaber, Stylitanus, in juventute humanioribus litteris ita egregiè excultus, ut decimum septimum agens annum, doctè, & peritè versu caneret Latino, & culta scriberet oratione soluta, à Patre missus Neapolim, ut vtrique addiscendo Juri operam daret, Patavium translatus ab eruditio Viris Antonio Riccobono Ferrarienti, & Jacobo Denora Patricio Cyprio, Artis Poeticæ selectiora accepit documenta. Varijs autem casibus per Æmiliam, Galliamque Togatam jactatus, multisque ærumnis confectus, Mediolani optimum adinvenit Meccenatem, nobilissimum Virum Comitum Joannem Baptistam

tam Serbellonum. Demùm, Genæ, Minorum assumpto Instituto, post Philosophiæ, & Theologiæ cursus auditos, & publicè lectos, reassumpsit Neapoli Musarum Camænas, atque in otio huic negotio totus addictus, opus, quod in juventute in Patria inceperat, & sæpè repetitum varijs temporibus erat persecutus, tandem absolvit, & inscripsit:

*Echinadum Naumachiam*, in qua B. Virginis precibus de innumera Turcarum classe insignis divinitus est reportata victoria, clâssis Præfecto Joanne Austriaco. Prodiit Neapoli apud Lazarum Scorrigium anno 1614. in 8. Vidi.

*De Bello Cyprio* aliud se composuisse opus indicat in limine hujus Naumachiæ, ita canens:

*Prælla qui quondam modulatus carmine Cypri, Equorij nunc arma cano scvissima Martis.*

Librum dedicavit Philippo Tertio Joannis Austriaci fratri, anno 1613. Uvadingus. Memoratur etiam à Marracio in Appendice, ad calcem suæ *Polyantbeæ Marianiæ*.

PETRUS VILLAVERDE, Hispanus, Segoviensis, Regul. Observ. Prov. Aragoniæ, munere Concionator, ac in Tyrasonenfi Cathedrali humanarum Litterarum Magister, elaboravit vernaculè,

*Expositionem, & Declarationem super Prophetias Regum Hispania incerti Prophetæ;* non verò in lucem prodijt. Archetypus autem M. S. in 8. doctissimè, & elegantèr conclusus Tyrasone die 19. Martij 1662. servatur in Bibliotheca Majori, & Comuni Casaraug. Regij Seraph. Conventus, in Scrinio, litt. I. prænotato, num. 272. Ex relatu laudatæ Provinciciæ.

PETRUS VOYON, Gallus, Tolosani Conventus Guardianus, Gallico sermone edidit:

*Scholam Eucharisticam.* Parisijs 1644. Ex Uvadingo:

PETRUS DE URBINA, Hispanus, Cantaber, ex Oppido Brantevilla, Regul. Observ. Prov. Castellæ, Theologus Complutensis, ac Pater, necnon hujus Familiæ Cismontanæ Commissarius generalis, Vir, in quo genus, sapientia, & pietas celebrantur, tum ad Ecclesiam Cauriensem assumptus, tum ad Valentianam, tum

tum demum ad Hispalensem; scripsit Valentia cum Pro-Rege quoque laudabiliter praesert:

*Constitutiones Synodales Valentini Archiepiscopatus.* Valentia typis Bernardi 1657. in fol. Vidi. Dum Compluti doctet:

*Apologiam pro defensione doctrinarum S. Bonav. & V. Doctoris Subtilis*, editam haud sine fructu, Matrini in typographia Viduae Ludovici Sanchez, anno 1628. in folio. Vidi. Inscriptio Hispana haec est: *Memorial en defensa de las doctrinas del Doctor San Buenaventura, y Escoto, sobre el juramento que la Universidad de Salamanca hizo de leer tan solamente la doctrina de San Augustin, y Santo Thomas.* Ineditos reliquit tomos 2. Scholasticos ad mentem Scoti, scilicet:

*De Fide.*

*De Beatitudine.* Asservantur Matrini in Bibliotheca Conv. Regul. Observ. sub A. num. 15. & 16. Vidi. Clarebat ann. 1658. Memoratur cum laude à D. Nicolao Antonio, tom. 2. Biblioth. Hispanae, Append. 2. fol. 335. Consule Fr. Petrum de Alva in Militia, col. 1207.

PETRUS DE UTINO, Minorita, laudantibus Tosigniano, & Uvadingo, edidit:

*Biblia exemplarium Sacrae Scripturae*, haecenus mihi ignota.

PETRUS DE XARAVA, Hispanus, Conchenensis, Regul. Observ. Prov. Carthaginensis, Vir pietate, ac doctrina insignis, posteritati reliquit, sed inedita, sui ingenij monumenta, nempe:

*Contra Judaeos.*

*De modo quo Christus augebat.*

*Summam Theologicam.* Asservabantur in Bibliotheca Conchenensis Cocnobij ejusdem Provinciae, teste Fr. Ludovico de Rebolledo ad calcem suorum Chroniconum Ordinis, excepto à D. Nicolao Antonio. Auctoris meminit Joannes Paulus Martirizo in Historia Conchenensis Urbis, fol. mihi 308.

PETRUS XIMENEZ DE CABEZUDO, Hispanus, ex Burgenfi Prov. Regul. Observ. stylo signavit:

*Relationem Prov. Burgenfis*, laudatam à Fr. Petro de Alva, quem consulat in Militia, col. 1201.

PETRUS DE ZALAMEA, Hispanus, Regul. Observ. Prov. S. Michaelis, Hispanè exaravit:

*Summam Casuum Conscientiae.* Ineditam asservari in Bibliotheca Civitatenfis Conv.

ejusdem Prov. scribit ex Uvadingo D. Nicolaus Antonius.

PHILIBERTUS DE BONEVILLE, Capuccinus, natione Sabaudus, suo aetate Concionator egregius, & verè Apostolicus, & inter Theologos Scholasticos facile Princeps, atque in Provincia Sabaudia saepius Diffinitor, ac Minister Provincialis; quam per quindecim annorum seriem omni studio, diligentia, doctrina, prudentia, & Regularis Observantiae zelo sanctissimè administravit. Confessarium egit S. Francisci Salesij, qui de ipso saepe dicere soleret: *Quod si Summa S. Thomae esset deperdita, tota in capite P. Philiberti Capuccini recens, & integra reperiretur.* Multa scripsit Theologica, & de Contraversijs Fidei Catholicae; quorum inscriptiones subiceret Genuensis. Edidit:

*Vitam S. Francisci de Sales Episcopi Gebennensis.* Lugduni anno 1623. apud Simonem Rigaud, tom. 1. in 4. Quam postea Gallicè redditam sub titulo:

*Sol Praetorum*, edidit idem Rigaud anno 1625. in 4. Laudatur à Genuensi, ex Uvadingo, & Rossoro. Memoratur etiam in Biblioth. Gallica Jacobi Le-Long.

PHILIPPUS DE AIALA, nobilis Hispanus, Regul. Observ. Prov. Castellae, Sacrae Theologiae professor, & Minister, S. Officij Consultor, sui Institutii Pater emeritus, scripsit Hispanè:

*Circà dubiam, aut questionem, quomodo sit praedicandum, disputandum, aut loquendum in publico de Myserio Conceptionis Immaculatae Virginis Mariae, post Decretum Pauli V. de hac re editum*, sub titulo: *Caso major*, adjecto

*Sermone de eadem Conceptione.* Utrumque prodijt Toleti apud Bernardinum Gusmanium, anno 1616. in 4. Vidi. Edidit Hispanicè:

*Commentaria in Regulam Fratrum Minorum*, à Uvadingo laudata.

PHILIPPUS DE ANDRIA, Italus, ex Prov. S. Nicolai Regul. Observ. Theologus, ac in Jure Canonico professor, anno 1645. quo clarebat, ad praelum maturationem confecerat:

*Praxim Confessariorum ad licitam, & validam administrationem Sacramenti Penitentiae.* Ex Bonaventura de Tusciano, fol. 35. *Historia Latina ejusdem Prov.* apud Archivium Ordinis Matritense. Legi.

PHILIPPUS AB ASCULO, strictioris Observ. Reformatorem alumnus in Marchiae Prov. Italicè dedit foras;

*Panegyricam Concionem de Domina nostra Lauretana, ejusque Sancta Domo.*

*Sermones Quadragesimales.* Sub praelo erant Venetijs 1659. Ex relatu laudatae Provinciae.

PHILIPPUS DE BAGNACAVALLLO, Minorita, Italus, (Alva ut vtar in Militia, col. 1209.) in 3. *Sentent. recognovit Quaestionem de Immaculata Virginis*

*Conceptione Joannis Duns Scoti.* Impress. Venetijs in fol. Hic est, apud Uvadingum, Philippus Porcatus Bagnacavallensis Minister generalis Conventual. qui scripsit:

*Commentaria in Scotum, & in libros Aristotelis.* Obijt Romae anno 1511. conditus in Basilica 12. Apostolorum, ante Aram Majorem. Ejus Epitaphium visitur his verbis:

Philippus Bagnacavallus;  
Minorum Ordinis, Philosophus, & Theologus eximius, qui per omnem aetatis suae cursum ita se gessit, ut functus omnibus dignitatibus, ad Generalatus honorem assumptus, à Julio II. Pont. Max. ad ardua pro Fide Catholica vocatus, Romae diem clausit extremum.

Consule Uvillotum.

PHILIPPUS BARRAGIUS. Vide inferius, verbo *Philippus Varagius.*

PHILIPPUS DE EICTIS, Capuccinus, natione Italus; Patria à Camerino, Picena Provinciae Concionator, ac pluriès Diffinitor, olim in saeculo J. V. D. egregius, ac magni nominis: qui in eadem sua Provincia, semel, & iterum ad Philosophiae, ac Sacrae Theologiae lecturam assumptus, multos ibi, tum ad doctrinam, tum ad justitiam, & pietatem eruditus scripsit, ac praesidi dedit:

*Epitomen, seu Compendium Theoricae, & Praxis Causarum Judicialium*, in duas partes distributum; in *Judicijs praesertim Regularibus*, solide omnibus prius ad rem pertinentibus theoricae explanatis questionibus, formalis posterius practicae ad amicum singulis fabrefactis, *Judicialibus in causis via satis ostenditur.* Prodiit primum Venetijs anno 1652. deinde locupletatum Bononiae anno 1660. apud Ferroniam, tom. 1. in 4. Vidi. Et Venetijs, apud Paulum Balleonium, ann. 1671. in 4. Vidi.

PHILIPPUS BOSKHIERUS, seu BOSQUIER, Belga, Montibus Hannoniae originem ducens, Prov. Flandriae alumnus, qui sub Henrico Uvilloto Minorita Praeceptore, insignis evasit Ecclesiastes, Vir fuit apprime eruditus, ac versu, & profa ad scribendum promptus, ex cujus penu egregia opera, & opuscula habentur impressa. Castigavit, & adnotavit opus praenotatum:

*Antiquitates Franciscanae, seu Speculum Vitae B. Francisci, & Sociorum ejus*, olim elaboratum à nonnullis Minoritis S. P. N. Francisci coaevis, ac edidit Coloniae Agrippinae typis Viduae Joannis Crithis 1623. in 8. In Prologo hujus operis haec memoria digna praemittit, inquit: *Quoniam, niam, Lector benevole, nonnulli, nescio quo ingenio, bono ne, an malo, ipsi viderint, mihi sanè, aut negligentiae, aut ignorantiae vehementer suspecto in excudendis, aut castigandis, & recudendis quorundam Seraphici Ordinis nostri Authorum scriptis plerisque multis, tacuerunt in librorum frontispicio, ipsos AA. ex Ordine Franciscanorum esse sed ne, quidem eorum proprijs nominibus FRATRIS praenomen (perpetuam illam jam olim haecenus Religiosorum hominum cujuscumque classici, & probati Ordinis notam) praefixerunt, quod in Fr. Petri Galatini volumine de Arcanis Catholicae veritatis, in Fr. Andrae Vegae, Hispani, & M. Salmanticensis, doctissimis illis, & copiosissimis de justificatione libris Coloniae in fol. 1572. editis. In Fr. Joannis Ferri operibus plerisque omnibus. In Fr. Marci Vigerij Cardinalis Decachordo, etiam novissimè Duaci per Balthasarem Bellertum recuso; & in Fr. Joannis Pechanini, Cantuariensis Ecclesiae Archiepiscopi*

lis quinque libris Bibliorum Collectaneis edendis. (Et in R. P. Fr. Bartholomæi Anglici, proprietario rerum Coelestium, terrestrium, & inferorum, quod octodecim libris absolvit, Francosurti rursus edendo anno 1601.) Omnium Ordin. Franciscani hominum videlicet peccatum esse, sed & præterea nonnunquam contigit temporum lapsu, alijs aliorum lucubrationes falso adscribi, vt D. Hieronymo quædam sunt Sophronij, Divo Augustino, quæ sunt Bedæ, aut alterius; Joanni Gersoni imitatio illa Christi, quæ est Fr. Thomæ de Kempis: Quoniam (inquam) illa ipsa sic se habent, opere pretium magnum mihi fore visum est, si hic nomina librorum, quos jam edidit gratia Dei mecum, & quos pro meis agnosco, quosque deinceps in lucem, Deo bene favente, sum daturus, recenserem, & quibus quisque locis, & apud quos editus est, indicarem. Sic enim, & Ordinibus mei honori, & rerum veritati, & justitiæ optimè consulero, faciens scilicet, vt deinceps nemo bonus in suspicionem plagis falsò apud posteros veniat, neminem innocentem, & doctum mearum, si quæ sunt, nugarum, aut minus accuratè Scriptorum immerito pudeat: nemo, corniculæ, seu Æsopi, cæ, seu Horatianæ, instar, plurimis alienis, aliquandò à grege avium rependendis superbiat.

Mea igitur sunt (ita fateor, & agnosco, bone Lector) quæ sequuntur Gallica, Latina:

## Gallica:

1 *Tragedia nova*, cui Hovacula nomen adversus luxum vestium, versu Alexandrino. Edidit Carolus Michael Montibus Haunoniæ in 8. ætatis meæ circiter 26.

2 *Oratio funebris, in Ducem Arschobtanum*. Edidit Petrus Auroy, Duaci Catuacorum in 8. ætatis 30.

3 *Academia peccatorum, seu Conciones de Prodigio Evangelici proterviti, & luxu*. Edidit Carolus Michael Montibus Haunoniæ in 8. ætatis meæ 34.

4 *Flagellum Academicum peccatorum, de Prodigio ejusdem per famem virgationem*. Edidit Guilielmus idem Riverius, ibidem in 8. ætatis circiter 37.

5 *Servitus peccatorum, seu de Prodigio*

jam subulco. Edidit idem Riverius, ibidem in 8. ætatis circiter 37.

6 *Pœnitentia ejusdem Prodigii*. Edidit Oliverius Varenius Parisijs in 8. & cum eadem recudit vniformitèr tria prius memorata volumina, & corpus vnum ex quatuor fecit, quod Ludovico XIII. Gallorum Regi, Philippi III. Hispan. Regis Genero dicavi, ejusque Majestati in manus ipse dedi, ipse ipsius Lupatæ penetrabilibus 12. Martij ipso D. Gregorij, ætatis circiter 50.

7 *Consolatio desperantium*, seu Conciones 12. de magna Dei in Prodigum Evangelicum, & peccatores omnes seriò pœnitentes comitate, & est quinta pars Academiæ peccatorum. Edidit Joannes Bogardus Duaci in 8. 1616. ætatis mihi circiter 55. Prodigij etiam Latine reddita in Germania, vti & quatuor præcedentia in Prodigum Evangelicum volumina. Edidit Colonia in 8. meus Crithius 1617. incerto adhuc, & mihi ipsi incognito, tam ejus, quam cæterarum partium Interprete, cui magnam nihilominus habeo gratiam.

## Latina:

1 *Monomachia Christi, & Luciferi*, seu Conciones 40. de tentationibus Christi in Deserto. Edidit Guilielmus Riverius Atrebatum in 8. ætatis circiter 37. Recuderunt correctionem, & auctiorem Petrus Borremanus Duaci Catuacorum, similiter & Joannes Crithius meus, Colonia.

2 *Theatrum patientiæ*, seu Conciones 40. de Passione Domini, Notæ. Edidit Balthasar Bellerus, Duaci in 8. ætatis circiter 40. Recudit Joannes Crithius Colonia eodem titulo. Idem Petrus Borremanus Duaci correctiorem, & auctiorem, sub nomine Codri Evangelici. Novissimè etiam meus Crithius sub Codri quoque nomine.

3 *Orbis terror*, seu de Finibus Bonorum, & Malorum, Morte, & Judicio. Edidit Petrus Bellerus, Duaci Catuacorum in 8. ætatis circiter 42. Recudit semel, & iterum Franciscus Jacobus Merzenich Colonia sumptibus Joannis Crithij.

4 *Orator Terra Sancta*, seu Philippicæ Sacræ adversus Turcarum Barbariam, & importunas Christianorum discordias, proposito Psalmo: *Deus venerant gentes*, &c. Di-

Dicatus est Paulo V. Pont. Opt. Max. Edidit Petrus Borremanus, Duaci in 8. ætatis circiter 44. Recudit meus Crithius Colonia.

5 *Araceli*, seu Echo Concionum 30. de Tribus Magis, Pucem Jesum adorantibus, proposito Evangelio: *Cum natus esset Jesus in Bethlehem*, &c. Edidit Petrus Borremanus, Duaci Catuacorum in 8. ætatis circiter 45. Recudit meus Crithius Colonia.

6 *Legatus Apostolicus*, seu Echo Concionum 39. de Baptista magni, adversus incestum, reliquaue Herodis peccata dicendi libertate, ex varijs Evangelistis. Dicatus Philippo III. Hispaniarum Regi, Ludovico XIII. Galliarum fœdero. Edidit meus Crithius Colonia in 8. ætatis circiter 50.

7 *Carcer Laureatus*, seu Echo Concionum de rebus in carcere gestis à magno Baptista. Edidit Colonia Joannes Crithius, in 8. anno 1618.

8 *Catechismus Baptista* catenati, seu Echo Concionum de Responione Christi ad quæstionem à Joanne Baptista, in vinculis ei propositam: *Tu es qui venturus, an, &c.* Colonia edidit Crithius, in 8. anno 1621.

9 *Tabula naufragij*, seu Echo Concionum aliquot de Dominicis, & Festis. Colonia edidit Crithius, in 8. ætatis meæ 52.

10 *Secunda naufragij tabula*, seu Echo Concionum aliquot de Dominicis, & Festis. Colonia edidit Crithius, in 8.

11 *Tertia naufragij Tabula*, seu Echo Concionum aliquot de Festis. Colonia edidit Crithius, in 8.

12 *Quarta naufragij tabula*, seu Echo Concionum aliquot de Dominicis, & Festis. Edidit Colonia meus Crithius, in 8. 1618. ætatis meæ 56.

13 *Quinta naufragij tabula*, seu sobria Jentacula Christi, & Samaritanæ. Edidit Colonia Crithius, in 8. 1620. ætatis meæ circiter 58.

14 *Vegetius Christianus*, seu de tota arte militari, ad Turcam citò, tute, securèque debellandum. Colonia edidit Crithius 1615.

15 *R. P. Fr. Joannis Haudemij Franciscani*, Passi Rhythmica christias facta in libellos sex distincta, castigata, arguementis libellorum biforis aucta, & ordini D. Francisci vindicata. Edidit Mathias Birthon, Luxemburgi, in 12. ætatis circiter 42.

16 *Chrysofomi Italici*, id est R. P. Fr. Tom. II.

Cornelij Musi Franciscani, Episcopi Biontini, Conciones aliquot eloquentissimæ Romæ habitæ, in Canticum B. Mariæ Deiparæ Virginis, *Magnificat anima mea*. Latine ex Italicis factæ. Edidit Colonia meus Crithius, in 8. 1616.

Hæc jam edita: supersunt verò, vita comite, & Deo adjutore, edenda.

## Gallica.

1 *Supplementum parabola Prodigij*, seu lætus ejus ad suos receptus, per Conciones, toti Adventui servituras distinctus.

2 *Maria Cerviensis*, Comædia versu Gallico de R. P. Fr. Jacobo Lescailleto Franciscano celeberrimo, ope Matris Virginis Cerviæ curato.

## Latina:

1 *Ultramontanna*, seu de finibus bonorum, & malorum, Cœlo, & inferno.

2 *Conciones 40. de Christi Crucifixione*.

3 *Prodigium allegoricum*, de Christo expositus 24. Concionibus Athi declamatis, ternis octavis 8. Sacramenti.

4 *Ligationes ultima Oratoris Terra Sanctæ*.

5 *Speculum Vitæ B. Francisci, & sociorum ejus*, accuratè recognitum, & notis marginalibus illustratum.

6 *Paradoxa Evangelica Concionibus explicata*. Quæ jam olim, & nunc recentèr dedi, &c. Hactenus ipsemet Bosquier, cujus etiam habemus opuscula inscripta:

*Plutarchus alter*. Colonia in 8. sunt *Apophtegmata Heroica*.

*Pilatus quis, & cujus*. Colonia 1624. in 8.

*Supplementum Concionum promiscuarum*. Herbopoli 1623. in 8.

*Academia peccatorum* partem secundam. Colonia apud Joannem Crithium 1614. in 8. Hæc & alia ejusdem fermè vniverfa opera prodierunt simul Colonia. Agrippinæ 1621. tribus voluminibus in fol. Vidi. Notis etiam illustravit.

*Tractatum de laudibus Scriptorum à Joanne Gerson confectum*. Demùm edidit:

*Indicem librorum M. SS. qui sunt in Bibliotheca inclyti Monasterij Allerensis*, permissu Edmundi Joventij Abbatis anno 1625. Naturæ debitum solvit Avestnis in Haunonia, anno 1636. Aliqua ex ejus



Concionibus suppeditat parte 3. suæ *Bibliothecæ Concionatoria*, cap. 119. Ludovicus Bail, qui consignatis ejusdem operibus, hæc subjungit: *Monet verò præter hæc supereffe edenda alia quæ suppleant jam ante edita, ut non mirum fuerit duo ingentia volumina tandem prodijisse ex facundo, & velociter scribente ejus calamo. In quibus omnibus quantis exuberat omni-faria eruditionis scaturiginibus, quo eloquentia fuit flumine, quibus oratoricæ artis scintillat luminibus, quam validò assurgat aliquoties impetu, quam exactis, & doctis divisionibus, ac subdivisonibus, quas auctoritates Scripturæ, Patrum, aut prophanorum Scriptorum vestiunt, noverit quisquis paulò attentius ipsum legerit. Quamvis multiplex ejus eruditio, & frequentior auctorum citatio, Lectores fatiget, multoque magis auditores sunt hac copia obruendi, ut delectu opus sit Concionatoribus, qui ejus laboribus uti volunt.*

PHILIPPUS BRUSSERIUS, Ligur; nobilis Savonenfis, Nicolai Lyrani socius, Summis Pontificibus Clementi V. & Joanni XXII. perquam charus, & familiaris, Lector Parisiensis, Nuncius Apostolicus ad Sultanum Babylonæ, scripsit:

*Compendium Historiarum Ordinis Minorum, & privilegiorum eidem concessorum.* Ex Uvadingo. Floruit anno 1340.

PHILIPPUS CAGLIOLA, Melitenfis, Conv. Sac. Theologiæ Magister, scripsit:

*Manifestationes novissimas Provinciæ suæ Siciliensis*, in quibus omnia, quæ ad decorem illius conducere possunt, recenset, & expendit. Venetijs apud Petrum Turinum 1644. in 4. conscripsit etiam:

*Defensionem Immaculatæ Conceptionis Desparæ.* Messanæ 1643. in 4. Ex Uvadingo, & Alva in Militia, col. 1212. sæpè læpius laudatur in *Bibliotheca Sicula D. Antonij Mongitore.*

PHILIPPUS A CASTILLIONE, Diocesis Aretinæ, Minorita, in Theologia Magister apud Oxonienses anno 1322. plura

*De Christi paupertate* conscripsit opuscula laudata, ex Uvadingo in Annalibus, à Fr. Antonio Terrinca, parte 3. *Theatri Provinciæ Tusciæ*, pag. 210.

PHILIPPUS A S. COLUMBA, Insularis Oppido, strictioris Observantiæ Provinciæ Mediolanensis, Pœnitentiarius Lateranensis, edidit librum prænotatum:

*Mensa mystica*, in qua Eucharisticus

Cibus suavitate varia quinquaginta Sermonum degustandus proponitur, collectis insuper mensæ fragmentis trecentis quinquaginta. Mediolani anno 1639. in 4. à fol. 269. habes ejusdem:

*Pro Sodalibus Immaculatæ Conceptionis Sermonem unum* laudatum in Militia, col. 1213.

PHILIPPUS DIEZ (Georgio Cardoso DIAZ) Lusitanus, quem Brigantium facit Epigramma præfixum tomo 2. suorum operum, nempe:

*Lata Brigantinos Salmantica suscipe,  
fructus*

*Quos hæc terra tuo lacte rigata tulit.*

*Hinc modo surrexit doctissimus An-  
thor in omni*

*Scriptura, & legis Doctor Apostolica.*

Brigantinus ergo hic, ex Regul. Observantia Compostellanæ Provinciæ Theologus, ac Definitor, Vir verè pius, ac verè doctus, indefessus Verbi Divini Minister, & eo quidem fructu juventutis Salmanticae Academiæ, ut minimè dubitaretur pendere eam ab ardentissimo sui Concionatoris ore, summaque ejus dicendi vi, tanquam fortissimis vinculis intra pudoris, & honestatis claustra contineri: cuncta abhorrens Ordinis officia, totus erat in scribendo, vel orando. Undè animarum salutem studiosissimè concupiscens plures tomos sermonum edere curavit, crebro laudatos ab Illust. Barcia. Mirum tamen est quot eos laudum encomijs afficiat S. Franciscus Salesius, lib. 5. epist. 31. in qua Episcopum instruit in arte prædicandi, eique præ cæteris Philippum Diez commendat, & consulit. Sed præstat hujus Sancti verba ibidem, & in suis *Obletionibus*, fol. mihi 239. juxta Hispanam editionem in medium adducere. *Diaz me*, agrada, inquit, èl discurre llanamente, tiene espíritu de predicacion, inculca bien, explica bien los lugares, hace hermosas alegorias, y semejanzas, hy potiposes nervosas, no pierde la ocasion de decir admirablemente, y es muy docto, y claro: faltale lo que ay, en Offorio, que es el orden, el metodo, porque no tiene alguno; pero me parece que es conveniente tenerle por familiar al principio; y esto lo digo, no porque me sirviessse mucho de èl, porque no llegò à mis manos, hasta des-pues de mucho tiempo, sino porque le tengo por provechoso, y me parece

que

que no me engaño. Hæc S. Franciscus Salesius. Sunt laudati Philippi monumenta; & in idiomata multiplicia translata.

Latinè.

*Conciones quadruplices Dominicarum à Septuagesima, usque ad Resurrectionem.* Lugduni 1586. Salmanticae tertio anno 1585. typis Joannis Ferdinandi, in 4. Venetijs 1591. & 1589. apud Dominicum de Faris, in 4. Vidi.

*Conciones quadruplices Dominicarum, & Festorum omnium à Dominica prima Adventus, usque ad Septuagesimam.* Salmanticae tertio 1588. Venetijs 1589. in 4. & alibi. Vidi.

*Conciones quadruplices super Evangelia*

*Septijugæ domitor quondam Tiryntius Hydræ*

*Attrivit septem germina proles humi.*

*Iste Diez venit qui Ditis convocat umbras;*

*Qui septena secat crimina plena nece.*

*Ille dies felix, clava quo caesa trimodi,*

*Vertice tecta novo lurida monstra manent;*

*Iste Diez vigeat, qui pectine tacta deserto*

*Criminis horrendi stemmata flexa plicat;*

*Ille dies rutilus Alcidem vexit in axes:*

*Inclitus iste Diez sydera fronte fert.*

*Oeconomia Evangelica* impressa Coloniae 1684. in 4. Philippo Diez (nescio cui) tribuitur apud tomum 13. Journal de Szavans.

Hispanè.

*Mariale*, seu *Conciones de Despara*, adjecto *Tractatu de Pasione Christi, ac Solitudinibus Dolorissimæ Virginis.* Salmanticae 1596. & 1598. Venetijs 1589. Barcinone sumptibus Gabrielis Lloveras 1597. in 4. Vidi. Gallicè duodus tomis Parisijs 1608. in 8. Italicè redditum à Fr. Mathia Fassano, Ordinis Prædicatorum, prodijt Venetijs anno 1607. in 4. Vidi.

*Tractatus quindecim multiplices considerationes amplectentes.* Salmanticae apud Joannem Fernandez 1597. & post alias editiones, ibidem per Artum Tabernièr 1612. in 4. Vidi. Agitur in tractatibus istis:

*De Synodis Episcoporum.*

*Tom. II.*

*Jesu Christi, S. Mariæ, & Sanctorum omnium.* Venetijs 1589. Salmanticae 1590. & 1591. in 4. & alibi. Vidi.

*Dominicales festivales Conciones, quæ à Dominica in Albis, usque ad Pentecostem, & in Rogationibus, & à Pentecoste, usque ad Adventum.* Venetijs 1586. & Salmanticae. Vidi. Lugduni prodierunt sex tomis 1586. & Venetijs 1591. in 8.

*Summa prædicantiam ex omnibus locis communibus locupletissima*, duobus tomis in 4. Salmanticae 1589. & 1593. Antwerpæ 1600. castigata, & aucta per Richardum Gibonum, Jesuitam. Venetijs 1592. Lugduni 1592. Et ibidem expensis Sabiniani Pefnot, anno Virginæ partus 1586. Vidi, ac legi in Authoris laudem præfixum epigramma hoc:

*De Mysterijs Fidei.*

*De Actibus S. Inquisitionis.*

*De Bullæ Cruciatæ publicatione.*

*De Congregationibus Capitularibus.*

*De varijs Processionibus.*

*De Professionibus.*

*De Exequijs Defunctorum in tenera ætate.*

*De Kalendis.*

*De prima celebratione Missæ.*

*De se flagellantibus.*

*De S. Didaco.* Habentur Latinè redditum impressi Venetijs apud Dominicum de Farris 1589. in 4. Vidi. Demùm, Authoris rogatu prodijt *Index suorum moralium conceptuum*, de quo egimus tomo 1. pag. 373. verbo *Franciscus de Campos.* Ejus *Similitudines* compilavit Ludovicus Bail, Theologus Parisiensis, qui etiam aliqua ex suis Concionibus annotavit parte 3. suæ *Bibliothecæ Concionatorum*, cap. 107. Obijt tandem indefessus Evangelij præco anno 1601. in magno Salmantino Conventu sepultus, & magnum sui desiderium,

rium, & sanctitatis famam relinquens. Memoratur cum laude à Uvadingo, Nicolao Antonio, Marracio, Andrea Scoto, & alijs. Pluribus de eo Georgius Cardoso, tomo 2. Agiologij Lusitani die 9. Aprilis, pag. 485. & 494. quem contulias, & tomo 1. Chron. Prov. S. Jacobi.

**PHILIPPUS DRESANUS**, Germanus, ex Marcoduro Prov. Colonienfis, edidit libellum inscriptum:

*Stimulus signatorius*, continens vitam S. Francisci cum aliquot quaestiunculis. Coloniae apud Petrum Brachel an. 1628. Ex Uvadingo.

**PHILIPPUS ENGOLISMENSIS**, natione Gallus, Provinciae Parisiensis Minorum Capuccinorum, Sacerdos devotissimus, in Theologia Mystica valde eruditus, & totus exercitijs spiritualibus applicatus, Mariae Mediceae Reginae Christianissimae Confessarius: & ob ejus singularem animi puritatem, ac vitae innocentiam illi apprime charus, summaque habitus in veneratione, varia scripsit opuscula suavem spirantia, ac redolentia devotionis fragrantiam, & sunt, apud Genuensem:

*Seminarium Hermogenis, in quo agitur de virtutibus religiosi, quibus pervenitur ad sanctam mortem.* Parisijs 1637. tom. 1. in 8.

*Regij, & Divini amores Jesu-Christi, & animae Hermogenis propositi ad meditandum: ubi de praecipuis Redemptionis nostrae Mysterijs agitur.* Ibidem 1638. tom. 1. in 8.

*Tractatus devotissimus directionis ad gratiam ad Hermogenem.* Tom. 1. in 8. Parisijs anno 1638.

*Triumphus Amoris Divini in conversione Hermogenis; ubi representantur variae pugnae spirituales, quas experiuntur vocati ad Religionem.* Tom. 2. in 8. Ibidem 1635.

*Florentius ad piè vivendum conversus, ubi describitur vanitas ab amore devicta.* Ibidem 1626. Tom. 1. in 8.

*Occupatio continua devotae animae Deo spiritualiter unitae in actibus quotidianis.* Lugduni anno 1628. Tom. 1. in 8.

*Aspirationes amoris sacri ex Canticis Cantorum.* Parisijs 1629. & Lugduni anno 1632. Tom. 1. in 12.

*Septem fontes Meditationum super Divina Attributa.* Lugduni anno 1620. Tom. 1. in 8.

*Novitiatus Hermogenis pro Novitiorum institutione.* Parisijs anno 1633. Tom. 1.

in 8. De hoc Authore meminit Uvadingus, ac Didacus Lequile, tom. 2. Terle-gislatoris, tract. 6. lib. 2.

**PHILIPPUS FABER**, Faventinus, Convent. Theologus vetè doctus, in Universitate Patavina, Sacrae Theologiae publicus professor; scripsit:

*Quaestiones praecipuas Philosophiae, juxta mentem Scoti* in 4. Venetijs in quinta editione apud Haeredes Joan. Baptistae Bertoni, anno 1622. praepolito isto titulo: (*Philosophia naturalis Joan. Duns Scoti ex quatuor libris Sententiarum, & Quodlibetis collecta, in Theoremata distributa, & contra adversarios omnes, tam veteres, quam recentiores, impugnationibus, & defensionibus illustrata, ac dilucidata. Quorum decem novem priora praecipuas difficultates Logices complectantur. Et in cujus fine additus est Tractatus brevis, facilis, & necessarius in formalitates Scoti.*)

*Commentaria in quatuor libros Sententiarum* in fol. Ibidem 1619. Et in eisdem libris, & *Quodlibeta Theoremata.* Parisijs apud Dionysium Moreau 1622. in fol. Vidi.

*Disputationes Theologicas de Penitentia, de Peccato, de Purgatorio, de Suffragijs, de Indulgentijs,* in fol. Venetijs anno 1623. Ex officina Marci Ginammi. Vidi.

*Expositiones in Metaphysicam.* Venetijs anno 1637. in fol.

*Adversus impios Atheos disputationes quatuor Philosophicas,* ad Franciscum Cardinalem Barberinum. Ibidem ann. 1627. in 4. Vidi.

*Disputationes de Praedestinatione.* Venetijs 1623. in fol. apud tom. 1. Bibliothecae Barberinae, pag. 391. Hunc, *Deo Musis, Discipulisque omnibus clarum, acceptum, ac venerabilem* appellat lib. 3. Historiae Gymnasij Patavini, cap. 21. Nicolaus Commenus, subdens ab eodem scripta:

*De Primatu Petri.*

*Disputationes Theologicas Complutenses. De Censuris Ecclesiasticis.*

*Aristotelis Logicam, Physicam, de Caelo, & Anima,* quae M. S. extant in Bibliotheca Publica Patavina. Mortaliter explevit anno 1630. apud Basilicam S. Antonij Patavini sepultus. Ejus vitam à Matthaeo Veglenfi conscriptam habes in capite laudatae *Expositionis Metaphysicae.* Ejus in laudem accinebat quidam Theologus, Soc. Jesu.

*Mortales doctura homines sapientia fertur,*

*Misis Ancillis, adificasse Domum.*

*Quis sit fortè rogas docti Faber iste Theatri?*

*Tu tibi respondes, cum vel, amice, rogas:*

**PHILIPPUS FERRIOL**, Hispanus, strictioris Observ. Discalceatorum alumnus, Concionator, ac Pater Valentinae Prov. S. Joannis Baptistae, ineditum reliquit, morte praeventus, tomum in 4. Hispanè recententem,

*Vitas 18. VV. Filiorum Discalceatorum ejusdem Proov. ac 7. Tertiatorum virtute insignium.* Asservatur in Archivio laudatae Provinciae, memoraturque à Fr. Josepho Chatino in ejusdem Chronicis, fol. 910. Claruit anno 1626.

**PHILIPPUS FLORENTINUS**, dictus ULTRANENSIS, celebris Concionator, ac Sacrae Theologiae Doctor Parisiensis, stylo signavit:

*Methodum componendi Sermones.*

*Sermones pro diebus festivis, ac B. Virg. Mariae, & Ferialibus totius anni.*

*Conclusiones collectas ex libris Physicorum Aristotelis.* Extant M. S. in Biblioth. S. Crucis Florentinae, vti ex Possivino, Gonzaga, Tosigniano, & Marracio, testatur Fr. Antonius Terrinca, parte 3. sui Theatri Tusciae, tit. 1. pag. 210. Scripsisse insuper:

*Chronicon Ordinis Servorum*, ait Uvadingus, sibi que fuisse surreptos istos labores, ita vt alteri nidificaverit, qui ejus tulerit honores. Floruit circa ann. 1313. teste laudato Terrinca. *Verbi Divini singularem Declamatorem* eum appellat in suo Scriptorum Florentinorum Catalogo Michael Pocciancius.

**PHILIPPUS**, alter, **FLORENTINUS**, herbarum, florumque virtutibus dignoscendis totus addictus, scripsit Italicè, dedicavitque Cosmo Magno Duci librum quinque partibus distinctum, cui titulus:

*Compendio delle facultà de Semplici.* Incipit: *L' Abrotano scritto da Dioscoride.* Prodiit Florentinae anno 1572. Fr. Antonius Terrinca loco immediatè cit. & Uvadingus.

**PHILIPPUS A FULGINI**, Capuccinus, natione Italus, Provinciae S. Francisci alumnus, Divini Verbi Ecclesiastes non ignoti nominis, Theologus insignis, Observantiae Regularis studiosus, ac Evangelicæ Seraphicæ paupertatis zelator  
Tom. II.

acerrimus: qui eandem suam Provinciam, magna cum sapientiae, & prudentiae laude, praereliquit innocentioris vitae exemplis sub Ministri Provincialis titulo solite gubernavit, scripsit Latino idiomate:

*De obligatione Fratrum Minorum Capuccinorum ratione suae professionis lectiones viginti septem.* Habetur archetypus in Biblioth. Fulginij Capuccinorum. Obijt anno 1653.

**PHILIPPUS GESVALDUS**, Vir nobilis, & doctus, Minister generalis Ord. Minorum Conventualium, Episcopus Carriatenfis, edidit Italicè:

*Soliloquia spiritualia.*

*Platosophiam, seu Artem memoriae, tam naturalis, quam artificialis perficiendae.* Vicentiae apud Haeredes Perini, an. 1600. Hæc Uvadingus. Scripsit insuper, ac edidit:

*Methodum visitandi à Visitatoribus Ord. S. Francisci servandam.* Romae 1596. in 4. apud tom. 1. Biblioth. Barberinae, pag. 467.

**PHILIPPUS DE GHIFULCIS**, Mediolanus, scripsit:

*Commentaria super Apocalypsim.* Habentur M. S. in Bibliotheca Conv. Assisij. Memoratur à Uvadingo, & Le-Long in Bibliotheca Sacra, fol. 744.

**PHILIPPUS GIACOMAZZUS**, Siculus, ex Oppido Burgij, primùm Ordinis Capuccinorum, exindè Sacerdos secularis, doctrina, & eruditione claruit; mitioribus enim litteris, ac Theologica doctrina instructus effulsit. In Patria Archipresbyteri munere praefuit; vbi tandem anno circiter ætatis suae 68. decessit 20. Julij 1669. & in Majori Ecclesia sepultus est. Evulgavit Italicè:

*De Habitu Franciscano tractatum.* Paternormi apud Buam 1654. in 12. Hæc Montgitoro, tom. 2. Biblioth. Siciliae.

**PHILIPPUS GUALENSIS**, seu **UVALLEIS**, Anglus, Vir pietatis, & eruditionis nomine suo tempore, nempe anno 1250. non obscurus; vnde Fr. Helias Ordinis Generalis eum Lugdunum vocavit, vbi publicus factus professor, primùm Philosophiam, deindè Theologiam per annos multos docuit.

Plures, ac eruditos scripsisse libros tradit ex Pitseo Fr. Angelus à S. Francisco in Catalogo Scriptorum Prov. Angliæ.

PHILIPPUS HIGGINUS, Minorita, Hybernus, Uvadingo laudante, scripsit:

*Poemata Sacra*. Obijt anno salutis 1487.

PHILIPPUS A D. JACOBO, Lusitanus, Regul. Observ. Prov. Algarbiorum Historicus, scripsit:

*Chronica Prov. Algarbiorum*. Præ manibus habuit Georgius Cardoso, ea laudans tomo 1. Agiologij Lusitani, fol. 6. S. 1.

PHILIPPUS LYNTERMANS, Minorita, Belga, Prov. Germaniæ Diffinitor, & Bruxellensis Guardianus, concinnavit vernaculè:

*Historiolam de actis in celebri Octava Immaculatae Conceptionis Bruxellis habita in Sacello Hispanorum apud PP. Dominicanos*. Bruxellis 1659. in 4. Scripsit tres egregias

*Conciones de Immaculata Conceptione Deiparae*, laudatas col. 12 17. Militiæ. Memoratur à Marracio in Appendice.

PHILIPPUS A MONTE CALERIO, dictus etiam *Galerius*, seu à *Monte Galerio*, in Subalpinis, apud Tolofates Franciscanus, Paduæ Sacræ Theologiæ professor, & in Urbe Pontificij Poenitentiarum, non pauca calamo suo expressit, quæ perperam Dupinùs, vt apud eum mos est, *ouvrage perdue* vocans, in perditorum operum album refert. Habentur impræsentiarum Philippi hujus monumenta:

*Dominicale* impressum Mediolani anno 1498. in 4. Et Lugduni apud Benedictum Bonnin 1541. in 8. sub titulo: *Sermones Dominicales, tum Epistolarum, tum Evangeliorum enucleationem, & declarationem continentes*. Vidi. Et ibidem 1510. per Balthasarem à Gabrano, & 1515. typis Jacobi Myr, studio Fr. Janselmi à Canova, Minorita, Custode Cumano. Vidi.

*Quadragesimale*. Lugduni sumptibus Balthasaris de Gabrano, anno 1515. die 10. Septembris, in 4. Vidi. Et novissimè anno 1541.

*Sermones de Sanctis, & de Eucharistia*. Ibidem, vnà cum *Quadragesimali*, quod teste Uvadingo habetur M. SS. volum. magno in Bibliotheca Romana Aracœlitana, & incipit: *Ruth sequens*.

*Postilla in Evangelia totius anni*, edita Lugduni anno 1501. teste Fr. Petro de Alva. Habetur Oxonij in Bibliotheca Co-

lligij Novi, codice 32. sub hoc titulo: *Postilla super Evangelia Dominicalia edita à Fr. Fr. Philippo de Janua*, aliàs de *Monte Galerio Ordinis FF. Minorum tunc Lectore Cono. Sacri Loci Paduæ anno 1330*. Et Cantabrigiæ in publica Bibliotheca, cod. 48. & in Pembrochiana, codicibus 51. & 52.

*Postilla alia, seu Expositio Evangeliorum Dominicanarum ab Adventu Domini usque ad Dominicam Paschatis*. Extabat olim M. S. in Bibliotheca Tolerana S. Joannis Regum sub Z. num. 97. Nunc autem habetur in fol. in eademmet Bibliotheca sub GG. num. 16. & incipit: *Vidi alterum Angelum*.

*Super Genesim, & super alias Sacrorum Bibliorum partes*, testibus Uvillor, Uvadingo, Ill. Britio, lib. 3. de *Scriptoribus Prov. Subalpinæ D. Thome*, ac Fr. Joanne de la Haye, in *Indice AA. quibus confirmat conceptus in Genesim*. Vivebat anno 1344.

PHILIPPUS PERUSINUS, Tusciæ Minister Provincialis, ob cujus singularem eruditionem Nicolaus III. Summus Pontifex eum in suam clientelam suscepit. Scripsit:

*Historiam Ord. Minorum, & præsertim ea, quæ suo tempore contigerunt*. Sæpiùs citatur à Uvadingo in Annalibus.

*Epistolam latina lingua ad Gonsalvum Ministrum Generalem, & ad Protectores Ordinis*, quam vidisse testatur Augustinus Oldoinus in *Atheno Augusto Perusinarum*, quem consulas pag. 288. Vivebat anno salutis humanæ 1280.

PHILIPPUS POLITIUS, Siculus, Drepanitanus, ex Minoritis Conventualibus, Sacræ Theologiæ Magister, ac eloquentia, & poesi clarus, edidit Italicè:

*Conciones de Immaculata Conceptione Deiparae*. Panormi apud Petrum de Isola 1655. in 4. Insuper, ex Philippo Cagliola, & Vincentio Nobili apud Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ, emisit eadem lingua:

*Discursus Morales*. Demùm Latine: *Theologicum certamen omnium carminum metro exaratum*. Floruit anno 1650.

PHILIPPUS A PURIFICATIONE, Lusitanus, olim Canonici Juris Doctor, Apostolicus Concionator, bis Diffinitor, semel, atque iterùm Provincialis Milititer suæ Discalceatæ Provinciæ, vulgò *da Arrubida*, ac almarum Provinciarum Portugalliæ, & S. Antonij in Lusitano Reg-

nò, necnon S. Pauli in Veteri Castella Commissarius Visitator, Vir, tam in Jure Canonico, quam Regulari notabiliter doctus, religiosaque conversatione insignis, posterrati reliquit:

*Memoriale exemplarium Religiosorum suæ Provinciæ*, de quo frequens tractatus apud Agiologium Georgij Cardoso. Consule Antonium à Pietate, tomo primo Historiæ laudatæ Provinciæ, lib. 5. cap. 11.

PHILIPPUS QUARTUS, Hispaniarum Rex Catholicus, Scitipis Austriacæ germen præcellum; Philippi III. æternæ memoriæ Principis non solum in amplissimo post hominum memoriæ Imperio dignissimus successor; sed etiam paternæ pietatis virtutumque omnium legitimus hæres, ac Tertij Ordinis Seraphici alumnus; quo coluerit affectu Purissimam, ac prorsus Sanctam Conceptionem Dominae nostræ Virginis Mariæ, quovè animi fervore eandem veneratus iis; inter alias illustres significationes, satis aperto testimonio confirmavit; scribendo ad Gregorium XV. & Urbanum VIII. Pont. Maximos, ad Franciscum Cardinalem Barberinum, & Cardinalem Trejo, & ad omnes Cardinales Inquisitores:

*Pro eadem Conceptione Dominae nostræ Virginis Mariæ Epistolas multas*, auro, atque adamanti inscribendas; è quibus aliquæ afferuntur à Uvadingo in Legatione de Conceptione, sect. 4. alia vero extabant M. S. apud doctissimum, pariterque piissimum Virum Bernardum de Toro Hispanensem. Plures recenset in *Militia*, col. 1206. Fr. Petrus de Alva, quem consulas, ac Marracium, in de Regibus Marianis, cap. 13. Moritur piissimè anno 1665. die 17. Septembris Seraphico Patri suo facta.

PHILIPPUS DE RIBADENEIRA, Hispanus, scripsit:

*Libros duos de Excellentijs B. Mariæ Virginis*. Neapoli 1606. Hæc Uvadingus à Nicolao Antonio exceptus, sed non rectè. Vide superius, verbo *Marcellus à Ribadeneira*.

PHILIPPUS RIBOTTUS, natione Pedemontanus, Patria à Pancalero, Genuensis Provinciæ Minorum Capuccinorum alumnus; Vir omnigena insignitum doctrina, & in declamando Apostolico spiritu imbutus: qui in Missionibus Subalpinis contra Hæreticos Commissarius Apostolicus à Summo Pontifice Clemente VIII. deputatus, & Vicarius Sacræ Inquisitionis institutus, mirificè Catholicam

Fidem in illis Regionibus promovit, strenuèque in Vineâ Domini operavit, innumeras indè scelerum spinas evulsit, durissimos impiorum animos contrivit, & de lapidibus filios Abrahæ suscitavit, soloque trium annorum spatio ad mille & trecentos Calvinistarum, & inter illos plurimos non vulgarè præclara sua doctrinæ, religiosæque vitæ exemplis ad Catholicæ Ecclesiæ Gremium reduxit. Scripsit sermone Italicò:

*Expositionem super Oratorem Dominicam in quatuor partes distributam secundum quatuor Divina Scriptura sensus*. Prodiit Taurini apud Ludovicum Richimilium, anno 1614. in 8.

*Expositionem Salutationis Angelicæ*. Ibidem 1614.

*Discursam admodum disputationis habitua inter ipsam, & David Rostagnum publicè in Oppido S. Germani de Sanctissimo Eucharistie Sacramento, & de Sacrificio Sacrosanctæ Missæ: quo mediante ipsemet Rostagnus Hæreticorum Minister convictus succubuit, plurimisque ex nobilitatibus, Calvinismo abjurato, Catholicismo spontè nomina dederunt*. Editus fuit ab ipso Authore jussu R.P. Bartholomæi Rocchæ, Inquisitoris Generalis in toto Dominio Pedemontano. Tauri anno 1598. tom. 1. in 4. De eo meminerunt honorificè Franciscus Augustinus ab Ecclesia Episcopus Salutienfis in Catalogo Script. Pedemont. Uvadingus de Scriptor. Ordin. Minorum, Andreas Rossotus in Syllabo Scriptor. Pedemont. & Mathias à Caballo majori Capuccinus, part. 1. Rationarij Chronographici Minorum Evangelicarum, ac Dupinus in Supplemento. Denique, apud tomum secundum Bibliothecæ Barberinæ, pag. 295. habetur cujusdam Philippi Ribboti.

*Speculum Ordinis Carmelitarum*, editum anno 1567. in fol.

PHILIPPUS ROCHE KENSALIENSIS, Minorita, Hybernus, excudit:

*Militiam pro Immaculata Conceptione Matris Admirabilis*, anno 1633. in charta expansa, teste Fr. Petro de Alva in *Militia*, col. 1219.

PHILIPPUS SALERNUS, Siculus, ex Minoritis Conventualibus, Vir doctrinæ præcipuus, clarique nominis Ecclesiasticus, Sacræ Theologiæ Magister, Castellanus Theologus, Ministri Provincialis, ac generalis Visitatoris muneribus, cum laude functus, edidit Italicè:

*Concionem de S. Agatha*, sub titulo: *Nova Pallade*. Catanæ apud Joannem Rossum 1634. in 4.

*Aliam de eadem*, in scriptam: *Alto Monte Catenense*. Ibidem apud eundem 1635. in 4.

*Concionem de S. Prancatlo*, prænotatam: *I Giochi Olimpici*. Messanæ apud Petrum Bream 1636. in 4.

*De Dominica XV. post Pentecostem*. Ibidem apud eundem 1633. in 4.

*Orationem funebrem in obitu RR. P. Onuphrij Anfora Generalis Ordinis S. Cajetani*. Messanæ apud Viduam Blanci 1640. in 4.

*Orationem funebrem in Exequijs R. P. Fr. Antonij a Ficarra Provincialis Ministri Prov. Siculæ*. Ibidem apud Jacobum de Matthæis 1645. in 4.

*Orationem funebrem in obitu RR. P. Fr. Leonis Bonfigliolo, Ordinis Carmelitarum Generalis*. Ibidem apud eundem 1647. in 4.

*De Immaculata Conceptione Deiparæ Concionem*, sub titulo: *Le due bataglie fatte da due Serafini*, &c. Messanæ, eisdem typis 1643. in 4.

*De Epistola Beatissimæ Virginis ad Messanenenses*. Ibidem apud eundem 1641. in 4.

*De Sanctis Chribanto; & Daria*. Ibidem apud eundem 1645. in 4.

*De Sancto Nicolao Eremita*, sub titulo: *Victoria triplicata*. Panormi apud Alphonsum de Isola 1646. in 4.

*De S. Andrea Apostolo*, sub titulo: *Il Predicatore*. Neapoli per Secundum Rancagliolum 1651. in 4. Decepsit in patrio Cœnobio Alcarie in Valle Nemorum anno 1676. 14. Julij, ætatis suæ 80. Laudum præconijs celebratur à pluribus apud tom. 2. Bibliothecæ Siculæ D. Antonij Mongitore.

**PHILIPPUS SECUNDUS**, Austriacus, Hispaniarum Rex Catholicus, dicitur *Prudens*, Tertij Ordinis Franciscani alumnus, in Beatissimam Cœlitum Regnam pietatem omnibus satis notam protulit, in gratiam suæ Immaculatæ Conceptionis:

*Epistolas plures* scribens ad Summum Christi Vicarium, vt tanquam indubitatum Fidei dogma id Catholicis omnibus amplectendum declararet, vti narrat P. Vasconcellos apud Alva in Militia, col. 1202. Eiusdem Regis, pro diuisione Discalceatæ Provinciæ S. Josephi communem feci:

*Epistolam*, tomo 1. Chron. Prov. S. Pauli, lib. 1. num. 166. Obijt anno 1598. & nemo fortassè ab Orbe condito latius imperavit.

**PHILIPPUS SOSA**, Hispanus, Cordubensis, Provinciæ S. Jacobi Regularis Observantiæ, concionandi laude, doctrina, ac religione spectatissimus, quem Ambrosius Morales, lib. 17. *Historiæ suæ*, cap. 11. non perfunctoriè celebrat; scripsit Hispanè:

*Hortulum Virginitatis*, &c.

*De Mysterijs Angelorum*, simul Salmanticæ 1539. testibus Uvadingo, & Nicolao Antonio, à Fr. Jacobo de Castro exceptis, tom. 1. Chronicorum Provinciæ S. Jacobi, lib. 3. cap. 6. pag. 131.

*Compendium Mysteriorum Adventus Christi Domini*. Hispali 1569. Id autem non distinguit D. Nicolaus Antonius à sequenti:

*De Excellentijs Evangelij*. Ibidem 1569. Hæc prima pars, quam sequi debuerunt duæ aliæ; secunda, scilicet, de Essentia Dei, bonitate, liberalitate, atque Mundi creatione; tertia de Sanctis.

*Super Bullam confirmationis, & novæ concessionis Privilegiorum Mendicantium*.

*Opusculum S. Bonaventuræ*, quod appellatur *Speculum disciplina*, convertit in vulgarem linguam, atque edidit Hispali 1574. apud Ferdinandum Diaz. Vulgarem itidem fecit, atque edidit:

*Chronicorum Ordinis à Marco Ulyssiponensi Scriptorum partem secundam*. Compluti 1566. vii. scribunt, sed non rectè Uvadingus, ac Nicolaus Antonius, ipsi met etiam tribuentes.

*Peregrinationem Hierosolymitanam*, vernaculè.

**PHILIPPUS DE SOSA**, Hispanus, Concionator, Prov. Bætici Regul. Observantiæ, vt fatetur Uvadingus in Catalogo, pag. 248. col. 2. & Nicolaus Antonius tomo 2. suæ Biblioth. pag. 69. col. 1. & liquidò constat ex suorum Chronicorum titulo, in Hispanicam linguam transtulit:

*Chronicor. Ord. Fr. Marci Ulyssiponensis partem secundam*. Compluti apud Andream de Angulo 1566. in fol. Vidi. Et ibidem, eisdem typis anno 1577. Vidi.

**PHILIPPUS TERTIUS**, Hispaniarum Rex Catholicus, Austriaco sanguine cretus; Vir, vt opibus, & Regni, ita meritis, virtutibusque amplissimis à Deo Optimo Maximo, cumulatus, studiosissimum sese Dei-

Deiparæ Virginis cultorem, ejusque perpetuæ sanctitatis indefessum vindicem, ac promotorem luculentissimè declaravit; scribendo ad Paulum V. Pont. Maximum, ad Scipionem Cardinalem Burghesium, ad Cardinalem Gallum, ad Cardinalem de Borja, ad Cardinalem de Trejo, ad Cardinales de Araccoli, Prædicatores Ordinis, & de Aquino, aliosque:

*Pro sancta, atque illibata Conceptione ejusdem Deiparæ Virginis, Epistolas plures*, sanè egregias, & prorsus regias, quarum exemplar habes apud Uvadingum in Legatione de Conceptione, sectione 1. Plures recenset Fr. Petrus de Alva in Militia, à col. 1203.

*Epistolam memoria dignam*, quam habes tom. 1. Chronic. Prov. S. Pauli, lib. 4. cap. 23. pag. 436. Ab hoc Regno terrestri, gloriæ Cœlestis diademate (vti multa spes est) redimitus fuit, anno à Virginali Partu 1621. pridie Kal. Aprilis, de cuius impensio in Deiparam studio, ardentique in ejusdem Purissimam Conceptionem zelo plura habes apud Marracium de Regibus Marianis, cap. 13. Tertio Ordini Franciscano nomen dedisse testatur Eminentiss. Trejo laudatus supra, pag. 6. tomi hujus.

**PHILIPPUS TRUXILLO**, Hispanus, Regul. Observ. Sacræ Theologiæ Lector, & Apostolicus Concionator, Vir apud Toletanum Conv. S. Joannis Regum sanctitatis fama clarus, opusculum edidit vernaculè:

*De modo visitandi Viam Sacram, vt mos est apud Missionarios*. Toleti, in 16. anno 1651. quo vivebat.

**PHILIPPUS VARAGIUS**, edidit.

*Flores totius S. Scripturæ*. Prodierunt caractere antiquo absque anno, aut loco impressionis. Vivebat anno 1532. Hæc Uvadingus. Varagius iste natione Gallus, Provincialis, ex Prov. S. Ludovici, Sacræ Theologiæ professor, Provinciæ clavam rexit, ac edidit:

*Flores totius Sacræ Theologiæ, Medullam Sententiarum Doct. Subt. Fr. Joannis Duns, Ord. Minor. Theologorum Principis continentes*. Mediolani per Joannem Jacobum de Ferrarijs 1509. in 4. Vidi, & habetur in Bibliotheca Barberina, & Hispali in Bibliotheca Ecclesiæ.

**PHILIPPUS VOTINGO**, Minorita, Uvadingo laudante, scripsit:

*Confutationem quaestiuicula contra Montem Pretatis*.

**PHILIPPUS VULTERRANUS**, si-

ve *Volaterranus*, quem Georgius tomo 1. Biblioth. Classicæ, fol. 258. appellat *Valeran*, edidit:

*Concordantias Evangeliorum*.

*Homilias quatuordecim*. Florentiæ in Bibliotheca S. Marci susceptorem requirunt. Consentiant Uvillot, Tosignianus, Possévinus, & Uvadingus.

**PHILOMÆNUS CORNELIJ**, Flander, Dixmundanus, strictioris Observ. Recollet. Theologus celebris, nec studio pietatis inferior, scripsit, præter alia:

*Exercitationes vite spiritualis, & præxim Orationis mentalis*, opuscula eo commendatiora, teste Auberto de Script. sæculi 17. cap. 229. quo à Viro, Praxium suarum practicante scripta sunt.

**PIUS MARIANUS A CONCEPTIONE**, qui se Minoritam facit, edidit:

*Vocabularium trilingue, & elingue, &c.* Prodiit Gandavi 1667. sed prohibetur à Sacra Congregatione Indicis, anno 1664. die 17. Novembris.

**PIUS SALISBURGENSIS**, ex Minoritis Capuccinis, eruditus Concionator in Austria, opus non minus pium, quam luculentum elaboravit, sub hoc titulo:

*Pius Concionator in omnes totius anni Dominicas*. Tomus primus, secundus, & tertius editus est in 4. anno 1697. sumptibus Martini Endteri. Vidi. Emisit etiam:

*Marianas quaestiones pro Concionibus, in omnes festivitates Regina Angelorum*, sumptibus ejusdem, anno 1700. in 4. Vidi, ac legi, in librum, ejusque Auctorem:

*Te cum prole pia benedicat Virgo Maria*

*Et pater ipse Pius, sit tibi mente pius.*

*Huncque piè volvas, revolvvas, & pectore serves,*

*Filius vt fias impius, indè Pius.*

**PLACIDUS GALLEMANT**, Gallus, ex strictiori Observ. Recolletorum, Prov. S. Dionysij Diffinitor, edidit Gallicè:

*Vitam D. Gallemand Doctaris Sorbonici, Carmelitarum in Gallia primi Superioris*. Parisijs anno 1653. in 4. Latine.

*Descriptionem Prov. S. Dionysij Recolletorum Gallie*. Catalauniæ, in 8. anno

no 1649. Obijt anno 1675. Memoratur à Dupino, sæculo 17. & Le-Long, lib. 2. Biblioth. Gallica.

**POLYCARPUS DU FAY**, Gallus, Provinciæ Recollectorum S. Dionysij in Gallia alumnus foras dedit:

*Expositionem Regule Fratrum Minorum* laudatam à Dupino, sæculo 17. & in *Annalibus ejusdem Prov.* fol. 214.

*Panegyrum de SS. Martyribus Japoniensibus.* Ex eisdem, Uvadingo, & Arturo in *Martyrologio Franciscano*, ad diem 5. Februarij. Floruit circa annum 1630.

**PONTIUS CARBONELLUS**, Catalanus, S. Ludovici Episcopi Tolosatis (non S. Ludovici Regis Galliarum, vti scribitur Possévinus, Uvillotus, & Bibliothecæ Hispanicæ Author) Magister, & Rector, Vir sanctissimus, & doctissimus, scripsit:

*Commentaria in Universa Biblia*, ad singula loca collectis abundè Sanctorum Patrum Sententijs, ita vt non ineptè opus nuncupari possit *Catena Sanctorum Patrum in uniuersam Sacram Scripturam*. Habetur M. S. octo tomis, satis magnis distinctum in Bibliotheca Toletana Fratrum Minorum, à Viris doctis satis expectatum. Qui legerunt, vehementè dolent in tenebris per tot annorum centurias sepe peliti, & summoperè cupiunt, vt aliquando lucem aspiciant. Hæc Uvadingus, & meritò, impresariarum enim asservantur ibidem, suntque tomi novem, licèt nonus *super Apocalypsim* initio careat, incuriaque Bibliopegi confusè conglutinatus habeatur, non in scrijs Bibliothecæ, sed in arca quadam, vnà cum alijs tomis. Obijt circa annum 1297. apud suos in Barcinonensi Conventu sepultus, & miraculis clarus. Pluribus de eo agit Arturus in *Martyrologio Franciscano*, ad diem 3. Decembris, & Antonius Vincentius *Dominicanus in de Sanctis Catalaunia*, lib. 2.

**PRIERIA IMPERIARIA**, Romana; ex Tertio Ordine S. Francisci. Vide superius, pag. 307. verbo *Ludovicus Triola*.

**PROCOPIUS TEMPLE**, seu **TEMPLIUS**, Capuc. Brandeburgensis, Prov. Tirolensis alumnus. Hic, Genuenti loquor, inter Lutheranos natus, & in adolescentia ad Fidem Romanam Catholicam conuersus, paulò post ad Seraphicam Religionem vocatus, & receptus fuit anno suæ ætatis 18. Competenti verò tempore ad Theologica studia promotus, illis absolutis, Concionatorio muneri fuit

applicatus, atque per plures annos in illustrioribus Germaniæ Civitatibus singulari omnium encomio, & præconio, semen Evangelicum dispersit, non sine copiosa animarum messe, illasque sua pietate, spiritus fervore, morum perfecta compositione, patientia, humilitate, atque totius Evangelicæ perfectionis exemplis plurimum illustravit: eodemque tempore cernens, quam misere constitutus esset status S. R. E. & Catholicæ Religionis in illis partibus Septentrionalibus, & Regnis, valdè commiseratus tot animarum perniciem, sub Missionarij Apostolici titulo, annuentibus Superioribus, Vicos, Castellam, & Oppida Provinciarum Augustissimæ Domus Austriae hæresi infecta impavidè peragravit, ibique concionando, catechizando Hæreticorum Ministros sapius ad congressum provocando, confutatis eorum dogmatibus, magnum sectariorum numerum ad Catholicam Fidem adduxit innumerique Incolarum vtriusque sexus ejus opè aduti Hæresim abjurantes, Ecclesiæ Romanæ manus dederunt. Multa scripsit, & evulgavit opera in emolumentum Religionis, & Ecclesiæ Catholicæ, præsertim in commodum, & adiutorium status Ecclesiastici, sive Pastorum curam animarum habentium, quæ maximè dolendum non esse latinitati donata: talia enim sunt, vt à pluribus etiam Etherodoxis raptim coemantur, & desiderantur. Illorum inscriptiones sunt:

*Prædestinationale.* Est opus de prædestinatione, justificatione, gratia, & libero arbitrio, continens 30. Conciones formatas. Tom. 1. in 8. Salisburgi anno 1653.

*Eucharistiale.* Est liber de Augustissimo Sacramento, continens Conciones 26. Tom. 1. in 8.

*Pœnitentiale*, sive de Pœnitentiæ Sacramento, & Confessione, Conciones 25. Tom. 1. in 8.

*Orationale*, sive de Exercitio Sanctæ Orationis, Conciones 36. Tom. 1. in 8.

*Decalogale.* Est liber continens 32. Conciones in decem præcepta Decalogi. Tom. 1. in 8.

*Conjugale.* Est liber continens 30. Conciones de Sacramento Matrimonij. Tom. 1. in 8.

*Juuentutale*, sive de bona educatione filiorum, & juventutis, Conciones 30. Tom. 1. in 8.

*Tbrenale*, sive in Threnos Jeremiæ Prophetæ, Conciones 26. Tom. 1. in 8.

*David Prophetæ, & Pœnitens*, sive in

*Psalum 50. Miserere mei Deus, Conciones 37.* Tom. 1. in 8.

*Magdalenale*, sive in *Vitam S. Mariæ Magdalene*, Conciones 30. Tom. 1. in 8.

*Homo moriens.* Est liber continens 24. Conciones de felici, & infelici hominis morte. Tom. 1. in 8.

*Judiciale, Purgatoriale, & Infernale.* Est liber continens 30. Conciones de extremo Judicio, Purgatorio, & Inferno. Tom. 1. in 8.

Dominus Deus vltra spem, dedit illi gratiam, & benedictionem, vt quasi raptim suprascripta 12. opera, in 8. vt vocant, singillatim edita Salisburgi distraherentur, & venderentur, propter quod statim typographus Monacensis secundam editionem eorum suis sumptibus faciendam sollicitavit, eaque edidit in 4. & in tres tomos distribuit, & comprehendit. Fuit hoc totum opus dicatum Principi Electori Archiepiscopo Moguntino: nunc autem totalitè ita distractum, ac dividendum est, vt ab aliquot annis jam nullum amplius exemplar inveniatur, aut haberi possit, cum tamen fuerint multa millia, & tertia vice jam impressa.

Edidit etiam pergrande volumen refferum Concionibus de Beata Virgine Maria, sub titulo:

*Mariæ Festivale, & Mariæ Dominicale*, seu de *Beatissima Virgine Dei Genitrici Mariæ*, Conciones centum sexaginta. Hoc opus etiam iteratò fuit impressum primò Salisburgi anno 1653. in 4. sed parvo typo. Secundò Monachij in fol. anno 1655. & dedicatum fuit Episcopo Estadiensi S. R. I. Principi.

Scripsit insuper, & per prælum evulgavit, æquè ingens volumen, in quo habentur Conciones pro festiuitatibus Sanctorum, sub hoc titulo:

*Sanctorale*, seu de *Festis Sanctorum totius anni*, Conciones centum septuaginta, & etiam fuit impressum prima, & altera vice Salisburgi anno 1654. & Monachij anno 1659. & dicatum Serenissimo Principi Archiepiscopo Salisburgensi.

*Prodromus Messia*, seu de *S. Joanne Baptista*, Conciones 30. Tom. 1. in 8.

*Incarnationale*, seu de *Incarnatione Domini nostri Jesu Christi*, Conciones 18. Tom. 1. in 8.

*Christus nascens*, seu de *Natiuitate Domini nostri Jesu Christi*, Conciones 40. Tom. 1. in 8.

*Epiphaniale*, seu de *Festo Epiphaniæ*, Conciones 18. Tom. 1. in 8.

*Adventuale à prima Dominica Adventus, usque ad Septuagesimam*, Conciones centum. Tom. 2. in 8.

*Septuagesimale, à Septuagesima, usque ad Dominicam Resurrectionis*, Conciones centum. Tom. 2. in 8.

*Paschale à Dominica Paschatis, usque ad Pentecostem inclusivè*, Conciones centum. Tom. 2. in 8.

*De Consolatione Spiritus Sancti à Penitentiæ, usque ad Adventum*, Conciones centum. Tom. 2. in 8.

*Quadragesimale feriale*, seu *Conciones pro omnibus ferijs Quadragesima Conciones centum.* Tom. 2. in 8.

*Passionale*, seu de *Passione, & Morte Domini nostri Jesu Christi*, Conciones quadraginta. Tom. 1. in 8.

*Funerale*, in quo continentur centum quinquaginta Conciones pro occasione sepulture Defunctorum, sicut moris est in tota Germania. Tom. 3. in 8.

*Enceniale*, continens centum Conciones pro *Festis Dedicacionis Ecclesiæ*, quæ in Germania solemnitè celebrantur. Tom. 2. in 8.

*Patrocinale*, in quo includuntur centum Conciones pro *Festivitatibus Patronorum Ecclesiarum.* Tom. 2. in 8.

Insuper iussu celsissimi Principis Archiepiscopi Salisburgensis, composuit aliud opus pro instructione puerorum, & adolescentium, vulgò pro *Doctrina Christiana*, & sex distinctis voluminibus, edidit in lucem:

*Sermones 300. semihorales de Doctrina Christiana.* Tom. 6. in 8. Opus certè maximè necessarium, cujus prædictus Princeps statim omnia exemplaria coemit, ac per totam suam Archidiececesim, quæ maxima est, & per cunctas Parochias practici curavit. Decem millia horum opusculorum fuerunt impressa exemplaria, & vniversa inter paucos dies vendita. Et quia solent in illis partibus fieri sermones post meridiani pro Confraternitatibus, sive Congregationibus, composuit etiam duo volumina, sub hoc titulo:

*Sermones in Cantica Canticorum 200.* Tom. 2. in 4. *Centum in vno libro pro Confraternitate Sanctissimi Sacramenti, & alios centum in altero pro Archi-Confraternitate Sanctissimi Rosarij, & Scapularij.* Opus istud est dedicatum Sereniss. Principi Duci Electori Bavarie, ejusque exemplaria impressa Monachij anno 1669. fuerunt tria millia. Scripsit præterea, & in tribus tomis distinctis edidit opus devotiss.

tiſſimum Sacrarum Cantionum, quarum in illis Regionibus frequens est usus, in laudem Dei, Beatissimæ Virginis, & aliorum Sanctorum, sub hac epigraphe:

*Delitiæ Hybernales, Vernaes, Æstivales, & Autumnales.* Tom. 3. in 8. Vivebat adhuc anno 1680. Ex Genuensi, quem confulas, ac Dupinum, sæculo 17.

PROPERTIUS RESTA, Neapolitanus, à Talleacotio, ex Minoritis Conventualibus Theologus, Episcopus Geruntinensis, & Carriatenſis, emiſit:

*De vera, & falsa sapientia*, libros 4. Romæ apud Gulielmum Facciotum, anno 1599. Ex Uvadingo, ac Nicolao Toppi in Bibliotheca Neapolitana. Mortalitatem explevit Romæ anno 1602.

PROSPER RUTHENENSIS, Gallus, Provinciæ Tolosanæ Minorum Capuccinorum munere Concionator, bo-

narumque litterarum professor; ex actibus publicis, alijsque prisca memorijs:


*Opus Genealogicum* retexit in 4. tomos in fol. distributum, in quibus *Genealogias Principum, eorumque stemmata*, Genuensi teste, Gallico idiomate expendit.

PROSPER URBANUS, Picenus; Urbinas, ex Minoritis Conventualibus, Theologus insignis, & primarius Regens, emiſit:

*In Symbolum S. Athanasij verbes Commentarios.* Urbini apud Barthol. & Simonem Ragusios fratres 1604. in 4. Vidi.

*Apologiam pro Venetis*, Italicè apud tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 564.

*Summam Theologiæ Alexandri Alesij in Compendium redactam.* Urbini 1604. vii superius monuimus tom. 1. pag. 24.



# INDEX ALPHABETICUS, ET CHRONOLOGICUS A U T H O R U M, QUI IN HOC TOMO SECUNDO RECENSENTUR.

## SÆCULO PRIMO

Religionis Seraphicæ, nempè ab anno 1209. vsque 1309.

CLAR. Galfridus de Fontibus	1240.	Clar. Joann. Florentinus	1300.
Flor. Guilbertus de Tornaco	1260.	Flor. Joann. Londiniensis	1280.
Obijt Gregorius Nonus	1241.	Clar. Joann. Londiniensis, alter,	1300.
Obijt Gualterus Brugensis	1307.	Vivebat Joann. à Monte Cafali	1300.
Vixit Gualterus Ceton	1236.	Flor. Joann. à Monte D. Mariæ	1290.
Obijt Guido Bonatus	1300.	Obijt Joannes Pechamus	1292.
Clar. Guido Fulginas	1300.	Decesit Joannes à Plano	1246.
Vixit Gulielmus de Falgario	1299.	Decesit Joannes de Qualea	1279.
Vixit Gulielmus Lamarenſis	1300.	Vixit Joann. de Rupella	1271.
Flor. Gulielmus de Militona	1255.	Moritur Israel Erlandi	1291.
Clar. Gulielmus de Notingan	1250.	Flor. Juncta de Bevegnatis	1298.
Vixit Gulielmus de Rubrock	1260.	Decesit Leo Alsifias	1271.
Flor. Gulielmus de Samaco	1280.	Obijt Leo Balvatorius	1257.
Clar. Gulielmus Varro	1290.	Decesit Lucas Bitontinus	1265.
Obijt Gulielmus Uyodfordus	1297.	Decesit S. Ludov. Rex	1270.
Obijt S. Hugolinus	1221.	Flor. Ludov. de Subrepto	1288.
Obijt Haymo de FEVERSHAM	1244.	Decesit S. Margarita de Cortona	1297.
Clar. Henricus Bristinghamus	1280.	Clar. Marchesinus à Regio	1309.
Flor. Hippolytus Florentinus	1250.	Obijt Martinus IV.	1285.
Clar. Homerius	1270.	Moritur Matheus de Aqua Sparta	1302.
Vixit Hugo de Dina	1280.	Decesit Matheus Rubeus	1306.
Vixit Hugo de Manchestria	1294.	Clar. Mauriti. Hybernic.	1280.
Clar. Hugolinus de S. Maria	1254.	Flor. Nicolaus Anglicus	1260.
Obijt S. Ivo	1303.	Clar. Nicolaus Mutius	1238.
Flor. Jacobus Boncambius	1244.	Decesit Nicolaus IV.	1292.
Clar. Jacobus de Grisanto	1300.	Flor. Nicolaus Senensis	1266.
Flor. Jacobus de Trisanto	1300.	Moritur Oddo Rigaldus	1275.
Clar. Joannes Ægidius	1308.	Vivebat Otho Blancus	1289.
Flor. Joannes Ægidius, alter,	1290.	Clar. Pacificus Picenus	1240.
Clar. Joannes Anglicus	1299.	Flor. Peregrinus Bonon.	1305.
Vixit Joannes Asculanus	1270.	Clar. Petrus Joann. Olivi	1297.
Flor. Joannes Cantianus	1248.	Vixit Philippus Perulinus	1280.
Moritur V. Joann. Duns Scotus	1308.	Obijt Poncius Carbonellus	1297.

SÆCULO SECUNDO

Religionis Seraphicæ, nempè ab  
anno 1309. vsque ad 1409.

CLAR. Galfridus Linguus	1390.
Clar. Galdrilus à Hogain	1370.
Obijt Gentilis à Monte-Florum	1312.
Flor. Gerardus è Bransione	1400.
Obijt Gerardus Odonis	1349.
Obijt Gundifalvus Balboa	1313.
Flor. Gualterus Brinkleus	1310.
Obijt Gualterus Burlæus	1337.
Obijt Gualterus Cattonus	1343.
Clar. Gualterus Uviburnus	1370.
Obijt Guilielmus Augerus	1404.
Obijt Guilielmus Brito	1356.
Obijt Guilielmus de Cantuaria	1404.
Obijt Guilielmus Farinerius	1361.
Obijt Guilielmus Folvillus	1384.
Clar. Guilielmus Gaines	1310.
Flor. Guilielmus Gorris	1400.
Obijt Guilielmus Herbestus	1335.
Vivebat Guilielmus Lissejus	1340.
Vixit Guilielmus Nortonus	1403.
Obijt Guilielmus Nottingamus	1336.
Flor. Guilielmus Occham	1347.
Clar. Guilielmus de Rubione	1333.
Vivebat Henricus Anglicus	1344.
Flor. Henricus de Caleto	1320.
Obijt Henricus Cosejus	1336.
Vivebat Henricus de Glast	1340.
Flor. Henricus à Merburgch	1308.
Clar. Henricus à Monte Jardino	1350.
Vivebat Hermannus Brucher	1376.
Clar. Hugo Bilovius	1340.
Flor. Hugo de Hybernia	1359.
Clar. Hugo de Irlanda	1330.
Flor. Hugo de Novo Castro	1322.
Obijt Hugo de Prato	1330.
Clar. Jacobus Albenfis	1340.
Obijt Jacobus Guisius	1398.
Flor. Jacobus Henricus	1340.
Clar. Jacobus Landensis	1350.
Clar. Jacobus Senis	1330.
Flor. Jacobus Spinelo	1376.
Clarebat Jacobus Textor	1348.
Obijt Jacoponus	1306.
Clarebat Joannes Anglicus	1390.
Florebat Joannes de Bassolis	1320.
Clar. Joannes de Blomendal	1330.
Flor. Joannes Canonicus	1320.
Vivebat Joann. de Caulibus	1376.
Clar. Joann. Clyn	1349.
Moritur Joann. Ede	1406.
Flor. Joannes de Esfordia	1350.
Clar. Joannes Everfidon	1336.
Flor. Joannes Formica	1397.
Clar. Joannes Gervasij	1351.
Moritur Joannes Guentus	1348.
Decefsit Joannes Hiltonus	1376.
Flor. Joannes Houdemius	1350.
Clar. Joannes N.	1376.
Flor. Joannes Lathberius	1406.
Decefsit Joannes Laurentius	1390.
Decefsit Joannes Marchejeus	1376.
Decefsit Joannes Minius	1317.
Flor. Joannes de Mirabello	1340.
Clar. Joannes Occam	1344.
Vivebat Joannes Oostteroyk	1357.
Flor. Joannes de Plomenda	1330.
Clar. Joannes Ricca	1396.
Flor. Joannes Ridevallus	1330.
Clar. Joannes Rigaldi	1320.
Obijt Joannes à Ripa	1319.
Moritur Joannes Rodintognus	1348.
Clar. Joannes Rota	1390.
Flor. Joannes de Rupesciffa	1360.
Vivebat Joannes de Saxonia	1340.
Clar. Joannes Semur	1390.
Flor. Joannes Stafortus	1380.
Decefsit Joannes Tisingtonus	1395.
Clar. Joannes Valensius	1370.
Flor. Joannes Vitalis	1396.
Obijt Joann. Vit. è Furno	1327.
Clar. Joannes Vitaridanus	1350.
Flor. Joannes Uvallius	1316.
Flor. Joann. de Uverdenna	1330.
Decefsit Joann. Uvinchel	1320.
Clar. Joann. Uvinchinghamus	1362.
Vivebat Justus del Rota	1377.
Decefsit Landulph. Caraciollus	1350.
Moritur Leonard. Senensis	1380.
Decefsit Levinus Martyr	1345.
Clar. Ludov. à Castillione	1320.
Obijt Ludov. Donatus	1385.
Flor. Ludov. de Scala	1340.
Clar. Malachus Hybern.	1310.
Vixit Manfredus Terdon.	1360.
Decefsit Marcus Viterb.	1369.
Clar. Marcus Ulmenfis	1400.
Moritur Martinus Albevicus	1336.
Clar. Mathias Suecus	1317.
Flor. Maximil. Volaterr.	1405.
Obijt Michael de Casenas	1343.
Clar. Mich. Platiensis	1377.
Moritur Monaldus de Monaldis	1332.
Flor. Nicol. de Aquavilla	1317.
Obijt Nicol. Bonnerus	1360.
Moritur Nicol. Fachinamus	1407.
Decefsit Nicolaus de Lyra	1340.
Clar. Nicol. Occamus	1320.
Vivebat Nicol. Specialis	1337.
Decefsit Odoricus de Portu	1331.
Moritur Pastor de Albernaco	1343.
Obijt	

Obijt Paulinus N.	1310.
Flor. Paulinus de Venetijs	1323.
Vixit Paulus è Perusio	1400.
Flor. Petrus de Acciajolis	1328.
Vivebat Petrus Aquilanus	1330.
Clar. Petrus Aureolus	1330.
Flor. Petrus N.	1310.
Clar. Petrus Jacobi	1380.
Flor. Petrus N.	1340.
Vixit Petrus Quefvellus	1388.
Obijt Petrus Rarnalducius	1333.
Clar. Petrus Rufellus	1310.
Flor. Petrus Saxo	1319.
Clar. Petrus Sulpinus	1340.
Flor. Petrus Thomas	1340.
Vix. Philippus Brufferiis	1340.
Clar. Philipp. Florentinus	1313.
Vixit Philipp. à Monte Calerio	1344.

SÆCULO TERTIO

Religionis Seraphicæ, nempè ab  
anno 1409. vsque 1509.

CLAR. Gabriel Brunus	1490.
Clar. Gabriel Hungarus	1500.
Obijt Gabriel Mutinensis	1486.
Flor. Gabriel Spoletinus	1440.
Clar. Gandulphus Siculus	1449.
Flor. Georgius Benignus	1497.
Flor. Godefcalcus Holen	1480.
Vixit Gratianus Brixienfis	1506.
Clar. Guilielmus Btlerus	1410.
Obijt Guilielmus de Casali	1442.
Flor. Guilielmus Forleo	1470.
Clar. Guilielmus Gauda	1490.
Flor. Guilielmus Huet	1419.
Clar. Guilielmus Parisienfis	1500.
Obijt Guilielmus Vorrilong	1464.
Clar. Guilielmus Uvatefordienfis	1433.
Obijt Henricus de Balma	1499.
Flor. Henricus Goritrem	1460.
Clar. Henricus Herpius	1460.
Flor. Henricus Uverlius	1440.
Clar. Hieronym. Tajapetra	1505.
Vixit Hugo Slestad	1452.
Obijt S. Joannes de Capistrano	1456.
Obijt S. Jacobus de Marchia	1475.
Floruit Jacoba Pollicina	1491.
Obijt Jacobus Alexandrinus	1477.
Clar. Jacobus Asculanus	1476.
Flor. Jacobus de Bangio	1482.
Clar. Jacobus Bonus	1436.
Flor. Jacobus Boscalino	1457.
Clar. Jacobus Faber	1500.
Flor. Jacobus Florentinus	1486.
Clar. Jacobus à Lendq	1500.
Obijt Jacobus à S. Lucia	1485.
Obijt Jacobus Oddo	1483.
Vivebat Jacobus Suedoricus	1439.
Clar. Illuminata Bemba	1470.
Moritur Joanna Rodriguez	1505.
Clar. Joann. Bapt. Petrucius	1500.
Moritur Joan. Bonvitijs	1492.
Vivebat Joan. Britius	1436.
Obijt Joan. Brugmanus	1473.
Clar. Joan. Bruithemius	1505.
Flor. Joan. Canales	1490.
Vivebat Joan. à Casali	1500.
Clar. Joan. Le-Comte	1500.
Flor. Joan. Duren	1460.
Clar. Joan. Evangelista	1450.
Flor. Joan. Fabrica	1500.
Clar. Joan. Gavinetus	1490.
Vivebat Joann. Grifch	1430.
Obijt Joannes de Guadalupe	1506.
Clar. Joan. Kaneman	1460.
Flor. Joan. Liferh	1490.
Clar. Joan. de Lucca	1470.
Flor. Joan. Major	1502.
Clar. Joan. Meder.	1492.
Flor. Joan. à Monte	1490.
Clar. Joan. Perrinus	1495.
Flor. Joan. Petit	1414.
Vivebat Joannes Picardus	1503.
Decefsit Joan. de la Puebla	1499.
Flor. Joan. Renanman	1460.
Clar. Joan. Rodig. del Padron	1450.
Vixit Joan. Stobnicenfis	1498.
Clar. Joan. Talecudus	1450.
Flor. Joan. Tifferrandus	1495.
Clar. Joan. è Trevio	1478.
Flor. Joan. de Valencia	1440.
Clar. Jordanus	1500.
Vivebat Julianus à Cavallina	1498.
Moritur Julianus Verrochinus	1413.
Decefsit Ladisl. à Getnono	1505.
Obijt Ladisl. Martomi	1508.
Clar. Landulph. N.	1462.
Decefsit Laurent. Guilielmus	1495.
Flor. Lucas Afissias	1440.
Clar. Ludov. de Filicaria	1490.
Vivebat Ludov. Imolenfis	1480.
Vivebat Ludov. N.	1466.
Vivebat Ludov. Purrenus	1493.
Vixit Ludov. à Turre	1500.
Vivebat Ludov. Vicentinus	1461.
Decefsit Lupus Salinis	1463.
Flor. Marcus à S. Maria	1490.
Clar. Martinus Minoritæ	1480.
Flor. Martinus N.	1480.
Vivebat Mattheus Georgius	1413.
Clar. Matth. Hus	1470.
Vixit Mathias Doringus	1443.
Moritur Michael à Charcano	1480.
Clar.	

Clar. Monaldus de Monaldis	1500.
Flor. Nicol. Ariminensis	1414.
Clar. Nicol. Auximo	1450.
Vivebat Nicol. Lackman	1440.
Clar. Nicol. de Orbellis	1455.
Moritur Nicolaus Ursus	1504.
Decesit Oliverius Maillardus	1502.
Clar. Otho Commendus	1459.
Flor. Otho Tertius	1420.
Moritur B. Petrus Regalado	1456.
Obijt Pacificus Novariensis	1482.
Clar. Paulus Afsifias	1427.
Clar. Paulus Boncambius	1490.
Flor. Paulus Lucentis	1473.
Moritur Paulus Soevus	1504.
Flor. Pelbartus Osualdus	1490.
Clar. Petrina de Balma	1450.
Flor. Petrus ad Boyes	1430.
Moritur Petr. Caldarius	1440.
Vivebat Petrus de Castilione	1453.
Clar. Petrus de Castrabol	1490.
Flor. Petrus de Colle	1440.
Clar. Petr. de Cruce	1505.
Obijt Petrus Gonzalez	1495.
Flor. Petrus Laccepiera	1500.
Clar. Petrus Marfeus	1598.
Moritur Petrus de Moliano	1490.
Clar. Petrus de Orbellis	1490.
Vixit Petrus Reginaldus	1480.
Clar. Petrus Reischingerus	1500.
Flor. Petrus Reveillandus	1530.
Vixit Petrus Robertus	1590.
Moritur Petr. à Santoyq	1431.
Clar. Petr. Siffonius	1489.
Flor. Petr. à Vallibus	1450.
Obijt Philipp. Higinus	1487.

SÆCULO QUARTO

Religionis Seraphicæ, nempè ab  
anno 1509. vsque 1609.

<b>O</b> BIJT B. Gundifalvus Garcia	1597.
Clar. Gabriel Bacca	1550.
Clar. Gabriel Bambafo	1520.
Flor. Gabriel Baronus	1590.
Flor. Gabriel Barrius	1570.
Clar. Gabriel Calderon	1606.
Flor. Gabriel Girellus	1600.
Clar. Gabriel Mata	1580.
Clar. Gabriel Molina	1584.
Clar. Gabriel à Monte-Novo	
Flor. Gabriel Nafsi	1600.
Flor. Gabriel de Rivera	1603.
Clar. Gabriel de Toro	1536.
Obijt Galganus de Augustinis	1523.
Clar. Gaspar Legionensis	1540.

Clar. Gaspar à S. Michaelis	1590.
Obijt Gaspar Scatigerus	1525.
Flor. Gaspar Uzeda	1575.
Obijt Georgius Benignus	1520.
Clar. Georgius Garnefeld	fac. 17.
Clar. Georgius Salinas	1600.
Obijt Gerardus Veruvit	1596.
Obijt Gilbertus Nicolai	1532.
Clar. Gometius Lusitanus	1512.
Clar. Gonsalvus N.	1518.
Vivebat Gregorius Benignus	1513.
Flor. Gregorius Neapolitanus	1590.
Clar. Gregorius Salinus	1600.
Obijt Guido Finariensis	1589.
Clar. Guilielmus Bernardi	1547.
Vivebat Guilielmus Cartonus	1530.
Flor. Guilielmus de Mara	1510.
Clar. Guilielmus Stannic	1601.
Vivebat Gutierrez Trejo	1540.
Clar. Hannibal Rosfellus	1600.
Vivebat Helena de Bononia	1554.
Obijt Henricus Buschei	1600.
Clar. Henricus de Calais	1650.
Vivebat Henricus de Castella	1600.
Flor. Henricus Helmesius	1560.
Clar. Henricus de Huda	1530.
Vivebat Henricus Mauroy	1553.
Flor. Henricus Paludanus	1608.
Obijt Henricus Pipinus	1580.
Clar. Henricus Regius	1530.
Obijt Henricus Sedulius	1601.
Obijt Henricus Standitius	1520.
Vivebat Henricus Uvillot	1598.
Flor. Hermannus Janfens	1530.
Obijt Hermes Hauvaert	1567.
Clar. Hieronymus Aetetus	1600.
Flor. Hieronymus Brixighellenis	1580.
Clar. Hieronymus Cabanillas	1608.
Flor. Hieronymus Cavallus	1550.
Clar. Hieronymus Dinami	1566.
Flor. Hieronymus Gadius	1530.
Obijt Hieronymus Girellus	1573.
Clar. Hieronymus à Jesu	1600.
Flor. Hieronymus Leopoltanus	1536.
Obijt Hieronymus Magnano	1527.
Clar. Hieronymus Marafiniotus	1601.
Flor. Hieronymus Maripetrus	1560.
Obijt Hieronymus Mediolanensis	1584.
Clar. Hieronym. Melphictensis	1590.
Flor. Hieronymus Mengus	1600.
Obijt Hieronym. à Monteflorum	1584.
Obijt Hieronymus Nivia	1582.
Clar. Hieronym. de Nunciarellis	1515.
Obijt Hieronymus Panormitanus	1579.
Obijt Hieronymus Perusinus	1555.
Obijt Hieronym. Pistoriensis	1570.
Clar. Hieronym. à Politio	1590.
Flor. Hieronymus Ramirez	1606.
Clar.	

Clar. Hieronym. Toriellius	1510.
Clar. Hieronymus Trivellius	1560.
Obijt Hieronymus Veratus	1540.
Flor. Hieronymus Viperanus	1512.
Clar. Hilarius Biriet	1581.
Clar. Hilarius Coqui	1567.
Clar. Hippolytus Maffei	1593.
Clar. Hippolytus à Ponte	1532.
Flor. Horatius Diola	1570.
Clar. Jacobinus à Malafossa	1560.
Flor. Jacobus de Alcalá	1520.
Clar. Jacobus Blasæus	1598.
Flor. Jacobus Capacelli	1513.
Clar. Jacobus Carolus	1600.
Obijt Jacobus à Foro Sacrinio	1586.
Flor. Jacobus Garybi	1590.
Clar. Jacobus Hugo	1560.
Obijt Jacobus Mediolanensis	1584.
Flor. Jacobus de Meneses	1540.
Obijt Jacobus Melphitensis	1561.
Obijt Jacobus de Petrucijs	1550.
Clar. Jacobus de Portu	1580.
Obijt Jacobus Bagarellus	1517.
Clar. Janus Latinius	1550.
Claruit Jaimus Sanchez	1660.
Clar. Jeremias Buchius	1580.
Obijt Ignatius ab Appiro	1569.
Obijt Ignatius Lupus	1585.
Clar. Ignatius Savinus	1582.
Clar. Innocentius Sborchius	1606.
Moritur Joann. à Cruce	1534.
Flor. Joannes Abreu	1520.
Clar. Joannes de Ajora	1530.
Flor. Joannes de Alcozer	1606.
Clar. Joannes ab Angeli	1590.
Moritur Joann. Anton. Delphin.	1560.
Vivebat Joann. Anton. Faventin.	1577.
Clar. Joann. Apobolymæus	1520.
Vivebat Joannes Aquensis	1530.
Flor. Joannes Aquilanus	1560.
Clar. Joannes de Argamanes	1516.
Flor. Joannes de Armi	1590.
Vivebat Joannes Balanius	1670.
Clar. Joann. Bapr. Desvois	1600.
Flor. Joann. Bapr. Faventinus	1562.
Clar. Joann. Bapr. Feyjod	1580.
Flor. Joann. Bapr. Fernandez	1590.
Clar. Joann. Bapr. de Florentia	1608.
Clar. Joann. Bapr. de Lagunas	1530.
Flor. Joann. Bapr. Madrigal	1600.
Clar. Joann. Bapr. Mexicanus	1590.
Clar. Joann. Bapr. Vifones	1520.
Flor. Joannes de Barraud	1580.
Vivebat Joannes Benedicti	1590.
Flor. Joann. Bermudo	1550.
Clar. Joannes Bernal	1580.
Vivebat Joannes Blancona	1600.
Vivebat Joannes Bobadilla	1602.

Tom. II.

Flor. Joannes de Bonilla	1580.
Clar. Joannes Brunus	1601.
Moritur Joannes Byl	1540.
Clar. Joannes Carolus	1550.
Flor. Joannes à Cazalla	1520.
Clar. Joannes de la Cerda	1590.
Obijt Joannes Enifus	1578.
Vivebat Joannes Concilij	1562.
Clar. Joannes de Coveña	1572.
Flor. Joannes Daventria	1535.
Clar. Joann. Degue	1580.
Flor. Joannes Donatus	1511.
Clar. Joannes Dovet	1579.
Flor. Joannes Deblivius	1600.
Clar. Joannes de Dueñas	1540.
Flor. Joannes Estellius	1550.
Clar. Joannes Faber	1522.
Moritur Joannes de Fano	1539.
Obijt Joannes Fassatus	1565.
Clar. Joannes Ferrus	1554.
Flor. Joannes Fonian	1604.
Clar. Joannes à Fonte	1585.
Flor. Joannes à Fonte, alter;	1570.
Moritur Joannes Forestus	1538.
Clar. Joannes Forfanus	1570.
Moritur Joann. à S. Francisco	1565.
Clar. Joann. Franc. Buoni	1590.
Obijt Joann. Franc. Faernus	1537.
Flor. Joannes Friburgo	1516.
Clar. Joannes Fucher	1560.
Flor. Joannes Gaa de la Camara	1600.
Moritur Joannes de Gaona	1559.
Clar. Joannes Genesius	1550.
Flor. Joann. Geningus	1602.
Moritur Joann. Glapion	1522.
Obijt Joann. Guyeus	1578.
Flor. Joann. Hellerus	1535.
Clar. Joann. Herlius	1571.
Flor. Joann. Jodar	1530.
Clar. Joann. Jubinus	1568.
Flor. Joann. Ivo	1580.
Clar. Joann. Lelove	1570.
Flor. Joann. Leo	1600.
Obijt Joann. Mahufius	1572.
Decesit Joann. Maria Tiffari.	1584.
Clar. Joann. Maria Velmetius	1538.
Flor. Joann. à S. Maria	1580.
Clar. Joann. à Monte Calerio	1570.
Decesit Joann. à Montedoca	1572.
Decesit Joann. Nas	1590.
Flor. Joann. Oliver	1600.
Clar. Joann. Panæsius	1561.
Moritur Joann. de Panormo	1579.
Flor. Joann. Paulus Germanus	1530.
Clar. Joann. Pellens	1604.
Obijt Joann. Pellicanus	1608.
Decesit Joann. Petrus Fortis	1580.
Decesit Joann. Pineda	1590.
Clar.	

Tt 3



Clar. Joann. Pórtex	1580.	Flor. Ludov. de Alcalá	1546.
Obijt Joann. de Rada	1608.	Clar. Ludov. Benedictus	1580.
Clar. Joann. Redaldus	1573.	Flor. Ludov. Borojus	1580.
Moritur Joann. de Ribas	1562.	Clar. Ludov. Cœlestinus	1580.
Flor. Joann. Riccutius	1528.	Vivebat Ludov. Cœlestinus, alter	1582.
Clar. Joann. Ripche	1576.	Flor. Ludov. Carbo	1580.
Decefsit Joann. Royardus	1547.	Vivebat Ludov. Carvajal	1547.
Flor. Joann. Salón	1570.	Flor. Ludov. Cavier	1576.
Clar. Joann. Salv. Trados	1580.	Clar. Ludov. Cirra	1590.
Flor. Joann. Scalcos	1570.	Vixit Ludov. de Escobar	1551.
Clar. Joann. Serrano	1550.	Vivebat Ludov. à S. Francisco	1586.
Flor. Joann. Snellinck	1608.	Clar. Ludov. Granatenus	1570.
Obijt Joann. Standicius	1556.	Flor. Lud. Malveda	1550.
Clar. Joann. Synthen	1590.	Vivebat Ludov. N.	1513.
Moritur Joann. Terzi	1572.	Vivebat Ludov. de Rebolledo	1606.
Flor. Joann. de Torquemada	1600.	Clar. Ludov. Rodriguez	1540.
Clar. Joann. Vallo	1580.	Vivebat Ludov. Tiphernas	1520.
Flor. Joann. Vasco	1595.	Flor. Ludov. Villalpando	1564.
Vivebat Joann. Viguierius	1533.	Triumphavit S. Martinus ab Ascens.	1597.
Clar. Joann. Uvalnodorfius	1580.	Vivebat Marcellus à Ribaden.	1604.
Flor. Joann. de Zamora	1603.	Vixit Marcus Anton. Cappellus	1600.
Decefsit Joann. Zuazo	1551.	Vivebat Marcus Ant. Paganus	1586.
Clar. Joann. Zualardo	1580.	Clar. Marcus de la Camara	1580.
Moritur Joann. de Zummarraga	1548.	Obijt Marcus à Nicia	1531.
Vivebat Jodocus Rych	1534.	Moritur Marcus Viguierius	1516.
Clar. Jonfelmus	1540.	Decefsit Marcus Ulyssipon.	1591.
Flor. Jofephus Angles	1580.	Obijt Margarita Agyllona	1600.
Obijt Jofeph. Barcinon.	1584.	Vivebat Maria Sallent	1600.
Clar. Jofeph. Brancham	1600.	Clar. Maria Tellez	1530.
Moritur Jofeph. Le Clerc	1557.	Vivebat Marianus Florent.	1517.
Decefsit Jofeph Codicis	1545.	Moritur Marianus Genuenf.	1585.
Obijt Jofeph. à Colleamato	1557.	Vixit Marianus Nebienfis	1540.
Moritur Jofeph. à Ferno	1556.	Decefsit Marius à Foro	1581.
Decefsit Jofeph. Oxibienfis	1591.	Obijt Marius Joannes	1603.
Clar. Jofeph. Rofciolus	1530.	Vivebat Martinus de Arratia	1589.
Flor. Ifidorus Perufinus	1560.	Vivebat Martinus de Carthagera	1516.
Clar. Ifidor. Rota	1590.	Clar. Martinus de la Cueva	1550.
Vixit Julius Jornata	1590.	Vivebat Martinus Doiza	1600.
Moritur Julius Prunianus	1595.	Vivebat Martinus Lillio	1550.
Decefsit Julius Secundus	1513.	Vivebat Martinus Ruego	1590.
Clar. Ivo Magifter	1582.	Obijt Martinus Sarmiento	1560.
Obijt Justinian. à Nursia	1594.	Decefsit Martinus de Tuinohut	1540.
Vivebat Lactantius Arctarius	1580.	Moritur Martinus de Valencia	1534.
Flor. Lambertus à S. Trudone	1600.	Clar. Massæus N.	1570.
Moritur Lambertus Uvillot	1579.	Flor. Maficus Fruzascho	1520.
Clar. Laurent. à Concha	1602.	Vixit Matthæus Baccelinus	1604.
Flor. Laurent. Forestianus	1600.	Clar. Matthæus de Burgo	1599.
Clar. Laurent. Mafforillus	1560.	Flor. Matthæus Ciaccius	1540.
Decefsit Laur. à Monte Politiano	1601.	Vixit Matthæus Corradon	1520.
Flor. Laurent. Villavincenij	1560.	Obijt Matthæus Dordrac.	1547.
Clar. Lilius Medici	1606.	Clar. Matthæus Martinus	1520.
Obijt Leo Ballestrinus	1522.	Vivebat Matthæus Silvagius	1536.
Flor. Leonardus Bergomas	1608.	Obijt Matthæus Silveftrius	1553.
Moritur Livinus Lovan.	1560.	Clar. Matth. Sthia	1548.
Clar. Lucas Balionius	1562.	Decefsit Matth. Uvensem	1547.
Vivebat Lucas Calexbitanus	1563.	Clar. Matth. Balbanus	1580.
Obijt Lucas Mencholinus	1590.	Moritur Mathias Felicius	1576.
Clar. Lucius Auguifola	1590.	Flor. Maturinus le Bret	1530.
		Clar.	

Clar. Maturinus Gilberti	1550.	Flor. Petrus Florianus	1607.
Flor. Maturinus Quadratus	1580.	Clar. Petrus Fofechus	1604.
Decefsit Mauritius Hilaret.	1592.	Vixit Petrus Galatinus	1539.
Obijt Mauritius à Portu	1514.	Flor. Petrus Galleardus	1570.
Decefsit Melch. Frizollus	1520.	Moritur Petrus à Gandavo	1572.
Moritur Melch. de Gratia	1580.	Decefsit Petrus Godefridus	1558.
Vixit Melch. Huelamo	1600.	Flor. Petrus à S. Maria	1590.
Obijt Melch. de Jebra	1586.	Obijt Petrus Montanus	1578.
Clar. Melch. de Rioja	1570.	Clar. Petrus à Monterone	1516.
Vivebat Michael de Agia	1600.	Flor. Petrus Morfallinus	1573.
Flor. Michal Hispanus	1580.	Clar. Petrus Navarro	1586.
Clar. Mich. de Hungaria	1513.	Obijt Petrus Nicol. Factor	1583.
Vivebat Mich. de Medina	1560.	Decefsit Petrus Nieto	1589.
Clar. Michael Menotus	1520.	Vixit Petrus Oroz	1585.
Flor. Michael Montalve	1604.	Obijt Petrus Paulus	1556.
Decefsit Mich. Neapol.	1580.	Clar. Petrus Paulus de Valle	1590.
Clar. Mich. Tabernier	1515.	Vixit Petrus de Phoccechio	1600.
Obijt Mich. de Zarate	1583.	Moritur Petrus Regis	1573.
Flor. Moriflaceranus	1580.	Clar. Petrus Rodolphus	1580.
Triumphavit B. Nicafius	1572.	Flor. Petrus Salmerius	1590.
Obijt Narcifus Joannes	1570.	Vixit Petrus Tattarectus	1500.
Moritur Natalis Taillepied	1589.	Vixit Petrus Terre	1520.
Clar. Nicephorus Florent.	1600.	Moritur Petrus Trigofus	1593.
Flor. Nicol. del Caftillo	1560.	Vixit Petrus à Varaona	1610.
Vixit Nicol. ab Equila	1516.	Moritur Philippus Bagnacavallus	1511.
Flor. Nicol. de Ferro	1520.	Obijt Philippus Diez	1601.
Clar. Nicol. Gazzæus	1608.	Clar. Philipp. Florent.	1572.
Vivebat Nicol. Grandis	1548.	Vixit Philipp. Gefualdus	1600.
Vixit Nicol. Herbon	1524.	Obijt Philipp. Secundus	1598.
Obijt Nicol. de Niffe	1509.	Clar. Philipp. Soffa	1569.
Moritur Nicol. Ramos	1576.	Flor. Philipp. Soffa	1560.
Flor. Nicol. Valla	1525.	Clar. Philipp. Varagius	1532.
Obijt Obitus	1599.	Moritur Propertius Befta	1602.
Moritur Octavianus Præconius	1566.	Clar. Prosper Urbanus	1600.
Clar. Olivierus Conradus	1540.		
Decefsit S. Petrus Alcantar.	1562.		
Moritur S. Paschalis Bailon	1592.		
Triumphavit B. Petrus Baptifta	1597.		
Vivebat Paduanus Graffus	1547.		
Vivebat Paschalis Aurentius	1590.		
Clar. Paulus Bertus	1608.		
Vixit Paulus Calanna	1607.		
Obijt Paulus Lunatus	1608.		
Clar. Paulus Mondellus	1606.		
Moritur Paulus Pifotus	1534.		
Vixit Petrus de Alaba	1598.		
Vivebat Petrus Alexander	1583.		
Triumphavit Petrus Bessonius	1598.		
Clar. Petrus Bonav.	1607.		
Obijt Petrus Calanna	1606.		
Flor. Petrus de Campis	1580.		
Vixit Petrus de Cafedo	1587.		
Vixit Petrus Caponfacohius	1586.		
Vivebat Petrus Calcales	1570.		
Clar. Petrus de Cornibus	1555.		
Moritur Petrus Crabbius	1554.		
Flor. Petrus Dove	1540.		
Clar. Petrus Fermoſella	1550.		

## SÆCULO QUINTO

Religionis Seraphicæ, nempè ab  
anno 1609. vsque 1709.

FLOR. Gabriel à Bullando	1616.
Flor. Gabriel Faber	1626.
Clar. Gabriel Falri	1630.
Clar. Gabriel Guillistegui	1640.
Flor. Gabriel à S. Hieronymo.	1610.
Clar. Gabriel Joannes	1690.
Clar. Gabriel Maqueda	1620.
Flor. Gabriel Moncada	1630.
Clar. Gabriel de Noboa	1702.
Clar. Gabriel Pambo	1648.
Flor. Gabriel Sagard	1630.
Flor. Gabriel Trejo	1620.
Clar. Garfias Antonius	1706.
Clar. Garfias de Cifneros	1730.
Flor. Gaſpar à S. Bernardino	1611.
Flor. Gaſpar à Conceptione	1620.
Clar. Gaſpar à Cruce	1659.
Clar.	

Clar. Gaspar de la Fuente	1650.	Clar. Gulielmus de Ocaña	1648.
Obijt Gaspar de Meaza	1688.	Flor. Gulielmus Platus	1640.
Clar. Gaspar Pato	1670.	Obijt Gulielmus Spoelbergius	1633.
Obijt Gaspar de Pinariola	1631.	Clar. Gulielmus Vansichem	1666.
Flor. Gaspar Procopij	1670.	Obijt Gumarrus à Quercu.	1641.
Flor. Gaspar Roman	1650.	Flor. Gundifalvus de Herrera	1655.
Clar. Gaspar Rouges	1670.	Clar. Guterrius de Occampo	1619.
Clar. Gaspar Sghemma	1652.	Clar. Heliodorus Parisinus	1680.
Flor. Gaspar de Vergara	1629.	Flor. Henricus à Bellomonte	1680.
Flor. Gaspar de Viana	1672.	Vivebat Henricus Harvilleus	1630.
Clar. Gaspar de Vigachoaga	1620.	Clar. Henricus Ionghem	1660.
Obijt Gaudentius Bontampus	1676.	Flor. Henricus Lochius	1660.
Clar. Geminianus Monacensis	1650.	Vivebat Henricus Seynensis	1670.
Clar. Gennadius de Ocaña	1670.	Obijt Henricus de Villalobos	1617.
Obijt Gennadius de Quesada	1633.	Flor. Hermanus Berg	1643.
Obijt Georgius Ambianensis	1657.	Clar. Hermanus Mott.	1670.
Flor. Georgius Antonius	1640.	Flor. Hernandus de Moraga	1618.
Flor. Georgius à Nativitate	1698.	Vivebat Hermenegil. de Alpera	1670.
Obijt Georgius Romeo	1650.	Clar. Hermogenes Torio	1620.
Obijt Geraldus Anfaldus	1692.	Flor. Heylam Belga	1620.
Clar. Gervasius Brisacensis	1690.	Obijt Hieronyma ab Assumpt.	1630.
Clar. Gesualdus de Bononijs	1650.	Clar. Hieronymus de Alicante	1640.
Flor. Gesualdus à Panormo	1680.	Flor. Hieronymus Alvarez	1707.
Flor. Gilius Chasi	1612.	Obijt Hieronymus Arelatensis	1617.
Clar. Godefridus Hermannus	1690.	Obijt Hieronymus Avenionensis	1629.
Obijt Gondifalvus à Valdivia	1657.	Clar. Hieronymus Barla	1662.
Vixit Gofovinus à Monasterio	1670.	Flor. Hieronymus à S. Bonav.	1618.
Vixit Gratianus Monfortius	1626.	Obijt Hieronymus à S. Bonav.	1709.
Flor. Gregorius Alberti	1628.	Clar. Hieronymus de Bochijs	1656.
Obijt Gregorius Angellerius	1662.	Flor. Hieronymus Bordonus	1629.
Clar. Gregorius à S. Bonaventura	1660.	Clar. Hieronymus Brambilla	1628.
Clar. Gregorius Brunelli	1679.	Vivebat Hieronym. à Calatanisset	1707.
Flor. Gregorius Camera	1620.	Clar. Hieronymus Cambrini	1680.
Vixit Gregorius Cladera	1704.	Obijt Hieron. à Castroferretorum	1626.
Clar. Gregorius Fayas	1649.	Flor. Hieronymus Censius	1618.
Flor. Gregorius Gallicanus	1620.	Clar. Hieronymus Combonus	1640.
Vixit Gregorius Hurtado	1638.	Flor. Hieronymus Comititis	1640.
Clar. Gregorius Hybernensis	1646.	Clar. Hieronymus Diruta	1612.
Obijt Gregorius de Liccio	1642.	Obijt Hieronymus Escuela	1678.
Flor. Gregorius Lugdunensis	1680.	Obijt Hieronymus Ferrer	1635.
Vixit Gregorius Malomfalvay	1655.	Clar. Hieronymus Friffero	1707.
Clar. Gregorius Mirault	1615.	Obijt Hieronymus Gallus	1644.
Flor. Gregorius à Monte Corvino	1648.	Flor. Hieronymus Gutierrez	1690.
Vixit Gregorius Parghelia	1690.	Clar. Hieronymus Kakoroski	1630.
Clar. Gregorius Petrocha	1620.	Flor. Hieronymus Leccius	1660.
Flor. Gregorius de Pucciatis	1630.	Clar. Hieronymus Mautius	1630.
Vixit Gregorius de Quesada	1696.	Obijt Hieronymus Mayere	1646.
Clar. Gregorius de Rives	1660.	Clar. Hieronymus à Mondulpho	1650.
Flor. Gregorius Ruiz	1613.	Flor. Hieronymus à Monte	1640.
Vixit Gregorius Salmanticensis	1670.	Obijt Hieronymus Muñoz	1705.
Clar. Gregorius Sanchez	1662.	Clar. Hieronymus Perez	1620.
Flor. Gregorius Scherius	1642.	Obijt Hieronymus Planes	1635.
Flor. Gregorius Valerianus	1664.	Flor. Hieronymus Rodriguez	1630.
Clar. Guido Bartholucius	1610.	Clar. Hieronymus Salmeron	1620.
Vixit Gulielmus Antonius	1684.	Flor. Hieronymus à S. Georgio	1630.
Flor. Gulielmus Gois	1700.	Clar. Hieronymus à Segorbe	1611.
Vixit Gulielmus Herinx	1660.	Flor. Hieronymus Senonensis	1660.
Clar. Gulielmus de Lanicia	1640.	Obijt Hieronymus Sorbo	1612.
		Obijt	

Obijt Hieronymus à Sotera	1627.	Clar. Jeremias Fuzzi	1660.
Clar. Hieronymus Straffer	1620.	Flor. Jeremias Panormitanus	1670.
Flor. Hieronymus Tamarit	1622.	Clar. Jesualdus Panormitanus	1640.
Clar. Hieronymus Trahina	1665.	Flor. Ignatius de Broejer	1670.
Flor. Hieronymus de Valera	1610.	Clar. Ignatius à Carnago	1660.
Obijt Hieronymus à Viadana	1610.	Obijt Ignatius à Casnigo	1630.
Clar. Hieronymus Zapata	1630.	Flor. Ignatius de Combis	1670.
Flor. Hilariion Mediolanensis	1664.	Clar. Ignatius Garcia	1618.
Clar. Hilariion Nolay	1649.	Flor. Ignatius Gascon	1660.
Flor. Hilariion Sacchetus	1618.	Flor. Ignatius Le Gault	1620.
Clar. Hilarius Montlouys	1649.	Clar. Ignatius à S. Maria	1690.
Flor. Hippolytus Brixienfis	1638.	Clar. Ildephonsus à S. Bernardino	1701.
Clar. Hippolytus Donestrandus	1630.	Vivebat Illuminatus Messanenfis	1618.
Obijt Honoratus	1624.	Clar. Illuminatus Moronus	1640.
Clar. Horatius Bertius	1660.	Obijt Illuminatus Oddus	1683.
Obijt Hugo Aquensis	1620.	Clar. Innocentius à Chiufa	1640.
Flor. Hugo Carbonellus	1618.	Flor. Innocentius Marcinonius	1650.
Obijt Hugo Cavellus	1626.	Clar. Innocentius Romerus	1626.
Clar. Hugo Magnesius	1647.	Flor. Innocentius Salvius	1630.
Obijt Hugo Vardeus	1635.	Clar. Joachimus Banzius	1660.
Clar. Humilis Segala	1612.	Flor. Joachim à Puteo	1610.
Flor. Hyacinthus ab Alengonio	1659.	Vixit Joanna à S. Antonio	1620.
Clar. Hyacinthus Ambianensis	1630.	Moritur Joanna à Cruce	1667.
Vivebat Hyacinthus Brusslotus	1650.	Flor. Joanna Antonia de Meneses	1690.
Flor. Hyacinthus à Deo	1670.	Obijt Joanna Maria à Cruce	1673.
Vixit Hyacinthus Le-Feburo	1670.	Clar. Joanna de Tuscia	1616.
Obijt Hyacinthus Hernandez	1695.	Vixit Joannes de Aillon	1640.
Clar. Hyacinthus de Ocaña	1650.	Flor. Joannes Alanus	1608.
Obijt B. Joannes de Prado	1631.	Moritur Joannes Alberghinus	1644.
Obijt Jacobus de Bordes	1669.	Clar. Joannes Albin	1694.
Clar. Jacobus de Bosc	1640.	Moritur Joann. ab Albinitimelio	1650.
Obijt Jacobus Boulducc	1650.	Flor. Joann. de Alcarapinha	1680.
Clar. Jacobus Burdigalensis	1646.	Clar. Joannes Alegre	1670.
Flor. Jacobus Carrion	1670.	Flor. Joannes Alphonfus	1680.
Vivebat Jacobus Chevanes	1690.	Vixit Joannes Amator	1650.
Clar. Jacobus Corenus	1630.	Vixit Joannes à S. Andrea	1620.
Flor. Jacobus Fabregues	1676.	Clar. Joannes Andreas Ferrar	1640.
Obijt Jacobus Farcin	1633.	Flor. Joannes de Antequera	1690.
Clar. Jacobus Fodere	1620.	Moritur Joannes à S. Anna	1651.
Flor. Jacobus La Froigne	1620.	Clar. Joan. Antonius Ambrosinus	1680.
Flor. Jacobus Kempis	1690.	Obijt Joan. Anton. Brandus	1626.
Flor. Jacobus Maria à S. Romulo	1670.	Flor. Joan. Anton. Cavazzas	1680.
Obijt Jacobus Millefius	1639.	Moritur Joan. Anton. Grosso	1663.
Obijt Jacobus Mugnos	1664.	Obijt Joan. Anton. à Montecacullo	1678.
Clar. Jacobus Niger	1630.	Clar. Joannes Anton. Rossatus	1650.
Obijt Jacobus Pierierius	1635.	Flor. Joan. Aperte	1640.
Clar. Jacobus Polius	1630.	Vivebat Joan. de Aragon	1643.
Obijt Jacobus Regius	1657.	Vivebat Joannes de Arauz	1612.
Clar. Jacobus de Riddere	1650.	Clar. Joan. August. Oldoinus	1690.
Flor. Jacobus Saleur	1660.	Flor. Joan. de Avella	1650.
Obijt Jacobus de Scalvo	1630.	Vivebat Joan. de Avila	1696.
Vivebat Jacobus Tarin	1700.	Vivebat Joan. Baco	1660.
Clar. Jacobus Tyras	1630.	Moritur Joan. Bapt. Abrincensis	1629.
Flor. Januarius de Matha	1660.	Clar. Joan. Bapt. de Aleffio	1660.
Clar. Januarius Rocho	1640.	Flor. Joan. Bapt. Alparca	1680.
Flor. Jaimus de Corella	1700.	Moritur Joan. Baptist. Andegay.	1620.
Clar. Jaimus Ferrer	1703.	Vivebat Joan. Bapt. Aquilacius	1660.
Flor. Jaimus Serra	1646.	Clar. Joan. Bapt. Barberius	1660.
		Flor.	

Flor. Joan. Bapt. Bazui	1620.	Flor. Joan. Calderon, alter	1695.	Vivebat Joan. Gabriel Boyvin	1685.	Vivebat Joan. à Matrito, alter	1640.
Clar. Joan. Bapt. Berardicello	1630.	Clar. Joan. de Campo Moya	1705.	Clar. Joan. Galan	1616.	Flor. Joan. de Mendoza	1680.
Moritur Joan. Bapt. Bonanomi	1687.	Flor. Joan. à Capistrano	1689.	Vivebat Joan. Garcia de Loaisa	1663.	Decesit Joan. Merinero	1663.
Vivebat Joan. Bapt. Brunus	1707.	Clar. Joan. Cardotus	1620.	Vivebat Joan. Garrido	1670.	Flor. Joan. de Miranda	1620.
Obijt Joan. Bapt. à Campania	1660.	Vivebat Joan. Caro	1670.	Vivebat Joan. Gasparus	1690.	Clar. Joan. Molinos	1684.
Moritur Joan. Bapt. Caramba	1645.	Moritur Joannes Carrillo	1616.	Clar. Joan. Gazo	1610.	Clar. Joan. à Monte Calerio	1640.
Clar. Joan. Bapt. Canotus	1617.	Obijt Joannes à Carthagea	1617.	Flor. Joan. Gilus	1616.	Obijt Joan. de Muniella	1666.
Flor. Joan. Bapt. Cantonus	1640.	Clar. Joan. del Cafar	1701.	Vivebat Joan. Gilius, alter	1619.	Clar. Joan. Muñoz	1640.
Vivebat Joan. Bapt. de Cassalet	1660.	Flor. Joan. del Castillo	1665.	Obijt Joan. Ginto	1650.	Flor. Joan. à Nativit.	1640.
Clar. Joan. Bapt. Chiodinus	1617.	Clar. Joan. de la Cava	1610.	Vivebat Joan. Gonzalo	1663.	Obijt Joan. à Nativit. alter	1708.
Flor. Joan. Bapt. de Colle	1640.	Vivebat Joan. Christofomus	1705.	Flor. Joan. Grande	1620.	Decesit Joan. de Neapoli	1648.
Moritur Joan. Bapt. Christadorus	1651.	Obijt Joan. Chris. à Laudo	1646.	Clar. Joan. à S. Gregorio	1630.	Flor. Joan. Nieto	1700.
Obijt Joan. Bapt. Estensis	1644.	Flor. Joan. Clemens	1650.	Flor. Joan. Gubitola	1660.	Clar. Joan. Nodin	1610.
Clar. Joan. Bapt. Fonius	1680.	Vivebat Joan. Clem. Campione	1700.	Vivebat Joan. Gutierrez	1644.	Flor. Joan. Nuñez	1640.
Flor. Joan. Bapt. Garcia	1640.	Vivebat Joan. Colganus	1650.	Obijt Joan. de la Haye	1661.	Clar. Joan. Nuñez de Torres	1618.
Vivebat Joan. Bapt. Grimaldus	1637.	Vivebat Joan. à Conceptione	1640.	Vivebat Joan. à S. Hieronymo	1632.	Flor. Joan. Olarte	1640.
Clar. Joan. Bapt. Guillaman	1660.	Clar. Joan. à Concept. alter	1660.	Clar. Joan. à S. Hauberto	1613.	Clar. Joan. del Olmo	1702.
Vivebat Joan. Bapt. Nostiensis	1620.	Flor. Joannes Coprano	1690.	Flor. Joan. à S. Jacobo	1670.	Vivebat Joan. Ortiz Nietus	1640.
Moritur Joan. à Jesu	1660.	Clar. Joannes Coquiel	1619.	Clar. Joan. Janus	1612.	Vivebat Joan. Ortiz Zarate	1640.
Vivebat Joan. Bapt. de Illiceto	1705.	Moritur Joannes Coronel	1651.	Vivebat Joan. à Jesu	1689.	Vivebat Joan. de O valle	1640.
Clar. Joan. Bapt. de Larino	1630.	Flor. Joannes Coltenus	1613.	Clar. Joan. à Jesu, alter	1650.	Vivebat Joan. Ostiensis	1620.
Vivebat Joan. Bapt. Malinensis	1622.	Clar. Joannes Cranedonc	1613.	Decesit Joan. à Jesu Maria	1708.	Vixit Joan. Ovando	1610.
Clar. Joan. Bapt. à S. Marcello	1640.	Flor. Joannes de la Cufte	1616.	Flor. Joan. Inca	1620.	Clar. Joan. de Padua	1620.
Flor. Joan. Bapt. à Matilica	1640.	Clar. Joannes à Curianova	1630.	Clar. Joan. ab Incarnatione	1610.	Decesit Joan. de Palma	1638.
Obijt Joan. Bapt. à Massacio	1633.	Flor. Joannes Diaz	1660.	Flor. Joan. ab Incarn. alter	1670.	Vivebat Joan. Paulus Bimbac.	1646.
Clar. Joan. Bapt. Mestrius	1650.	Vivebat Joann. à S. Didaco	1670.	Clar. Joan. de Inojosa	1651.	Flor. Joan. Paul. Bonellus	1630.
Vivebat Joan. Bapt. Moles	1610.	Clar. Joannes Diez	1660.	Decesit Joan. Irribarne	1656.	Clar. Joan. Paulus Garcia	1690.
Flor. Joan. Bapt. à Monteforti	1660.	Vivebat Joannes Dominicus	1688.	Vivebat Joan. Laurentius	1690.	Decesit Joan. Paul. Palantherius	1614.
Clar. Joan. Bapt. à Monza	1640.	Clar. Joannes Durelle	1620.	Vivebat Joan. Lazarus	1680.	Clar. Joann. Paulus à Roma	1670.
Flor. Joan. Bapt. Pace	1630.	Vivebat Joannes Emmanuel	1670.	Clar. Joan. Lodofa	1696.	Flor. Joan. Pauper	1610.
Vivebat Joan. Bapt. Paganus	1707.	Flor. Joannes Equizaval	1662.	Flor. Joan. de Ludeña	1655.	Clar. Joan. Perotau	1612.
Clar. Joan. Bapt. Panormitanus	1700.	Moritur Joan. Erghostemus	1633.	Clar. Joan. Ludovicus	1680.	Decesit Joan. à S. Philippo	1628.
Clar. Joan. Bapt. de Pistorio	1660.	Vivebat Joannes Ecorza	1626.	Flor. Joan. Luengo	1680.	Vivebat Joan. Piat	1670.
Flor. Joan. Bapt. Sanchez	1620.	Flor. Joannes Evangelista	1680.	Clar. Joan. de Luzurriaga	1690.	Decesit Joan. à Plagis	1637.
Obijt Joan. Bapt. de Tenicula	1656.	Clar. Joan. Evang. alter	1690.	Decesit Joan. Mancebon	1660.	Flor. Joan. de Plafencia	1610.
Vivebat Joan. Bapt. Tramontanus	1620.	Flor. Joan. Evang. Ortiz	1650.	Flor. Joan. Mansilla	1620.	Vivebat Joan. Poncius	1650.
Clar. Joan. Bapt. Ungaresisus	1620.	Clar. Joann. Evang. Silvad.	1640.	Clar. Joan. Maria	1640.	Clar. Joan. de la Puente	1610.
Obijt Joan. de Baurvic	1638.	Vivebat Joan. Evang. Tritfeh	1693.	Clar. Joan. Maria Calatan	1661.	Flor. Joan. Postigo	1660.
Clar. Joannes Battandus	1616.	Vivebat Joan. Fabrica	1660.	Flor. Joan. Maria Caromi	1640.	Flor. Joan. Privas	1612.
Flor. Joan. Bellotus	1660.	Clar. Joan. Faventinus	1637.	Clar. Joan. Maria Carta	1650.	Vivebat Joan. à Purific.	1674.
Clar. Joan. Benavente	1630.	Vivebat Joan. Fernandez Zejudo	1696.	Vivebat Joan. Maria de Castilento	1653.	Clar. Joan. de Quiros	1650.
Vivebat Joan. Benedictus	1690.	Flor. Joan. Flores	1659.	Vivebat Joan. Marja Ferrerus	1656.	Flor. Joan. Rabaffeus	1630.
Flor. Joan. Berardinus	1620.	Obijt Joan. à Forofempronio	1646.	Clar. Joan. Maria Hieracensis	1618.	Moritur Joan. Reitanus	1699.
Moritur Joan. Berg	1647.	Clar. Joan. Franchini	1682.	Decesit Joan. Maria à Noto	1631.	Obijt Joan. à Resurrect.	1654.
Vivebat Joan. à S. Bernardino	1640.	Flor. Joan. à S. Francisco	1670.	Flor. Joan. Maria Sforza	1640.	Flor. Joan. Riccius	1650.
Vivebat Joan. à S. Bernardo	1689.	Clar. Joannes Franciscus	1625.	Clar. Joan. Maria Vernon.	1670.	Moritur Joan. de Riera	1627.
Flor. Joan. à S. Bernardo	1670.	Flor. Joan. Franc. Blancona	1627.	Decesit Joan. Maria Zamora	1646.	Clar. Joan. Rodillo	1670.
Clar. Joan. Bernique	1700.	Clar. Joan. Franc. Bonafi	1629.	Flor. Joan. à S. Maria	1676.	Flor. Joan. Rodr. Sobarzo	1650.
Vivebat Joannes Blanco	1630.	Moritur Joan. Franc. Bourdemare	1618.	Decesit Joan. à S. Maria	1622.	Flor. Joan. Rouferius	1610.
Clar. Joan. Bonav. de Soria	1680.	Obijt Joan. Franc. Brixienfis	1620.	Decesit Joan. à S. Maria Alfonso	1702.	Vivebat Joan. Salvator	1620.
Flor. Joan. Bonerus	1630.	Flor. Joan. Franc. Carpenfis	1685.	Flor. Joan. Marius	1620.	Clar. Joanz de Salcedo	1620.
Clar. Joannes Bosco	1680.	Obijt Joan. Franc. Collantes	1638.	Decesit Joannes à S. Martha	1618.	Vixit Joan. Sarrta	1616.
Obijt Joan. Boucher	1630.	Moritur Franc. à Lodronio	1612.	Clar. Joan. Martinez	1610.	Flor. Joan. Scheibelius	1614.
Flor. Joan. Brando	1620.	Obijt Joan. Franc. à Luca	1665.	Flor. Joan. de Matha	1660.	Moritur Joan. à Secli	1672.
Moritur Joan. Brixienfis	1632.	Vivebat Joan. Franc. de Nicolais	1700.	Clar. Joan. Matienzob	1670.	Decesit Joan. Sendin	1676.
Clar. Joan. Burdigalenfis	1646.	Moritur Joan. Franc. Rhem	1658.	Flor. Joan. à Matre Dei	1612.	Clar. Joan. de Sepulveda	1652.
Vivebat Joan. de Calahorra	1684.	Obijt Joan. Franc. Romanus	1646.	Clar. Joan. à Matrito	1690.	Obijt Joan. Serrano	1637.
Clar. Joan. Calderon	1622.	Vivebat Joan. Franc. Zorrilla	1690.	Flor. Joan. à Matrito, alter	1650.	Flor. Joan. de Sestola	1640.
			Vi.			Clar.	

Clar. Joan. de Sylva	1620.	Moritur Joseph. Gavarr	1689.
Flor. Joan. Sylvecensis	1630.	Clar. Joseph. Giacolone	1650.
Vixit Joan. Solana	1650.	Flor. Joseph. de Graux	1650.
Obijt Joan. de Solis	1696.	Vivebat Joseph. de Herrera	1680.
Clar. Joan. de Soria	1630.	Clar. Joseph. ab Hispali	1690.
Flor. Joan. de Soria Buitron	1650.	Flor. Joseph. de Hoyos	1705.
Clar. Joan. Syderno	1640.	Clar. Joseph. à Jesu	1700.
Flor. Joan. de Terrones	1612.	Flor. Joseph. à Jesu Maria	1708.
Clar. Joan. de Terrones, alter	1617.	Vivebat Joseph. de Leon	1690.
Moritur Joan. Th. Braydensis	1669.	Moritur Joseph. de Leonisa	1612.
Decefsit Joan. Thomas	1681.	Vivebat Joseph. Lloris	1691.
Clar. Joan. à Tolero	1620.	Vivebat Joseph. Llofa	1690.
Obijt Joan. de la Torre	1662.	Clar. Joseph. Maldonado	1640.
Flor. Joan. de las Torres	1620.	Flor. Joseph. Manuel	1650.
Clar. Joan. Torres	1699.	Vivebat Joseph. Martinez	1678.
Flor. Joan. Trigofus	1613.	Flor. Joseph. à S. Maria	1630.
Decefsit Joan. à Trinitate	1645.	Moritur Joseph. à S. Maria	1621.
Clar. Joan. à Vacallo	1654.	Flor. Joseph. à S. Maria	1691.
Vivebat Joan. Valero	1679.	Clar. Joseph. Maria à Cento	1664.
Vivebat Joan. de Vargas	1612.	Decefsit Joseph. Maria Malacria	1671.
Flor. Joan. Verri	1664.	Moritur Jos. Maria Mozzarellus	1659.
Decefsit Joan. Vincentius	1662.	Clar. Joseph. Maria de Novaria	1680.
Clar. Joan. de Briviesca	1650.	Vivebat Joseph. Maria à S. Steph.	1690.
Moritur Joan. Ximenez	1628.	Flor. Joseph. à Matrito	1686.
Vivebat Joan. Ximenez	1653.	Clar. Joseph. à Medina	1705.
Flor. Joan. Ximeno	1650.	Flor. Joseph. de Montey	1699.
Clar. Joan. de Zayas	1640.	Clar. Joseph. de Nagera	1672.
Flor. Joan. de Zeira	1630.	Flor. Joseph. Navaro	1700.
Clar. Joannetus Niño	1625.	Clar. Joseph. à Neapoli	1705.
Obijt Jodocus à Castro	1634.	Flor. Joseph. Novis	1686.
Flor. Jofaphat	1620.	Vivebat Joseph. Occa	1690.
Clar. Joseph. de Agrisuela	1680.	Vivebat Joseph. Ollerienfis	1700.
Flor. Joseph. Alafanz	1653.	Decefsit Joseph. à Panormo	1665.
Clar. Joseph. Almorox	1700.	Vivebat Joseph. Bergolinus	1707.
Flor. Joseph. de Avalos	1680.	Vivebat Joseph. à Purificatione	1706.
Clar. Joseph. de Balverde	1682.	Vivebat Joseph. de Quiroga	1690.
Vivebat Joseph. Bathie	1700.	Flor. Joseph. Refenghinus	1620.
Flor. Joseph. del Baterno	1708.	Clar. Joseph. Retana	1690.
Moritur Joseph. Bergaigne	1647.	Obijt Joseph. Riccardus	1652.
Clar. Joseph. Bergolinus	1704.	Flor. Joseph. de Rubeis	1650.
Vivebat Joseph. Briz	1680.	Clar. Joseph. à S. Cruce	1670.
Clar. Joseph. de Brunis	1650.	Flor. Joseph. Sanz	1678.
Vixit Joseph. Cagliola	1640.	Moritur Joseph. Seron	1702.
Moritur Joseph. Camarat.	1677.	Vivebat Joseph. Serrano	1680.
Flor. Joseph. à Capriola	1660.	Clar. Joseph. Simon	1630.
Obijt Joseph. Caravantes	1680.	Flor. Joseph. de Torre	1650.
Vivebat Joseph. Chatino	1620.	Clar. Joseph. Torres	1701.
Flor. Joseph. Collesan	1660.	Flor. Joseph. à Trinit.	1670.
Clar. Joseph. à Como	1650.	Vivebat Joseph. Vazquez	1628.
Flor. Joseph. à Concept.	1690.	Vivebat Joseph. Velasco	1670.
Vivebat Joseph. de Corvorlan	1690.	Clar. Joseph. de Villalva	1673.
Clar. Joseph. à Cruce	1660.	Flor. Joseph. de Villaoslada	1686.
Flor. Joseph. Dondorius	1650.	Vivebat Joseph. Ximenez	1618.
Clar. Joseph. Dreux	1650.	Flor. Joseph. Xim. Samaniego	1690.
Flor. Joseph. Dulac	1670.	Vivebat Joseph. de Cisneros	1636.
Clar. Joseph. Ximeno	1616.	Flor. Iraneus Avallonenfis	1623.
Vivebat Joseph. de Falces	1690.	Clar. Iraneus Augenis	1647.
Flor. Joseph. Ferrer	1650.	Clar. Isaac Oxviensis	1701.

Vi-

Vivebat Ifidorus Hispal.	1702.	Obijt Leodegardus	1673.
Flor. Ifidorus de Leon	1680.	Clar. Leonardus ab Altare	1650.
Clar. Ifidorus Siclensis	1630.	Flor. Leonard. Aquigran.	1687.
Vivebat Ifidor. Velasco	1704.	Vivebat Leonardus Duliris	1640.
Moritur Julianus de Chumilla	1696.	Clar. Leonardus à Neapoli	1670.
Decefsit Julian. Ginart	1644.	Vivebat Leonardus Padera	1660.
Vivebat Julian. Gonzalez	1670.	Flor. Leonard. Parisinus	1650.
Clar. Julian. Monceau	1616.	Clar. Liberatus Maggati	1626.
Moritur Julian. Pastor	1662.	Moritur Linus Morinus	1633.
Flor. Julius Antonius	1650.	Flor. Livius Galantes	1627.
Decefsit Juniper. Drepan.	1648.	Clar. Lucas à S. Francisco	1650.
Clar. Juniper. Parascundolus	1647.	Flor. Lucas Yanguas	1690.
Flor. Ivo Antonius	1650.	Clar. Lucas Meclinienfis	1630.
Clar. Ivo Ebroicensis	1650.	Vivebat Lucas Monteforti	1640.
Decefsit Ivo Paris.	1690.	Decefsit Lucas Romanus	1645.
Clar. Justinianus Turonenfis	1650.	Vivebat Lucas Thomas	1699.
Obijt Justus Bonafides	1631.	Flor. Lucas à Trinitate	1708.
Clar. Justus à Monteulmo	1620.	Decefsit Lucas Uvading.	1657.
Vivebat Juvenalis Ananiensis	1690.	Obijt Lucia Pallearia	1646.
Flor. Juven. à Lugd.	1670.	Clar. Lucianus Montesfont.	1682.
Clar. Juven. de Terranova	1640.	Moritur Lucianus Sorcinus	1618.
Moritur Lactant. de Interamnia	1619.	Vivebat Lucidus Mancin.	1645.
Obijt Lambertus de Espes	1619.	Clar. Lucius Veronenfis	1650.
Vivebat Lambert. Maspurg	1690.	Flor. Ludovica ab Angelis	1650.
Flor. Laurent. Aurelian.	1680.	Vivebat Ludov. ab Agrigento	1654.
Decefsit Laurent. Bordogna	1646.	Vivebat Ludov. ab Angelis	1615.
Moritur Laur. Brancat. de Laurea	1693.	Clar. Ludov. de Antequera	1670.
Obijt Laur. à Brundusio	1619.	Flor. Ludov. ab Ascensione	1650.
Clar. Laur. Cardofo	1630.	Clar. Ludov. Avèpion.	1630.
Vivebat Laur. à Cafamaxima	1656.	Vivebat Ludov. à S. August.	1670.
Flor. Laur. Coltri	1652.	Flor. Ludov. de Bovignes	1674.
Clar. Laur. Corbosa	1620.	Vivebat Ludov. Bozutus	1640.
Flor. Laur. de la Cueva	1619.	Clar. Ludov. de Cascaxanq	1660.
Clar. Laur. Fassano	1617.	Obijt Ludov. Carpenfis	1647.
Vivebat Laur. à S. Francisco	1630.	Decefsit Ludov. à Castro	1632.
Vivebat Laur. Guardiola	1644.	Vivebat Ludov. à S. Catharina	1680.
Vivebat Laur. Haas	1660.	Clar. Ludov. Cavalli	1640.
Moritur Laur. Lucensis	1678.	Moritur Ludov. Chavagnac.	1640.
Vivebat Laur. Lupus	1630.	Decefsit Ludov. à Cruce	1633.
Clar. Laur. Maria	1660.	Vivebat Ludov. à Crucè, alter	1640.
Flor. Laur. Parisinus	1630.	Clar. Ludov. à Dola	1630.
Vivebat Laur. à S. Paulo	1669.	Flor. Ludov. Fernandez	1613.
Clar. Laur. de Pertusio	1684.	Vivebat Ludov. Fondini	1614.
Vivebat Laur. Portel	1640.	Clar. Ludov. à S. Franc.	1690.
Vivebat Laur. à Purific.	1708.	Flor. Ludov. Franc.	1660.
Vivebat Laur. Roche	1677.	Vivebat Ludov. Galatena	1640.
Vivebat Laur. à Trinit.	1670.	Decefsit Ludov. Gomez	1637.
Flor. Laur. à Valico	1640.	Flor. Ludov. à Grotta	1640.
Clar. Leander Divionensis	1660.	Clar. Ludov. Hennepin	1690.
Flor. Leander Mediolan.	1673.	Flor. Ludov. Hieron. de Ore	1614.
Clar. Leander Montanus	1650.	Clar. Ludov. à S. Joanne	1630.
Flor. Leo Baccon	1640.	Flor. Ludov. à S. Josepho	1676.
Clar. Leo Baccovius	1680.	Clar. Ludov. Kellen	1684.
Flor. Leo Borianus	1620.	Vivebat Ludov. Lozano	1700.
Moritur Leo de Püña	1680.	Clar. Ludov. Lucernensis	1650.
Clar. Leo Rubeus	1618.	Vivebat Ludov. Macoan	1615.
Flor. Leo de Venes	1639.	Clar. Ludov. de Macinagi	1650.
Vivebat Leo Zambellus	1640.	Vivebat Ludov. de Manganellis	1618.

Tom. II.

Vv

Flor.

Flor. Ludov. à S. Maria	1690.	Obijt Maria à S. Raùlo	1609.
Clar. Ludov. Maria Sinistrarius	1690.	Vivebat Maria de Pernia	1630.
Flor. Ludov. Martin	1650.	Flor. Maria à Plagis	1678.
Vivebat Ludov. à Matre Dei	1650.	Moritur Maria Salinas	1657.
Decefsit Ludov. Melitenfis	1633.	Flor. Marianna à S. Bonav.	1703.
Clar. Ludov. Meffa	1660.	Decefsit Marianna à Jefu	1620.
Vixit Ludov. Miranda	1620.	Obijt Marianna à Jefu	1635.
Vivebat Ludov. à Nativ.	1640.	Vixit Mariannus ab. Alcamo	1612.
Flor. Ludov. à Nazareth	1630.	Vivebat Mariannus de Costen	1642.
Vixit Ludov. Nuti	1682.	Flor. Mariannus Mullebon.	1660.
Clar. Ludov. Parisinus	1620.	Vivebat Marian. Oricolor	1625.
Vivebat Ludov. Palchalis	1620.	Clar. Marinus de Calvacefio	1630.
Clar. Ludov. Pacis	1650.	Flor. Marin. Merfenius	1630.
Flor. Ludov. Pipre	1640.	Obijt Marinus Bignonus	1660.
Clar. Ludov. Quiròs	1612.	Moritur Maurus à Calafio	1620.
Vixit Ludov. Ram	1630.	Clar. Marius Scribonius	1620.
Flor. Ludov. de la Riviere	1630.	Flor. Marquardus Leonis	1618.
Vivebat Ludov. Rodriguez	1620.	Moritur Martha Peralvo	1689.
Vivebat Ludov. Sanguineto	1630.	Clar. Martialis Brivatus	1650.
Vivebat Ludov. Sanidlo	1650.	Flor. Martialis Cenoman.	1648.
Clar. Ludov. Skrobkovicus	1630.	Vixit Martialis Stampenfis	1630.
Triumphavit Ludov. Sotelo	1625.	Vivebat Martinus Aleman	1696.
Decefsit Ludov. Spotus	1690.	Decefsit Martinus Belzunce	1651.
Flor. Ludov. Taffeli	1690.	Clar. Martinus a Bologna	1614.
Clar. Ludov. Tregliota	1630.	Flor. Martinus à S. Bonav.	1670.
Obijt Ludov. de Velluga	1627.	Clar. Martinus Burguerius	1640.
Vivebat Ludov. Verrachinus	1630.	Vivebat Martinus del Castillo	1680.
Clar. Ludov. Visitanus	1694.	Vivebat Martinus Cochemius	1700.
Flor. Ludov. Vulcanus	1656.	Vixit Martinus Gomez	1640.
Moritur Lupus Felix	1635.	Moritur Martinus Ignatius	1612.
Clar. Lupus Paez	1630.	Obijt Martinus à S. Jofepho	1649.
Flor. Marcellanus Dalhove	1700.	Clar. Martinus à S. Jofeph	1620.
Vivebat Marcellianus Coeber	1650.	Decefsit Martinus à Marata	1632.
Vivebat Marcellinus de Piffe	1640.	Vivebat Martinus Meuriffe	1630.
Obijt Marcellinus de Ponte	1623.	Vixit Martinus de Nantes	1700.
Vivebat Marcellus Regienfis	1660.	Vivebat Martinus Perez.	1660.
Clar. Marcellus San-Severinus	1630.	Flor. Martinus Roffa	1630.
Moritur Marcellus Romanus	1676.	Vivebat Martin. Roffillo	1690.
Decefsit Marcus Allegambius	1647.	Vixit Martinus Ruiz	1612.
Obijt Marcus Ant. Gallicius	1665.	Vivebat Martin. de Torrecilla	1690.
Clar. Marcus Aviano	1680.	Decefsit Martinus Valefius	1634.
Vivebat Marcus à Bandunio	1650.	Vivebat Matfæus Annanienfis	1670.
Vivebat Marcus de Berulle	1660.	Vivebat Matthæus de Anguiano	1690.
Flor. Marcus Diaz	1630.	Clar. Matthæus Botixa	1620.
Obijt Marcus Ramirez	1660.	Vivebat Matthæus Ferchius	1650.
Vivebat Marcus Riez	1670.	Vixit Matthæus Guindal	1700.
Moritur Margarita Auftriaca	1633.	Vivebat Matthæus de Heredia	1670.
Clar. Margarita de Norhona	1612.	Clar. Matthæus le Heurt	1612.
Obijt Maria de la Antigua	1617.	Flor. Matthæus Mombrión	1640.
Flor. Maria ab Affumptione	1670.	Obijt Matth. à Nativ.	1659.
Moritur Maria de Ayala	1634.	Clar. Matth. de Salcedo	1612.
Decef. V. Maria à Jefu de Agreda	1665.	Vivebat Matth. à Solla	1620.
Moritur Maria à Jefu	1666.	Decefsit Mathias Belintanus	1611.
Vivebat Maria Laffo	1630.	Vixit Mathias Blanco	1684.
Obijt Maria Magdalena	1700.	Clar. Mathias Ferrerius	1650.
Obijt Maria Magd. de Cruce	1653.	Vixit Mathias à S. Francisco	1640.
Vivebat Maria Magd. Lufit.	1620.	Vivebat Mathias Hattieur	1650.
Vivebat Maria Michaela	1700.	Flor. Mathias Kehl	1700.

Vi.

Vivebat Mathias à Panicolo	1678.	Vivebat Michael de Lima	1708.
Clar. Math. à Parma	1658.	Clar. Michael de Majolanda	1650.
Obijt Math. Rodriguez	1696.	Vivebat Michael à S. Maria	1656.
Vivebat Math. Sarburg	1666.	Vivebat Michael Molina	1650.
Clar. Math. Venetus	1664.	Obijt Michael de Parada	1633.
Flor. Math. Villa-Roel	1650.	Vivebat Michael de la Plaza	1690.
Vivebat Mauritius Centinus	1638.	Vivebat Mich. de Pafsione	1708.
Obijt Mauritius Gamborinus	1613.	Moritur Michael de Preces	1639.
Flor. Mauritius Philipp	1670.	Flor. Michael à Purificat.	1640.
Clar. Mauritius Saralla	1620.	Vivebat Michael Rodriguez	1633.
Moritur Mauritius Tolon.	1668.	Decefsit Michael de Salas	1697.
Flor. Maurus à Griefck	1680.	Vixit Michael Sanchez	1700.
Obijt Maurus à Valentia	1637.	Vixit Michael Spealeger	1630.
Clar. Maximil. Degendorf	1660.	Vixit Michael Suarez	1675.
Flor. Maximil. Lengens	1640.	Vixit Michael de Talavera	1617.
Clar. Maximinus Aquenf.	1680.	Obijt Michael à Valentia	1630.
Flor. Maximus de Guechen	1640.	Vixit Michael de Villaverde	1658.
Decefsit Maximus à Panormo	1692.	Clar. Michael Vivien	1650.
Clar. Medardus Compend.	1650.	Vivebat Modestus à S. Amabili	1670.
Vixit Melch. Antuerp.	1620.	Flor. Modestus Gavatus	1640.
Flor. Melch. Cetina	1616.	Clar. Modestus Romanus	1650.
Vivebat Melchior Flavius	1666.	Flor. Mutius Cavenfis	1620.
Vivebat Melch. à S. Maria	1635.	Clar. Natalis Durret	1640.
Obijt Melch. ab Oriolano	1614.	Vivebat Natalis Felii	1670.
Flor. Melithon	1640.	Flor. Nathanael Le-Sage	1640.
Vivebat Michael de Aguilar	1708.	Decefsit Nicandrus Garrica	1649.
Vivebat Michael ab Angelis	1630.	Vixit Nicolaus Alba Spina	1620.
Flor. Michael Angelus	1618.	Clar. Nicolaus Angelus	1630.
Obijt Mich. Angelus Arim.	1625.	Vivebat Nicolaus Armigerus	1630.
Clar. Mich. Angel. de Bergon	1615.	Flor. Nicolaus Barfottus	1650.
Flor. Mich. Angel. de Bogliasco	1670.	Vixit Nicolaus Cutarro	1680.
Obijt Mich. Angel. Bonadies	1686.	Clar. Nicolaus Dijon	1690.
Vivebat Mich. Angel. Calsina	1623.	Flor. Nicolaus ab Illocò	1670.
Flor. Mich. Angel. Catalano	1670.	Clar. Nicolaus Langomberg	1638.
Vivebat Mich. Angel. Cortes	1694.	Vivebat Nicolaus à S. Lucia	1674.
Clar. Mich. Angel. de Gattini	1670.	Flor. Nicolaus Orano	1630.
Flor. Mich. Angel. de Gueren	1630.	Clar. Nicolaus à Poculis	1633.
Vivebat Mich. Angel. Marulla	1676.	Triumphavit Nicol. Plumbenfis	1700.
Clar. Mich. Angel. à Neapoli	1650.	Flor. Nicolaus de Roma	1620.
Flor. Mich. Angel. à Rafenna	1670.	Vivebat Nicolaus Rothomag.	1650.
Clar. Mich. Angel. Rothomag.	1650.	Vivebat Nicolaus Sanchez	1670.
Flor. Mich. Angel. Tapin	1640.	Vivebat Nicolaus de Spinatiola	1646.
Vivebat Mich. Angel. de Valentia	1680.	Obijt Nicolaus Spinellus	1630.
Obijt Mich. Angel. Venerus	1612.	Vivebat Nicolaus à Trinit.	1690.
Clar. Mich. Antoniano	1650.	Moritur Nicolaus Veronenf.	1628.
Vivebat Mich. Affenfio	1615.	Flor. Nonnius à Concept.	1630.
Vivebat Mich. Avellan	1620.	Clar. Octavianus Spatarius	1623.
Flor. Mich. de Bagnones	1680.	Flor. Octavius à S. Francisco	1690.
Vivebat Mich. Beltran	1630.	Moritur Octavius Uvorft	1670.
Decefsit Michael Burgius	1616.	Flor. Onestimus de Kien	1650.
Obijt Michael Calvo	1654.	Moritur Onuphrius à Tolve	1640.
Clar. Michael de Cervantes	1617.	Clar. Orontius Juliobon.	1646.
Moritur Mich. Clerus	1643.	Flor. Pacificus à Gera	1640.
Clar. Michael Densk	1620.	Clar. Pacificus Portellius	1657.
Vivebat Michael Ezpeleta	1632.	Obijt Pacificus à Provinio	1653.
Obijt Michael Garcia	1704.	Clar. Pacificus Scaligerus	1630.
Flor. Michael Gutierrez	1660.	Obijt Palæmon Quintapolit.	1625.
Vivebat Michael de Lezera	1660.	Clar. Pantaleo Baptista	1650.

Tom. II.

Vv 2.

Flor.

Flor. Pantaleo à SS. Sacramento	1670.	Obijt Petrus Galixtus	1670.
Obijt Paschalis de Aragón	1677.	Flor. Petrus de Campopolito	1620.
Clar. Paschalis Codretus	1660.	Moritur Petrus Capullinus	1625.
Vivebat Paschalis Rapinæus	1666.	Clar. Petrus Champollinus	1650.
Flor. Patricius Duffius	1680.	Flor. Petrus à S. Cathar.	1690.
Triumphavit Patricius Flemingus	1632.	Vivebat Petrus de Cetina	1650.
Clar. Paulinus Ambian.	1650.	Clar. Petrus Giannolius	1650.
Flor. Paulinus de Beavais	1650.	Vivebat Petrus Cid	1701.
Clar. Paulinus Bellocacensis	1640.	Vixit Petrus Citus	1645.
Flor. Paulinus Novellis	1650.	Vivebat Petrus de Collantes	1623.
Vixit Paulus de Alicante	1660.	Vixit Petrus à Conceptione	1660.
Vivebat Paulus Britius	1650.	Vivebat Petrus à Concep.	1705.
Vivebat Paulus à Cefena	1613.	Clar. Petrus à Concep. alter	1706.
Vivebat Paulus à S. Cathar.	1660.	Flor. Petrus Correa	1636.
Obijt Paulus à Cruce	1619.	Vixit Petr. Correa, alter	1636.
Clar. Paulus Granat.	1650.	Clar. Petrus David	1660.
Flor. Paulus de Guillebau	1660.	Vixit Petrus Diaz Morante	1620.
Obijt Paulus King	1655.	Vivebat Petrus Esteve	1650.
Vivebat Paulus Langi	1680.	Clar. Petrus Feray	1618.
Clar. Paulus à Lauda	1640.	Vivebat Petrus Franciscus	1690.
Moritur Paulus Manassæus	1620.	Flor. Petrus à S. Franciscus	1626.
Flor. Paulus Maria Astensis	1618.	Clar. Petrus de la Fuente	1660.
Clar. Paulus Masiliensis	1650.	Vivebat Petrus Gabriel	1619.
Vivebat Paulus de Messia	1642.	Vixit Petrus Galan	1615.
Flor. Paulus à Montecatino	1670.	Vivebat Petrus Gomez	1615.
Clar. Paulus Oliverius	1650.	Decefsit Petrus Gonzalez	1639.
Flor. Paulus à Porciuncula	1632.	Vivebat Petrus Gonzalez, alter	1650.
Vivebat Paulus Reatinus	1660.	Clar. Petrus de Hermua	1690.
Clar. Paulus Salvator	1650.	Moritur Petrus à Jesu	1632.
Flor. Paulus de Tauris	1650.	Vixit Petrus Jojuensis	1660.
Vixit Paulus Trecate	1636.	Moritur Petrus Lobo	1618.
Moritur Paulus Uvetelefcus	1629.	Decefsit Petrus Manero	1660.
Vixit Paulus Ximeno	1650.	Flor. Petrus Marchant	1650.
Flor. Peregrinus Cintari	1620.	Vivebat Petrus Marcus	1639.
Triumphavit Petrus de Abila	1622.	Clar. Petrus à S. Maria	1630.
Vixit Petrus de Abreu	1612.	Vivebat Petrus Martinez	1630.
Decefsit Petrus de Alva	1667.	Obijt Petrus Matthæus	1676.
Vivebat Petrus de Alcazar	1685.	Moritur Petrus Mathias	1615.
Moritur Petrus Alenconiens.	1629.	Decefsit Petrus à Matre Dei	1634.
Vivebat Petrus de Aliaga	1690.	Clar. Petrus de Menna	1680.
Vivebat Petrus de Almendralejo	1700.	Vivebat Petrus à Minaya	1660.
Vixit Petrus à S. Antonio	1630.	Clar. Petrus Moreno	1685.
Vixit Petrus Antonius Aguirre	1708.	Vivebat Petrus Moreno, alter	1700.
Obijt Petrus Antonius Rosinus	1614.	Flor. Petrus Moronius	1645.
Flor. Petrus Aranda Quintanilla	1670.	Clar. Petrus Muñoz	1640.
Clar. Petrus de Ariztizaval	1660.	Flor. Petrus de Navarro	1620.
Triumphavit Petrus ab Assumpt.	1617.	Vivebat Petrus Ordoñez	1660.
Clar. Petrus Avellan	1690.	Clar. Petrus de Orozco	1660.
Moritur Petrus Baptifti	1677.	Vixit Petrus Ortiz	1633.
Vivebat Petrus Barron	1650.	Vixit Petrus Pauper	1627.
Clar. Petrus Bellochius	1650.	Flor. Petrus Picaviensis	1670.
Flor. Petrus Bergerius	1630.	Obijt Petrus de la Piñuela	1704.
Decefsit Petrus Bergom.	1619.	Clar. Petrus Pizarro	1708.
Obijt Petrus Bermudez	1643.	Vivebat Petrus Poiffon	1707.
Vivebat Petrus à S. Bonav.	1612.	Vixit Petrus Pohnares	1667.
Vixit Petrus à S. Bonav. alter	1611.	Vixit Petrus Pofnanienfis	1640.
Clar. Petrus Boucherius	1620.	Flor. Petrus de Puy	1640.
Flor. Petrus à Calatia	1640.	Clar. Petrus Quintonop	1640.

Vixit Petrus de Quiròs	1656.
Vivebat Petrus Rolique	1680.
Obijt Petrus Rota	1667.
Flor. Petrus Salazar	1612.
Vixit Petrus Salvator	1684.
Viv. Petr. à S. Severino	1640.
Viv. Petrus de Santiago	1660.
Decefsit Petrus Sarnus	1624.
Obijt Petrus Selleras	1622.
Viv. Petrus Simon	1620.
Flor. Petr. Slupich	1650.
Clar. Petrus de Sobrevilla	1658.
Vixit Petrus de Sofa	1629.
Flor. Petrus è Tebar	1640.
Vixit Petrus Tognoletus	1688.
Viv. Petrus de Tomar	1630.
Obijt Petrus Vaele	1696.
Clar. Petrus de Valbas	1650.
Flor. Petrus de Valbuena	1640.
Vixit Petrus Valetius	1640.
Viv. Petrus Villaroelæ	1613.
Clar. Petrus Villaverde	1662.
Flor. Petrus Voyon	1644.
Clar. Petrus de Urbina	1658.
Flor. Philibertus de Boneville	1612.
Vixit Philipp. de Ayala	1616.
Clar. Philipp. de Andria	1645.
Flor. Philipp. ab Asculo	1650.
Vixit Philipp. de Bictis	1650.
Moritur Philipp. Boskierius	1632.
Vixit Philipp. Cagliola	1640.
Clar. Philipp. à S. Columba	1630.
Flor. Philipp. Drefanus	1620.
Vix. Philipp. Engolefm.	1633.
Moritur Philipp. Faber	1630.
Clar. Philipp. Ferriol	1626.
Decefsit Philipp. à Fulgini	1653.
Obijt Philipp. Giacomazus	1669.
Vixit Philipp. Lyntermans	1650.
Flor. Philipp. Politius	1650.
Obijt Philipp. Quartus	1665.
Clar. Philipp. Ribotus	1614.
Flor. Philipp. Roche	1633.
Obijt Philipp. Salernus	1676.
Moritur Philipp. Tertius	1621.
Clar. Philipp. Truxillo	1651.
Flor. Pius Marianus	1664.
Clar. Pius Salisburg.	1690.
Obijt Placidus Galemant	1675.
Clar. Polycarpus du Fay	1630.
Flor. Procopius Temple	1680.

SÆCULO SEXTO

Religionis Scaphicæ, nempè ab  
anno 1709.

CLAR. Gabriel Montañes	1720.
Clar. Gaspar à Spiritu S.	1722.
Flor. Gaudentius Vandekerckove	1712.
Flor. Georgius à S. Rofa	1725.
Clar. Gerardus Zeti	1726.
Vixit Gregorius Joannes	1721.
Clar. Gulielmus Martinus	1712.
Flor. Heliot	1714.
Vixit Henricus Bukentop	1712.
Clar. Hieronymus de Ezija	1718.
Obijt Hieronymus de Lorte	1721.
Flor. Hieronym. à Montefortino	1728.
Clar. Hieronym. Pedraza	1715.
Obijt Hieronym. de Soufa	1711.
Clar. Hieronym. à SS. Trinitate	1720.
Flor. Hinckelman	1716.
Obijt Hyacintha de Atondo	1716.
Vivit Jacobus de Castro	1732.
Flor. Jacobus de Cresmifit	1722.
Clar. Jacobus Mello	1730.
Obijt Jacobus Schier	1724.
Vivebat Ignatius à Costa	1730.
Obijt Ignatius à S. Francifco	1730.
Obijt Ignatius Garcia	1720.
Flor. Ignatius Ingarcia	1714.
Obijt Ildephonfus de Biezma	1716.
Vixit Joachimus à Jesu	1732.
Vivebat Joach. Pappervvilaneus	1724.
Vivit Joan. de Moraleda	1732.
Clar. Joannes à S. Antonio	1725.
Vivebat Joan. Anton. à Sella	1714.
Moritur Joan. de Aragon	1726.
Vivebat Joan. de Ascargorta	1716.
Clar. Joan. ab Assumptione	1710.
Vivebat Joan. Bapt. Joachim	1720.
Vivebat Joan. Bapt. Lamberti	1728.
Clar. Joan. Bapt. Pizzati	1719.
Obijt Joan. Blazquez	1726.
Vivebat Joan. Bonav.	1710.
Moritur Joannes Bonel	1722.
Vivebat Joan. Chryf. Ayellus	1714.
Clar. Joan. à Concept.	1722.
Flor. Joan. Damasenus	1709.
Obijt Joan. à S. Didaco	1710.
Moritur Joannes Duran	1729.
Clar. Joan. Esquitol	1727.
Flor. Joan. Fernandez	1729.
Moritur Joan. à S. Franc. Mohedas	1727.
Vivebat Joan. Franc. Yegros	1727.
Vivit Joan. Garcia Feyjóo	1732.



Vivebat Joan. Gonzalez	1725.	Obijt Joseph. à Turri de Spir. S.	1715.
Vivebat Joan. Hyginus	1714.	Vivebat Joseph. à Virgine	1727.
Flor. Joan. ab Incarnatione	1722.	Vivebat Joseph. Ximeno	1717.
Vivebat Joan. à S. Josepho	1712.	Vivebat Isidorus Gutierrez	1715.
Vivit Joannes Lafo	1732.	Vivebat Isidorus à S. Michaelē	1715.
Decefsit Joannes à Matre Dei	1731.	Vivebat Isidorus de Sevilla	1729.
Vivit Joannes Melo	1732.	Clar. Julius Franc. Conti	1710.
Clar. Joan. à S. Michaelē	1710.	Vivebat Julius de Venetijs	1718.
Vivit Joan. Molano	1732.	Vivebat Justus Redn	1721.
Clar. Joan. de Monreal	1724.	Clar. Kilianus	1720.
Flor. Joan. de Mora	1712.	Vivebat Laudantius Alcides	1714.
Vivebat Joan. de Morelles	1720.	Decefsit Laurent. à Cozza	1729.
Vivit Joan. de Palomares	1732.	Vivebat Laurent. Fraguas	1720.
Decefsit Joan. Perez Lopez	1724.	Vivebat Laurent. de Toledo	1730.
Vivit Joan. Picazo	1732.	Vivebat Leander à Rosario	1729.
Vivebat Joan. Reja	1731.	Vivebat Liborius Schenlinek	1720.
Moritur Joan. Richelme	1713.	Clar. Ludov. de Flandes	1724.
Vivebat Joan. Rodr. de Cisneros	1727.	Vivebat Ludov. Miedes	1724.
Decefsit Joan. à Sanctano	1720.	Vivebat Ludov. Panormit.	1714.
Vivit Joan. à SS. Trinitate	1732.	Vivebat Ludov. à Purificat.	1729.
Clar. Joan. Tirado	1724.	Vivebat Ludov. Sylv. Loyde	1730.
Moritur Joan. de Tordesillas	1729.	Vivebat Ludov. Urquiola	1723.
Vivebat Joannes Torres	1712.	Vivit Marcus de Alcalá	1732.
Obijt Joan. à Trinitate	1721.	Vivebat Marcus Ant. de Badajoz	1714.
Vivebat Joan. Truxillo	1710.	Vivit Martinus de Albiturri	1732.
Vivebat Joan. de Zambrano	1727.	Vivebat Martinus à Cruce	1720.
Moritur Joseph. Egidius	1722.	Vivit Matthaus à Purificat.	1732.
Clar. Joseph. ab Ægypto	1716.	Vivebat Matth. à S. Stephano	1714.
Vivit Joseph. Alvar. de la Fuente	1732.	Vivebat Mathias Grouvelles	1726.
Decefsit Joan. Anton. Hebrera	1719.	Vivit Mathias Lopez	1732.
Clar. Joseph. ab Apocalypsi	1728.	Vivit Mathias à Marquina	1732.
Vivit Joseph. ab Assumpt.	1732.	Flor. Maximus à Valencia	1714.
Vivit Joseph. de Bolaños	1732.	Vivebat Melchior à S. Agnete	1729.
Obijt Joseph. Bona	1714.	Vivebat Melchior Amigo	1726.
Vivebat Joseph. à Concep.	1712.	Vivebat Melch. à S. Francisq	1715.
Vivebat Joseph. à Coure	1715.	Obijt Mich. Ang. Garolfus	1715.
Moritur Joseph. de Cuellar	1731.	Vivebat Mich. Gonzalez.	1730.
Vivit Joseph. Did. de S. Lucia	1732.	Moritur Mich. Guadarrama	1716.
Vivebat Joseph. à Domina nostra	1731.	Vivebat Mich. de las Heras	1715.
Vivebat Joseph. Franciscus	1730.	Flor. Mich. Hieronymus	1723.
Vivit Joseph. Garcia	1732.	Vivebat Mich. Mestre	1720.
Vivebat Joseph. Grandes	1730.	Vivebat Mich. de Rodenas	1731.
Vivebat Joseph. ab Hispali	1724.	Decefsit Mich. de Vera	1720.
Vivebat Joseph. de Lebrija	1728.	Vivebat Mich. de Zapata	1717.
Vivebat Joseph. Lopez	1725.	Vivebat Mich. Zepeda	1726.
Vivebat Joseph. à Loreto	1728.	Vivit Nicasius Mantero	1727.
Vivebat Joseph. de Lofada	1724.	Vivit Nicolaus Angel	1732.
Vivit Joseph. Maria Fonseca	1732.	Vivebat Nicol. Buico	1722.
Vivebat Joan. Maria Trainitis	1714.	Vivebat Nicol. à Conceptione	1707.
Vivit Joseph. à Matrilo	1732.	Vivit Nicol. à Jesu	1732.
Moritur Joseph. à Matrilo	1732.	Vivebat Nicol. Ruiz	1730.
Clar. Joseph. Montes	1713.	Vivebat Nonius à Sylva	1717.
Vixit Joseph. de Nieves	1720.	Clar. Pacificus Venetas	1722.
Vivebat Joseph. Perez	1729.	Flor. Patritius Macollin	1715.
Decefsit Joseph. Sanz	1722.	Clar. Patritius Sporer	1720.
Vivit Joseph. à Spiritu Sancto	1732.	Clar. Paulus à Lugduno	1729.
Vivebat Joseph. Torrubia	1729.	Vivebat Paulus Lombardinus	1713.
Vivebat Joseph. à Trinitate	1722.	Obijt Paulus Nafarre	1730.

VI

Vivebat Paulus à S. Teresa	1731.
Vivebat Pet. Anton. de Venecia	1721.
Vivebat Petrus ab Assumpt.	1725.
Vivit Petrus ab Assumpt.	1732.
Clar. Petrus Baptista	1720.
Moritur Petrus à Campo	1726.
Vivebat Petrus Domingo	1710.
Obijt Petrus Escuela	1715.
Vivit Petrus de Espinosa	1732.
Moritur Petrus Garcia	1712.
Vivebat Petrus Gonzalez	1709.
Vivebat Petrus Gonz. de Soffa	1712.
Flor. Petrus à Jesu	1725.
Vivit Petrus Joannes Molina	1732.
Vixit Petrus Lazarus Ferrer	1724.
Vivebat Petrus Marmol	1711.
Vivit Petrus Mercado	1732.
Decefsit Petrus de Moréda	1728.
Vivebat Petrus de Portiuncula	1713.
Vivebat Petrus de Reynosa	1718.
Clar. Petrus Sacedon	1700.
Vivebat Petrus Sanchez	1720.
Viv. Petrus Serra	1729.
Viv. Petrus à Vicovaro	1721.

Linguae manus præambula  
Verbo paravit semitam,  
Et amplectuntur secula  
Doctrinam facto proditam:

*Eccles. S. in Offic. Romano-Seraphico S.P.N. Francisci.*

AUTHORES INCERTI TEM-  
poris, id est, quorum anni  
me fugiunt.

**G**abriel de Claustro;  
Gabriel Febura.  
Gabriel N.  
Gabriel Paez.  
Galianus de Mantina;  
Gallus Ravenspurgensis;  
Gartias Manrique.  
Gartias N.  
Gaspar Lusitanus.  
Gaspar Trullench.  
Gaudentius de Perusia;  
Gaufridus N.  
Gentilis Cingulan.  
Georgius de Pera.  
Gerardus Theutonicus;  
Gerardus de Valencia.  
Germanus Espesso.  
Giraldus N.  
Gonsalvus Saurati.

Gratianus Buzi.	1731.
Gregor. Archangelus;	1721.
Gregorius de Bolivar.	1725.
Gregorius Brugenfis.	1732.
Gregorius de Corellas	1720.
Gregorius à Laurine.	1726.
Gregorius de Leon.	1710.
Gregorius Reycho.	1715.
Gregorius Ulysipon.	1732.
Guandulph. de Urbino;	1712.
Guido de Marchia.	1709.
Guilielmus Almoze.	1712.
Guilielm. de Aquitania;	1725.
Guilielmus Borriton.	1732.
Guilielmus Chaubes.	1724.
Guilielmus de Conchis.	1711.
Guilielm. de Cremona.	1732.
Guilielmus Edon.	1728.
Guilielmus Esbran.	1713.
Guilielmus de Fulgar;	1718.
Guilielmus Fulginas.	1700.
Guilielmus Holmus.	1720.
Guilielmus Lemsterius;	1729.
Guilielmus Letardus.	1721.
Guilielm. à S. Marcello.	
Guilielmus Menand.	
Guilielmus, absque vilo cognomine;	
Guilielmus Oona.	
Guilielmus Ruis.	
Guilielmus de Solanga.	
Guilielmus Superbius.	
Guilielmus de Tortona;	
Henricus Boych.	
Henricus Cremonensis;	
Henricus Januensis.	
Henricus Leodiensis.	
Henricus de Oxonio.	
Henricus Quidam.	
Henricus Seifrii.	
Hermann. Germanus;	
Hermannus Minorita.	
Hermannus de Neezemb;	
Hermannus de Saxonia.	
Heribertus Saloranus.	
Hermenegildus de Orod;	
Hieronymus Balbanus.	
Hieronymus de Balbastro;	
Hieronymus de la Bastida.	
Hieronymus à Cruce.	
Hieronymus Francæselius;	
Hieron. Franc. à Merato;	
Hieronymus Givelle.	
Hieronymus à Jesu.	
Hieronymus à Jesu Maria;	
Hieronym. Lombardellus;	
Hieronymus à S. Marco.	
Hieronymus Mendieta.	
Hieronymus Moroneur.	

Hiero:

Hieronymus à Neapoli.  
Hieronymus Robertus.  
Hieronymus Ruiz.  
Hieronymus Titus.  
Hieronym. de Valentia;  
Hieronymus Venetus.  
Hieronymus Utinensis.  
Hilarius Friburgensis.  
Hippolytus Pantocius.  
Hippolytus de Scalve.  
Honorius Michael.  
Honuphtius Coppolus;  
Horatius de Sanctis.  
Hugo Etruscus.  
Hugo Narbonensis.  
Hugolinus Ferrariensis;  
Hyacinthus à Bajardo.  
Hyacinthus Gracensis;  
Jacobus Almainus.  
Jacobus Bonaventura;  
Jacobus Cappel.  
Jacobus de Cassa.  
Jacobus à S. Geminiano;  
Jacobus Grumelo.  
Jacobus Lalemant;  
Jacobus Laufanensis;  
Jacobus Mantuanus.  
Jacobus à Mossa.  
Jacobus Mozanica;  
Jacobus N.  
Jacobus Peregrinus;  
Jacobus Pictaviensis;  
Jacobus Roddo.  
Jacobus à Rogerio;  
Jacobus Salinarius.  
Ignatius de Tuscanella;  
Illuminatus à Panormo;  
Innocentius Neapolitan.  
Ignatius de la Neufuille.  
Innocentius à Rudiano;  
Joachim. de Montefalisc;  
Joannes Aggerius.  
Joannes de Ainsa.  
Joannes de Alverna;  
Joannes Amaliti;  
Joannes Andrea.  
Joannes Anglicus.  
Joannes Apalategui;  
Joann. Aug. de la Speria;  
Joannes de Azevedo.  
Joann. Bap. ab Ælio.  
Joan. Bap. à S. Aniano;  
Joann. Bap. à Bitunto.  
Joannes Baptista Culla;  
Joannes Bap. Galere.  
Joann. Bap. Jaluna.  
Joann. Bap. de Loyola;  
Joann. Bap. de Melphis;

Joann. Bap. Patulcius;  
Joann. Bap. de Perusio.  
Joan. Bap. Taurinens;  
Joan. Bap. Versolien;  
Joannes Barbasse.  
Joannes Barco.  
Joannes Beekenhau;  
Joann. Benedict. Ligur;  
Joannes de Blesia.  
Joannes Bonetus.  
Joannes Borriton.  
Joannes Boscatellus;  
Joannes Bosquilonus;  
Joannes Breard.  
Joannes Bueno.  
Joannes à Calvello;  
Joann. de la Camara;  
Joannes à Cambia.  
Joannes Caxtonus.  
Joannes Clericus.  
Joannes Colombi.  
Joannes de Colonia;  
Joannes de Combis.  
Joannes Compostellari;  
Joannes Contractus.  
Joannes Coraldus.  
Joannes Cremonensis;  
Joannes Dampiere.  
Joannes Defont.  
Joannes Delphinus.  
Joannes à S. Demetrio;  
Joan. Evang. Zukmanti;  
Joannes Ezpeleta.  
Joannes Fedantiola;  
Joannes Feralius.  
Joannes de Fodar.  
Joannes de Fonte.  
Joannes Franciscus;  
Joannes Franc. Benigni;  
Joannes Franciscus Calaritanus;  
Joannes Franciscus Ceruti.  
Joannes Franciscus Nannus.  
Joannes Francisc. à Regio Lepidi;  
Joannes Fursthenaim.  
Joannes Gallicus.  
Joannes Garcia Bueno;  
Joannes Garcia, alter;  
Joannes Garcia.  
Joann. de S. Geminiano;  
Joannes Gravendunk.  
Joannes Gualteri.  
Joannes Guasco.  
Joannes à S. Josepho;  
Joannes Labora.  
Joannes Lagrenus.  
Joannes à S. Laurentio;  
Joannes Leovardia.  
Joannes Lepnica.

Joann.

Joann. à Magdal.  
Joann. Magistri.  
Joann. Mapellus.  
Joannes de Marchena;  
Joannes Maria Venetus;  
Joannes Matheus;  
Joann. de Medina.  
Joann. Merdigius.  
Joann. de Molina.  
Joann. de Morales;  
Joannes Moreno.  
Joann. Mariscanus;  
Joannes Navarro.  
Joannes de Naxera.  
Joannes de Ocaña.  
Joannes de Oliva.  
Joannes Ortiz.  
Joann. Parlahudus.  
Joannes Parmensis.  
Joannes Pasthal.  
Joann. Peregrinus.  
Joannes à S. Petro;  
Joannes Philippi.  
Joannes Picquetus;  
Joann. de Pizzano.  
Joannes Pavao.  
Joannes à Prato.  
Joannes Puteanus.  
Joannes Ramirez.  
Joann. Reginaldus;  
Joann. Rigandus.  
Joan. de Romanon;  
Joann. Le-Safe.  
Joannes Segura.  
Joannes Thenaad.  
Joann. Theodorus.  
Joannes Tirado.  
Joann. de Varallo.  
Joannes Varro.  
Joannes de Vega.  
Joannes Vicens.  
Joann. Vincentius.  
Joannes Uvolsius.  
Joann. de Zamara;  
Joannes de Zelaya.  
Joann. Zuvigneus.  
Jodoc. ab Almaras.  
Jodocus Scaillete.  
Joseph à S. Clara.  
Josephus Acera.  
Josephus Alem.  
Joseph. de Azeved.  
Joseph. Bonavent.  
Joseph. Carlinus.  
Joseph. de las Cuev.  
Joseph. à Jesu Mar.  
Joseph. Lealis.  
Joseph. Lupus.

Joseph. à S. Maria.  
Joseph. à S. Maria.  
Joseph. à Milonico.  
Joseph. de Morales.  
Joseph. Picolomineus;  
Joseph. R.  
Joseph. de Villalva.  
Isidorus Niotheasis.  
Julianus Bisuntinus.  
Julianus Moræfufcus;  
Julianus Theatonicus;  
Julianus Aragonius.  
Julius Bernardini.  
Julius Burgo.  
Julius à Corrigio.  
Julius Durnianus.  
Julius Magnus.  
Juniperus Maneserius;  
Ivo Trecorienfis.  
Lambertinus.  
Lambertus Benoist.  
Lambertus Pevec.  
Laudolphus N.  
Laurent. Accheruntia;  
Laurent. Burgoinus.  
Laurent. Branchatus.  
Laurent. Brixianus.  
Laurent. Corradicius;  
Laurentius Lucianus.  
Laurentius de Luna.  
Laurent. Panormitanus.  
Laurentius Quidam.  
Laurentius de Schiniffi;  
Laurenrius Spatha.  
Leonardus Carta.  
Livius à Vincentia.  
Lucas à S. Francisco;  
Lucas Paciulus.  
Lucas Parisiensis.  
Lucas Subereto.  
Lucianus Richardus;  
Lucius de Monturfo;  
Ludovicus de Alcamo;  
Ludov. à S. Augustino.  
Ludovicus Balbus.  
Ludovicus de Barajas.  
Ludovic. à Benavente;  
Ludovicus Boraggius.  
Ludovic. Casaraugust.  
Ludovicus Castenas.  
Ludov. Cicco-Glianus;  
Ludovicus de Elna.  
Ludovicus Guerillus.  
Ludovic. de Guevara.  
Ludovicus à S. Leone;  
Ludovicus de Lirano.  
Ludovic. Messanensis.  
Ludovicus Mondellus;

Luz



Ludov. Rosarioya:  
 Ludovic. Silvester:  
 Ludovicus Tana.  
 Ludovicus Triola:  
 Ludov. de Valentia:  
 Ludovicus Zibas.  
 Marcellinus à Judiciaria:  
 Marcellinus de Bitonto.  
 Marcellus à Calvomonte.  
 Marcellus Tonnodorensis:  
 Marchesinus de Badajon:  
 Marchesinus Petor,  
 Marcus de Abila.  
 Marcus Aguado:  
 Marcus Blancus.  
 Marcus Corona.  
 Marcus Fabius.  
 Marcus Julian.  
 Marcus Tarbinsius:  
 Maria Evangelista:  
 Maria de Jesu.  
 Mariann. à Cruce:  
 Marian. de Simestr:  
 Marian. Stalpaert:  
 Marinus Maurus.  
 Martinus Abbas.  
 Martinus Baronius:  
 Martinus Constant:  
 Martin. de la Cuy.  
 Martinus Gilberti:  
 Martinus Morin.  
 Martin. Myricanus:  
 Martin. de Retijs.  
 Martinus Rhemij:  
 Massæus Brana.  
 Matth. à S. Martino:  
 Matth. Pedelarius:  
 Matth. Quintanien:  
 Mathias Le Clerc:  
 Mathias de Vestis.  
 Maxim. Benjamus:  
 Maxim. à Pusticio:  
 Melchior ab Angel.  
 Mich. de Aguayo.  
 Michael Angel. Corleonensis:  
 Michael Angelus Ligur.  
 Michael Angelus Scotus:  
 Michael Angelus Venetus:  
 Michael à S. Autina.  
 Michael Brugard.  
 Michael à Castrofranco:  
 Mich. Dominicus.  
 Michael Fiddotus.  
 Michael Gallus.  
 Michael Joannes.  
 Michael de Iela.  
 Michael Romero:  
 Michael à S. Rosa:

Michael Torres:  
 Michael Truxillos:  
 Modestus à Ravenna:  
 Monaldus Justonopolis:  
 Nestor Dionysius.  
 Nicephorus de Ponte:  
 Nicolaus Asboldus.  
 Nicolaus Baron.  
 Nicolaus de Biorde:  
 Nicolaus è Bitonio.  
 Nicolaus Bodius.  
 Nicolaus Bononienis:  
 Nicolaus Cæsar.  
 Nicolaus Crassellus:  
 Nicolaus Fara.  
 Nicolaus Fodererus:  
 Nicolaus Freitas.  
 Nicolaus Glasberg:  
 Nicolaus Goram.  
 Nicolaus de Linna:  
 Nicolaus à Monte.  
 Nicolaus Ovdartus:  
 Nicolaus de Padua.  
 Nicolaus Roccam.  
 Nicolaus Spediensis:  
 Nicolaus Spinellius.  
 Nicolaus de Torga:  
 Nicolaus Veliternus.  
 Nicolaus Veronenis:  
 Nicolaus Vincentius:  
 Noe Italus.  
 Octavianus Ravennas:  
 Oddo N.  
 Ogerus.  
 Olmerius Michaelis:  
 Ornuphius à Copurtio:  
 Ossuardus à Lasco.  
 Pancus Vifdomine.  
 Pantaleo de Aveyro:  
 Paschalis de Torrellas:  
 Patricius Conorus.  
 Patricius Cullin.  
 Paulus Biguntinus:  
 Paulus Boncagnanus:  
 Paulus Calderon.  
 Paulus à Cruce.  
 Paulus Gaditanus.  
 Paulus Glemonensis:  
 Paulus de Madrid.  
 Paulus Maria Rivarola:  
 Paulus à Mercattelo.  
 Paulus ab Offida.  
 Paulus à Porto.  
 Paulus Refinget:  
 Paulus Scriptor.  
 Paulus à Trinitate:  
 Perfectus Constanienis:  
 Petrus de Aguado:

Petrus de Alaxio:  
 Petrus Alvarez.  
 Petrus Albernus.  
 Petrus de Aquila.  
 Petrus Benedictus:  
 Petrus Benjumea.  
 Petrus à S. Bernard:  
 Petrus Blansaco.  
 Petrus Cabezudo.  
 Petrus Calaritanus:  
 Petrus Calo.  
 Petrus Caruel.  
 Petrus Faber.  
 Petrus Francisc. Vercellenis:  
 Petrus Galterius.  
 Petrus de Grosfis.  
 Petrus Hontojus.  
 Petrus Insulensis.  
 Petrus Joannes.  
 Petrus Joyer.  
 Petr. à S. Josepho:  
 Petrus Laurentius.  
 Petrus Le-Mayre.  
 Petrus Manrique.  
 Petrus Mensa.  
 Petrus, absque vilo cognomi:  
 Petrus à Montepiloso.

Petrus de Montefio:  
 Petrus de Orbasiana.  
 Petrus de Padua.  
 Petrus de Palacios.  
 Petrus de Rojas.  
 Petrus de Rivera.  
 Petrus Sigler.  
 Petrus à Steemberghe:  
 Petrus de Trabibus.  
 Petrus Trimavella.  
 Petrus de Turonia.  
 Petrus Vibas.  
 Petrus Vignamus.  
 Petrus de Utino.  
 Petrus de Xarava.  
 Petrus Ximenez.  
 Petrus de Zalamea:  
 Philippus à Castillione:  
 Philippus de Ghisulcis.  
 Philippus Gualensis.  
 Philippus à S. Jacobo.  
 Philippus à Purificat.  
 Philippus Votingo.  
 Philippus Ueltrranus:  
 Philomæus Cornelij.  
 Prieria Imperiaria.  
 Prosper Ruthenensis.

\* \* \*

¶ Bibliothecam Materiarum, de quibus pertractant  
 Authores hujus tomi, invenies vnà cum mantisis ad  
 calcem tomi tertij.

*Scribere qui nescit nullum putat esse laborem,  
 Tres digiti scribunt, cætera membra dolent.*

S. D. H. E. G. V. Q. M. S. J.  
 E. S. P. N. F.

